


6
35
32

DE MAGISTRATVVM EDICTIS. TRACTATVS

Quatuor Libris distinctus.

Primo omnia, quæ in Magistratibus, & Superioris in Regimine constituti persona.
Secundo, quæ in editione Legis, Edicti, Costitutionis, aut Pragmaticæ; Requirantur.
Tertio Edicta magis vsualia, practicabilia, ac necessaria pro optimo quolibet Regimine.
Quarto quædam particularia Edicta, quæ à Principibus, & alijs, suis subditis fieri solent; Ponuntur.

CAMILLO BORRELLO
I. C. Equite Aurato, & Palatino Comite, Authore.

OMNIBVS, QVI AD REGENDOS POPVLOS PRAEPONVNTVR, ac etiam Aduocatis, & causarum Patronis; Cęterisque Iura profitentibus valde vtilis, & necessarius.

Vnicuique capiti Argumentum, Summarium, siue Epitome, & Axioma Edicti ad modum Legum Duodecim Tabularum, accesserunt.

Cum Indice locupletissimo materiarum ordine Alphabetico disposito.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET EXCELLENTISS. D.
DON IOANNEM ALFONSVM PIMENTELLIVM BENEVENTAE COMITEM.

CVM PRIVILEGIIS, ET CONSENSV SVPERIORVM.



Ex lig[...] — Coaini







VENETIIS, Apud Iuntas. M DC XX.



ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISS. D. DON IOANNI ALFONSO PIMENTELLO BENEVENTAE COMITI.

Camillus Borrellus Iurisconsultus. F. D.

THALES ille Milesius, ex septem illis Graeciae sapientibus vnus, dum quandoq; à quodam interrogaretur, an quae homines in hoc Mundo agunt, & operantur, Dij scirent? Sapientissimè respondit, Non quę agunt homines, Dij solummodo, sed quae cogitant, sciunt. Quod responsum, non barbaro tunc Philosopho, sed Christiano Theologo dignum fuit. Diuinam enim, eo dicto, prouidentiam docuit. DEVS enim Optimus, Maximus, cum Mundum creauerit, necessario illum suo Imperio Regit, quia illo, & homine creato, quod essent valde bona confessus est, Mundi verò bonitas, in creatarum rerum varietate, in ordinem optimum redacta dispositione, in illarum plenitudine, in admirabili partium connexione, in ipsarum insimul conuenientia, aliquorum inter se, quam Graeci, συμπαθείας, & aliquarum repugnantia, quam ijdem, ἀντιπαθείας nominant, in earum proportione mirabili, qua illius pulchritudo emergit, vltimo in suauissima eiusdem prouidentia, qua eundem Mundum administrat, moderatur, & Regit. Vndè cum nihil eorum, quae fecit, oderit, sed summo Amore diligat. Consequens est hominem etiam summa dilectione prosequi, cuius Imperio, & pedibus terrena omnia subiecit, corporatas enim res, & quae sub sensum cadunt, ad hominum vsum, illiusq; commoditates à DEO ordinatas fuisse, & humanae literae, & sacrae docuerunt, Mundiq; ipsius vniuersitas ad ipsius DEI creatoris gloriam, & hominum vsum condita est. Ideoq; praeclarum agens hanc Mundi molem, Machinamq; gubernans, portans omnia, vt Apostolus docet, verbo virtutis suae, dicendum est, particularem curam Regum, ac Principum habere, vt qui dixerit ex eo Reges regnare, & Idcirco DEI maiestati, cuius Rex, siue Princeps, viua, ac spirans imago dicitur, iniuriam facit, qui obsequium Regi, seu Principi non praestat, nam Israelitarum populus, cum Diuina institutione per Samuelem regeretur, & Regem ipso relicto nouum peterent, DEVS, inquit, Non te, sed me ipsum spreuerunt. Propterea Catholicissimi Reges nostri traditionum Diuinarum obseruantissimi Sanctae CHRISTI Ecclesiae

tutores; & pugiles solidissimi, à qua nunquàm discesserunt, eiusdem Diuinæ Maiestaris Dona cognoscentes, quà fauoribus maximis, atque penè inauditis erecti, ad illam humanarum rerum magnitudinem peruenerunt, qua nullus alius Christianus Princeps vnquam peruenit, cùm diuina præcepta obseruent. Non mirum igitur, si non modo aliquæ orbis Christiani, partes, sed, & barbaræ gentes, & nationes dominum habere, & ab illo Regi, ac Dominari magna, & optima æmulatione percupiant. Reges namq; nostri Regna, Dominiaq; institutis iustissimis semper fouerunt. Hinc PHILIPPVS Tertius Rex noster Catholichissimus, qui nunc Regnorum suorum Dominia moderatur, Principes sui optimi voti compotes illis præficere studuit; Sic te Magnatem, & Principem Virum Beneuentæ in Regno Castellæ, per Antonomasiam Comitem, Neapolitano Imperio Regendo, vt eius locum primum teneres, elegit, teq; pluribus annis Proregem habuimus, virtutum omnium cumulo præstantem, Iustitia, Prudentia. Fortitudine, ac Temperantia præditum, æquitate, liberalitate, magnanimitate, alijsq; Animi, & corporis virtutibus ornatum. Quo tempore, tuo ingressu Regnum lætitia, progressu voluptate, egressu mæstitia affectum reliquisti, ità, vt iugiter in dies magno desiderio acclamatus fueris. Nunc autem populos indicibili gaudio exhilarasti, dum audierunt ab eodem Rege, & illius Maiestate, te fuisse supremo suo Italico Consilio præpositum, & præsidentem creatum, cum sub tuo Præsidio, Regna Neapolis, Siciliæ, & Mediolanensium, constituta, magnam auxilij, suffragij, & subleuationis spem conceperint. Cum autem ego Calabriæ Prouincijs in visitatione Regia destinatus, ac duobus continuis annis in ea Regis seruitio vacans, Tu Prorex præesses, fuerim pluribus tuis, & supremi tunc tui Consilij literis laudibus honestatus, & humanitatis officijs plurimis affectus, ne ingratitudinis labe coinquinarer, hos commentarios, quos de Magistratuum Edictis, nominaui septimum operum meorum opus, in publicum exhibendo, tuæ Excellentiæ dedicare non erubui, ob pusilli muneris exiguitatem; Principes enim Maximi, parua, Magna, ac Maxima efficiunt, sicuti viros delitescentes extollunt, suaq; manu, & iudicio subleuant, & in album erigunt. Quòd si hoc munus, quale illud sit, non aspernaberis, alacerem animum meum, reddes, vt quæ alia nunc Typis cuduntur, tuæ Excellentiæ, pro voto tradantur.



INTEGERRIMO IVRIS ADMINISTRATORI,

SANCTISSIMO LEGVM INTERPRETI,
Diseriſſimo totius Hipponienſis Status Auditori Optimo,
& Scientiarum omnium lumine conſpicuo,

CAMILLO BORRELLO.



Priſca fides Pharij retice tria Symbola Vultus,
Et dediſce tui, Iura Solonis opus.
Noſtra fides meliora canit: Noua iura Camillus
Borellus ſcriptis, dum legit alta ſuis.
Imperat, indulget, cobibet, vocat, inſtruit, ornat
Eloquio, imperio, moribus, arte, manu.
Vnde Solonis opus, vel Ambidis ora verendi
Maiorem priſco, te Solomona canunt.

EIDEM.

Borrellum reuerenter habe quicunq; vocatis
Largitum Populis grandia iura venis.
Hic tibi iuſtitiam, mores, & ſenſa miniſtrat
Linceus, oſtendit dum Solomonis opus,
Vnde igitur populis tanti monimenta laboris
Quam proſint, pandunt Elpora, Piſtis, Eros,
Iacobus à Mainarà Panormita.



POMPILII RVBEI IVRISCONSVLTI
Ad opus de Magistratuum Edictis Admodum Illustris Domini Camilli Borrelli I.C. Equiti Aurati, & Palatini Comitis
Carmen.



Clara Magistratùm, penitusq; incognita Priscis,
Borelle edicta, est hoc aperire tuum.
Dicite Prudentes, erit hic, tot pace virorum
Legali interpres primus in Historia?

IOANNIS ANTONII VALLONI IVRISCONSVLTI
Philocastrensis Calabri ad Eundem Illustrem, & Eximium Iurisconsultum D. Camillum Borrellum
Carmen.

Orbis describant vrbes & Flumina, montes,
Delius hos Phœbus, siue Minerua iuuet.
Hic ego centenas ausim mihi poscere voces,
Eximios omnes, vt celebrare queam.
Quantum Roma caput cunctas superextulit vrbes,
Hic tantum extollit, uiribus ingenij.
Plurima, quæ viris nequeunt ænigmata præter
Qui leges condunt, soluere clara dedit.
Hic est in toto notissimus Orbe Camillus,
Italiæ Splendor, Parthenopesq; decus.
Hic est Illustri, & Clara de Stirpe Borrellus,
Ingenio, vita, & moribus eximius.
Si quæ conscripsit, scribitq; volumina spectas
Hic alter dices, Papinianus erit.
Hunc celebrate virum Vates, qui culmina Pindi
Nostis, Musarum splendor, & Orbis Honos.



FRANCISCI VALLONI IVRISCONSVLTI

Ioannis Antonij filij Poliensis Calabri ad Eundem Dominum Iurisconsultum Eximium Camillum Borrellum in Opere de Magistratuum Edictis, Carmen.



IMplicitam multis per magna volumina chartis
Materiam titulis Docte Camille Locas.
Hinc facile iudex animum componere noscet,
Et sibi commissos, qua regere arte queat.
Amplius Edictis nullus peccare ferendis,
Te Duce cernetur, qui legit istud opus.
Principibus sueti discent maledicere, pœnas
Imponent linguis debita fræna suis.
AEternùm viuent magni hæc monumenta laboris
Et liber hic ibit, docta per ora virùm.

FRANCISCI ORIFICIS PALENSIS

ad Iurisconsultissimum Dominum Camillum Borrellum.

NOn me progenies Iouis supremi,
Vatum Pierides, decusq; , honosq;
Non me doctus Apollo, in Orbe splendor,
Non me progenuit Minerua, multò
Cunctis ingeniosior Deabus,
Vt colens Eliconios recessus,
Ac digna Citharam mouens Eburneam,
Dulci te celebrem, canamq; versu;
Quali Tytirus à Marone dictus,
Quali vel Cytherea gaudet ipsa,
Iam natum celebrier canore.
Nimpharum subeat uireta recta,
Nec antra petat nouem sororum;
Lauro dignior, vt Poeta fiat,
Et factus, culicem Poeta vincat,
AEquet, non modo dulcius canendo,
Si quis ingenium tuum suaue
Audet dicere, quod Catullus alter
Dicat, Alter Horatius, Maroq; ,
Quot quot, vel genuere secla Vates
Candidi, aurea plectra, qui mouere,
Quosq; Pollice dum mouent Niuali,

 Dignos

Dignos dic modo Laurea Corona,
An Lybethrides hoc onus petant Pa?
Ha petant Cheli sonora,
Antris Castalijs ruant ad Unam,
Extremo veniens Apollo ab Indo
Numquid dignius inspicis Camęnis?
Tibi candida mens, Tuiq; mores
Hinc candidiuscula albiore,
Virtus non moritura, Comitasq;
Sancta, viua fides, Amorq; simplex,
Vitaq; Speculum tibi virorum,
Diuinum ingenium, fauens fauebit
Leges, iura Legis, quibus reuertet,
De cęlo venies, Deum, Iouisq;
Nutu Astręa fauenta virgo terras
Regat, qua sine fraude Virgo tecum,
Iam saturnia Regna tuta surgent,
Toto ferrea, desinatq; sęcla
Mundo, pallida nullius veneni
Jam vestigia frigidi nocebunt.
Fraudes, atq; doli citò peribunt.
Sub Dio, (Duce te) Boues, Capellæ
Pasces vbere, oues nihil timentes
Pleno, sic Lupus, Agna mitis vnà,
Tigres aspra nymis, Leo, pauensq;
Lepus, conuenient, canesq; Vulpes.
Cunctis pax erit, hac die serena
Gaudet vir, mulier, Senex, Virgo,
AEtas (Te Duce) lęta cuncta nobis
Feret, Fata sinant, sinantq; Parcæ
Duci stamina, lęta cuncta fient,
Ate, sic peto nunc, precorq; sępe,
Scribe (si merear) gregi tuo, me,
Cliens pectora, qui tibi libenter
Dedi, sicq; dicata dedicabo
Dulces cętera digniora Musę
De Te, candidiusculaq; ludant
Patrone Optime mi, Venuste multum.

TETRASTICHON AD EVNDEM.

NOmen Achilleum celebrauit doctus Homerus,
Augusti nomen duxit ad Astra Mare.
Viueret (ò Vellem) Vatum, nunc alter, & alter,
Ambobus fieres dignus adire polum.

PHILIPPI TERTII
REGIS CATHOLICI
MAGISTRATVS IN STATV MEDIOLANI.



MAGNVS CANCELLARIVS

Didacus de Salazar.

REGENS IN HISPANIA

Hieronymus Caimus Iurisconsultus.

PRAESIDENS SENATVS

Augustinus Dominicus Squarciaficus Iurisconsultus.

SENATORES

Ludouicus Madius I.C.
Ludouicus Acerbus I.C.
Papirius Catanęus I.C.
Franciscus Panigarola I.C.
Ioannes Salamanca I.C.
Hieronymus Callente I.C.
Trussus de Trussis I.C.
Hieronymus Parauicinus I.C.
Franciscus Leizaldus I.C.
Ioannes Baptista Trotta I.C.
Ioannes Baptista Visconteus I.C.
Ioannes Thomas Gallaratus I.C.
Aloisius Molza I.C.
Petrus Franciscus Corius I.C.





CAMILLI BORRELLI

IVRISCONSVLTI, EQVITIS AVRATI, ET PALATINI COMITIS

Ad eundem amplissimum ordinem Mediolanensis Senatus, in Commentarijs de Magistratuum Edictis

PRAEFATIO.


DVm Nonnulli Iuris prudentiæ, diuersarumq; aliarum scientiarum Viri eruditissimi, & fama conspicui, istos meos de Magistratuum Edictis cōmentarios conspexissent, graui sermone contenderunt, vt breuiarium, & Epithomem antiquorum Romanorum Magistratuum hoc in loco, veluti antesignanum, proferrem, & tanquam præcursorem in fronte libri præmitterem, vt posset similitudo, aut differentia inter illos, & nostri tēporis officiales haberi cognitio. Quorum intentio, ac persuasio, & si rationi consentanea videretur, illiq. essent, moribus, eruditione, virtutumq. cumulo spectabiles, & ipsorum aliqui sanguinis vinculo, & affinitate coniuncti, non tamen eis succensendum esse putaui. Magistratuum Romanorum cognitio plenaria patet apud Liuium, Dionem, Halicarnasseum, aliosq. Romanarum Antiquitatum, & Historiarum scriptores; multaque insuper tradita, ac literis mandata sunt, penes Lucium Fenestellam (licet non sit ille antiquus) Alexandrum ab Alexandro, Alexandrum Sardum, Pomponium Lætum, Franciscum Hotomanum, aliosque non parum multos, qui hanc materiam copiosissimè tractarunt. Insuper æuo hoc nostro illa faciliora videntur, quando DEI Optimi Maximi beneficio, antiquata, & expulsa ab Orbe christiano omni propemodum loquendi barbarie, qua ex diuersis externarum gentium migrationibus, omnium, non modò scientiarum, sed cunctarum bonarum artium semina euanuerant, Latini insuper sermonis elegantia, Iurisdicendi studia, & ipsarum Romanarum rerum cognitio procul aberant, ac veluti prostrata, demissa, ac non derelicta solum sed conculcata, & abolita remanserant, candori nunc pristino restituta appareant, & artes optimæ, scientiarum exercitamenta, linguæ latinæ puritas, & ornati sermonis Oenciclopedia, ab illorum temporum iniuria, & penè interitu vindicata sunt: Ob hanc itaq. rerum mutationem, ac ad primęuam sinceritatem restitutionem, mirum in modum, quasi concertantia se exercuerunt, & oblectauerunt, clarissimorum quorundam virorum, præsertim Iurisconsultorum ingenia, non modo Italica, sed Germanorum, Hispanorum, Gallorum, aliorumq. in Christiano Orbe existentium, qui latinę linguæ industriam, & iuris ciuilis sapientiam illustrarunt. Non negauerim, quin plures extiterint, qui antiquos illos Romanorum Magistratus nostri temporis magistratibus æquare voluerint, quod quamuis aliquibus in partibus, & capitibus, fieri potuisse, minus negare ausim; Longo tamen interuallo Romani Magistratus, qui erant, dum Vrbs totius Orbis teneret Imperium, à Magistratibus, qui sub Imperatoribus, & illorum Principatu subsequuti fuere, distabant, & hoc nulli dubium esse crediderim. Sic prætetea nunc Magistratus, qui apud Reges, Respublicas, aliosq. Principes reperiuntur, particulam vix aliquam illius pristinæ potestatis retinent. Illorum itaq. Magistratuum seriem describere inanis mihi labor visus, & ideo ex professo abstinui, dum verò in ijs commentarijs casus emersit, & sese occasio obtulit, non admodum ieiunè pertransire volui, quin aliqua dicerem, pro vt materia expostulabat. Habent nihilominus, qui hæc desiderant, limpidissimos Historicorum fontes, quibus hanc sitim extinguant. Aequiparationem insuper ipsorum cum nostri ęui officialibus scribere, ob dominantium diuersitatem, operosa, atq. admodum fastidiosa, nulliusq. vtilitatis diligentia mihi visa est, illamq. reuoluere minimè placuit, cum non nulli id facere ante nos tentauerint, vtinam verò id fæliciter illis successisset. Scribendi autem hos de Magistratuum Edictis commentarios illud me impulit, vt communi, publicæq. vtilitati consulerem, cum administrari Magistratus, & illos ab aliquibus ardenter ambiri conspicerem, qui non dum in Praxim iuris scientiam nouerint. Sed nec Theoricam in limine, vt dicunt, salutauerint. Quibus, præsertim iuuenibus, aliquando succurrere cogitaui, & administrationum primordia, & officio-

rum

rum ingressum illis exhibere, progressum dirigere, & egressum complere disponerem. Populi etenim perperam in regimine, ac in obedientia contineri possent, ni pœnalia programmata, & edicta proponantur, quorum timore à malis abstineant, & recta operentur. Ab illis namq. abstinendum est populorum rectoribus, quos non sapientia, nec prudentia, nec aliquis longęuus iuris dicendi vsus, vel rerum, & causarum experimenta comprobarint. Hinc Dionysius Halicarnasseus Historiarum. lib. 3. Apud nos (inquit) Magistratus, & honores deferuntur, non ditissimis, non ijs, qui longiorem indigenarum possunt ostendere seriem, sed dignissimis, nulla enim alia re, quam virture hominis nobilitatem constare dicimus. Erant ee eum Isocrates in Panathenaica. Veteres (inquit) Athenienses, non temere quosvis ad Consilia, & Magistratus admittebant, sed prudentissimos, & optimos, & Vitæ integritate spectatissimos, atq. hos ipsos, tum Imperatores creabant, tum legatos, si quando necesse esset, mittebant; Tum magistratus omnes Vrbis, illis mandabant. Quia, vt dicit Aristoteles Moralium Nichomachiorum. lib.6.cap.11. Quemadmodum in artibus, ita in actionibus, non minus expertis, quam doctis, Iudicium tribuendum est. Quàm optimè igitur in amplissimo Parisiensium Senatu, ac vestro Excellentissimo Senatorum consessu, aliquando obseruari audio, quod vacante Senatoris alicuius loco, Regi nostro Catholico, nominare soleant, quos doctrina, sapientia, prudentia, ac Summæ integritatis viros esse conspicuos cognouerint. Achilles apud Philostratum in Vita Apollonij. lib.4. cap. 5. dixit, sapientibus viris, erga sapientes alios affinitatem quandam esse, qua mutua charitatis affectione se inuicem diligunt. Istud enim Amicitiæ vinculum, virtuti virtus conciliat. Candidi enim sapientum virorum animi, alienarum virtutum candorem, atro, ac virulento cordis affectu minimè inficiunt, nec denigrare intendunt. Cum igitur sitis huius Mediolanensis moderatores Imperij, sapientissimi, non immeritò peritissimos, ac selectissimos collegas concupiscitis, quorum consilio, & Maiestate Respublica illa incolumis, & illæsa seruetur. Magistratus enim tamquam Medici curant, sed diuersis artibus, & diuerso medendi genere, erigendo bonos, malos verò deprimendo. Iura (vt Isocrates, & Lycurgus asserunt) malos tollunt, bonos extollunt. Sapientibus enim magistratibus admodum difficile, non est (vt Biesius ait) bonos viros à malis discernere. Quia virtus semper secum lumen affert, quæ & si opprimi, vel obumbrari tentetur, elucescit. Nisi quis habeat in discernendo, mentis oculos, priuari alicuius liuoris caligine occupatos, qui non solum publicæ vtilitatis curam gerere impediat, sed pro virtutibus vitia regnare permittat, & deteriores melioribus imperare procuret. Non ambienti, nec petenti, sed merenti, hæc administrandi iuris munera conferenda sunt, de quo illud Gregorij Magni. lib. 7. epistol. 110. dum ait, qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admouendus, sic qui vltro ambit, vel importunè se ingerit, est procul dubio repellendus. Huic rei concinit pulchrum Archelai Macedoniæ Regis dictum, cui quidam ex primis Viris, vas aureum, in quo Rex bibebat, peteret, & ille Euripedi illud dedisset. Quid est Rex inquit petitor, quod non petenti vas dedisti, mihi verò, qui petij, negasti. Tum respondit Rex, Tu petere dignus, habere autem indignus, hic autem, & si non peteret, habere dignus fuit. Sinistri quandoq. casus sapientibus viris accidunt, vacante enim quando sede vnius in Supreo Parisiensi Parlamēto, ab amplissimo ordine, duo nominati fuere, nempè Petrus Rebuffus, & Franciscus Duarenus, nullus tamen ipsorum vacanti loco subrogatus fuit, vel admissus. Illorum tamen virtuti, ac supremis Iurisconsultis minimè obfuit, Satis enim illis fuit, Regium Magistratum promeruisse, & Consultissimorum virorum cætum illos nominasse. Aemulatoribus id vitio tribuunt, quod Principi adulando, aliud opposuerint, secretum virus sub mellis specie euomentes. Contra quos Principes cauti esse debent, ne in errorem labantur, in quem Atheniensium Rempublicam incidisse referunt, quæ cum sua patria lege adulationem, tanquam pestiferum vitium, prohibuisset, nihilominus, Regnante post Demetrio Rege, Respublica, illiusq. Senatores, crudelitates illius respicientes, reuoluto (vt aiunt) Clypeo, Senatusconsulto, ita decreuerunt. Quodcunq. Rex Demetrius iubet, id apud Deos Sanctum, & apud homines iustum est. Quo dicto nil iniustius, nilq. turpius audiri, decerniuè potuit, illoq. omnem eorum sapientiam fœdarunt, & seruilem animum ostenderunt. Ex adulatorijs actibus, non mirum si praua nascantur, à quibus Reges præcauere debent, ne sinant sibi, sub recti specie, aures verborum lenocinijs, deliniri. Verum Sapientes, quibus has inuidiæ semina proferuntur, satis habent, quod apud claros viros, scientia conspicui, & eruditi habeantur, nam dicere poterunt illud Scipionis Africani, quod dixit ad Populum, dum inquit, si vos ætatem meam honoribus vestris anteistis, ego honores vestros, rebus agendis, præcessi. Hæc enim sunt Inuidiæ opera, quæ non ignauos, sed virtute præstantes sequuntur. Assidua est eminentis fortunæ inuidia Comes. Manlius apud Liuium. lib.38. Cæca (inquit) inuidia est, nec quicquam aliud sit, quam detrectare virtutes, corrumpere honores, & præmia earum. Quia, vt Velleius Paterculus Historiarum. lib.2. inquit, Nunquam eminentia carent inuidia. Verum sufficit me dixisse satis, vt probarem, nominandi morem, dum vacationum locus Senatorius, vel beneficiarius aperitur, aut alteriusve magistratus occurrit, aliorum consiliatiorum cætui nominandi illius facultatem esse tributam. Societas enim illa melius graues viros scire poterit, quam Princeps procul, longoq. cursu distans, quod optimum, est Reipublicæ satis accommodum, eo namq. modo, calumniandi viros sapientia claros omnis occasio submouetur, ac tollitur. Perusii Vrbs celebris in Vmbria Iuris consultorum Summorum, mater, & altrix, Summorum Pontificum Priuilegio gaudet, vt in suprema Sacra Rota Romana, sedeat Auditor, cuius loco vacante, nominat

duos,

duos, semper celebres, quorum vnus ex nominatis Iure Consultis à Summo Pontifice, seu à Rota eligitur. Hos itaq. commentarios, ante vigesimum circiter annum compleueram, & quasi pulueri traditos reliqueram, quando multorum Instigatio apud me valuit, vt illorum emissionem in publicum concederem, fueteq. isti ab alijs meis laboribus præuenti, etiam post istos compositis, præsertim à Commentarijs de Regis Catholici Præstantia, in quorum fronte Regios huius Regni Neapolitani Magistratus altero proemio, & honoratioli salutatione prosequutus sum. Nunc operæ precium duxi, vos Amplissimos, atq. Illustrissimos Magistratus Regis reuereri, quos ob summam authoritatem, & virtutum splendorem à longè, quasi propè essem, iugiter magnifeci, & colui, ità vt nullus in summa vos diligendi cura, me præoccupet. Hunc itaq. laborem in conspectu vestro exhibeo, & huic supremo consessui consigno. Non quod arbitrer aliquod arduum opus, aut rem Maximam, excellentem, supremoq. huic Regio Tribunali congruam porrigerem, aut superbiæ, fastusque alicuius gratia id fecerim, sed, vt vestrorum nominum authoritate illustretur, & illustratum vobis fauentibus, ab aliquo minimè calumnietur. Bono id animo concepi, nam si mihi dicere vestrarum amplitudinum gratia liceat, proferam illud senecæ ad Lucillum Epistol. 39. Habet (inquit) in se hoc generosus animus, quod concitat ad honesta, neminem excelsi ingenij virum humilia delectant, & sordida. Non enim superbiunt scriptores, dum quæ mandant literis, & labores suos fouent, deq. suis actibus admodum gloriantur. Fuit etenim dictum Ecclesiastici, cap. 15. Noli (inquit) esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in ris stultitiam adducа. Apud exteras gentes, & nationes, viri eruditione conspicui, virtutum fama, non nisi loquente scriptura, noscuntur, & in precio apud exteras, & longinquas gentes habentur. Aristoteles refert, & Suidas sequitur, dicentes, Anicetum Afrum à Piratis emisse Platonem, quis ille esset sibi incognitum, & nunq. præsentia visum, aut alloquutum. Cui cum è Sicilia Dio, redemptionis precium misisset, fama virtutum Platonis intellecta, motum, refutato precio, illum gratis ad Dionem remisit. Hæc habui, quæ præfationis loco dicerem, illa vos Domini amplissimi, æqui, boniq. consulite, quæ mei in vos amoris, & summæ obseruantiæ, testimonium faciunt, ac pignoratitiæ beneuolentiæ loco capiant.





ARGVMENTORVM OMNIVM,

QVAE IN VNOQVOQVE CAPITE,

Horum quatuor librorum, quibus hi commentarij scripti sunt Index.

ARGVMENTA LIBRI PRIMI.



Cap.

Cap. XII.

ARGVMENTVM.

Magistratus perpetui, an temporarij meliores; Quomodo erant apud Carthaginenses, Athenienses, & Romanos antiquitus.

Cap. XIII.

ARGVMENTVM.

Magistratus diuites esse debent, vel optimè, & commodè stipendijs, ac salarijs honestati.

Cap. XIV.

ARGVMENTVM.

Iusiurandum quod à Magistratu præstandum; Quo pacto iuramenta præstentur; An Euangeliorum liber, aut Scripturæ, dum iuratur, sint tangendæ.

Cap. XV.

ARGVMENTVM.

Magistratus cautionem, ac fideiussionem de reddendis rationibus in Syndicatu, præstare cogitur.

Cap. XVI.

ARGVMENTVM.

Officium, ac Magistratum gesturus, aliorum officiorum, & Magistratuum gestorum liberationes ostendere cogitur.

Cap. XVII.

ARGVMENTVM.

Edictum, quid sit; Prætores, an ipsi iudicarent; Quomodo Edicta faciebant, supplebant, corrigebant, & adiuuabant ius ciuile.

LIBRI SECVNDI

ARGVMENTA.

Cap. I.

ARGVMENTVM.

Edicta Iuri naturali, ac Iuri Diuino contraria fieri nequeunt.

Cap. II.

ARGVMENTVM.

Edicta iniquitatem continere non debent, sed iusta illa esse oportet.

Cap. III.

ARGVMENTVM.

Irrationabiles Leges, atque Edicta, quæ non sint rationi conformia, reijcienda sunt.

Cap. IV.

ARGVMENTVM.

Statuta, Edicta, Leges, turpia, & inhonesta inducentia, propulsanda sunt.

Cap. V.

ARGVMENTVM.

Leges, & Edicta captiosa, obscura, atque ambigua esse non debent, sed clara, & intelligibilia.

Cap. VI.

ARGVMENTVM.

Leges, atque Edicta impossibilitatem continentia, sunt inualida, cum super possibili fieri debeant.

Cap. VII.

ARGVMENTVM.

Pro communi publicaq. omnium vtilitate, Leges, & Edicta fieri oportet, nec debent in priuatorum detrimentum, aut vtile fieri.

Cap. VIII.

ARGVMENTVM.

Edicta, ac Leges emendare debent vitia, ac punire delicta, constitutis delicto congruentibus pœnis. Enumerantur omnes ferè pœnæ Legales, & à Tyrannis adinuentæ.

Cap. IX.

ARGVMENTVM.

Leges, & Edicta in sua quisque Iurisdictione facere debet. An autem non suos subditos, vel alterius Iurisdictionis comprehendant.

Cap. X.

ARGVMENTVM.

Scripturam, num requirat Lex, & Edictum, Mandata Pontificum, Gratiæ, Dispensationes, Episcoporum Electiones, Authoritates, & Consensus in contractibus, Decreta, Concessiones feudales, aliaq.

Cap. XI.

ARGVMENTVM.

Edicta, ac Leges publicari debent, & in publico loco poni, vt omnibus nota sint.

Cap. XII.

ARGVMENTVM.

Nomen, Inscriptionem, siue Subscriptionem facientis Legem, siue Edictum, continere oportet, sic Epistolæ, & Scripturæ priuatæ.

Cap.

Cap. XIII.

ARGVMENTVM.
Sigilli authoritas,& fides quanta; Qui teneant sigilla; An de substantia sint Legis,vel Edicti.

Cap. XIV.

ARGVMENTVM.
Edicta,& Leges,Annum,Mensem, Diem, Inditionem,Locumq. Quo Pontifice,Imperatore, Rege,Principe, facta sint, contineant. Quid sit Annus remissiuè,Mensis,&alia,narrantur.

Cap. XV.

ARGVMENTVM.
An Tabellionis, vel Notarij manu edicta scribi debeant; Notarij nomen, quare sic appellatum; Acta iudicialia an tabellionem exigant.

LIBRI TERTII

ARGVMENTA.

Cap. I.

ARGVMENTVM.
Silentium seruari oportere in loco, vbi Iustitiæ subsellia sunt.Loquacitas vitãda,tempus enim loquendi, & tempus tacendi considerandum est.

Cap. II.
ARGVMENTVM.
Blasphemia omnipotentis DEI Beatissimæ Virginis,Sanctorum omnium,districtè prohibenda; Huius delicti grauitas,qualitas, pœna aliaq. ad materiam necessaria.

Cap. III.
ARGVMENTVM.
Summo Pontifici,Imperatori, Regibus, Principibus Ecclesiasticis, vel Profanis, maledicendum non est: Quando semper linguæ petulantia in Principes fuit diuersimodè punita.

Cap. IV.
ARGVMENTVM.
Superioribus,& Magistratibus obedientia præstari debet,nec eis debere, ac posse resisti.

Cap. V.

ARGVMENTVM.
Bannitorum, atque malefactorum scelera magistratus punire debent, eiq. malo suis pœnalibus Edictis prouidere.

Cap. VI.

ARGVMENTVM.
Pro Bannitorum,& malefactorum exterminatione,& quiete inducenda, an fieri possit Edictum vt occidi,capi,ac persequi possint; Et an ex causa præmia capientibus, & occidentibus promitti.

Cap. VII.

ARGVMENTVM.
Quæ Ciuitates funditus perdunt. Seditiones, Rumores, Tumultus, ac vis publica à Magistratu tollendæ sunt. Quomodo committantur; quo pacto puniantur.

Cap. VIII.

ARGVMENTVM.
Collegiorum, & Conuenticularum Congregatio,ne fiat,intuitu mali vitandi,animaduerti debet,dum fiunt sub specie boni,& hoc Magistratus obseruabit,ne sint Monopolia,atque illicita coadunamenta in Reipublicæ damnum, & idcirco compescenda sunt.

Cap. IX.

ARGVMENTVM.
Nocturni cœtus, & vagationes prohibendæ sunt, nam noctis tempora multa mala, ac scelera suadent.

Cap. X.

ARGVMENTVM.
Velationes faciei,& personarum,vitandæ sunt.

Cap. XI.

ARGVMENTVM.
Ludi alearum,& Taxillorum,aliorumq. turpium permitti non debent. Pœnæ contra Lusores statutæ. Ludi autem permissi enarrantur.

Cap. XII.

ARGVMENTVM.
Ciuitates,Oppidaq. in loco optimi aeris fundētur eorum loca,& viæ ab omni immunditia expurgari debent, nec in eis ea proijci debent, quæ aerem pestilentem reddant, idq. Edicto firment Magistratus.

Cap. XIII.
ARGVMENTVM.
Lupanaria, & meretrices, num in Ciuitatibus tolerari debeant; An verò Magistratus hos quæstus prohibere teneantur.

Cap. XIIII.

ARGVMENTVM.
Ad Rempublicam gubernandam, ac Ciuitatem regendam, ante omnia Magistratus, & Superior studeat, & Cibarijs abundet, quia sine ipsis mala omnia subsequuntur.

Cap. XV.
ARGVMENTVM.
Magistratus, Ponderum, ac Mensurarum curam habere oportet, vt illa iusta sint, & res venales ijs æquatæ iusto libramine distribuantur.

Cap.

Cap. XVI.

ARGVMENTVM.

Officio Magistratus incumbit, homines ocio deditos compellere, vt labori, & artificio vacent, nec mendicantium, ac vagabundorum more, ac specie illos admittant, ne desides fiant.

Cap. XVII.

ARGVMENTVM.

Ex Armorum portatione, multa oriuntur mala, inde aliquibus casibus permissis, de cętero illorum portatio prohibenda erit.

Cap. XVIII.

ARGVMENTVM.

Album, in quo Edicta sunt posita seruandum est. Quod erat Prætorum album, quod aliorum apud Romanos, plenè declaratur.

LIBRI QVARTI

ARGVMENTA.

Cap. I.

ARGVMENTVM.

Quando Princeps, aut Baro possint petere, quod per vasallos aut subditos sibi offendantur bona Feudalia; & illotum fines, ac qualitatem redditus reuelari. Quando Dominis, & superioribus per illos debeanr.

Cap. II.

ARGVMENTVM.

Bona feudalia, atque emphyteutica, dum alienantur, Domini directi consensus, quando exigatur. In quibus casibus alienatio permittitur; quando laudemium debeatur; aliaq. ad materiam laudemij explicantur.

Cap. III.

ARGVMENTVM.

Venationes, & Aucupia, an prohiberi possint; An in locis Domanialibus; An in locis priuatorũ; An Principes, vel alij Barones prohibeant; Nu venatio, & Aucupium sint de Regalibus materia ista distinctè enucleatur.

Cap. IV.

ARGVMENTVM.

Piscationes, an per Dominos, & Barones prohiberi possint; An illæ de Regalibus sint; Omnia ad piscationum segetem occurentia declarantur.

Cap. V.

ARGVMENTVM.

Aquę, Flumina, illorum cursus, & Aluei, cuius sint; Quando Principes, & Domini in illis prohibitiones faciant, remissiuè.

Cap. VI.

ARGVMEMTVM.

Pascua sunicte cum animalibus in nemoribus, ac Forestis Domini quando liceat; Quę pœnę ea ex causa poni possint; An soli: possit fida, & diffida, quando ijs locus erit, & quæ concurrere debeant.

Cap. VII.

ARGVMENTVM.

Quando subditi cogantur ad Molendina, & Tappetos Domini accedere; Ad furnos; quando liceat suos facere, vel alio dinertere; Et ad plenum materia enucleatur.

Cap. VIII.

ARGVMENTVM.

Quando collata Iurisdictione, & Inuestito ea intelligatur Appellationum, siue secundarum causarum Iurisdictio collata; Quando fiat prohibitio, quòd subditi non litigent in alijs Tribunalibus, quàm Dominorum; Quando Barones causas possint à superiore ad sua tribunalia auocare; Latè hæc materia discutitur.

Cap. IX.

ARGVMENTVM.

Domini subditos, an cogere possint è patria ne discedant; An migrantes reuocent, an seruitia ab ijs exigant.

Cap. X.

ARGVMENTVM.

Mœnia quo ordine facienda; Quando liceat illa transgredi; Et transcedenti quæ pœna statuta fuerit, quando pœnæ locus est, & quando cesset.

XI.

ARGVMENTVM.

Quando subditi ad Ciuitatum, Castrorum, vel Arcium custodiam teneantur. Qui ab excubijs sint immunes.

Cap. XII.

ARGVMENTVM.

Bona, quorum Dominus nescitur, vel Domino carentia, animalia oberrantia, an à Dominis, & Baronibus occupentur, & quando.

Cap. XIII.

ARGVMENTVM.

Qui vniuersitatum, Ciuitatum, & Communitatum bona administrant, illarumq. bona, rationes reddere coguntur. Coram quibus autem id fiat, an libros edere cogantur.

Cap. XIV.

ARGVMENTVM.

Regi, atque Supremo Principi quando vasalli ad seruitia teneantur. Quando Domino, & Baroni, & an intra, & extra feudi fines.

FINIS



INDEX RERVM ET SENTENTIARVM

MEMORIA ET NOTATV DIGNARVM,

Quæ in hoc de Magistratuum Edictis Opere Clarissimi I C Camilli Borelli continentur, serie Alphabetica miro ordine, & methodo digestus.



A



Alfonsi

INDEX

INDEX.

Archon-

INDEX

I N D E X

C

INDEX

INDEX

consue-

Dalida

D

Duellum

Episcopo-

F

I N D E X

Feudum

Frumen-

G

H

Impera-

INDEX

Intelle-

Intelle-

I N D E X

L

I N D E X

Litera

Lusori

INDEX

Magistra-

I N D E X

Maſculo

Meretrici-

I N D E X.

Muti

Pani-

I N D E X

e 3 Pisa-

INDEX

INDEX

Pontifex

INDEX

Pramio-

Prohibitio

I N D E X

Q

R

INDEX

Subditi

T


Macedo

V

Vasallus

INDEX.

FINIS.



CAMILLI BORRELLI
I. C. EQVITIS AVRATI ET PALATINI COMITIS.
De Magistratuum Edictis.
LIBER PRIMVS.

CAP. PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Magistratus subeuntes, litteras suæ potestatis ostendere debent. Vnde orta iurisdictio; Quo pacto à Populo Romano in Principem, in Reges, Principes, Barones, aliosq. iuridicos iurisdictio ipsa peruenerit; Quomodo officij possessionem quærant.

COMPENDIVM.

1 *Virga Mosis versio in serpentem, data in potestatis symbolum.*
2 *Virga Regiæ potestatis sceptrum.*
3 *IESVS CHRISTVS a Patre potestatem se habere, docuit per miraculorum exhibitionem.*
4 *Petro a CHRISTO potestas tradita, dum dixit: Pasce oues meas.*
5 *Petrus morti proximus Clementem successorem creauit.*
6 *Formula, qua Cardinales Summo Pontifici potestatem tribuunt.*
7 *Clauium Pontificalium potestas quæ? num. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.*
12 *Papa definiuit, quid sit peccatum, & quid sit iustum.*
13 *Ecclesiasticũ imperiũ cũ habeat Papa, illi parendũ est.*
15 *Cardinales, Patriarchæ, aliq. Prælati, suæ dignitatis codicillos ostendunt.*
16 *Imperij Electores ab Ecclesia Romana potestatẽ habẽt.*
17 *Gerens se pro magistratu, cum non sit, grauiter punitur.*
18 *Magistratus apud Romanos creabantur a Populo.*
19 *Eligendorum Magistratuum Populo Romano a Romulo potestas data, num. 24.*
20 *Dictator, Magister populi appellabatur.*
21 *Valerius Publicola Consul legem tulit, vt qui ab alio, quam a Populo magistratum acciperet, sacer esset.*
22 *Pardulfi Pratei opinio declaratur.*
23 *Populi appellatione, & Patritij, & Plebei veniunt.*
25 *A populo potestas omnis in vnũ Principem trãslata est.*
26 *Populus Romanus in Octauiũ potestatẽ primũ trãstulit.*
27 *Octauius, quo die ex Oriente victor rediens Triumphum habuerit, & Iani portas occluserit, & num. seq.*
29 *Omnibus Ianuarij Idib. Romani Ioui oues sacrificabãt.*
30 *Animalia alba Ioui sacrificabant Romani.*
31 *Monarchiæ status melior.*
32 *Potestas a Populo Principi translata an vero concessa.*
33 *Ante IESV CHRISTI aduentum, an licuerit Populo Romano, potestatem Principi datam, reuocare.*
34 *Magistratuum creatio ad Principis curam pertinet, nu. 36. 40. & 131.*
35 *Populus Romanus quandoque quam male potestatem Principi dederit.*
37 *Priuatus iurisdictionem aliquam non tribuit, nec iuri publico derogat.*
38 *Priuatu dicitur, qui officialis non est; aut qui dignitatem non habet.*
39 *Iurisdictio ordinaria a Principe, vel Republica, Lege, aut legitima consuetudine, & præscriptione quæritur.*
41 *Principes Duces, Marchiones, Comites, & Barones, magistratus creant.*
Intellectus Const. Regni. Ea quæ ad speciale decus, & seq. ibid.
42 *Potestas agentis prius inspicitur in humanis actibus.*
43 *Magistratus alicui loco deputatus, suæ potestatis prius litteras ostendere cogitur, num. 44.*
45 *Præpositis a Principe sine litteris non creditur.*
46 *Magistratus ingressũ Palatij Curiæ facere debet in quasi possessione officij si se esse dici vult.*
47 *Iurisdictio ordinaria non præsumitur, nisi publica scriptura demonstretur.*
48 *In iurisdictione, qui se fundat, illam probare, & ostendere cogitur.*
49 *Regula Cancellariæ Apostolicæ est, quod per Cõmissionẽ nõ intelligitˉ collata Iurisdictio, nisi littera cõficiãtur.*
50 *Asserenti se cũ mandato Principis venisse non creditur*

nisi litteris huiusmodi mandatum demonstretur.

51 *Præsentatio, & exhibitio litterarum requiritur, vt iurisdictio collata dicatur.*

52 *Formula Comitiuæ Patrimonij ex Cassiodoro.*

53 *Personarum legitimatio prius exigitur.*

54 *Potestatis virtus concessa primum inspicienda.*

55 *Potestas Iurisdictionis non præsumitur, nisi appareat.*

56 *Iurisdictionis præstatio ex litteris apparet.*

57 *Magistratus possessio tribus completur, Electione, Acceptatione, & Ingressu officij.*

58 *Iudex delegatus suæ delegationis litteras ostēdere debet.*

59 *Cardinali ob dignitatis præeminentiam, sine litteris creditur.*

60 *Nuncij, & apparitores litteras ostendere debent potestatis concessæ.*

61 *Intellectus Const. Edictorum, §. in quibus.*

62 *In Gallia non creditur nuncijs sine litteris.*

63 *Edicta, & proclamata a nō habente Iurisdictionem fieri nequeunt.*

64 *Iurisdictionem exercere, & statuere parificantur.*

65 *Statutu condere, meri, ac mixti imperij est.*

66 *Edicta quare fiant.*

67 *Iura facta esse perum esset, nisi essēt, qui illa redderent.*

68 *Vbi non est gubernator Populus corruit.*

69 *Magistratus sunt Leges loquentes, Leges vero muti Magistratus.*

70 *Iudex nil aliud est quam quoddam ius animatum.*

71 *Ciuitas sine Magistratibus esse nequit.*

72 *Moyses iudicabat a mane vsque ad vesperam, & suggerente Iethro, eius cognato creauit iudices.*

73 *Iosaphat elegit iudices in Hierusalē, ut incolis ius dicerēt.*

74 *In Simandij Ægyptiorum Regis sepulchro, quo pacto iudicum imagines posita erant. num. 75.*

75 *Iudices, nec oculis flecti nec muneribus moueri debent.*

76 *Sesosis Ægypti Rex cuilibet Regni parti iudices attribuit.*

77 *Artaxerses Persarum Rex Esdræ Prophetæ mandauit, vt sua sapientia iudices populis constitueret.*

78 *Ægyptij ex Heliopoli, Memphi, Thebis, alijsq. Ciuitatibus, Viros optimos pro iudicibus eligebant.*

79 *Indi iudices habebant.*

Cartaginenses, & Persæ iudices habebant.

80 *Apud Gallos Druidæ iudices erant.*

81 *Rex apud insulam Taprobanam, ne solus iudicet in causis capitalibus quadraginta viros eligit.*

82 *Muamedes apud Mechum Ciuitatem, Meadum Gadelis filium Magistratum elegit.*

83 *Hæretici sublatis iudicibus, in pecora Christi irruerent & ferrociter crudeliterq. regnarent.*

84 *Vicariorum Ecclesiasticorum potestas.*

85 *Vicarij appellantur, quia aliorum vices gerunt.*

86 *Vicarij perpetui in duabus Ecclesiis esse nequeunt.*

87 *Vicarij rurales mutari possunt.*

88 *Vicarij aliqui temporales, & mercenarij appellantur.*

89 *Vicariorum materia remissiue.*

90 *Vicarius Summi Pontificis intra Vrbem suam iurisdictionem exercet.*

91 *Papa appellatur Christi Vicarius, vt Petrus.*

92 *Vicarij iurisdictionales Archiepiscoporum, Episcoporū, & similium Prælatorum, quandoque Missi Dominici vocantur.*

93 *Vicarij Episcoporum ordinariam habent iurisdictionem.*

94 *Vicarij Episcopalis gesta, Episcopi gesta dicuntur.*

95 *Vicarius Episcopi Laicus esse nequit.*

96 *Prælatus habēs temporalem iurisdictionem, Laicum Vicarium habere potest.*

97 *Vicarius Episcopi, Doctor, vel Licentiatus esse debet.*

98 *Vicarius Episcopi quarum actionum non habeat potestatem late deduntur ibid. & num. seq.*

99 *Vicarius Episcopi nō confert beneficia, nec illorum resignationes recipit, nisi speciale mandatum habeat.*

100 *Vicarij Episcopi per scripturam suam authoritatem ostendere debent.*

101 *Magistratui, vel gubernator cum quis cōstituitur, quid censetur concessum.*

102 *iurisdictione in Ciuitatibus concessa, censetur etiam concessa in Casalibus, ac Villis adiacentibus.*

103 *Villæ, & casalia præsumuntur esse de iurisdictione ciuitatis proximioris.*

104 *Iurisdictione concessa in Castro, censetur concessa & in Territorio.*

105 *Territorium a terrendo dicitur.*

106 *Castra constituta in territorio Ciuitatis, debent viuere secundum leges Ciuitatis.*

107 *Villa iuncta Ciuitati, vel Castro, regulatur secundum illam Ciuitatem, vel Castrum.*

108 *Iurisdictionem dans, quam habet in Ciuitate, censetur esse absque alterius præiudicio.*

109 *Clausula, iuribus semper saluis, quid significet.*

110 *Clausula, quod intelligatur cum integro eius statu, quid denotet.*

111 *Si concessus esset Magistratus cum iurisdictione, an censeatur concessum merum, & mixtum imperium.*

112 *Concessa iurisdictione an veniant ea, quæ sunt meri, ac mixti imperij, num. 113. 114. 115. 119. 120. 121. 123. 124. 126. & 127.*

113 *Concessa iurisdictione, censetur concessum merum, & mixtum imperium, sed quomodo intelligatur, nu. 114. 115. 118. 119. 120. 121. 123. 124. 126. & 127.*

116 *Beneficia Principum largissime interpretantur.*

117 *Principis liberalitas non angustatur.*

122 *In concessione Principis illa veniunt, quæ ipse habet.*

125 *Alta iurisdictio, & bassa, quæ dicatur.*

128 *Clausula apponi solita in Regno Neapolitano in litteris Magistratuum commissionalibus.*

129 *Merum, ac mixtum imperium quid sit remissiue.*

130 *Princeps iurisdictionem Magistratui concedens, censetur sibi reseruasse maiorem.*

132 *Senatus Populusq. Romanus pluriū Principū, vt Neronis, Vitellij, Domitiani, ac aliorū Acta, irrita fecerūt.*

133 *Gladius in Paradiso positus ad custodiendam viam ligni vitæ, num. 139.*

134 *Prædicatio sancta gladio denotatur.*

135 *Verbum Dei dicitur gladius.*

136 *Damnatio æterna dicitur gladius.*

137 *Tribulatio temporalis aliquando dicitur gladius.*

138 *Gladius dicitur antiqui hostis ira.*

140 *Cherubin Angelicarum fortitudinum nomen.*

141 *Gladius in Paradiso positus ad custodiendam viā ligni vitæ, quid denotet secundum Basilium magnum.*

142 *Quid denotent verba Iesu Christi Matth. cap. 10. Non veni pacem mittere in terram, sed gladium.*

143 *Gladius materialis, quem portant magistratus, quid significet, num. 144. & 145.*

146 *Gladius quid significet apud Senecā in persona Neronis*

147 *Intellectus Const. Regni, Post mundi machinam.*

148 *Gladius Magistratus secundum Aurelium Cassiodorū*

Com-

149 *Commissio facta a Senatu Romano P. Sextio Decemuiro, & num. 150.*

151 *Quattuor litteræ arbitrariæ, quæ appellantur in Regno Neapolis, concedi non possunt a Baronibus, qui illas in eorum priuilegijs non habent a Rege.*

152 *Intellectus, c. Regni, Exercere volentes.*

c. Prouisa iuris sanctio.

c. Iuris censura.

c. Ne tuorum.

153 *Cõmissa alicui protectione alicuius Ciuitatis, & Regimine, an intelligatur cõmissum merũ, & mixtũ imperiũ.*

154 *Concesso Regimine, quid veniat, num. 155. & 156.*

157 *Barnabas, & Galeatius tenuerunt Ciuitatem Mediolani indiuisam.*

Duobus existentibus Ciuitatis Dominis, quis constituet Magistratum. num. 158. 159. 160. 163. 165. & 166.

161 *Feuda indiuisibilia, exercitio, & vsu fiunt diuisibilia.*

162 *Iurisdictio, quando possit diuidi.*

163 *Decisio Regiæ Cameræ Summariæ.*

164 *Feuda dignitatum numquam diuidi possunt.*

167 *Duobus existentibus dominis loci, si vnus delinquat, an alter eum punire possit.*

168 *Condominus delinquens, an amittat iurisdictionem suã; Affirmatiue conclusit Rota Romana.*

169 *Vir, an vxor constituant Magistratum, in Ciuitate vel Castro dotali. num. 174.*

170 *Multa, & pœnæ, & bona confiscata Castri dotalis, an sint viri, vel vxoris, & num. 171.*

172 *Retractus pro fundo dotali spectat ad vxorem, non ad virum ex Decis. Sacri Consilij.*

173 *Vir dicitur dominus rei dotalis temporarie cõstante matrimonio, & quo ad vsumfructum, non autem quo ad directum dominium.*

175 *Magistratus electio, ac deputatio est in vsufructu.*

176 *In Castro Paraphernali, vel extra dotem, quis deputabit Magistratum.*

177 *In Ciuitatibus & Castris Maioratus quis constituet Magistratus.*

178 *In Castro pignori dato, quis ponet Magistratum, & nu. 179. ponitur censura Clarissimi authoris.*

180 *Potestas dominica in seruos, & num. 181. & 182.*

182 *Modica coerctio, & vinculorum constrictio, & illatio ad custodiã in seruũ sunt domino permissa, & n. 183.*

184 *Carceratus, an dicatur, qui sine vinculis est.*

185 *Serui in opere faciendo cum vinculis detinebantur supplicij causa, vel fugæ metu.*

186 *Pro delictis, quæ mortem non inferebant, quomodo puniebantur serui antiquitus.*

187 *Pro delictis seruorum illos domini tenebantur exhibere iudicibus vinctos ne fuga elaberentur.*

188 *Serui fugitiui, quomodo custodiebantur.*

189 *Serui, quo pacto pęnæ tradebantur.*

190 *Intellectus l. eleganter, §. fin. ff. de pignor. act.*

191 *Res a debitore tradita pignori creditori, dicitur esse in bonis debitoris, num. 192.*

193 *Ludouici de Molina opinionem non sequitur author.*

194 *Qui pro debito rem pignori captã tenet pro pecunia, vsuram committit, ac fructus in sortem computabit.*

195 *Dominus directus Castrum feudale in pignus capiens, nõ facit fructus suos, alias vsuram cõmitteret, & n. 196.*

197 *Ius constituendi Magistratum, an præscribatur.*

198 *Iura regalia sunt in præscriptibilia, & nõ concessibilia. concessibilia autem sunt præscriptibilia.*

199 *Merũ imperiũ, præscriptibile est, ob id ꝙ est cõcessibile.*

200 *Merum imperium non præscribitur nisi præscriptione immemorabili.*

201 *In præscribendo mero imperio sufficit probari præsidem fuisse in Prouincia.*

202 *Præscriptio immemorabilis priuilegio æquiparatur.*

203 *Intellectus c. 1. quæ sint Regalia.*

204 *Magistratus habent iurisdictionis tantum exercitium, & administrationem.*

205 *Decisio Sacri Concilij.*

206 *Franciscus Alderisius Regius Consiliarius laudatur.*

207 *Magistratum suscipere, an quis cogatur. num. 213. 214. 215. & 217.*

208 *Iudices Dij appellantur in Sacra Scriptura.*

209 *Iudices, qui constituuntur, dicuntur honorari.*

210 *Dies extremi iudicij, Dies Domini dicitur.*

211 *Athenienses, & Spartani iudices, Rege, & Senatu non probante, non iudicabant.*

212 *Messala Coruinus sexta die se Magistratu, & vrbis præfectura abdicauit.*

216 *In Regno Neapolitano non est permissum recusare Magistratum a Rege collatum.*

Intellectus Prag. Philippi Secundi Regis Catholici.

218 *Intellectus l. si ad magistratum. C. de Decur. lib. 10.*

219 *Magistratus Dominorum Pupillorum, quis creat.*

220 *Balij, siue Tutores Baronũ in Gallia Balistæ appellantur.*

221 *Locũtenentẽ, quis creat, & nu. 222. 223. 224. & 226.*

225 *Locumtenens, non expedit causas sanguinis.*

227 *Iustitiarius in Regno, loco sui alium non constituit, idq. sub capitali pœna vtrique, & substituenti, & substituto irroganda.*

Intellectus Const. Regni Officia.

228 *Intellectus Const. Duram, & diram, & num. 229.*

230 *Intellectus c. Regni. Quia de Vicarijs.*

231 *Intellectus c. Regni. Itẽ quod pdicti officiales iustitiarij.*

232 *Intellectus Pragmat. Prudentia, Regis Ferdinandi.*

Intellectus Pragm. incip. Item mandamus Caroli V. Cæsaris, de administratoribus.

Intellectus Prag. incip. Magnifici viri, sub tit. de compos.

AXIOMA.

Principes potestatem habentes sui subditis Magistratus iuri dicundo proponunto; illiq. traditæ sibi potestatis diploma, populis exibento.



DEVS Optimus Maximus, sui Israelitici populi misericordia motus, dum illum à Pharaonis manibus eripere decreuisset, ac ad vitæ melioris cultũ deducere statuisset. Mosem virum iustum, cuius medio id fieret, elegit, cui potestatis virgam tradidit, atque cõmissionis formulam expressit, vt diceret populo, illum esse à DEO missũ, vt liberaret eum è Pharaonis manibus, & duceret ad terram fluentem lac,
1 & mel, & Pharaoni † virgã ostenderet, quæ terra
percussa serpens euaderet, vt habetur Exodi c. 4.
2 Per † virgam enim Regiæ potestatis Sceptrum,
& insigne præsignatur, vt inquit Hieron. in Psal. 109. Præuidens enim Dominus, quod petiturus esset Pharao potestatis signum, inquit Exodi capit. 7. cum dixerit vobis Pharao, ostendite signa; dices ad Aaron tolle virgam tuam, & proijce coram Pharaone, ac vertatur in

colubrum; & alia, quæ habentur latius cap. 8.
ibidē. Hinc IESVS CHRISTVS à DEO
se missum asseruit pluties apud Euangeliorum
scriptores, & præsertim apud Ioannem cap. 7. vbi
inquit: Et me scitis, & vnde sim scitis, & à me ipso
non veni, sed est verus, qui misit me: Et Matth. c.
28. Data est mihi omnis potestas &c. Et dū Iudæi
interrogarent an ipse Christus esset, Ioan. c. 10. re
spondit: Opera, quæ ego facio in nomine Patris
mei, hæc testimoniū perhibent de me. Docuit ita
3 que † Christus se missum à patre, & habere pote-
statem maximam, inter cetera per miraculorum
4 effectum. Sic & ipse, † suo successori Petro po-
testatis formulam dedit, dum ei ligandi, & sol-
uendi potestatem contulit, dum, vt suas oues
pasceret in mandatis exhibuit Matth. cap. 16. & c.
5 18. & Ioan. cap. 21. Petrus etiam † morti proxi-
mus Clementem Episcopum consecrauit, eiq.
potestatem tribuit dicens, eamdem ego tibi pote
statem ligandi, & absoluendi trado, quam mihi
Christus reliquit; vt dicit Baptista Platina in Vita
Petri. Eodem etiam modo alijs Summis Pontifi-
cibus, qui à Cardinalium Collegio eliguntur pas-
sim datur, & tribuitur Pontificia potestas, cuius
Potestatis formulam tradidit idem Platina in
6 Vita Gregorij Septimi, quæ est huiusmodi: † Nos
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Clerici,
Acolythi, Subdiaconi, Presbyteri, præsentibus
Episcopis, Abbatibus, tum Ecclesiastici, tum
Laici ordinis, elegimus hodie decimo Calendas
Maij in Basilica Beati Petri ad Vincula, Anno sa-
lutis MLXXII. in verum Christi Vicarium,
Ildebrandum Archidiaconum, virum multæ
doctrinæ, magnæ pietatis, prudentiæ, iustitiæ,
constantiæ, religionis, modestum, sobrium,
continentem, domum suam rectè gubernan-
tem, pauperibus hospitalem, in gremio Sanctæ
Matris Ecclesiæ, liberè a teneris annis vsque ad
hanc ætatem educatum, quem quidem ea pote-
state Ecclesiæ Dei præesse volumus, qua Petrus,
Dei mandato quondam præfuit, & ille per hæc
Pontifex declaratus, se Gregorium dixit, qui
septimus à primo nuncuparetur. Hæc Platina.
Quem sequitur Marcus Anton. Sabellicus, lib.
3. Enneade 9. eamdem formulam referens.
7 Clauium † namque traditarum symbolo, remit-
tendi, ac retinendi peccata, soluendi, ligandiq.
authoritas † designatur, dum Matth. cap. 16. in-
quit: Tibi dabo Claues Regni Cælorum. Et non
modo Regni Cælorum, sed Inferni, præsertim
in damnandis heresibus, ac alijs damnatis; vt ha-
betur Apocalypsi. cap. 1. Habeo claues mortis, &
Inferni, & cap. 20. Vidi Angelum descendentem
de Cælo, habentem clauem Abyssi, & catenam
magnam in manu sua. Quæ authoritates lo-
quuntur de potestate in damnatos. De pote-
8 state autem † hæresum, idem Apostolus Apoca-
lyps. cap. 9. Et data est ei clauis putei Abyssi. De
his clauibus Ambrosius Sermone 38. Duode-
cim (inquit) Apostolorum Symbolo, fides san-
cta concepta est, qui velut periti artifices in vnū
conuenientes, Clauem suo consilio conflaue-
9 runt. Clauem enim quandam ipsum † Symbo-
lum dixerim, per quod reserantur Diaboli tene-
bræ, vt lux Christi adueniat, aperiuntur conscien-
tiæ clausa peccata, vt iustitiæ fulgeant opera ma-
nifesta. Igitur hæc clauis ostendenda est fratribus
nostris, vt & ipsi tamquā discipuli Petri, inferna
reserare, cęlos aperire consuescant. Hęc Ambro-
sius. Claues etiam interpretantur, vt censeatur
10 data † potestas scientiæ, siue cathedræ, & au-
thoritas gubernandi; vt habetur 24. q. 1. per to-
tū. Dominus enim dedit Claues Petro, dum dat
cathedram docendi, dat & imperium gubernan-
di in Ecclesia. Igitur difficultas omnis ab ipso
diffinitur, & ad eum spectat tamquam habenti
11 cathedram. Similiter ponere ministros in † Ec-
clesia, dare normam ministerij diuini Altaris, &
Sacramentorum, ad pręscriptum Papæ spectat,
vt summum Ecclesiæ gubernatorem. Cum ha-
beat Clauem cathedræ, ipse desiniet quid sit de
12 fide, quid contra, † definiet quid sit peccatum,
13 quid e contra sit iustum. Cum habeat † Eccle-
siasticum imperium, eius mandatis † parendum
est. arg. c. Maiores, ext. de Baptismo, & notatur
in c. 1. c. de libellis, c. si decreta, c. de quibus, 20. di-
stinct. & in c. vt constitueretur. 50. distinct. De
14 his clauibus sanctissimè Doctores † Ecclesiastici,
Hieron. in Epistola ad Heliodorum. 1. Augu-
stin. in lib. quinquaginta Homeliar. Homel. 49.
& Homel. 50. Chrysostomus de Sacerdotio,
lib. 3. Cyprianus in Epistola 2. ad Cornelium.
lib. 1. Hilarius Pictauensis, in Matth. Canone
16. Bernard. de Consideratione ad Eugenium,
lib. 2. Idem Chrysostom. in Matth. Homel. 6. Leo
Magnus de Anniuersario die suæ assumption.
Sermone 3. Cyrillus in Ioan. lib. 2. cap. 12. Ioan-
nes Eckius, de Primatu Sedis Apostolicæ, in
princ. Thom. de Aquino, lib. 2. Sentent. distinct.
vlt. in fine. Ioan. de Capistrano, de Papę, Concil.
& Eccles. auth. parte 3. secundæ partis princ.
col. 40. versic. vigesimo probatur. Paulus Pala-
tius in Matth. cap. 16. Ioan. Bunderius in Com-
pendio concertationis, tit. 16. artic. 7. & tit. 31. art.
18. Stanislaus Hosius Cardinal. Varmiens. de Cō-
fession. cap. 47. in fine, & de Ministro Sacramenti
Ordinis, cap. 54. & de authoritate Sacræ Scriptu-
ræ, lib. 3. de quibus Concil. Trident. sess. 14. cap. 1.
cap. 8. & Canon. 3. canon. 10. canon. 15. Martin.
Nauar. in Summa, cap. 1. num. 10. capit. 26. nu. 20.
Contulit etiam Christus Petro potestatē, per illa
verba Ioan. cap. 21. Pasce oues meas. Sic dum
15 Cardinales, † Patriarchæ, Archiepiscopi, Episco-
pi, Abbates, alijq. in Ecclesiastica dignitate po-
siti, dignitatis, & potestatis codicillos ostendunt.
16 Eodem † pacto Imperij electores ab Ecclesia Ro
mana, ac Sūmis Pontificibus, eligendi Impera-
toris potestatem † habent, c. Ad Apostolicæ, de
re iud. in 6. Clement. Romani Principes, de iure-
iur. Petr. Belluga, in Speculo Princip. Rubr. 14. §.
veniamus, num. 17. vbi nos latè diximus, & non-
nulla allegauimus, in verbo, Archiepiscop. Mo-
gūtinus. A quibus demum Imperator eligitur, &
electionis eius priuilegia expediuntur.

De Magistratuum itaque edictis scripturi, an-
te omnia monendi sunt, vt hi suæ commissio-
nis, ac tributæ potestatis, vel iurisdictionis
litteras exhibeant, nec enim illis non prius
exhibi-

exhibitis officium, ant magistratum ingredi
17 poterint; † gerens enim se pro Magistratu, dum non sit, tamquam priuatus, aut falsis cum lit teris, in leuibus, vel in arduis, grauiter punitur, penaq. imponitur, quam post Andr. de Isern. Caccialup. Gigantem, Montaltum, refert Iacob. Menoch. de Arbitr. Iudic. quæst. lib. 2. Centur. 4. Casu 320. per totum. Monticell. in Praxi crimin. Regul. 15. num. 55.

Princeps itaque quisquis ille fuerit, Ecclesiasticus vel Laicus, supremus, aut medius, Respublica quælibet, habentes imperij, ac iurisdictionis authoritatem, ac alij quilibet vassallorum Domini, dum Magistratus pro Iustitiæ administratione constituunt, potestatis, & authoritatis litteras illis conferunt, quas, vt eis obtemperent, antequam administrationem suscipiant, populis, quibus præponuntur, ostendere debent, vt inferius
18 aperiam; Magistratuum † enim creatio, dum Romana floruit Respublica, & Orbi ferè toto dominaretur, ad populum pertinuit, ex lege à Romulo lata, dum inquit: Populus Magistratus creanto, leges sciscunto, & bella decernunto. Cuius meminit Pardulphus Prateius in Iurisprudentia veteri, ad leges Romuli, l. 5. vnde Pomponius Lætus in libello de Magistratib. capit. 4. de potestate Senatus, & Plebeis inquit: Populus Magistratum creabat, leges sanciebat, & de bello decernebat. Et ex Dionysio Halicarnasseo lib. Historiar. 2. di-
19 cit Paulus Manutius, de legib. Romanis, † fuisse hoc à Romulo sancitum, ne nimis in Patritium ordinem videretur esse propensus, datum aliquid populo voluit, vt & is suis suffragijs Magistratus crearet, leges sisceret, bella decerneret. Idem Pomponius Lætus in libello de legibus, in princ.
20 inquit: † Magistratum dici ceptum, cũ a populo fuit creatus Magister populi, idest Dictator: quẽ sequitur Hierony. Cagnol. in Rep. l. 2. num. 164. & 253. ff. de orig. iur. vbi ex Dionys. Halicarnass.
21 lib. 2. dicit, † a Valerio Publicola Consule, latam fuisse legem, vt qui aliter quam a Populo Magistratum acciperet, sacer esset, id est execratus, & capitalis. Cuius meminit Plutarchus in illius Vita. ibi: Altera de sacrando capite eius, qui Magistratum absque populi suffragijs cepisset. Cui se subscripsere Vdalric. Zaz. & Hotom. in lege Valeria.

Nec vim facio in his, quæ Pardulphus Pra-
22 teius in loco supra allegato protulit, † quod intelligatur, Populum Magistratum creare potuisse, consentiente tamen Senatu: nam istud tunc ambigeretur, quando dubium factum esset, num plebs Magistratum creare potuisset: tunc enim necessaria fuisset illa declaratio, verum ambigen-
23 dum id minime est in Populo, † cuius appellatione, & Patricij, & Senatores intelliguntur, Iustiniani Imperatoris authoritate, in §. lex est, in verbo, Populi, Inst. de iure natur. Gent. & ciuili quãquam Vdalrich. Zas. in antiquarum legum catalogo, nihil de Magistratuum reatione à Populo, scribat, sed id tantum in suo Consulatu P. Valerium cauisse, ne quis Romæ haberet imperium, nisi cui a Populo datum esset. De Magistratu tamen sub silentio transiuit. Cui assentitur etiam Aymarus Riuallius Histor. Iur. ciuil. lib. 2. qui dum loquitur de P. Valerio, in Collatini Consulis demortui locum suffecto, inter alia cauisse ait, quod cum bonis capite damnaretur, qui Regni occupandi consilia inijsset; quamquam Plebi, siue Populo (vt eius verbis vtar) dicat, officia à Romulo aprincipio concessa hæc fuerunt,
24 † Magistratus omnes creare, leges sciscere, vel condere, deq. bello, paceue decernere; vt è nouissimis retulit Onuphrius Panuinius in Reipublicæ Romanæ Commentat. lib. 2. Multo autem tempore mos hic perdurauit, donec Iulius Cæsar Dictator, ac Pontifex factus, Comitia creandorum Magistratuum cum populo partitus est, exceptis enim Consulatus competitoribus, de cetero Candidatorum numero pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur; pro parte altera, quos ipse dedisset, vt Suetonius Tranquillus est author in eius vita, cap. 41.

25 A populo † demum potestas omnis in vnum Principem trãslata est, l. 1. C. de veteri iure enucl. l. fin. C. de legib. & constit. l. 1. post princip. C. de offic. præfect. præt. Africæ, capit. venerabilem, de elect. cap. ad Apostolicæ, de reiudic. in 6. Clement. prima, de iureiuran. Oldrad. in consil. 69. num. 1. Andr. de Isern. in cap. 1. in verbo, potestas creandorũ Magistratuum. Bart. in Extrauag. Ad reprimendum, in verbo, totius Orbis. Marth. de Afflict. Præposit. Hotoman. & alij, in dicto verbo, potestas creandorum Magistratuum. Petr. Belluga, in Speculo Princip. rubr. 22. §. & quia quotidiana, nu. primo, vbi nos diximus, in verbo, Principem. Philipp. Decius in c. Nouit. col. 4. de iudic. Paul. de Castro, in l. non ambigitur, num. 4. ff. de legib. Corneus Perusin. in consil. 1. littera I. vol. 3. Francisc. Marc. in Decision. Delphin. 187. num. 2. volum. 1. Restaur. Castald. de Imperat. q. 4. nu. 2. Carol. Tapia de Constit. Princip. in rubr. cap. 1. num. 6.

26 Fuit † autem ea potestatis, & Imperij translatio a populo facta in personam Octauij, de quo actu ita scribit Paulus Orosius, lib. 6. cap. 18. Anno ab vrbe 726. ipso imperante Cæsare Augusto, &
27 Lucio Apuleio Coss. † Cæsar victor ab Oriente rediens, octauo Idus Ianuarij, vrbem triplici Triumpho ingressus est, ac tum primum ipse
28 † Iani portas (sopitis omnibus, finitisq. bellis ciuilibus) clausit. Hoc die primum Augustus con salutatus est, quod nomen cunctus antea inuiolatũ, & huc vsque ceteris inausum, a Dominis tantum Orbis licitè vsurpatum, apicem declarat Imperij, atque ex eodem die, summa rerum, ac potestatum penes vnum cæpit esse, & mansit, quod Græci Monarchiam vocãt. Hoc idem similibus ferè verbis refert Eutropius rerum Romanarũ lib. 7. cap. 2. & Sextus Aurelius Victor, in Vita eiusdem Octauij. Quamquam dissentiant in anno, fuit tamẽ admodum notatus dies ab Orosio, quod fuerit in die Epiphaniæ Domini Nostri Iesu Christi. Quamquam aliqui velint, quod fuerit Idibus Ianuarij, quæ est dies decima tertia illius Mensis. De hoc meminisse videtur Ouidius Fastor. lib. 1. dum ait;

Idibus in Magni caſtus Iouis ædes ſacerdos
Semimaris flammis, viſcera libat ouis.
Redditaq. eſt omnis populo Prouincia noſtro
Et tuus Auguſto nomine dictus Anus.

Tamen hoc fatendum non eſt: nam hi, qui an
tiquorum Rituum Romanarumque obſerua-
tionum ſunt inſpectores, fatebuntur, illos Ouidij
verſiculos, non de die decimatertia Ianuarij, ſed
de omnibus Idibus loqui, & dicit illis diebus fuiſ
29 ſe Auguſto nomẽ illud celebre datum, † quibus
Ioui, oues Romani immolabant, quod ſacrificiũ
omnibus Ianuarij Idibus fiebat, vt ſcribit Ale-
xand. ab Alexandro, Genial. dier. lib. 3. c. 12. & c.
18. Alexander Satdus de Morib. Gent. lib. 3. c. 11.
& vbi in locis allegatis Alexander Neapolitanus
dicit Idibus ſacrificati ſolitos a Romanis boues,
oues ſcribi debere, patet ex Ouidij ſupra adductis
verſibus, & ouẽ Ioui omnibus Idibus immolari
ſolitam, ſcripſit Macrobius, lib. 1. Saturnal. c. 15.
& vt plurimum fiebant hæc ſacrificia, vt ſcripto-
30 tes aſſeruerunt, † ex animalibus albis Faliſco-
rum, vt de flumine Clitumno, apud Meuaniam
Vmbriæ dicit Virgil. lib. 2. Georgicorum.

Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, ſæpe tuo præfuſi flumine Sacro,
Romanos ad templa Deum duxere triumphos.

Non immeritò ad vnum Principem poteſtas
omnis translata eſt, quia, vt rectè dicit Lucius
Florus de Geſtis Roman. lib. 4. c. 3. Gratulãdum
tamen (inquit) in tanta perturbatione eſt, quod
potiſſimum ad Octauium Cæſarem Auguſtum
ſumma rerum redijt, qui ſapientia ſua, atque ſo-
lertia, perculſum vndique, & perturbatum, ordi-
nauit Imperij corpus; Quod ita, haud dubie, nũ-
quam coire, & conſentire potuiſſet, niſi vnius
Preſidis nutu, quaſi Anima, & Mente regeretur.
31 Vnde † ad meliorem ſtatum nempè Monarchi-
cum, redijſſe, melius atque vtilius fuit, vt Latius
probauimus, de præſtãtia Regis Catholici, cap. 3.
Dum hæc prælo dãtur, vidi Anton. Clarum, Sil-
uium, Aduocatum, Pariſiẽſem in Cõment. ad le-
ges Iuris Romani antiqui, in præfat. c. 2. vbi elegã
32 ter de Monarchia egit. Hanc † poteſtatẽ a populo
Principi traditam, non translatam, ſed cõceſſam
fuiſſe ſcribit. Paul. de Caſtro in d. l. non ambigi-
tur, num. 4. argumen. l. 1. ff. de Conſtit. Princip. in
verbo, conceſſit, vbi idem Caſtrenſ. num. 3.
dicens, ob hanc cauſam non omne Imperium
33 fuiſſe ſibi abdicatum, quinimmò † ante Do-
mini Noſtri Ieſu Chriſti tempora, licuiſſe Po-
pulo Romano poteſtatem reuocare, & ad ſe auo
care, ac Imperatorem deponere; nunc verò ad
Summum Pontificem pertinere. Quia in re ſu-
peruacaneum nunc eſt, in controuerſiam dedu-
cere, id quod per Chriſti aduentum, & Petri, ac
Summorum Pontificum ſucceſſorum fundatã
authoritatem, ſopitum eſt. Nam & Modeſtinus
de lege ambitus verba faciẽs in l. 3. ff. ad leg. Iul. de
Ambitu. Hæc lex (inquit) in Vrbe hodie ceſſat,
34 quia † ad curam Principis, Magiſtratuum crea-
tio pertinet, non ad populi fauorem. De hoc ſic
optimè loquitur Franc. Connanus Commentar.
Iuris Ciuil. lib. 1. c. 16. num. 2. Non ita (inquit) Po-
35 pulus, qui ſe Imperij Maieſtate nudauit, vt ea ip-
ſum Principem exornaret, & veſtiret. Vt non mi
randum ſit, ſi poſtea, nec ita multo poſt, nudus
ab omni auxilio, Principes ſuos, non modo Re-
ges, ſed crudeliſſimos Tyrannos, & dominos ſit
expertus. Hodie autem, cum Imperatores à Sũ-
mis Pontificibus dependeant, Reges Hiſpani,
Galli, alijq. Principes, & Reſpublicæ, eidem ob-
ſequantur, obruta, ac pene abſoleta eſt illa barba-
ries, & immanis crudelitas, quæ aliquos priſcos
Principes infeſtabat, & tranquilla quies Chriſtiã
nos Principes concomitatur, qua lætantur po-
puli, & bonarum in dies quærunt incrementa
virtutum.

Apud Principem igitur omnis iuriſdictio, po-
36 teſtas, atque imperium reperitur, † ita quod cuili
bet Magiſtratus cõferri ab alio nequit, niſi a Prin
cipe, vel eius authoritate mediata, vel immedia-
ta, argum. l. & quia, ff. de iuriſd. omn. iudic. Bald. in
tit. de Pace Conſtantiæ. §. in iuriſdictione. & in
tit. de Allodijs, num. 1. Alexand. in l. 1. num. 11. in
fine, & in l. Imperium, num. 9. ff. de iuriſdict. omn.
iudic. Marc. Anton. Natta, in conſil. 512. num. 4.
& in conſil. 636. num. 126. vol. 3. Ioan. Philipp. in
Reſponſo 39. num. 14. 29. & 30. poſt Bald. in c. 1. §.
ad hæc, de pace iutam. firm. Franciſ. Marc. in De-
ciſ. Delphin. 278. num. 3. volum. 1. Etenim,
vt Plinius Cecilius ait, Princeps pro ſalute com-
muni ſolus, omnium curas, laboreſq. ſuſcipit;
ex cuius fonte, poteſtas omnis, temperamento
ſalubri ad nos decurrit, vt inquit Claudius Can-
tiuncula, de offic. iudic. lib. 1. & lib. 2. Priuatus
37 † enim iuriſdictionem aliquam minime tribuit,
nec iuri publico derogat. l. priuatorum, vbi Cin.
& alij, C. de iuriſd. omn. iud. l. neque pignus, in fi-
38 ne, ff. de Regul. iur. Is autem † priuatus appella-
tur, qui officialis non eſt, l. 3. ff. de offic. præſid. qui
dignitatem etiam aliquam non habet, priuatus
appellabitur, c. qui contra, 24. q. 1. Luc. de penna,
in l. prohibitum, C. de iure fiſci, lib. 10. & in rubr.
C. de vendit. rer. fiſcal. eod. lib. Faciunt notata à
Marco Mantua, Dialog. Denar. 35. num. claſſe 9.
Franciſc. Marc. in deciſ. 610. vol. 1.
39 Non immerito itaque iuriſdictionem ordina
riam, Princeps ſolus, Reſpublica, Lex, vel Cõſue-
tudo, aut legitima Præſcriptio concedunt, c. 1. de
offic. ordin. c. cum contingat, extra, de foro com-
pet. vbi Abb. Panor. Felin. & alij, habetur in c. con
queſtus, 9. q. 3. vbi Archidiacon. c. dilecti. de Ar-
bitr. l. 1. & l. fin. C. de emancip. liber. vbi Bart. Bald.
Salicet. Ioan. Faber, l. viros, C. de diuerſ. offic. lib.
12. Bald. in conſil. 64. vol. 1. in conſil. 40. vol. 3. Lu-
dou. Roman. in conſil. 300. num. 1. Thom. Doc-
cius in conſil. 102. nu. 3. vol. 1, Nicol. Boer. in Con
ſuetud. Bituricenſ. tit. de iuriſd. omn. iud. §. 1. vbi
late. Barth. de Caſſan. in Conſuetud. Burgund. in
rubr. 1. in verbo, El droictz d'icelles, num. 101.
Alfonſ. Montaluus, in lege Fori Noui, lib. 1. tit. 7.
l. 2. in verbo, por el Rey. Auguſt. Berous in conſil.
102. num. 6. vol. 1, Ioan. Franciſc. Pauin. de poteſt.
Capituli Sede vacante, parte 1. q. 2. Lancelott.
Conrad. in Templo, Iud. lib. 1. cap. 1. §. 4. in verbo,
iuriſdictiones concedit. num. 1. & 2.
40 Ipſe enim † Princeps eſt, qui iuriſdictionem
tribuit, Magiſtratus creando, vel confirmando,

aut

aut præstando authoritatem creandi, vel confir-
mandi, c.1.§.iudices, de pace iur. firm. l. 1. §. cum
vrbem. ff. de offic. præfect. vrb. §. interim, Authen.
de defensor. ciuitat. Innoc. in c. cum ab Ecclesia-
rum, extra de offic. Ordin. Alexand. in rubr. ff. de
offic. eius cui mand. est iurisd. num. 17. Andr. Al-
ciat. in rubr. de offic. ordin. num. 5. & 24. & post
Gregor. Lopez. in l. 2. in verbo Acstos tales. tit. 4.
partita 3. quos refert Ludou. de Molina de Hi-
spanor. Primogen. lib. 1. cap. 1. c. 25. nu. 12. par. 1.
Natta in d. consil. 636. nu. 15. vol. 3. Propria enim
dicitur iurisdictio, quę datur à Principe; Aure-
lius Cassiodorus lib. variar. 6. cap. 15. Quæ iurisdi-
ctio omnis, quæ ab istis dimanat in alios, iure me
rito per intermedios, dicitur etiam Principis iu-
risdictio. Nec enim posset Princeps, aut Rex
vbique personaliter interesse, & iuri dicundo va-
care. Ad ipsũ idcirco spectat Officia, ac Magistra
tus conferre, vt in d. cap. 1. in verbo, potestas creã-
dorum Magistratuum, vbi Bald. quæ sint Regal.
& voluit Francisc. Marc. in Decis. Delphin. 616.
41 num. 1. vol. 1. Hinc omnes Duces, Marchiones,
Comites, Barones, intuitu concessionum eis fa-
ctarum, & priuilegiorum, possunt Magistratus,
& Officiales deputare in eorum Ciuitatibus, Ca-
stris, Opidis, ac Villis, per supradicta, ac in Regno
Neapolitano pater per Constit. Ea, quæ ad specia
le decus, & Constit. seq. quæ sunt factæ a Federi-
co Imperatore; in quibus Glos. Marini de Cara-
manico, Andr. de Isern. Afflict. & alij, & voluit
Anton. Capic. in inuestitura feudali, §. feudorum
clausulæ, in verbo, & quod possint creare Capita-
neos, in princ. fol. 128. Marin. Freccia, de subfeud.
Baron. lib. 7. Author. 13. per totum.

Rectè itaque credendum est, diuino iudicio id
factum, in vnum Principem deductũ fuisse totius
potestatis thesaurum, ac illum authorem esse
omnis iurisdictionis, a quo postmodũ in inferio-
rum hortulos fiat irrigatio, tradaturq. potestatis
authoritas, vt a Principe in Barones, & à Baroni-
bus postmodum Magistratus, atque Officiales
constituantur, qui populis pręficiantur, & illis ius
dicant, qui suæ potestatis, & authoritatis litteras
42 ostendere coguntur, cum † in humanis actibus
potestas agentis prius inspiciatur, l. si quæramus,
vbi Iacob. de Aren. Bart. & Bald. ff. de testament.
Iacob. Philipp. Port. in consil. 234. num. 4. Dum
43 † igitur aliqui Regno, Prouinciæ, Ciuitati, Opi-
do, Castro, vel Villæ præficiuntur, prima vice, qua
Magistratus subeunt, in locis publicis, hactenusq;
solitis, literas suæ potestatis, prius ostendere popu
lis coguntur, c. Fundamenta, vers. Marchio, Dux,
Comes, vbi Glossa, in verbo, litteras, de elect. in 6.
l. si qua per calumniam, C. de Episcop. & Cleric. l.
1. C. de Mandat. Princip. Innoc. in c. cum ordinẽ,
de præscript. Specul. in tit. de leg. §. superest. Bart.
in l. probatorias, C. de diuers. offic. lib. 12. Bald. in
l. 1. C. Vt lite penden. Luc. de Penna in l. prohibi-
tum, col. 1. versic. Nota etiam post Bart. C. de iure
fisci, lib. 10. vbi Bartol. ait, mandatum Officiali,
notum fieri debere in Curia Præsidis Prouinciæ,
quo facto, illi Officiali creditur per totã Prouin-
ciam. Vnde Bal. in d. l. 1. C. de mand. princip. dixit,
44 † non sufficere, quem probare quasi possessionẽ
officij, nisi per concedentis litteras doceatur, arg.
l. Decernimus, C. de Episcop. & Cleric. Ostende-
45 re enim debet litteras suæ potestatis, † aliàs etiam
præpositis à Principe non creditur sine litteris.
Alfonsus Montaluus in Foro Regal. lib. 1. tit. 7. l.
46 1. in verbo, en el Concejo. Inde est, quod ingres-
sum Palatij Curiæ facere oportet, aliàs officium
exercere non poterit, quia minimè dici potest
esse in quasi possessione officij, nisi id obseruet.
Bald. in l. 1. de offic. præfect. August. Pari de Pu-
teo, in tract. Syndicat. in verbo electio officialiũ,
cap. in officijs. num. 3. ad hæc faciunt dicta per Ia-
son. in l. more maiorum, nu. 53. ff. de iurisd. omn.
47 iud. dicentem, † ordinariam iurisdictionem num
quam præsumi, neque collatam censeri, nisi pu-
blica scriptura demonstretur. Quod & voluit
Alexand. in consil. 107. num. 1. & 5. vol. 7. Paul.
Merend. in consil. 100. num. 1. cum duobus seqq.
vbi dicit, quod saltem in principio, concessæ iuris
dictionis scripturam litterasq. commissionales
Magistratus ostendere debeat. Iurisdictio enim
accidentale quoddam est, homini a natura mini-
48 mè insitum; idcirco † ille, qui in ea se fundat, pro
bare illam, & ostendere cogitur, argum. Glossæ
in c. si fortè, in verbo scientiam, de elect. in 6. & la
tè Francisc. Herculan. in tract. de negatiua, nu. 5.
49 Et in † Regulis Apostolicæ Cancellariæ, Regu-
la adest, qua cautum est, per commissionem cau-
sæ, nisi conficiantur litteræ, iurisdictionem mini-
mè tribui. Qua de re videnda sunt quæ scribit Lu
douic. Gomez. in Regula, de subrogan. quæst. 3.
& Francisc. Hercul. in tract. de Attentatis, cap. 6.
num. 72. cum pluribus seqq. quod & asseruerunt
DD. de Rota in Nouis. Decis. 459. incip. Circa ter
tium.

50 Asserenti † itaque se cum Principis mandato
venisse, non creditur, nisi mandati huiusmodi lit-
teras ostenderit. Latè Guido Papa in Decis. Gra-
tianopol. 286. num. 1. & in decis. 322. Faciunt no-
51 tata per Nicol. Boer. in Decis. 282. Ante † enim
similium litterarum exhibitionem, ac pręsenta-
tionem, iurisdictio nõ confertur. Philipp. Franc.
in c. super, col. 4. de appellat. & alios referẽs Fran-
cisc. Turzan. Regula 40. Hinc nonnullæ dignita-
52 tum, ac Magistratuum † formulę traduntur ab
Aurelio Cassiod. in libris Variarũ, quibus osten-
ditur litteris credi in dignitate collata, & præser-
tim, is Cassiodor. lib. 6. cap. 9. de Formula Comi-
tiuæ Patrimonij exordiens ait: Antiquæ consue-
tudinis ratio persuadet, chartis nostris illos im-
buere, qui longè positi, commissas accipiunt di-
gnitates, vt quos non poteramus præsentes in-
struere, lectio probabilis commoneret. Et alibi
idem Cassiodorus pluries demonstrat, commis-
sionem præcedere oportere. Ob quod post Bart.
in d. l. prohibitum, inquit Martin. Laudensis, in
tract. de Officialib. §. 97. quod officiali Principis
53 non creditur sine litteris. † Personarum enim le-
gitimatio ante omnia præcedere debet, vt talem
quis se Officialem ostẽdat, qualem se facit, vulg.
l. non ignorat. C. qui accusare non poss. Roland. à
Valle, in consil. 100. num. 21. vol. 2. & ita in consil.
49. num. 23. vol. 4. Diximus nos ad Bellug. in Spe-
culo Princip. Rubr. 7. in verbo, de mandato.

Ferrant. Gargiar. in Patrocin. 47. Et in Summa
54 † poteſtatis virtus conceſſa primum inſpicienda
eſt, l. cum te, C. de donat. inter vir. & vror. l. multũ
intereſt, C. ſi quis alt. vel ſibi, cap. ſuper eo, de offi.
deleg. Bal. in conſ. 326. nu. 2. vol. 1. Roland. à Val-
55 le, in conſil. 12. num. 25. vol. 4. Quia † ſi non ap-
paret, eſſe nõ præſumitur, c. ſolemnitates, in fine,
de Cõſecrat. diſtin. 1. l. in lege, C. de cõtrah. empt.
cum notatis a Sebaſt. Vant. in Tract. Nullitatis,
Tit. A quo, & a quib. num. 18. Quia cum iuriſdi-
ctio ſit Principis, Reipublicæ, Baronis, vel Domi-
56 ni, debet ipſorũ conſenſu præſtari, † quę præſtatio
ex litteris tantum exhibetur. Rota in Antiquis, in
Deciſ. 12. ſub tit. de Iure Patronat.

57 Commiſſio † itaque poteſtatis, in illis tribus
quæ requiruntur in Magiſtratu, includitur, quæ
ſunt, Electio, Acceptatio, & Ingreſſus Officij, l.
publicus, ff. de condit. & demonſtr. Paris de Pu-
teo in d. cap. in officijs, num. 1. Franciſc. March. in
Deciſ. Delphin. 262. vol. 1. & ex ijs quæſita dicitur.
58 Quæ iam dicta ſunt, † non in ordinarijs ſolũ Iu-
dicibus, ſed etiam in delegatis procedunt, vt ſuæ
poteſtatis litteras demonſtrare cogantur, c. cum
in iure peritus, de offic. delegati, Rota in Nouis,
in Deciſ. 357. circa tertium dubium. Philipp. De-
cius in c. vt debitus, de appellat. Felin. in c. ceterũ,
de reſcript. Iacob. Menoch. de Arbitr. iud. quæſt.
lib. 2. Centur. 2. Caſu 112. nu. 7. Quintil. Mandoſ.
in Tract. Inhibition. q. 3. Guid. Papæ, in d. Deciſ.
322. Ioſeph. Cumia in Pract. Syndicat. cap. 1. per
totum. Bartholom. Caſſançus in Conſuetud. Bur
gund. in Proœm. in verbo, Nos patentes lettres,
num. 1. Petrus Rebuff. ad Conſtit. Galliæ. Tomo
2. tit. de litter. dilat. annal. Gloſſ. 1. artic. 3. num. 4.
& in Concord. Franciæ, in forma Mandati Apo-
ſtolici, in verbo, Diſpenſationum, col. 2. verſ. No
tandum eſt quod quando. & Nouiſſimè Angel.
de Gambilion. in conſil. 6. num. 17. volum. 1. niſi
59 † eſſet Cardinalis, cui propter dignitatis pręemi-
nentiam ſine litteris credi debet, c. Nobiliſſimus,
vbi Gloſſ. 97. diſtinct. Caſſançus. in Conſuet. Bur
gund. Rubr. 1. §. 6. in verbo ſont creuz, num. 3.
Cumia in d. c. 1. Panorm. in conſil. 18. vol. 2. Hie-
ronym. Gabriel. in conſil. 71. num. 1. vol. 2. Ana-
ſtaſ. Germonius de Sacror. immunit. lib. 3. cap. 6.
num. 54.

60 Nuncijs, † & apparitoribus etiam, (quamquã
inferioris ſint gradus) non creditur, poteſtate nõ
demonſtrata, quod iudicis commiſſione id fa-
ciant, quæ non præſumitur, niſi appareat, c. præ-
terea, de dilat. l. cum clericis, §. memorati, C. de
Epiſcop. & Cleric. Cin. in l. fin. vbi etiam Bartol.
C. de exhib. reis. idem Bartol. in l. 1. §. cura carnis,
ff. de offic. præfect. Vrb. Alexand. ad Bart. in l. qui
nomine, ff. de falſ. Abb. Panorm. in cap. 1. num. 4.
& 34. & ibidem Felin. num. 21. de iudic. Angel.
de Aret. in Tract. Malefic. in §. Iudex commiſit,
quod Gaius. col. 2. verſ. & bene. Franciſc. Aretin.
in conſil. 36. in fine. Ludou. Roman. in conſ. 497.
nu. 8. Lanfranc. de Orian. in Rep. c. quoniam con-
tra, in verbo citationes, col. 2. verſic. quinto quæ-
ro. extra de probat. Iaſon in §. quadrupli, num. 12.
Inſtit. de actionib. Bartol. Caſſanæus, in Conſue-
tud. Burgun. rubr. 1. §. 6. in verbo ſont creuz, num.
1. vbi dicit hoc procedere in nuncijs conſtitutis a
Principe, ſecus ab inferioribus; quod nunc non
eſt noſtræ diſputationis. Hoc verò in Regno Nea
61 politano cautum eſt † per Conſt. Regni. Edicto-
rum, §. in quibus litteris, vbi hoc voluit Matth. de
Afflict. num. 12. & 49. Robert. Maranta, in Spe-
culo Aureo, parte 7. in verbo, citatio, nu. 51. Petr.
Foller. in Praxi Crimin. parte, 2. ſecundæ partis
principal. §. vel eos verbaliter citari. num. 4. Sic
62 † etiam in Regno Galliæ, non credi nuncio ſine
litteris fuit prouiſum Arreſto, anni 1533. vt, voluit
Petr. Rebuff. in Concord. Franciæ, tit. de Conſti
tut. in verbo, Gallicoſq. Prælatos, in fine, & in
tit. de Magiſtrat. in verbo, quod arca, & refert, ac
ſequitur Virgin. Boccatius in Conſt. Picentin.
Gloſ. 6. num. 15.

Cumq. prima noſtra intentio ſit, de Magi-
ſtratuum Edictis Commentationem conſu-
mere, neceſſarium fuit hæc omnia prælibare: Nã
63 ſimilia † edicta, prohibitiones, Cridæ, proclama-
ta (banna communi vulgari vocabulo noſtri ap-
pellant) fieri nequeunt ab eo, qui iuriſdictionem
non habet, Bald. per illum text. in l. 1. C. de pęnis.
Statuta enim ille cõcedere poteſt, qui iuriſdictio-
nem habet, Innoc. in c. cũ omnes. de Conſt. Bart.
in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure, & in l. 1. ff. de
iuriſd. omn. iud. Gloſ. in §. iuſiurandum, in Gloſſa
magna, circa finem medij. Authent. de defenſor.
ciuitat. latè Iacobin de Sancto Georgio, in inue-
64 ſtitura feudali, §. cũ mero, nu. 7. Statuere † enim,
& iuriſdictionem exercere, parificantur, vt dicit
Angnſt. Berous in c. qui in Eccleſiarum, nu. 56.
65 de Conſtit. Et † meri, ac mixti imperij eſſe, ſtatu-
ta condere voluernnt Innoc. in c. cũ acceſſiſſent,
in verbo, tanto, de Conſt. Bald. in l. nulli, q. 3. C. de
ſent. & interloc. omn. iudic. Idem Bald. in Marga-
rita, §. vniuerſitas, num. 3. Angel. & Alexand. in l.
1. ff. ſi quis ius dicenti non obtemper. Bald. in l. fi.
C. de iuriſd. omn. iud. Alexand. in conſil. 123. nu.
6. vol. 4. Hieron. Cagnol. in rubr. C. qui admitti,
num. 44. Marian. Socin. nepos, in conſ. 3. num. 11.
vol. 1. Matth. de Afflict. in Prolog. Conſt. Regni,
q. 3. num. 3. Sebaſtian. Medices de legib. & ſtatut.
parte 1. q. 29. per totum. Carol. Ruin. in conſ. 130.
vol. 5. late Ioan. Cephal. in conſ. 461. num. 5. & in
conſil. 571. num. 74. vol. 4. Carolus Puteus meri-
tiſſimus Archiepiſcop. Piſan. in conſil. vnico. nu.
100. poſt Conſilia Sfortiæ Oddi, volum. 1. Fabius
Turret. in conſil. 38. num. 28. vol. 1. & Ioan. Petr.
Surd. in conſil. 48. num. 10. vol. 1.

66 Norma autem † iſta, faciendorum edictorum
a Magiſtratu, ac Magiſtratuum eorũdem adin-
uentio, aliud nõ reſpicit, nec alio dirigit curſum,
quam ad populorum regendorum neceſſitatem,
ne ob potentiam, maiores, minores, & infimos,
opprimerent, reddantq. officiales vnicuique
quod ad eum ſpectat, legibus id dictantibus, iuxta
tradita per Dominic. de Soto, de iuſtit. & iure, lib.
67 3. q. 6. articulo 4. Parum † enim eſſet, iura facta
fuiſſe, niſi eſſent qui ea redderent, ac obſeruari
procurarent, l. 2. §. poſt originem. ff. de orig. iur. c.
vbi periculum, §. parum, de elect. in 6. & narrat
Claudius Canti ncula. de Offic. iud. lib. 1. cap. 2.
vbi refert iam dictam cauſam, & alias etiã refert
rationes.

rationes. Quibus concinit etiam Aristoteles, Poli
ticorum lib. 6. Qui nihil prodesse, ait, de rebus iu-
stis, iudicia, & sententias date, nisi essent, qui eas
executioni mandarent. Voluit è nostris Francisc.
Marc. in decis. Delphin. 734. num. 2. vol. 1. quia
68 † populus corruit, vbi non est gubernator, vt di-
69 cit Salomon. Prouerb. cap. 11. † Magistratus enim
Leges esse loquentes, & leges mutos esse Magi-
stratus, inquit Cicero, lib. 3. de Legibus. Quasi mu-
nuere videatur, vnum absque altero esse non pos-
se. Vnde Aristoteles Moral. ad Nicomach. lib. 5.
cap. 4. ait: Cum altercantur homines, ad iudicem
confugiunt, ad iudicem autem ire, est ire ad ius ip
70 sum, quippe † cum iudex nil aliud sit, quam ius
quoddam animatum. Et Plato, lib. 6. de Legib. Ni
hil (inquit) dubium est, quin cum magna res le-
gumlatio sit, si quis Ciuitati per leges bene para-
tas, non idoneos Magistratus constituat, quamuis
leges benè positæ sint, tamen non modo nihil pro
derit, risumq. mouebit, verum etiam calamita-
tes maximas Ciuitatibus pariet. Et Cicero in lo-
71 co allegato: Nam † nec esse, inquit, Ciuitas potest
sine Magistratibus necessarijs, sine quorum pru-
dentia, ac diligentia Ciuitas esse non potest. Et an
te ipsum Aristoteles Politicor. lib. 4. cap. 4. octaua
pars Ciuitatis eorum est, qui publicis muneribus
funguntur, Magistratusq. gerentes suum offi-
cium præstant, siquidem Ciuitas esse absque Ma-
gistratibus non potest. Et nouissimè Nicolaus Bie
lius, de Repub. lib. 1. quamuis lex (inquit) anima
dicatur, & domina Ciuitatis, proprium tamen ef-
ficiendi motum ipsa nullum habet, sed potius in-
strumentum quoddam rerum communium be-
nègerendarum est, quo egregius aliquis artifex
vtatur. Itaque populorum gratia, & beneficio iu-
dices constituti sunt. Vnde Deuteron. cap. 16. di-
citur: Iudices, Magistratusq. constitues. Et Exo-
72 di cap. 18. apparet, Moysem † suggerente Iethro
eius cognato, sedisse à mane vsque ad vesperam
ad iudicandas, & diffiniendas Israelitarum lites,
& elegisse ex populo iudices, vt essent populi Prin
cipes, Tribunos, Centuriones, Quinquagenarios,
& Decanos, qui iudicarent plebem omni tempo-
re. Hinc Lucas Actuum cap. 5. Iudicante Petro,
Ananias, & Saphira, ob precij fraudem morte pu
73 niti. Sequutus est † Moysem Iosaphat, qui in Hie
rusalem constituit Sacerdotes, Leuitas, ac Princi
pes familiarum, vt iudicium, & causas Domini iu
dicarent habitatoribus eius, vt patet Paralipom.
lib. 2. cap. 19. & Docet Iosephus Antiquit. Iudai-
car. lib. 9. cap. 1. Ethnici etiam, Barbaræq. natio-
nes, populis magistratus, ac iudices constituerunt.
74 In † Simandij namque Aegyptiorum Regis se-
pulchro, ac monumento, imagines illorum fuisse
asseritur, qui iudiciorum sententias ferrent, ac ve
ritatis imaginem quandam collo suspensam tene
rent, oculis subclausis, & conniuentibus, vt quæ
iudices integros, solamq. veritatem prospicere
debere præseferrent; vt est author Diodorus Sicu
lus Antiquit. lib. 2. hanc imaginem sine manibus
etiam fuisse Scribit Marcus Mantua, Dialog. De-
75 nar. 21. num. 4. Classe 9. vt ostenderet, † iudices,
nec oculis flecti, nec muneribus moueri oporte-
re. Qua de re Ferrand. Aduersis Explicationum li-

bro 1. cap. 10. & nos diximus in Apologia in sen-
tentiam Pilati, Aquilæ repertam, in Proemio; &
76 de Regis Catholici Præstantia, cap. 21. † Sesosis
similiter Aegypti Rex, totum Regnum in trigin
ta partes diuisit, illasq. Leges appellauit, & pat-
ti, siue legi cuilibet Prætorem suum, ac Iudicem
stabiliuit, vt est author idem Diodor. lib. 2. Arta-
77 xerses † etiam Persarum Rex, Esdræ prophetæ
mandauit, vt pro eius Sapientia Populis iudices
constitueret, lib. Esdræ 1. cap. 7. Scribit Ioseph. An
78 tiquitat. Iudaicar. lib. 11. cap. 5. Et † ijdem Aegy
ptij ex clarioribus Ciuitatibus, vt Heliopoli, Mem
phi, Thebis, viros optimos eligebāt, quos iudicijs
præficiebant, quorum consessus, neque Athena-
rum Areopagitis, nec Lacedæmoniorum Sena-
tui, cædere videbatur, vt dixit idem Diodor. in di-
79 cto lib. 2. Sic † apud Indos iudices constituti erāt,
Idē Diodor. lib. 3. Apud Carthaginenses erant, &
80 Magistratus, & itidem apud Persas, apud † Gallos
Druidæ. Guliel. Barentonius, de Magistrat. Athe
niens. Alexā. Sardus de Moribus Gentium, lib. 2.
81 cap. 24. In † Insula Taprobana, Rex ne solus iudi-
cet, quadraginta sibi iudices asciscit in capitalibus
causis, à quibus prouocatur ad Populum, qui ad
hoc Septuaginta deputat alios iudices, à quorum
Sententijs nulla de cetero datur prouocatio, sed
eorum sententiæ acquiescunt, vt est author Iu-
82 lius Solinus, in Polyhistore. cap. 54. Sic † & Mua-
medes omnium Mundi peruersorum hominum
nequissimus, cum Mecham, totius Arabię, tum
ob vetustatis opinionem (vt quæ ab Abrahamo,
vel Ismaele condita referatur) tum ob Vrbis ma
gnitudinem, ac populorum frequentiam, nobilis-
simam cepisset, Meadum Gadesis filium ei præfe-
cit, cum mandato, vt si ipse humanis eximeretur,
legem eius tueretur, & illam a Populo seruari cu-
raret, ac Vrbi ius diceret, vt est author Cælius Au
gustinius, Historiæ Saracenicæ lib. 1. Inuentum
DEI optimi maximi est Magistratuum vsus, qui
si de medio sublatus esset in Mundo, de rebus hu-
manis actum foret, insurgeret gens in gentem, &
viderentur regnis regna collisa, in quā enim non
temeritatis audaciam prorumperent mali, In Sā-
ctam namque DEI Ecclesiam praui hæretico-
83 rum ordines debaccharentur; Sublatis † enim
de medio iudicibus profecto impunè viuerent, at
que ferociter crudeliterq. admodum regna-
rent, vt inquit Melchior Cano Locorum Theo-
logal. lib. 3. cap. 7.

Ecclesiasticorum autem Principum Magistra
tus, diuersas gerunt facultates, dum suos consti-
84 tuunt Vicarios, † quorum potestas, est a Sacris
Canonibus præscripta, vt in toto tit. de offic. Vi-
carij. Quibus ex locis, plures esse illorum species
85 cognoscimus, qui † cum aliorum vices gerant, id
circo Vicarij appellantur. vt C. de offic. eius, qui
vicem alterius gerit, per totum. Alij enim sunt Vi
carij, quos ponit Episcopus ad regendam paro-
chialem Ecclesiā, qui habent animarum curam,
puta, quia rector principalis Parçciæ aliquo impe
dimento, vel causa detentus, in beneficio Vicarium
deputat, is autem episcopi authoritate facit, vica-
riusq. perpetuus appellabitur, & certam fructuū
portionem habet ex eiusdem ecclesię redditibus,
vt ha-

vt habetur per gloss. in Rubr. extra de Offic. Vi-
car. & in cap. Ad hæc, extra, eod. tit. in cap. extirpã-
dæ, §. quia vero, de Præbend. cap. si vero, eod. tit. in
86 6. & hi † Vicarij, cũ residere teneantur, in duabus
Ecclesijs Vicarij perpetui esse nequeunt, cap. 2. ex
tra, eod. tit. & vigesimum quintum ętatis annum
habere debent, & infra annum ad Sacerdotium
87 promoueri, Clement. Vnica, eod. tit. Et † Vicarij
qui deputantur ad ecclesias rurales, non sunt per-
petui, sed mutari possunt, glos. in d. Clement. vni-
88 ca. Aliqui † etiam horum Vicarij, qui cum ad tẽ-
pus assumantur, temporales ac mercenarij appel-
89 lantur, vt in c. Illud, & c. nihil, 7. q. 1. Et † de mate-
ria horum Vicariorum, Panorm. in cap. G. perpe-
tuus, de fide Instr. latè Cardin. in d. Clemen. vni-
ca. Rota in Antiq. in Decis. 228. Incip. Nota quod
vbi. Petr. Rebuff. in Praxi Benefic. tit. de Vicarijs
perpet. per totum, Nicol. Milis, in verbo, Vica-
rius, Dominic. de Sancto Gemin. in consil. 86. La
tissime Ioan. de Selua in Tract. de Benefic. parte
4. q. 6. Ioan. Nicol. Gimontens. in Enchiridio Sa-
cerdot. titulo de Pluralit. benefi. c. 1. num. 22. cum
pluribus seq. Angel. de Clauas. in Summa, §. Vica
rius. Bartholom. Fum. in Summa Armilla, §. Vi-
carius, Ioan. Paulus Lancelott. Institut. Canoni-
car. lib. 1. tit. de Offic. Vicarij. §. Inde. Marcus An-
ton. Cucchus Institut. Canonic. minor. lib. 1. tit.
20. in princip. Petr. Gregorius Syntagmat. Iuris
vniuersi, lib. 15. cap. 24. nu. 15. cum pluribus seqq.
Alfonsus Hoieda de Benefic. compatibil. & incõ
patibil. parte 1. cap. 15. per totum, vbi exactè, Petr.
Rebuff. in tract. congruæ portionis. num. 18. & ibi
pluries. Renatus Choppinus de Sacra Forens. Po
litia, lib. 3. titulo 4. num. 5. & nouissimè Concil.
Trident. sess. 6. de Reform. cap. 2. Episcopi, & sess.
7. de Reform. cap. 5. Ordinarij, capitulo 7. Bene-
ficia, & sess. 24. de Reformatione capitulo 18. Ex-
pedit.

Altera autem Vicariorum species est, Iurisdi-
90 ctionalis, puta Vicarius † Summi Romani Ponti
ficis, qui in Vrbe constituitur, in qua, non autem
extra Vrbem, suam Iurisdictionem habet, cap. pe-
nul. extra de Offic. Vicar. qui ordinariam habet
iurisdictionem, & de eius authoritate latè Ioan.
And. Petr. de Anchar. & Panorm. in dicto cap. pe
nul. & Ioan. Francisc. Pauin. de potestate Capit.
Sede vacan. parte 2. princip. qu. 10. num. 35. cum
seqq. vbi disputant, an iurisdictionem exerceat in
tra centesimum milliare. Hic Vicarius repræsen-
91 tat Papam, & † Papa appellatur Christi Vicarius
sicut fuit Petrus, c. quanto, de trans. Episcop. cap.
vbi periculum, §. ceterum, c. fundamenta, §. De-
cem, de elect. in 6. Hostiens. in cap. nouit, de iudic.
Specul. in tit. de legat. §. nunc ostendendum, nu-
mero 51. versic. 89. latè Ioannes de Capistrano, de
Papæ, & Concil. authoritate, parte 3. secundæ par
tis, colum. 1. & hunc necesse est habere suam po-
testatem à Papa, vt ei obtemperetur.

92 Vicarij † vero Archiepiscoporum, Episcopo-
rum, ac aliorum Prelatorum similiter Iurisdictio
nales, quia quãdoque Officiales, quandoque Mis
si Dominici appellantur, vt inquit glossa, in Cle-
93 ment. 2. in verb. Officiales, de Rescript. & † habe-
re dicuntur ordinariam iurisdictionem. Glossa,
in cap. 2. de offic. Ordin. in 6. Glos. in c. perlectis.
25. distinct. in verbo, iurgia. Et habent vnum, idẽ-
que tribunal cũ Episcopo, quia ab eo ad Episco-
94 pum non appellatur, quia † gesta per Episcopi Vi
carium, ab Episcopo gesta dicuntur, c. Romana,
95 vbi Philipp. Franc. de appellat. in 6. Et hic † Vica-
rius Laicus esse non potest, c. in Noua, 16. q. 7. Ni
96 si fortè † Prælatus habeat temporalem Iurisdi-
ctionem, quia tunc poterit habere Vicarium lai-
cum, similiter & assessorem. DD. in cap. decerni-
mus, de Iudic. argum. cap. penult. extra ne clerici,
97 vel monachi. Insuper † debet esse Doctor, vel Li-
centiatus, ex Concil. Tridentino, sess. 24. c. 16. Ca-
pitulum Sede vacante. Et licet ei generalis com-
missio facta fuerit, & in eum causarum cognitio
98 facta extiterit, potestas † tamen inquirendi, corri-
gendi, & excessus puniẽdi, aut beneficiatos a suis
beneficijs, vel administrationibus amouendi po-
testatem non habet, nec ius visitandi, nisi speciali
ter id exprimatur, cap. 1. & cap. finali, de offic. Vi-
99 cat. in 6. Nec † etiam confert beneficia, aut reci-
pit resignationes, nisi adsit speciale mandatum,
d. cap. finali; & idcirco solet dari eis facultas am-
pla in spiritualibus, & temporalibus, cum potesta
te conferendi beneficia, instituendi, inquirendi,
corrigendi, puniendi, & attenta potestate com-
missionis potest procedere, & plura dici possent
in hac materia, in qua exigitur peculiaris labor,
quæ omittuntur, cum non respiciãt id, quod scri-
bimus. De his omnibus, & alijs, latè Goffred. de
Trano, & Hostiens. in Summa, tit. de Offic. Vicar.
Federic. de Sen. in consil. 302. Reuerendè pater.
Abb. Panorm. in d. c. G. perpetuus. Ioan. Andr. in
cap. sua, vbi Anton. de Butr. de Offic. Vicar. Ioan.
Francisc. de Pauinis, de offic. & potest. Capituli
Sede vacan. par. 2. q. 10. Alexand. in consil. 18. co-
lum. fin. vol. 2. Curtius senior, in consil. 69. Ioan.
Calder. in titulo de Offic. Vicar. consil. 2. Martin.
Laudens. in Tract. de legat. maximi Princip. §. 10.
Ludou. Roman. in Singul. 57. Cardinal. Puteus
in decis. 94. lib. 1. in decis. 168. in decis. 169. eod. li-
bro 1. & in decis. 339. in decis. 370. in decis. 487. in
decis. 488. lib. 2. & in decis. 53. lib. 3. Crescentius in
decis. 15. titulo de prob. & in decis. 11. de Priuileg.
Corn. in consil. 181. num. 39. vol. 2. Decius, in con
sil. 43. Didac. Couar. in cap. Alma mater, parte 2.
§. 11. num. 3. Ioan. Baptista Ferret. in consil. 327. in
consil. 337. & in consil. 343. per totum, vol. 2. Io-
an. Segura Daualos, in Direct. Iudicum ecclesia-
stici fori. Parte 1. cap. 11. & cap. 12. Petr. Rebuff. in
Pract. Benef. tit. de Vicarijs Episcop. Lelius Zan-
chez, de Priuileg. eccles. Priuileg. 83. num. 19. Ar
milla, & Angelica, in §. Vicarius. Marc. Anton.
Cucch. Inst. Canonic. minor. lib. 1. tit. 20. in fine,
& Institut. maior. lib. 2. titulo 8. per totum. Ioan.
de Selua, de Benefic. parte 4. q. 6. per totum. Al-
fons. Hoieda de benefic. compatib. & incompa-
tib. parte 2. cap. 10. Nicol. Boer. in decis. 147. Mar-
tin. Mesnartius in Epitom. Leg. Pontifical. libro
1. tit. 27. Petr. Gregor. Syntagmat. Iuris Vniuersi
lib. 15. cap. 37. & cap. 41. Lancelott. Conrad. in tẽ-
plo. iud. lib. 2. §. 1. cap. 6. & §. 2. Paul. Fuscus de Vi-
sitation. lib. 1. cap. 2. num. 18. & libro 2. cap. 25. nu-
mero 13. Simon Maiolus de Irregul. lib. 1. cap. 31.
num. 11.

tit. de offic. Vic. in princip. Choppin. de Sacra Forens. Politia, lib.3. tit.4. nu.5. Petrus Cenedo collectan. iuris Canonici, num.6. parte 2. nos aliquid tetigimus de compromiss. §.2. glos.1. num.85. Ioan. Paul. Ptolom. in Decision. nouiss. Rotæ, 937. & 986. lib.3. tomo 3. Fab. Accorombon. in decis. 33. lib.1. tomo 3. & in decis. 159. lib.2. eod. tomo 3. & in decis. 35. lib.3. eod. etiam tomo 3. Gabriel Paleot. Card. in decis. 417. num.2. & in decis. 417. num.3. lib.3. tomo 3. Ioan. Corasius in Paraphrasi Sacerdotior. parte 2. cap.8. Albericus Oliua in Ritu Archiepiscop. Neap. 22. secunda parte 2. partis princip. in verbo, se grauatam. num.22. & in Ritu 35. in verbo, inhibitoria, num.3. plene Ioan. de firmo in tract. de Episcopo, lib.4. parte 7. Ioan. Bernard. Diaz. in pract. crim. Canonica cap.3. Andr. Alciat. in rubr. extra de offic. ordin. num.22. cum pluribus seqq. Octauia. Vestrius in praxi Cur. Romanæ, lib.2. c.16. Iacob. Philip. Portius, in consil. 87. nu.16. & in consil. 99. num.43. & in consil. 110. num.9. & 20. Lapus in Allegat.5. & in Allegat. 81. num.7. Cardinal. Parisi. in consil. 50. num.6. vol.4. Quintilian. Mandos. in tract. commiss. Formula 8. in verbo extraordinariis, & Formula 14. in verbo Vicarium. Sfortia Oddus de restit. in integr. q. 32. articulo 22. nu.155. & pluribus seqq. Fab. Turrett. in consil. 80. nu.14. vol.1. Ioan. Petr. Surd. in consil. 50. per totum, vol.1. Ex quibus patet omnis Vicariorum Episcopalium, & aliorum prælatorum authoritas, qui, & ipsi ad ostendendas suæ potestatis litteras coguntur: quia aliàs sua iurisdi-
100 ctio non præsumeretur, & † eamdem potestatem ex scriptura debent exhibere. Petrus Rebuf. in dicta pract. titulo de Vicar. Episcopor. num.8. & Paulus Fuscus, de Visit. lib.1. cap.33. num.8.

Omitto formulam potestatis, quæ cuique magistratui tribui solet, prout in Regno Neapolitano, in quo primum locum obtinet Vicarius, siue locum tenens Regius, quem Proregem appellamus, qui suam obtinet principis potestatem, cui possunt aptari, quæ scribit Raphael Comens. in consil. 158. Visis instrumentis. Cuius commissionis formula amplissima est; eodem etiam modo, relinquimus, priuilegia, & commissiones illorum qui habent septem maiora Regni officia, & consiliariorum Status, ac Belli, Consiliariorum collateralium, & Sacri Consilii, Præsidentium Cameræ Regiæ, Iustitiariorum, siue Gubernatorum Prouincialium, ac aliorum, qui creantur a Rege, similiter, & Iudicum Magnæ Curiæ Vicariæ in consessu causarum capitalium, & ciuilium, quibus datur authoritas a locumtenẽte, & Prorege, & similiter Auditoribus Regiis prouinciarum, omnes enim diuersas habent eorum potestatis formulas, quorũ Magistratuum memini in Proœmio Commentariorum de Regis Catholici præstantia.

Sed in Ciuitatibus, ac Terris Regiis, in aliis etiã inferiorum Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, ac Baronum, alia est commissionum, ac tributarum potestatum formula, in qua inter alia solent constituere, Officialem siue Gubernatorem, ac Magistratum, in tali Ciuitate vel Oppido, aut Castro, & quia sunt nomina Vniuersita-
101 tem denotantia, † quæ in se continet quoddam ius patronatus honorem, & districtum, ac iurisdictionem, quæ uidentur concessa in eo loco, vt scribit Bartol. in l.2. in princ p. ff. de verbor. signific. & ante eum Innocent. in c. ex litteris, de iure patron. Bald. in c.1. sub nu.5. de Capitan. qui cur. vendid. & in c.1. nu.7. in titulo de Allodiis. Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitura feudali, §. de Castro, nu.4. & Anton. Capic. in inuestitura feudali, §. feudorum clausulę, in verbo Castris. Paris de Puteo de Reintegrat. feudor. cap. 195. Baro habens, num.4. & ante eos Andr. de Isern. in c. 1. §. præterea si inter duos, num. 40. de prohib. feud.
102 alien. per Federic. concessa † enim iurisdictione in Ciuitate, vel Opido, censetur concessa etiam in villis, & casalibus sibi adiacentibus, prout apparet in iurisdictione Ciuitatis Capuæ, Salerni, Cauæ, Nuceriæ, & similium, quia concessa administratione, & iurisdictione in dictis ciuitatibus, cẽsetur etiam data in dictis Villis, & Casalibus ibidem existentibus, arg. notatorum per Bartol. in l. 1. §. cum vrbem, num.2.5. & 9. ff. de offic. præfect. vrb. vbi dicit, quod concessa Ciuitate, censetur concessus totus Comitatus, & iurisdictio in om-
103 nibus adiacẽtibus. Præsumuntur † enim Villę, & Casalia de iurisdictione adiacentis, & propinquioris Ciuitatis. Idem Bar. in Extrauag. Qui sint rebelles, in verbo, Lombardiæ, num.5. arg. l. nulli, vbi Bald. num.13. C. de Episcop. & cleric. & late Andr. Alciatus in tract. præsumpt. regula 2. præsumpt. 20. num.3. Ad hoc faciunt notata per Oldrad. in consil. 121. quæst. vltima nu.15. cum seqq.
104 in qua concludit, quod concessa † iurisdictione in Castro, censetur concessa & in territorio. Et hanc quęstionem exagitauit Alex. in consil. 1. per totum, vol.5. vbi tenuit, quod vbi Villæ subiacent Ciuitati, concessa iurisdictione Ciuitatis, venisset & Villæ. Aliàs si eidem Ciuitati non subiacerent, nec Villæ in illius territorio existerent, non haberetur tunc iurisdictio in villis, quia territorium concessum, & in eo cõcessa iurisdictio censetur;
105 cum † territorium idcirco dicatur, quia officialis ibidem habeat terrendi potestatem, arg. l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. signif. vt diximus de Regis Catholici præstantia. cap. 11. num.47. & plenius cap.71. num.290. & 291. vnde id, quod dicit Bald. in l. ex hoc iure, num.12. in fine, uers. & nota quod in terris Christianorum, ff. de iustit. &
106 iure; quod † castra constituta in territorio Ciuitatis, debent uiuere secundum leges Ciuitatis. Quem refert & sequitur Alexand. ad Bartol. in l. si conuenerit, la 2. §. si nuda, ff. de pignorat. act. intelligitur, quando est concessa Ciuitas, vel Castrũ cum territorio, iuxta tradita per Oldrad. in d. consil. 121. in 1. quæstione. Et ad præfata faciunt quę scribit Alexand. in consil. 16. per totum, & in consil. 24. col. 1. volum.5. quem refert, & sequitur Anton. Capic. in d. verbo, Castris, & nouissime postquam hæc scripseram, scripsit Ioan. Francisc. de Ponte Regens, in consil. 51. col. 1. vol.1. & Fabius de Anna, Consiliarius, in consil. 59. num.20. cum aliis seqq. vol.1. vbi alios allegat moderniores. Ad de Petr. de Gregor. Siculum, de cõcession. Feud.
107 parte 1. q.6. per totum. Et † quando aliqua villa

vnita

vnita est alicui Castro, vel Ciuitati, tunc regulatur
secundum illam Ciuitatem, vel Castrum cui est
facta vnio, Glossa 3. in cap. 1. extra, Ne Sede vacā
te, & latè Guid. Pap. in decis. Gratianop. 265. & Ni
col. Boer. in decis. Burdegal. 50. num. 19. Commu
niter autem in Regno Neapolitano obseruatur,
quod cui conceditur iurisdictio in Ciuitate, vel
Castro, censeatur data in toto territorio, & distri-
ctu, & hoc iure vtimur. Et quoties datur iurisdi-
ctio in Ciuitate, vel Castro, intelligitur data, & in
Villis, dummodo sint subditæ illorum iurisdictio
ni, vel territorio; quia aliàs non intelligeretur fa
cta concessio contra Villas, quæ prætenderent,
vel nō subesse, vel habere proprium territorium,
108 † cum intelligatur concedi absque alterius præ-
iudicio, l. nec auus, C. de emancip. lib. cum con-
cord. a nobis adductis in consil. 1. num. 119. Cen-
tur. 1. Vnde rectè in Feudorum concessionibus,
109 in hoc Regno, apponi solet † Clausula, Iuribus
Regiæ Curiæ, vel alterius semper saluis, vt dicit
And. de Isern. in c. 1. num. 19. Qui success. teneāt.
Et ad tollendas ambiguitates, qui diligentiores
sunt Domini, in literis commissionalibus, decla
rant, puta creamus te Gubernatorem, vel Magi-
stratum in tali Ciuitate, cum adiacētibus Castris,
& Villis, ad eamdem Ciuitatem spectantibus, &
pertinentibus, cum omnimoda iurisdictione in
eis, & illorum territorijs, & districtibus, per quam
omne dubium cessat. Sic etiam quando appone-
110 retur † Clausula, cum integro eius statu, quia
tunc adiacentia venirent. Anton. Capic. in d. In-
uestitura, §. feudorum clausulæ, in verbo, cum iu
ribus, & pertinentijs, vers. & de his verbis, vbi alle
gat Ioan. de Platea, in l. si quando, C. de bonis Va-
cant. lib. 10. & Bald. in cap. 1. col. 4. de Capitan. qui
Cur. vend.
111 Quid autem † si concessus cum Iurisdictione
Magistratus, an eo casu censeatur concessum me
rum, & mixtum imperium, Angel. in l. Imperiū,
col. 3. vers. expeditus, ff. de Iurisdict. omn. iud. vo-
luit nullo pacto censeri concessum merum, vel
mixtum imperium, dum dicit, quod inuestitus de
Castro, vel Ciuitate cum iurisdictione, non pote
rit condere statuta, quia hoc est meri imperij ma
ximi. Quem sequitur ibidem Iason. num... dicēs,
112 in † Iurisdictionis concessione non venire ea,
quæ sunt meri, ac mixti Imperij, sed simpl icis tan
tum Iurisdictionis. Hoc idem voluit Matth. de
Afflict. in Constit. Regni, Ea quæ ad decus. num.
13. Sequitur Pettus de Gregorio Sicul. de con-
cess. Feud. parte 7. q. 3. per totum. Afflict. in decis.
322. num. 1.
Contrarium autem tenuerunt Communiter
Doctores, in d. l. imperium, vbi Bart. q. 3. num. 4.
dicit, sub Iurisdictione intelligi concessum me-
113 rum, † ac mixtum imperium, vbi Franc. Purpu-
rat. num. 64. Decius, num. 26. & 27. Ioan. Bapti-
sta Caccialup. num. 6. Gaspar Vallasc. numero 34.
Curt. iun. in l. 1. num. 53. ff. de offic. eius cui mand.
est Iurisdic. Bald. in tit. de Pace Constantiæ, in ver
bo, in iurisdictione, tam in criminalibus, & in ver
bo Criminalibus. Abb. Panor. in cap. quod sedes,
nu. 5. Felin. nu. 5. Andr. Alciat. nu. 38. de Offic. Or-
din. Ioan. Baptista Villalob. Opin. commun. §. iu-
risdictio, num. 162. Ioan. Andr. in Addit. ad Specu
lat. in tit. de Iurisd. omn. iudic. in additione, incip.
Pastoralis, vbi allegat sic consuluisse Oldradum,
& Dinum. Oldrad. in consil. 252. vbi diffuse; Ale-
xander in consil. 35. col. 1. vol. 4. Cardinal. Paris. in
consil. 8. num. 5. & in consil. 9. num. 14. & 15. vol.
3. Roland. a Valle, in consil. 42. per totum. vol. 2. &
multos alios allegans Carol. Tapia de Constit.
Princip. parte 1. cap. 2. num. 41. Camillus Plautius
de offic. eius, lib. 3. in verbo, Et ideo, num. 3. Ema-
nuel Suarez Relect. sentent. §. Iurisdictio, nume-
ro 264.
Has tamen duas opiniones, aliqui conantur
per distinctiones concordare. Quod si agatur
114 † de concessione feudali, siue donatione, & tunc
iurisdictione concessa, & merum, & mixtum im-
perium, omniaq. concessa intelliguntur, & ita pro
cedant dicta Doctorum allegatorum per Deciū,
in d. l. Imperium, num. 26. & 27. Quando vero fit
concessio Iurisdictionis, non per viam infeudatio
nis, vel inuestituræ, sed ad Magistratum gerendū,
& ministrandum iustitiam, & tunc per concessio-
nem iurisdictionis, censetur simpliciter concessa
115 iurisdictio, absque mero, mixtoq. † imperio, &
ita procedit dictum Ioan. Andreæ in dicta Addit.
Specul. in tit. de iurisd. omn. iud. §. 1. in Additione
magna post Dinum, & Oldradum quos allegat,
& nos supra retulimus. Ita distinxit Felin. in d. c.
quod sedem, sub num. 6. vers. cogitabam, quam di
stinctionem sequitur Alexan. Raudensis de Ana-
logis, lib. 1. cap. 15. num. 137. qui allegat Francisc.
Marc. in decis. 187. sub num. 3. vol. 2. vbi hoc mo-
do minime distinguit. Pro hac distinctione corro
boranda, dicerem illam foueri posse hac ratione,
nam primo casu, cum simus in inuestitura, con-
cessione, & donatione Feudali, vtique cum
116 † sit beneficium Principis, debet plenissimè, &
largissime interpretari, cap. dilecti, de donation. l.
117 fin. ff. de Constit. Princip. Principis † enim libe-
ralitas non angustatur sed ineffrena iudicari de-
bet, l. cū multa, C. de bonis quæ lib. l. donationes,
la 2. C. de donat. inter vir. & vxor. l. vnica, C. si libe
ral. Imperial. & ea ex causa, Primo casu concessa
iurisdictione, omnia concessa intelliguntur; secū
do vero casu, quia summus in materia odiosa,
quæ strictè intelligi debet, & idcirco non compre
118 henditur, † nisi simplex iurisdictio. Distinctio-
nem præfatam probat Marin. Freccia de subfeu.
lib. 2. authoritate 13. num. 9.
Sed melius erit, si ex aliquibus declarationi-
bus, hæc controuersia fiat clarior.
119 Primò, quando † fit concessio per Principem
Iurisdictionis, vt tunc etiam merum, ac mixtum
imperium concessum Intelligatur, secus si ab ali-
quo inferiori a Principe concessio fieret, arg. d. l.
pupillus, §. Territorium, & fuit de mente Bartoli
in l. si quando, la 1. C. de bon. vacant. lib. 11.
120 Secundò declara, † quod si fiat concessio mo-
tu proprio, sub concessione iurisdictionis, veniat
etiam merum, ac mixtum imperium, secus vero,
si ad alicuius partis instantiam, vel petitionem, Io
an. And, in addit. ad Specul. in d. ti. de iurisd. omn.
iudic.
121 Tertio declara, † quod quando concedens ha-
bet

bet solum merum, & mixtum imperium in loco, & tunc ipsa iurisdictione concessa, illud merum, ac mixtum imperium cõcessum intelligetur, argum. notatorum per Raphael. Comens. in cõsil.

122 162. Visa copia priuilegiorũ, vbi dicit, quod † si Princeps non habet in Castro nisi iura Regalia, in concessione veniunt illa, quæ habet, quem sequitur Claud. de Seisel. in Speculo iuris feudor. tit. qui feuda dare poss. versic. septimam limitationẽ, & Matth. de Afflic. in Const. Ea quę ad decus, nu. 14. Marin. Freccia in loco allegato.

123 Quarto declara, † quod vbi esset expressum, quod concederet iurisdictionem, & merum, ac mixtum imperium, quod tunc concessio est valida, vt arg. l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. voluit Gloss. Parisiens. §. 1. glossa 5. num. 48. Afflict. in dicta Constit. Ea quæ ad decus, num. 13. & fuit de mente Specul. in d. tit. de iurisd. om. iud. & ibi per Ioan. Andr. voluit etiam Francisc. Marc. in d. decis. 182. sub num. 3. vol. 2.

124 Quintò declara, † quod quando concessa esset iurisdictio Alta, & Bassa, censetur cõcessum merum, ac mixtum imperiũ. vt refert fuisse decisum in Sacro Consilio Neapolitano, Cæsar Vrsill. ad

125 Afflict. in decis. 122. num. 8. fine, Alta † autẽ iurisdictio, solet appellari superior, sublimis, vel maxima; Bassa vero, quę, imainfima, vel minima appellatur; de qua Alta iurisdictione, late agit Masuer. in sua pract. tit. de iudicib. & eorum iurisdict. §. Alta iustitia, nume. 12. dicens dari Altam, Mediã, & Bassam de quibus plene, & distinctè loquitur Bartol. in d. l. finali, nu. 4. ff. vti possidet. & post eum Francisc. Marc. in Decis. Delphinali 663. vol. 2. & plenius Renatus Chopp. in Consuetud. Andegauensi, lib. 1. titulo 1. cap. 1. num. 1. cum pluribus seqq.

126 Sexto declara, † quod vbi cõceditur iurisdictio plenissima, vel omninoda, vel pleno iure, aut cum integro eius statu, tunc enim veniet etiam merum, & mixtum imperium, & similiter, si diceret: cum omni iure, Glossa, in Clement. 1. in verbo, omnimodam, vbi Doctor. de foro competen. late Abb. Panorm. in c. conquestus, num. 4. extra eod. tit. Paul. de Castro, in consil. 134. col. 3. Oldrad. in d. consil. 252. Curt. iun. in d. l. 1. num. 50. de offic. eius; Iason in dicta l. imperium, nu. 11. Rolandus, in d. consil. 42. nu. 37. & pluribus seqq. vol. 2. Gloss. Paris. vbi supra, sub num. 48. Francisc. Marc. in dicta decis. 187. sub num. 4. Afflict. in d. Constit. Ea quę ad decus, nu. 13. & 14. Carol. Tapia, de Const. Princip. parte 1. capit. 2. num. 43. Ferdin. Vasqu. Controuers. Illustr. in præfat. capit. 3. num. 9. & 10. & Anton. Sola, in Decretis Sabaudiæ, tit. de Nominationib. dominor. in Decreto, Vt statutorum, glos. 3. num. 8. Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitur. feudali, in verbo, cum mero, mixtoq. imperio, num. 11. & 12. & Alexand. Raudens. in d. capit. 15. num. 237. Andr. Alciatus in d. c. quod sedem, num. 45. vbi allegat Andr. de Isern. in Rubr. quæ sint Regal. num. 8. & Paul. de Castro, in consil. 61. vol. 1. Camillus Plautius, de offi. eius, lib. 3. in vers. & ideo, num. 1. cum pluribus seqq.

127 Septimo declara, † quod quando concederetur iurisdictio, detracta littera C. tũc intelligatur concessum merum, mixtumq. imperium, vt post Vdalric. Zas. Andr. ab Exea, & Eguinar. Baronẽ, in l. 1. ff. de iudic. dicit Vasquius in dicta præfatione controuers. illustr. sub nu. 10. d. cap. 3.

128 Sed in hoc † Regno Neapolitano, qui constituunt Officiales, ac Magistratus ad iustitiam ministrandã, inter alias, apponunt Clausulam (Dantes tibi in præmissis, & quo ad præmissa exercenda, vices, ac voces nostras, omnimodamq. iurisdictionem, merum, & mixtum imperium, cũ gladij potestate, & cum quattuor litteris arbitrarijs) vt annotauit Marth. de Afflict. in dicta Constit. Ea quæ ad decus, nu. 13. & 14. & hoc iure

129 vtimur; nec videtur † mihi immorandum in declarãdo, merum, aut mixtum imperium, cum exacte sit declaratum a Doctoribus in d. l. imperiũ, nouissime dũ hæc prælo dantur ad hãc materia scribit Andr. Fachin. controu. iur. lib. 13. c. 16.

130 Princeps † autem Magistratui iurisdictionẽ tribuens, semper censebitur sibi reseruasse maiorẽ, c. dudum, §. nos igitur, de præb. in 6. Albert. Brun. in cons. 1. nu. 43. Campeg. inter consil. eiusdem in cõs. 11. nu. 15. Matth. de Afflict. in c. 1. §. ad hęc, nu. 15. de pace iuram. firman. Thom. Gram. in cons. ciuil. 8. nu. 3. Roland. a Valle, in cons. 1. nu. 135. vol. 2. & in cons. 71. nu. 2. vol. 4. Ant. Corset. in rep. cap. Grandi, de supplẽda neglig. prælat. Ioan. Sanxon, in Consuetud. Turonensi, tit. des piet de fieu. Artic. 2. & in titulo, des donaison entre gens nobles, Artic. 6. Petr. Rebuf. in declarat. feud. nu. 3. & quẽ admodum a populo potestas, vt diximus, transla

131 ta est in principẽ, † qui ob hoc Magistratus creat vt etiam dicit Andr. de Isern. in c. 1. §. iudices, de pace iuram. firmãda, quem sequitur Petrus Siculus, in tract. de principe, versic. incip. Item in §. iudices. Eodem modo semper regulariter penes se censetur retinuisse maiorem, ac supremam; hinc

132 viden † possunt plurium Imperatorum exempla, presertim Neronis, Vitellij, Domitiani, & aliorum Imperatorum, quorum acta Senatus, Populusq. Romanus irrita fecerunt, vt inquit Petrus Costalius; Aduersariorũ iuris, in l. nõ ambigitur, ff. de legib. Hinc nota illa Tiberij Cæsaris historia cuius meminit Paulus Orosius historiarum lib. 7. capit. 2. Tiberius (inquit) cum suffragio magni fauoris retulit ad Senatum, vt Christus Deus haberetur, Senatus indignatione motus, quod non sibi prius, secundum morem, delatum esset, vt de suscipiendo cultu, prius ipse decerneret consecrationem Christi, recusauit, edictoque constituit, exterminandos esse ex Vrbe Christianos.

Gladij potestas, quæ Magistratibus dari solet declaranda, & enucleanda videtur, ex antiquorum, ac nouissimorum scriptorum penetralibus. A Diuinis auspicando, (vt moris mei semper fuit, semperq. dum viuam erit) commisso per Adamum inobedientiæ peccato, DEVS optimus maximus, eiecit Adam, & collocauit an-

133 te Paradisum Voluptatis Cherubim, & † Flammeum gladium, atque versatilem, ad custodiendam viam Ligni Vitæ; vt patet Genesis capitulo 3. In Sacra autem Scriptura gladius plura, ac diuersa plerumque designat:

134 Nam aliquando † Sancta prædicatio per gladiũ accipitur; ſic apud Iſaiam, cap. 49. Poſuit os meũ vt gladium acutum. Et Paulus ad Epheſios, cap.
135 9. Et gladium ſpiritus, † quod eſt verbum Dei.
136 Aliquando † æterna damnatio, ſic (Dauid) Pſalmo 143. De gladio maligno eripe me. Et Amos cap. 9. In gladio morientur omnes peccatores. Ali-
137 quando † tribulatio temporalis, vt Lucæ, cap. 2. Tuam ipſius animam doloris pertrãſibit gladius.
138 Aliquando † antiqui hoſtis ira, de quo Dauid Pſalmo 143. Qui redemiſti Dauid ſeruum tuum de gladio maligno. Vnde apprehendia gladio dicitur, qui furoris ira commouetur, a Iuſtitiæ autem exhibitione iram omnem abeſſe oportet, vt late diximus de Regis Catholici præſtantia. capitulo 21. numero 54. & pluribus ſequentib. Hinc præfata cum dixiſſet Gregor. lib. Moral. 34. capitulo 3. Nos namque, inquit, Cum iram in vſum Iuſtitiæ aſſumimus, gladium tenemus, quia eam ſub æquitate iudicij poſſidendo moderamur. Ille autem, qui per abrupta furoris rapitur, non apprehendere gladium, ſed a gladio apprehendi perhibetur. Non enim iram poſſidens tenet, ſed ab ira ſæuiens tenetur. Hæc Grego-
139 rius. Quo vero ad Cherubim, tenentem † Gladium flammeum ante Paradiſum, multæ dantur a Theologis expoſitiones, quarum illa Ruperti Abbatis, libro 3. Comment. in Geneſim, capitulo 32. & 33. videtur aptior: ita igitur ait; Et hic ira grandis, neceſſariæ nobis miſericordiæ ſocietatem non relinquit. Iræ namque iuſti DEI eſt, quod ante Paradiſum flammeum gladium collocauit, miſericordiæ vero, quod eum gladium verſatilem eſſe voluit. Gladius verſatilis, ſententia eſt Diuini iudicij, quæ talis eſt, vt poſſit verſari, id eſt non ſemper eadem diſtrictione claudat hominibus aditum paradiſi. Flammeus autem eſſe dicitur, quia re vera iudicium Domini, iudicium flammæ ignis eſt, iuxta Apoſtolum, 2. ad Theſſalonic. capitulo 1. Dantis vindictam in flamma ignis, ijs, qui non nouerunt Deum. Por-
140 ro † Cherubim, nomen eſt Angelicarum fortitudinum. Hæc ad Paradiſum eſſe poſita ad cuſtodiendum Ligni Vitæ aditum, cum legimus, mira mur; Cum tamen publica fide teneamus, & confiteamur, quod per ignem tranſituri, & non niſi per Angelorum miniſterium examinati, Paradiſum intraturi ſumus. Et paulo poſt. Aliqui Doctorum ita diſtinguunt, vt flammeum gladium id eſt murum igneum in circuitu Paradiſi, propter homines, Angelorum vero cuſtodiam propter malignos ſpiritus poſitam eſſe intelligant, Hæc Rupertus. De eo Baſilius Ma-
141 gnus in exhortatione ad Baptiſmum. † Quod ligni vitæ viam cuſtodit, Infidelibus quidem formidandus, credentibus vero propitius, & amene coruſcans, De quo etiam Gregor. Niſſenus in oratione 2. ad quadraginta martyres, & Stauiſlaus Hoſius Cardinalis Varmienſis, libro 1. capitulo 48. & Moſes Barcepha, de Paradiſo, parte 2. capitulo 7, in fine. Volens autem Chriſtus oſtendere poteſtatem ſibi eſſe bonos, a malis diſcernere, & ſegregare, Matthæi capitulo 10. dixit:

142 † Non veni pacem mittere ſuper terram, ſed gladium, vt expoſuit Hieronymus in Iſaiam, capitulo 49. Loquitur enim de Gladio peccatricis carnis punitore, quem fuiſſe datum Pharaoni conqueruntur, cum Moyſe, & Aaron Iſraelitæ, dum Exodi capitulo 4. dicunt: Videat DEVS nos, & iudicet, quia abominabilem feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone, vt daretur gladius in manus eius, & interfice-
143 ret nos. Idcirco † gladium portant poteſtates ſeculares materialem: quia iræ DEI in malefactores miniſtri exiſtunt, cap. quæſitum, & cap. ſicut, in fine, 23. q. 4. & cap. ſunt quædam, 23. quæſt. 5. Hoc idem antea dixit Apoſtolus ad Romanos cap. 13. Si autem (inquit) malum feceris, time, non enim ſine cauſa gladium portat, DEI enim
144 miniſter eſt, vindex † in iram, ei, qui malum agit. Vnde Hieronym. in Matth. cap. 26. declarans illud: Conuerte gladium tuum; Etſi, inquit, non fruſtra portat gladiũ, qui vltor Dominicę irę poſitus eſt, in eum, qui male operatur. & Bernardus in Cantica Canticorũ, Sermone 66. Melius, ait, proculdubio heretici gladio coercentur, illius videlicet, qui non ſine cauſa, gladium portat, quam in ſuum errorem multos traijcere permittant, DEI enim miniſter ille eſt, vindex in iram ei, qui male agit. Hinc Paulus Palatius in Matth. capitulo 10. Gladij aſportationem nil aliud deſignare ait, niſi poteſtatem ſeparandi bonos a malis, iuſtos ab iniuſtis. Propterea Doctores noſtri aſſerunt,
145 Gladium † portari ad malorum vindictam, & bonorum cuſtodiam, & tutelam; Martin. Laudenſis in tract. de Principib. §. 99. late Lancelott. Conrad. in Templo Iudic. libro 1. capitulo 1. §. 1. quæſt. 4. verſic. Enſem, & Arma. numero 1. Cyrillus Fulgeonius in Summula Crimin. parte 1. Rubr. de Magiſtrat. a Rege creand. §. 1. Et in perſona Neronis Senecę, de Clementia, libro 1. capi
146 tulo 1. inquit: † Egone ex omnibus mortalibus placui, electusq. ſum, qui in terris Deorum vice fungeret, ego vitę, necisq. arbiter gentibus, qualẽ quiſque ſortem, ſtatumq. habeat, in manu mea poſitum eſt, quid cuique mortalium fortuna datum velit, meo ore pronunciat; ex noſtro reſponſo lętitię cauſas, Populi, Vrbeſq; concipiunt. Nulla pars vſquam, niſi volente, propitioq; me floret. Hęc tot millia gladiorum, quę pax mea cõprimit, ad nutum meum ſtringentur, quas nationes funditus excidi, quas tranſportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos Reges mancipia fieri quorumq. capiti Regium circũdari decus oporteat. Quę ruant Vrbes, quę oriantur, mei iuriſdictio eſt, ex cuius Senecę dictis quodammodo mutuatis, ita Petro de Vinea dictante, veluti Triboniano apud Iuſtinianum, loquutus eſt Fridericus
147 Imperator in Conſtit. Regni. † Poſt Mundi machinam, dum ait: nec minus Diuinę prouiſionis inſtinctu, Principes gentium ſunt creati, per quos poſſet licentia ſcelerum coerceri, qui vitę, necisq. arbitri gentibus, qualis quiſque fortunam, ſortem, ſtatumq. haberet velutí executores, quodammodo Diuinę prouidentię ſtabilirent, de quorum manibus, vt villicationis ſibi commiſſe, perfecte reddere valeant rationem. Quam

optime

optime Aurelius Cassiodorus, lib. Variarũ 7. c. 1.
148 † huius materialis gladij proprietates expressit, dum inquit: quamuis omnium dignitatũ officia a manu secludantur armata, & ciuilibus vestibus, videantur indui, qui districtionem publicã docẽtur operari, tua tamen dignitas a terroribus ornatur, quę gladio bellico, rebus etiã pacatis accingitur. Vide quo iudicio fueris euectus, quãdo alijs vigorem fascium, videamus esse creditum, tibi autem ab ipsis legibus, ferrum constet esse porrectum. Rem cruentam dederũt animo pacato, vt & noxij nimium metuerent, & læsi de optata vltione gauderent. Alioqui culparentur priores, si temperata omnia non fecissent. Sed cum te intelligas ad moderamen electum, humanum facile non concupiscas exitiũ. Reus, qui dicitur, & probetur. Scito puniendi remedium datum tibi pro salute multorũ. Arma ista iuris sunt, non furoris. Hęc ostentatio nimirum est contra noxios instituta, vt plus terror corrigat, quam pœna consumat. Non enim cogitur ferro succidere robustã, qui adhuc teneram verbis curuat audaciam. Ciuilis est pauor iste, non bellicus, quem tu nõ facies esse gloriosum, si habere non probetur excessũ. Habes ẽt, & ferrũ, nihilo minus incruẽtũ. Claudãtur nexibus catenarũ, quos leuiũ criminũ pulsat inuidia. Cũctator esse dẽt, qui iudicat de salute, alia sententia potest corrigi, de vita trãsactum, non patitur immutari. Signa tua abactores timeãt, fures paueścant, latrones perhorreant, Innocentia, tantum læta respiciat, dum sibi auxilia venisse credit, quæ legum disciplina transmisit. Nemo redemptionibus tuum velle deflectat; gladius contemnitur, vbi aurum suscipitur. Tu te inermem reddis, si a virili animo, cupiditate recesseris. Hæc Cassiodorus. Quæ induximus, vt intelligant Mundi potestates, quæ gladij potestas sit, & quo pacto exerceatur, dum Magistratui, vti bono viro committitur. Nec graua-
149 bor etiam duas antiquissimas † commissiones afferre, quarum vna data a Senatu Annibali cuidam; altera data P. Sextio Decemuiro, quæ sunt apud Quintum Curtium. Epistol. libro 2. Senatus tibi Duces, tibi in bello Consules, tibi in foro Proceres, tibi vbilibet Romanos milites, tibi Equites, legiones, cohortes, manus, & Centuriones, parent, & obediunt omnes. Si tibi vni, si necesse esset, Albanos, & Sabinos equites, & custodes plebis, & Senatus, vt ex hoc bello cunctando non, sed pugnando consequi victoriam posfit, petitioni tuæ non parcens sumptibus, nil cedens periculis, nil denuo statuit Senatus victa Africa, te in Carthaginem vult proficisci, teque in Laudibus maiorum Romanorum, ascribi vult legiq.
150 Vale. Altera † vero est huiusmodi Senatus salutem dicit P. Sexto, Decemuiro. Necesse est te & alios viros ad Vrbẽ ante Ludos consuetos redire; quoniam tu vnicus tributa omnia, quę Romanorum subditis debẽtur, recipiens, annotabis. Tibi authoritas, tibi facultas omnis a nobis ex nũc sit. Statuit Senatus Ludos, in agro Olympio ante Sacrum Romuli fieri, ibi palestræ ædilium fiunt, ibi pugnæ plebis, ibi tributa subditorum recipies. Ibi currus prætextos ad memoriam ante portam Monarchiæ te sedente in alto solio, auroq. prætexto in signum Senatus, repræsentationes, vt solitum est, in agonibus sedilia circumstantia sint Nobilium, secundum ordinem maiorum nostrorũ, post hos, solium tuum portari volumus in Campo Martio, ibi per tres dies populus Romanus ad sit, fient primo Marti Sacrificia, deinde bellum Ducum, pugnæ nobilium, cãtus iuuenũ, & plausus mulierũ. Ibi cõmilitones, equites, milites, & viros Romanos, q̃ ad exercitũ, & in militiã proficisci volũt, ascribi facias, & soliũ tuũ ad memoriã cũ insignijs tuis ibidẽ dimitte, vt moris est.

Aduertant tamen Regni Neapolitani Baro-
151 nes, qui solent concedere Magistratibus, † quattuor litteras Arbitrales, appellatas, seu mauis Arbitrarias, quas si non habent in eorum inuestituris, non poterunt illas concedere suis officialibus, & Magistratibus, vt dicit Anton. Capic. in inuestitura feudali, in §. feudorum Clausulæ, in verbo, cũ quattuor litteris Arbitrarijs, dictæ litteræ Arbitrariæ sunt quattuor capitula, & Iura Regni
152 Neapolitani facta per Robertum Regem, † vt in capitulis Regni. in capit. Exercere volentes, capit. Prouisa iuris sanctio, c. Iuris censura, & c. Ne tuorum. De quorum iurium intellectu vide Luc. de Penna, in l. 1. C. de Desertor. libro 12. Parid. de Put. in tract. Syndicat. in verbo Compositio, & in verbo, Latro, & Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 391. in fine & in Const. Pacis cultum, in Constit. Super incisionibus, in Constit. Ea, quæ ad decus. Sebastian. Neapod. & Io. Anton. de Nigris, in dictis capitulis. Vincent. Maxill. in Cõsuetud. Bari, in tit. Si paries sit in confinio. §. si inter. nu. 7. & latius quã alius quispiam Fabius Mõteleonius in pract. Arbitrali, vbi in specie Cõmentarijs adornauit dicta quattuor capitula, ad quos lectorem remitto.
153 Quid autem † si cõmissa est protectio, & regimen Ciuitatis alicui, an eo casu iurisdictio, & merum, & mixtum imperium cõmissa sint. Bart. in l. 1. in princ. C. de excus. muner. formauit quęstionẽ, & tenuit, q̃ cui cõmissa est, p̃tectio, non intelligitur collata iurisdictio, sed tãtũ defensio Ciuita-
154 tis armata manu. Et similiter quo ad † cõcessionẽ regiminis, q̃ non veniat merũ, ac mixtũ imperiũ, nisi solsmodo in duobus casibus, scilicet, dñ cõcessũ fuisset regimẽ Vrbis Romanę, & prouincię, p iura ab eo allegata. Quem sequitur M. Ant. Natta, in cõs. 636. n. 127. vol. 3. vtroque tñ casu ego dubitarẽ, qd enim si cui protectio cõmissa sit hẽat aliquos, qbus egeret ad p̃tectionẽ cũ armis, q̃ eiusmodi Magistratui nollẽt auxiliũ p̃stare, quo pacto talis Magistratus protectionẽ operabitur, si homines habeat sibi minime obtẽperãtes nonne ei necesse erit, p impositionẽ pęnę tũ pecuniariæ, tum etiã corporalis eosdẽ cogere, vt sibi pareãt, & auxilia p̃stẽt; quos actus citra iurisdictionẽ, ac imperiũ exequi minime poterit. Simili modo cõmis-
155 so regimine † videtur cõmissũ merũ, ac mixtũ imperiũ, vt inquit Paul. de Castro in cons. 134. incip. Notandum est a regendo enim regimen appellatur, nihil autem aliud regere est, quam gubernare; hinc Virgilius in Bucolicis Egloga. 4.

Pacatumq. reget patrijs virtutibus orbem.

Gubernari autem populus, ac Ciuitas nequit,
ni concessa intelligantur extrema, quibus regi-
men adimpleatur; Nec enim gubernare, aut re-
gere poterit, si authoritatem imperiumq. non ha-
beat is cui regimen commissum erit, alias enim
nec Reges, qui & ipsi a regendo appellati sunt, di
centur merum, ac mixtum imperium habere,
quod cum absonum sit, & hoc etiam dictu turpe
erit.
156 Si vero † quis dando Magistratum, diceret: cō
stituo te ad regimen Ciuitatis, ac Ciuitatem eam
dem tibi ad regendum confero, eo casu censetur
datum territorium, & merum, ac mixtum impe-
rium, argum. notatorum per Bartol. in l. 1. in fine,
ff. de iurisdict. omn. iud. Ludouic. Roman. in con-
sil. 444. in secundo dubio. Marc. Anton. Natta, in
consil. 405. in princip. vol. 2. & in consil. 636. num.
180. vol. 3.
157 Quid si duo † essent domini alicuius Ciuita-
tis, siue Castri, prout exemplificat in Barnaba, &
Galeatio, qui diuiserant bona omnia, relicta tunc
Mediolani Ciuitate indiuisa, Lapus in Allegat.
48. sub numero 7. quis in simili casu ponet Magi-
158 stratum, & Officialem; Vna opinio est, † quod
is, qui habet iurisdictionem, & merum, ac
mixtum imperium, ipse eligit Capitaneum, seu
Prætorem; ita voluit Curt. iunior, in tract. Feu-
dor. parte vltima, q. 12. num. 32. Ioann. Cephal. in
consil. 241. num. 81. vol. 2. Roland. a Valle, in con
sil. 21. num. 13. vol. 4. vbi alios complures allegat.
159 Secunda opinio, † est quod possunt omnes isti
domini locare feudum alteri tertio, & pensio-
nes, & introitus conductionis, eis diuidentur pro
rata, argum. l. communi diuidundo, §. cum de vsu
fructu, ff. communi diuidundo, & voluit Barthol.
Cassanęus, in Consuetud. Burgund. Rubr. 3. §. 6.
160 num. 20. Tertia opinio est, † quod alternis vici-
bus, & annis Magistratum deputent, argum. l. Lu
cio, §. fin. & l. cum constet, ff. de aqua quotid. &
æstiua, vbi dicitur, vsum aquæ diuersis compe-
tentem, posse per tempora alternata diuidi; Vn-
161 de licet † feuda sint indiuisibilia, tamen vsu,
atque exercitio, fieri possunt diuisibilia, vt vo-
luit Innoc. in capit. Prudentiam, de offic. delega-
ti, quem ibidem sequuntur Anton. de Butr. Abb.
Panorm. & Ioan. de Imola, dicentes, iurisdictio-
162 nem, † etsi sui natura sit indiuidua, posse tamen
alternatis vicibus diuidi, Speculat. in titulo de feu
dis, §. quoniam, q. 34. num. 56. Iacob. Ardizon. in
Summa Feudor. cap. 133. Incip. Sed quæritur. Ia-
cob. Aluarot. in c. 1. §. præterea ducatus, nu. 7. de
prohibita feudi alienat. per Federic. & ante eū ibi
dem latè Bald. num. 3. & seq. Alexand. in consil. 7.
col. 2. versic. quarto probatur, vol. 5. Cassanæus in
loco allegato, nu. 20. & 23. Ant. Capic. late in inue
sti. feudali, §. feudorum diuisio, col. 2. vers. amplia;
nam etiam. Vdalrich. Zasius in l. 4. §. Cato, nu. 11,
& 12. ff. de verbor. obligat. & in Repet. l. 2. vers. non
perinde, ff. de origine iur. Abb. Panorm. in c. duo-
bus, nu. 5. de sen. & re indic. Gulielm. Benedict. in
repet. c. Rainutius, in verbo, in eodem testamēto,
il 1. nu. 185. de testament. Francisc. Marc. in decis.
Delphin. 232. nu. 3. vol. 1. Roland. a Valle, in cons.
21, nu. 13, & 14. vol. 4. post Ioan. Ceph. in cons. 241,
nu. 85. vol. 2. Io. Pyrrhus In Consuetud. Aurel. tit.
de feud, c. 1. col. 3. Io. Sanson, in Consuetud. Turo
nens. titulo 26. artic. 2; Ioan. Petrus Surdus, in cō
sil. 308. numero 24. vol. 3. Nouissime D. Regens
Lanarius in consil. 59. numero 27. & 28 vbi affert
163 pulchram † Decisionem Regiæ Cameræ Sum
mariæ, factam Anno Domini 1542. quod in offi-
cio Iurisdictionis Portulaniæ Ciuitatis Auersæ,
de quo erat controuersia inter Ioannem Hortu-
gnium Hispanum, & Honofrium, & Carolū de
Altomari, fuit promulum, quod in eodem officio,
nō succederet primogenitus, vt in feudis, sed om
nes filij succederent; & fuit ordinatum, quod al
ternis annis officium administrarent. Et istas Cō-
clusiones, magna pars Doctorum, quos allegaui-
164 mus, dixerunt † non procedere in feudis digni-
tatum, puta, Ducatus, Marchionatu, & Comita-
tus, qui numquam diuidi possunt, vt post illos di-
cit Bartho. Camerar. in Rep. dicti c. Imperialem,
§. præterea Ducatus, & procedere supra allegata,
quando Ciuitas est indiuisa, vt tunc demum alter
natis temporibus, ac vicibus iurisdictio admini-
stretur, secus si forte esset diuisa p Regiones, tunc
enim quilibet in sua regione Potestatem, Capita
neum, siue Magistratum deputaret, vt dicit Petr.
Rebuf. in Declarat. Feud. notabili 26. & si DEVS
voluerit, dicam de feudis dignitatum; quinimmo
165 † in casu discordiæ, superior coget dominos, vt
alternatis annis, seu temporibus, officialem cōsti-
tuant, vt post alios concludit Baptista de Sancto
Blasio in cons. 66. n 22. inter Cōsilia Alberti Bru-
ni, & idem Alber. Brun. in cons. 91. num. 3. in casu
166 tamen proposito, quando Iurisdictionum † spe
cies, & capita essent separata, atq. distincta, vtique
vnusquisque pro suæ iurisdictionis articulo expli
cando, Magistratum creabit, l. cācellauerat, ff. de
his quæ in testament. delent. & l. in agris, ff. de ac-
quir. rer. domin. & in facto in Regia Vrbe Tarēti
quidā Equites Caraccioli, habent facultatem eli-
gēdi iudicem, & assessorem, & Curia Regia facit
alternis annis eligere.
167 Quando aūt † in loco iurisdictionis commu-
nis, vnus ipsorum dominorū delinqueret, an Cō-
baro, siue eius Officialis posset illū punire; aliqui
dicebant nō posse, sed spectare punitionē ad supe
riorē. quia par in parē nō habet imperiū, l. 1. ff. ad
Trebel. l. 1. §. apud. ff. de manumis. vindic. tñ cōtra
168 riū tenuit Rota, in Antiq. in decis. 246. quia † cū
deliquit cōdominus, amittit iurisdictionē, & sic
remanet inferior, & non par, & ita residet Rota.
169 In Ciuitate, † vel Castro dotali, quis cōstituet
Officialem, & Magistratum, Vir ne, an vxor; pos-
set dici, quod cōpetat marito, vti domino rei do-
talis, arg. l. doce ancillā, C. de rei vendic. Secundo,
quia dato Castro in dotem, cū iurisdictione, vide
tur eidē viro competere, creationem Officialis,
cum ipsius sint fructus iurisdictionis, pro oneri-
bus matrimonij supportandis, vt in l. pro oneri-
bus, C. de iure dot. & ita sentiūt Bart. & Paulus de
Castro, in l. finali, in princ. ff. soluto matrim. quem
sequitur Iacob. de Sācto Geor. in inuestitura feu
dali, in vers. de Castro rubei mōtis. sub n. 13. vers.
170 q̄ro ēt mulier, q dixerit bona † cōfiscata, & pęnas
& multas Castri dotalis, esse ipsius viri. Sequitur Io.
Lopez

Lopez in rep. Rubr. de donat. inter vir. & vxor, §.
62. subnu. 11. & Barthol. Cassanæus in Consuetu.
Burgund. Rubr. 4. §. 3. in verbo, Constant leut-
mariage, versic. aduerte ad quæstionem. Sed
171 contrarium dici potest, spectare † ad vxorem,
quia dominium dotalium rerũ dicitur esse vxoris
cuius dos est patrimonium, l. 3. §. ego etiam, ff. de
minorib. l. in rebus, C. de iure dot. & illarũ domi-
nium apud vxorem residet. Marian. senior, in cõs.
9. col. 1. vol. 1. Ioan. Cephal. in cons. 252. nu. 2. & 51.
172 vol. 2. ius Hinc † retractus spectare ad vxorẽ pro
fundo dotali cõtiguo, non ad virum, decreuit Sa-
crum Consilium me patrocinante, vt dixi in con
173 sil. 61. Centur. 1. Et quod † dictum est de viro, ꝙ
sit dominus rei dotalis, intelligitur temporariè,
constante matrimonio, & quo ad vsumfructum,
nõ autem quo ad directum dominium vt dixi in
dicto consil. 61. nu. 5. & seq. sed prima opinio tue-
174 ri poterit, † quia si tẽporarie, & matrimonio cõ
stante vir dicitur dominus, eodem pacto cõcludi
posset, cõstante matrimonio, & temporariè, Ma-
gistratum eligi, & deputari a viro, qui etiam cõsi-
175 derato vsufructu, similiter ipse deputabit: nã ele
ctio, & administratio Magistratus est in vsufru-
ctu, vt dicit Iacob. Menoch. in consil. 180. nu. 62.
vol. 2. & sic video obseruari in Regno. Sed tamẽ
semper cõsulerem, quod creatio Magistratus fie-
ret per vtrumq. vt tollatur omnis ambiguitas, præ
sertim eorũ quę dicit Glossa. Paris. §. 1. glos. nu. 57.
176 Quid autem † si Castrũ esset Paraphernale, vel
extra dotem, tunc determinarem quæstionẽ, iux-
ta ea, quæ dixi in cons. 56. Centur. 1. hoc vnũ scio,
quod Illustriss. Dom. Ioannes Baptista Caraccio-
lus Marchio Sancti Erami, locumtenens, præfe-
cti maioris Equitij, cum ex persona viuentis vxo-
ris tractaretur, an gaudere deberet prærogatiuis
titulatorum in sessionibus, & alijs illis spectanti-
bus, ad eius fauorem decisum fuit in Collateralũ
supremo Consilio in anno.... & ipse etiam depu-
tat officiales in statu.
177 Si autem † Maioratus erectus fuerit, & in illo
reperiantur Castra, & Ciuitates, quis in eisdẽ Ca-
stris, & Oppidis Magistratus ponet. Hanc quæstio-
nem tractauit Ludouic. de Molina, de Hispanor.
Primogen. cap. 25. num. 1. lib. 1. parte 1. vbi cõclu-
dit, possessorem Maioratus habere potestatẽ eli-
gendi Magistratus, ex nonnullis authoritatibus ab
eo ibidem allegatis.
178 Quid aũt † si Castrum fuerit alicui datum in pi
gnus, an is, qui illud possidet, officialem deputare
possit. Idem Ludouic. de Molina, de Primogen.
Hispan. lib. 4. cap. 5. num. 9. censuit ad illum credi
torem spectare authoritatem deputandi officia-
les. Allegat pro sua opinione Lodou. Roman. in
Singul. 554. Anton. Capic. in Decis. Neapol. 185.
num. 2. Matth. de Afflict. in c. 1. in princip. nu. 73.
de Feud. dat. in vicem legis commiss. quorum nul
lus præter Lud. Rom. hoc concludit. Allegat Ro-
manus tex. in l. elegãter, §. fin. ff. de pignorat. actio
ne. Sed ante eũ dictũ textũ allegauit Bal. in d. c. 1.
in princip. sub nu. 8. de Feud. dat. in vic. leg. com-
179 miss. Ego † autem dico contrarium, nullo pa-
cto creditorem, qui pignori incumbit, posse Ma-
gistratum deputare, nam Baldus allegando di-
ctum textum in dicta l. eleganter, non aperit, aut
soluit quæstionem; vnde mihi videtur, textum il-
lum facere pro contraria opinione, quia ibi (ob-
tulit Præfecturæ, vel Præsidi) & sic non vtitur ip-
se iurisdictione, cum offerat Magistratibus, & si
quis instaret ex eadem lege cõtrarium apparere,
ibi (coercuit, vel vinxit) ex quibus videatur sibi
permissa coerctio, & vinculorũ præstatio, & vinx;
quia respõdetur, in illo textu, Vlpianum loqui de
seruis, quo casu illa coerctio, & vinculorum da-
tio licita est domino, nec id factũ est ratione, aut
180 causa iurisdictionis, † sed potestatis dominicæ in
seruos, contra quos erat vitæ, necisq. potestas, l. 1.
ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, & §. in pote-
181 state, Instit. eod. tit. quorum † dominorum po-
testas, ac sæuitia sublata est Diui Antonini Consti
tutione, cuius meminit I.C. in l. 2. ff. eo. tit. & Iusti
182 nianus in d. §. in potestate, † licita est .n. modica
coerctio, & vinculorum illatio in seruos, ad custo
diam; si enim virgis, aut loris dominus seruum
afflixerit, aut custodiæ causa in vincula conie-
cerit, dierum distinctione, vel interpretatione
depulsa, nullum criminis metum, seruo mortis
sustinebit, vt inquit Constantinus Imperator in
183 l. vnica, C. de emend. seruor. Et † de hac coer-
ctione ac vinculorum custodia, loquitur textus
184 in d. l. eleganter. Quinimmo, is † qui carceratus
est, neque vinctus dicitur, neque in vinculis esse,
nisi eius corpori vincula sint adhibita. Vlpianus,
in l. verum, 216. ff. de verb. significat. nam idcir-
co in dicta l. eleganter, annotatio fit vinculorum
185 contra seruos: † apud antiquos enim, serui sæ-
pe in custodia, & in opere faciendo vincti, vel
supplicij causa, vel metu fugæ, a dominis habe-
bantur, vt dicit idem Vlpianus, in l. quis sit fugiti-
uus, §. si quis talis, ff. de ædil. edicto, l. in seruo-
rum, & l. si quis, §. qui in se, ff. de pœnis. Pro
186 † delictis enim, quę mortem non inferebant, da
bantur vincula, & catenæ, & sic per sententias iu-
dicũ, ita vincti perpetuo, dominis reddebantur,
vt in l. seruus, C. de pœnis, vnde in eadem l. elegã-
ter, pro maleficijs, seruus coercebatur, & vinculis
alligatus, ne fugam arriperet, & præsidi, vel præfe
cto tradebatur pro subeunda pœna, ad quod fa-
ciunt verba Ouid. in Heroidis.

Clausa domi teneor, grauibus coercita vinclis.

Et ita intelligi debet textus in dicta l. elegan-
ter, quæ facile intelliguntur ab ijs, qui antiquita-
tum perscrutatores sunt. Illa enim potestas, quæ
prius erat dominorum in seruos, moderata per
Adrianum Imperatorem non tamen sublata
modesta coerctio, quæ non resultaret in sæui-
tiam, vt in dicta l. vnica, C. de emendat. seruor.
187 Hinc necesse fuit † pro delictis dominos trade-
re seruos delinquentes, idcirco vinctos dare so-
lebant, ne fugam arriperent. Vnde Modesti-
nus, in l. circumcidere, ff. ad leg. Cornel. de sicar.
seruo (inquit) sine iudice ad bestias dato, non
solum qui vendiderit, verum, & qui comparaue-
rit, pœna tenebitur, post legem Petroniam, & Se
natuscõsulta ad eam legem pertinentia, dominis
potestas ablata est ad bestias depugnandas suo ar-
bitrio seruos tradere, oblato tamen iudici
seruo, si iusta sit domini querela, sic pœnæ
B 3 trade-

188 tradetur. Propterea † eosdem seruos fugitiuos custodire tamdiu permittebatur, quamdium ad præfectum vigilum, vel ad præsidem Prouinciæ deducerentur, & in custodia esse dicebatur, vinculis alligati, vt ex Vlpiano, in l. 1. in fine, & Labeone, l. 2. in princip. ff. de seru. fugit. manifestum est, & Alexander ab Alexand. Dierum. Genial. lib. 3.
189 capit. 20. inquit: super † seruis quoque ne in eos grauius æquo domini animaduerterent, pœnæ fuerunt constitutæ, si quidem nequam, & contumax seruus, vt plaustri lignum, cui affigitur temo, quę furca dicta est, in collo ferat, & eo, quasi iugo subactus, manibus post terga reuinctis, per ora omnium circumferatur, a singulisq. furciter appelletur, velut vincti pedes, & manus incedant. Nonnunq. pauli sæpe, qua ori manus admouere prohibentur, opus faciunt, aut candenti lamina, vel litteris frontem, & ora inurantur, & vultus inscribatur, viq. nerui compedibus coerceantur, & paulo post inquit: tum post verbera & cruciatus, vinculis, nuditate, fame, siti, & compedibus, numellisq. catenis, neruis, pedicis, boijs, & si crimen exposceret, Cruce, & lamina, seruilem in modum affici, vetus peruulgata pœna fuit. De his ante eum pulchre verba facit antiquissimus author Plautus in Asinaria, Scena 2. Actu 3. dum seruum loquentem inducit.

Perfidiæ laudes, gratiasq. habemus, merito, magnas
Cum nostris Sycophantijs, dolis, astutijsq.
Scapularum confidentia, virtute vlmorum freti,
Aduersum stimulos, laminas, crucesq. compedesq.
Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias,
Tortoresq. acerrimos.

Plura afferre possem ad hanc seruilium pœnarum materiam, oportuniori forte loco, commodiora, quæ omitto: multa autem eleganter videri possunt apud Petrum Fabrum Semestrium, lib. 2. cap. 5.

190 Ex his liquet † ex eadem l. eleganter minime probari, creditorem, qui rem pignori obnoxiam tenet, posse castrum pignoratum eo pacto tenere
191 ac in illo Magistratus creare posse: nam & † res pignori a debitore creditori tradita, in bonis debitoris esse dicitur, l. pignus. C. de pignorat. act. & idcirco ibidem dicitur, periculo debitoris esse; sequitur Philipp. Decius, in l. quod te, in 2. lectura, num. 46. ff. si cert. petat. Anton. Negusant. de pignoribus, parte 2. membro 3. num. 72. cum igitur penes debitorem res pignorata dicatur, & non in bonis creditoris illam tenentis, in vanum poterit Magistratum is creare, ea in re pignori data quæ sua non est. Insuper etiam in seruo pignori dato,
192 de quo loquitur d. lex eleganter, dicendum est, † pignori datum seruum, in dominio debitoris esse, text. singularis, in d. l. quis sit fugitiuus, §. pignori datus, ff. de ædilit. edict. Si igitur dominium manet penes debitorem, & Magistratuum deputatio fiat
193 ab habente dominium, † causam non video cõgruentem, qua opinionem Molinæ amplecti cogamur. Residemus itaque in opinione contraria. Hanc præsertim opinionem apud nos recipiendã
194 esse fatemur, † cum ista pignorum acceptio data pecunia, appareat vsuram sapere, & proinde a Deo prohibita est pignoratio ista, vt teneatur, qui rem pignori captam habet, fructus in principalẽ sortem computare, ac extenuare, c. 1. vbi Abbas Panorm. de vsur. Bald. in l. pignoris, C. de pignorat. act. Alex. in l. 1. C. eod. tit. & in consil. 141. num. 7. vol. 5. Idem Negus. parte 6. membro 3. nu. 7. & nouissime, Ioan. Baptist. Lupus de vsuris, Commentar. 3. §. 6. nu. 135. præstantissimus præceptor Ioan. Bolognett. in consil. 10. num. 31. Lancellott. Galliaula, in consil. 32. num. 16. vol. 1. Martin. Nauar. in Summa Confess. cap. 17. nu. 216. Quinim-
195 mo † etiam si daretur Castrũ Feudale in pignus domino directo, non facere fructus suos, sed esse vsuram censuit Gabriel Biel, in 4. Sentent. distinctio. 15. q. 11. Conclus. 4. & Didacus Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 1. num. 4. dicentes id procedere, quãdo fructus seruitio essent æquales, vt tunc demum non sit vsura, secus si non æquiualeant, vt ibidem plures adducit; quem sequitur Petr. a Nauarra, de restit. ablator, parte 2. lib. 3. cap. 2. num.
196 371. ab hoc tamẽ axiomate excipio casum † quo esset datum pignus iudiciale, vel prætorium, mandante iudice, argum. l. iuste possidet, ff. de acquir. possess. tũc enim facit fructus suos, & numquam tenetur ad illorum restitutionem, vt voluit Speculat. in tit. de primo, & secundo decreto, §. iam de effectu vers. missus ergo. Quamuis cõtrarium tenuerit, Bart. in l. si is qui, §. 1. ff. de pignorib. & in l. Titia, ff. de solut. de quo puncto Decius in l. contractus, num. 27. ff. de regul. iur. & Negus. vbi supra, nu. 5. Cagnol. in d. l. contractus, nu. 43. & 44.
197 Sed numquid † ius deputandi, & constituendi Magistratum pręscribi valeat, rideretur dici posse, præscriptionem in casu proposito, minime sibi locum vendicare, cum Magistratuum creatio de Regalibus, ac soli Principi reseruatis sit, arg. c. 1. quæ sint regal. reseruata autem principi non præscribuntur. Istam tamen quæstionem tetigit Albert. Brunus, in consi. 93. per totum, qui in effectu concludere videtur, tunc demum pręscriptionem locum habere si bona fides interueniat. Ad hæc faciunt notata per Francisc. Marc. in Decis. Delphin. 623. vol. 1. vbi dicit non probari titulum officij, ex eo quod quis diu in eo steterit, sed requiri probationem per litteras, arg. l. probatorias, C. de diuers. offic. ex quo priuatorum consensu non tribuitur iurisdictio, l. priuatorũ, C. de iurisd. om. iud.
198 breuiter dicendum videtur, ea † intra regalia esse inpręscriptibilia, quę cõcedi nequeunt, & sunt inconcessibilia; quæ autem concedi solent, præscribi etiam possunt, l. 1. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiua, l. quo minus, ff. de fluminib. l. quod principis, ff. de aqua pluu. arcenda. Sic argumentatur Bal. in l. imperium, in secunda lectura, num. 2. versic. sed quæro an merum, vbi dicit,
199 quod † merum imperium est præscriptibile, cũ sit concessibile, vt quotidie videmus. Idem Bald. in rubr. de prescript. col. finali, versic. irẽ scias, & in
200 d. l. imperium, num. 3. in fine dicit, quod † præscribitur merum imperium per tempus; quo nõ extet hominum memoria in contrarium, qua de re plene scribit Ioan. Francisc. Balbus, in tract. pręscr. par. 2. partis 5. q. 7. vbi tractat, an exigatur principis scientia, & patientia, & an sufficiat scientia, ac patientia suorum Magistratuum. Ant. de Butr. in c.

in c.finali, de causa poss. & propr. Francisc. Aretin.
in consil.42.col.2.plene Marc. Anton. Natta, in
consil.672. num.6.cum pluribus seqq. volum.4.
201 vbi † dicit sufficere, scientiam probari ex eo, quod
præses fuit in Prouincia. Faciunt notata per Ni-
col. Bellon. in consil.55.num.5. Iacob. Maudell. in
consil.64.num.41.vol.1. vbi plene alios allegans;
& Francisc. Bursat. in consil.41.num.7.vol.1. Nec
obstant dicta Alberti Bruni, in d.consil.93. quod
in tali iure præscribēdo requiratur bona fides, nā
illud procedit in ceteris præscriptionibus, non au
202 tem in præscriptione immemorabili, † in qua
ob tantum temporis cursum bona fides præsumi
tur, & omnis malæ fidei actus purgatur, cū æqui-
paretur priuilegio, vt late dixi in consil.32. per to-
tum, & in consil.60. Centur.1. & voluit Andr. Si-
cul. in consil.41. col.12. vol.1. Salicet. in l.2. C. de
seruit. Deci. in consil.586. post Alexand. in consil.
61.vol.1. Carol. Ruin. in consil.115.num.2.vol.4.
Cardin. Paris. in consil.104. num.121.vol.1. cum
alijs multis adductis per Roland. a Valle; in con-
sil.89.num.33. vol.2. & dicta per Francisc. Marc.
in d.decis.623. procedunt, & loquuntur in casu di
203 uerso, † textus enim in dicto c.1. quæ sint regal.
loquitur de creatione Magistratuum Imperialiū
& Regiorum, qui ponuntur ad Regiam, vel Im-
perialem iurisdictionem administrandam, nō au
tem in alijs Magistratibus, qui ponuntur a Baroni
bus, & inferioribus, qui cum non habeant domi-
nium aliquod in iurisdictione, cum dominium il
lud resideat penes Principem, vel alium domi-
204 num, † & dicti Magistratus habeant iurisdictio-
nis exercitium, & administrationem tantum, vt
post Andr. Alciat. lib.2. Paradoxor. cap.6. conclu
dit Gloss. Parisiensis, §.1. glossa 5. in verbo, le fief.
nu.57. sequitur præscriptioni locum fore, sic me
patrono causę Syndicus, qui pro tēpore futurus
erit Ciuitatis Bisātiarum quotannis per nouem
dies in perpetuum, habet iurisdictionem plenam
205 merum, ac mixtum imperium, † mediante sen-
tentia Sacri Concilij Neapolitani; facta in anno
206 1578. relatore † Domino Francisco Alderisio
Regio celebri Consiliario, causæ Commissario,
ex sola immemorabili præscriptione, vt patet in
consil. meo.... Centura 2.
207 Nūquid † autem quis cogi possit ad acceptan-
dum officium, & suscipiendum iudicādi munus;
responde, quod cum in iudicandi munere publi-
ca versetur vtilitas, videtur, quem cogi posse ad su
scipiēdum officium, l. finali, §. iudicandi, ff. de mu
nerib. & honor. & ibi hoc tenuit Bartol. quem se-
quitur Barthol. Cassanę. in Consuetud. Burgund.
Rubr.1.§.6. in verbo Messiers. num.85. Francisc.
Marc. in Decis. Delphin.752. in decis.806.nu.4. &
in decis.1221.vol.1. Mansuer. in pract. tit. de iudi-
cib. & eorum iurisd. nu.8. & num.10. versic. item
pro bono publico, & Pace Scala de consil. sapien
tis, lib.3.cap.7. Nec enim immunis videtur a cul-
pa, is, qui a Principe in illo potestatē habēte, si ad
iudicandi prefecturam eligeretur, id abnegaret,
collatū sibi honorem recusando, cum legamus,
tot Imperatores, Regesq. in solio, & throno Ma-
iestatis positos, iudicasse, & causas decretis suis de
terminasse quos ne transcribam, refert Andræas
Tiraquell. de nobilitate, cap.28. nam, & primam
causam DEVS iudicauit, dum parentes primi
præceptum illis factum nō obseruarunt, Adamū
condemnando, vt cūctos dies suos ærumnis ple
nos haberet, & in sui vultus sudore, pane suo ve-
sceretur. Euā, vt in dolore pareret, & sub potesta-
te viri esset, ambosq. e Paradiso terrestri eiecit. Dę
monem serpentem condemnauit, vt maledictus
esset inter omnia animantia, & bestias terræ, & su
per pectus suum graderetur, essentq. inimicitiæ
inter semen eius, & mulieris, & ipsa contereret
caput eius; vt habetur Genes. cap.3. iudicauit etiā
DEVS, dum Aegyptiorum uasa Israelitis ap-
208 plicauit. Hinc † in Scriptura Sacra Iudices Dij
appellantur Exodi cap.22. & scribit Dominicus
de Soto, de iust. & iure, lib.2.q.3. articulo 8. quod
nouissime declarat Thomas Elysius de Christia-
næ religionis arcanis, tit. de præcept. Decalogi, c.
209 1. hinc † uenturus iudex CHRISTVS in
die iudicij, volens eos decorare dum ad requisi-
tionē Petri quęrētis, ecce nos reliquimus omnia
& sumus te quid ergo erit nobis; respondit, sede-
bitis & vos super sedes duodecim, iudicātes duo-
decim tribus Israel. Matth. c.19. & 25. Lucæ cap.
22. omnes enim stabimus ante Tribunal Christi,
vt referat vnusquisque prout gessit in corpore
suo, siue bonum, siue malum. Hinc illud Dauid
Psalmo 109. iudicabit in nationibus, implebit rui
nas, cōquassabit capita in terra, multorum, & Isa-
ias, 4. Stat ad iudicādum Dominus, & stat ad iudi
cādos populos, Dominus ad iudicandū ueniet, cū
Senatoribus populi sui, & principibus eius, & c.
13. Ecce dies Domini ueniet crudelis. Et alibi
pluries in Scriptura Sacra. Et habetur in cap. si
gens, 56. distinct. in cap. consuluisti, 6.q.1. in cap.
si omnia, 9. quæst.3. in c. Sacerdotibus, 11.q.1. &
in cap. Sacerdotibus, 15.q.6. de quo Hieronymus
ad Heliodorum, inquit; Ecce de Cælo tuba ca-
nit, Ecce cum nubibus debellaturus orbem Im-
perator armatus egreditur. Et Augustinus de Ci-
uitate Dei, lib. 20.c.2. Cum vero, inquit, ad illud
Dei iudicium venerimus, cuius tempus iam pro-
210 prie dicitur † dies iudicij, & aliquando dies Do-
mini nuncupatur. Et alibi pluries. Quod nouis-
sime satis cōprobat Fridericus Lumnius, de ex-
tremo DEI iudicio, lib.1. & lib.2. & post eum
Iosephus a Costa, qui cōmentarios edidit de tem-
poribus nouissimis in lib.4. hinc tot etiam Iudi-
ces legimus in Scriptura veteri, de quibus late in
lib. iudicum. Sic Romani suos iudices florente
illorū Republica plures habuerunt, quorum me-
minimus in proęmio Consilior. Cēturia 1. Sic &
211 Athenienses, sic & Spartiatæ, qui in iudicijs sen-
tentiā minime dicebant antequam Rex & Sena-
tus statuissent; quod postmodū immutauit Theo
pompus eorum Rex, quinque Ephoros instituēs,
quos grauioribus præfecit negotijs; & qui absen-
te rege administrarent Rempublicam, vt inquit
Alexander Sardus de Moribus Gentium, lib.2.c.
212 10. quamquam nonnulli abstineant; sed † non
omnes sunt Messallæ Coruini qui sexta die, qua
Vrbi Prefectus creatus est, sese Magistratu abdica
uit, teste eodē Sardo, lib.2.cap.21. nec omnes sicut
Gedeon, qui ciatus victorijs Israhelitarum im-
perium

periũ,recuſauit,vt habetur Iud.c.8. Iouianus,ab
exercitu Imperator electus, militibus reſpondit,
nolle ipſum Chriſtianum non Chriſtianis ſub-
ditis imperare, cui etiam ſe Chriſtianos eſſe mi
lites reſponderunt, vt dicit Socrates lib.3.& Ni
cephorus lib. pariter 3. Narrat Plutarchus in Vi-
ta Q. Fabij Maximi, quod Romani cum ipſum
elegiſſent vltimo loco Cõſulem, recuſauit, quod
nec temporis nec animi ſibi eſſet neceſſarius vi-
gor, & dicam infra,cap.9.
213 Declara tamen † cogi nõ poſſe ſi ſola illius,qui
eligeretur,verſaretur vtilitas, tunc enim cogi nõ
poterit,arg.l.inuito, ff.de regul.iur. Gloſſ.in l.ſol-
uendo,ff.de negot.geſt.
214 Declara ſecundo,† procedere in ſubditis,ſecus
autem in non ſubditis, argum. notatorum in l.1.
C Qui pro ſua iuriſdict.cap.paſtoralis, de offic.de
legati.
215 Declara tertio, † niſi adeſſet legitimũ impedi-
mentum,quia tunc cogi nõ poſſet, Bald.in l.ſi pa-
ter, C. ſi pend. appellat. Alexand.in conſil. 113.
volum. 5.Pace Schala de conſil. ſapientis, lib. 3.
d.cap.7.
216 Et in † Regno Neapolitano,prouiſum eſt Phi-
lippi II.Regis Catholici edicto,quod pęna immi-
net,vt vocati a Rege ad ſuos Magiſtratus, illos nõ
recuſent, ne videantur Principis munificentiam
parui facere.
217 Aduertendum puto,de iure communi, † recu
ſanti Magiſtratum imminere pœnam, quod ſub-
rogatus in eius locum interim retinebit illius bo-
na poſſidenda donec tenebit oſticium, & ſi ille re
uertatur ad locum,cogitur biennio illud admini-
ſtrare, textu in l.ſi ad Magiſtratum, C.de Decur.
lib. 10.quem ad hoc ſingularem dicit Ludou.
Roman.in Singul.185.incip.Qua pœna,quem re
fert , & ſequitur Celſus Hugo ad Bal. in Rubr.
C.de fide inſtrum. ſub num.3.in apoſtilla incip.
218 oportet eos,tamen † ille textus loquitur de De-
curionibus, & Duumuiris,quorũ poteſtas eſt quo
ad regẽdam Ciuitatem pro Magiſtratibus Reipu
blicæ,non autem ad iuſtitiam faciendam;de quo
rum poteſtate ſcribit Lancelott. Conradus, de
offic.Decurio.num.62.& pluribus ſeqq. & nos ali
bi dicemus,cum non ſit hic locus congruus. Vn-
de non videtur eamdem legem trahi poſſe ad Ma
giſtratus iuriſdictionales.
219 Quis autem † poſſit creare Magiſtratus in ter-
ris,& Caſtris Principum,Ducum,Marchionum,
Comitum, & Baronum pupillorum, dicendum
eſt talem creationem Magiſtratuum in Ciuitati-
bus, & Caſtris Illuſtrium perſonarũ , qui ſunt pu-
pilli,creari,& deputari per eorum tutores, (quos
Balios in Regno Neapolitano appellamus) vt ha
betur in c.1. Grandi, de ſupplenda negligen. præ
lat.in 6.Bald.in l.fin.in fine, C.de teſtament. mili-
tis,& ante eum Oldrad.in conſil.52.in fine. Bart.
in l.quidam conſulebant, num.13. ff. de re iudic.
Martin.Laudenſ. de principib.§.332.Anton.Ca-
picius in inueſtit.feud.§. Feudorum Balij, verſic.
adminiſtrant,& per totum. Marc. Anton. Natta
in conſil.631.num.28.vol.3. Matth. de Afflict. in
Conſt.Reg.In aliquib.nu.42.& in Conſtit. Mino-
ribus,per totam, & nos de his Balijs late diximus
de Regis Catholici præſtantia,c.62.num.1.vſque
220 ad nu.14. Et † in Gallia tutrix Baliſta appellatur
vulgariter,vt per Barthol. Caſſanæum in Conſue
tud.Burgund.Rubr.6.§.4.in verbo,Baliſtæ,per to
tum, & in verbo, caution ſuffiſant. De his etiam
Renat.Choppin.in Cõſuetud. Andegau. lib.1.c.
40.num.6.parte 5.
221 Sed an † officiales, & Magiſtratus, ac poteſta-
tes,poſſint creare Locumtenentes, Vicarios, aut
ſubſtitutos,& per illos iuſtitia adminiſtrari. Mate
ria hæc eſt ſuper titulo de offic. eius cui mand. eſt
iuriſdictio, quæ eſt vt Hydra Lernęa tot ceruices
habẽs,vt vno capite auulſo,alterũ nõ deficiat, ſed
exſurgat,vt inquit Alciat.lib.2. Paradox. cap.1.in
fine,in qua ſcripſere Doctores, ex quorum ſcri-
ptis,res effecta eſt perplexior; ego ſequar veſtigia
Alexandri,in dicta Rubrica,breuiter dicẽs, ꝙ Vi-
222 carius † Principis, Prorex cõſtitutus loco,& vice
ipſius Principis,dicitur ſuus locũ tenens, & habet
ordinariam iuriſdictionem, l.nec quidquam, §.
vbi decretum, ff.de offic.proconſ.c.tua, de offic.
Vicar.& hic niſi a Principe poteſtatem habeat li-
mitatam,poſſet locum tenentem creare,l.2.C.de
offic.eius,qui vic.alt.gerit. Et idcirco in Regno
Neapolitano,cũ Principes, Duces, Marchiones,
Comites, & Barones,habeant iuriſdictionem ple
nam,merum,ac mixtum imperium, & gladij po-
223 teſtatem,ſi deputent locum † tenentes,tales di-
centur habere ordinariam iuriſdictionem,& po-
terunt tales locum tenentes explicare omnia,quę
poſſent ordinarij in quorum locum ſubrogãtur,
vt cauſas meri,& mixti imperij, membriq.abſciſ-
ſionem, & vſque ad mortem incluſiue. Et ita in-
telligitur tex.in d.l.2.reprobata ibi gloſſa, quę vo-
luit, hos non habere poteſtatem, quo ad vltimũ
224 ſupplicium, quam † reprobant Bartol.& Alex.
in l.1.ff.de offic. eius cui mandata eſt iuriſd. Bart.
in l.1.§.hi quibus, ff.de leg.3. Si autem locum te-
nens crearetur a Rectore, Caſtellano, Poteſtate,
vel Magiſtratu, aut Capitaneo cõſtituto in aliqua
Ciuitate,expedietidem locum tenẽs omnes cau-
225 ſas,† excepta membri abſciſſione,& vltimo ſup
plicio, vt in §.ad hoc prohibemus, vbi Iacob.de
Beluiſ.& Bart.in Authent.de collat.Paris de Pu-
teo in tractatu Syndicatus,in verbo, ſubſtitutus,
col.2.vbi inquit procedere, etiã ſi habeat ille offi-
226 cialis poteſtatem ſubſtituendi. Hæc † materia
multas recipit declarationes,ampliationes, & li-
mitationes, quæ poſſunt videri late apud Docto-
res in d.l.1.ff.de offic. eius, & diſtincte apud Ro-
bertum Marantam in Speculo Aureo,parte 4.di-
ſtinct.5.numero 7. cum pluribus ſeqq. Camill.
Plaut. in d.l.1.in verſic. Mandata iuriſdictione,
num.8.cum pluribus ſeqq. Auguſt. Berous in cõ-
ſil.102.num.5.& ſeq.vol.3. Guido Papæ, in Deciſ.
Gratianop.624. Nicolaus Boer. in Deciſ. Burde-
gal.6.in deciſ.151.in deciſ.152. Iofredus Lãfranc.
in deciſ.50.incip.Vicarius. Ioannes Ant.de Ni-
gris,in c.Regni, Quia de Vicarijs,per totum. Pet.
Foller.in Conſtit.Iuſtitiarij per prouincias,num.
14.& pluribus ſeq.pulchre Iacob. Cuiac. Nouel-
la 8.Barthol. Bertazzol.in conſil. crimin.107.vo-
lum. 2. Didac. Couarru. variat. reſolut. lib. 3.ca
pit.fin. numero 4. Ludouic. de Molina,de Hiſpa-
nor.

nor. Primog. lib. 1. cap. 25. num. 11. vol. 1. Ianus Langlæ, Ocij Seniectr. lib. 10. cap. 2. Petr. Termineus in processu iuris scripti, tit. 1. vers. Ordinarij.
227 Est tamen Regni † Neapolitani iuribus cautum, iustitiarium nõ posse aliquem loco sui substituere, sub pęna capitis imminente substituenti, & substituto, vt per Cõstit. Regni, Officia, quę
228 personis, facta a Gulielmo Rege, † quam modificauit Federicus Imperator, qui constituit pęnam remotionis ab officio, & publicationis om-
229 nium bonorum, vt † in Constit. Duram, & diram pęnam; quod prohibuit etiam Carolus Pri-
230 mus Rex, in d. c. Quia † de Vicarijs. Similiter per Reginam Ioannam, fuit prouisum, quod Officiales, Iustitiarij, Capitanei, Iudices, Assessores, & Actorum Notarij in eorum officijs personaliter, & non per substitutos seruiant, vt in c. Regni:
231 † Item quod prædicti officiales, iustitiarij. Per
232 Regem Ferdinandum, in Prag. incip. † Prudentia. Per Carolum V. Cæsarem, in Pragm. incip. Item mãdamus, sub tit. de Administratoribus, & per, Ducem Albæ Regis Locumtenentem, in Pragm. incip. Magnifici viri, sub tit. de Compos. Obseruatur in Regno, quod Locumtenens Regis, non creat alium Locumtenentem. Magnus Iustitiarius, habet Regentem, qui ponitur a Rege. Magnus Admiratus, non habet locumtenentem, sed habet suum Tribunal, in quo exercet suam iurisdictionem. Protonotarius, & Logotheta habet Vice, Protonotarium, & Pręsidentẽ Sacri Concilij, qui creatur à Rege. Ceteri Officiales Regij substitutos non faciunt. Quo verò ad Barones, nonnulli creant Locumtenentes Rectorum, & Capitaneorum in Ciuitatibus, & Castris, & multi locum tenentes creantur ab ijsdem eorum Officialibus.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Iustitiæ administrationi Magistratus mares esse oportet, mulieres arcendæ. Mulieres in multis sunt deteriores quam mares. Late discutitur quando in feudis succedant; & alia multa.

COMPENDIVM.

1 *Taletis Milesii dictum, quod Fortunæ gratias agebat, quod homo natus esset non belua, quod vir, nõ femina, quod Græcus non Barbarus.*
2 *Feminæ a iudicandi munere expellendæ, & num. 133. sed vide num. 134.*
3 *Feminas iudicare non posse, moribus introductum est, & quare. & num. 11. 12. & 26.*
4 *Ceres prima legumlatrix secundum fabulas poetarum.*
5 *Cereri Legiferæ sacrificia faciebant, quæ Thesmophoria appellabantur.*
6 *Mulier iudicare prohibetur ob honestatem, & sexus fragilitatem.*
7 *Voluptas quos non potuit vincere, assiduitas superauit.*
8 *Speciem alienæ mulieris multi admirati reprobi facti sunt.*
9 *Consilium stabile, rectum, intrepidum, atque immutabile esse oportet, quod raro in mulieribus reperitur.*
16 *Mulieres de inconstantia notatæ a Summo Pontifice.*
12 *Mulieres ob imbecillitatem facile terrentur.*
13 *Eriphilæ iudicium damnatur.*
14 *Muneribus impetiit Didonem Aeneas.*
15 *Dalida muneribus a Philisthæis corrupta Sãsonem tradidit.*
16 *Debora Prophetissa iudicauit.*
17 *Iudicum potestas, in veteri lege authoritas & officium.*
18 *Mulieres Gorgonæ in Lybia, militiæ vacant in adolescentia, & bella exercent; transactis autem multis annis viris iunguntur ad prolem suscitandam, vbi vide multa de earum imperio, & inusitata apud nostrates consuetudine.*
19 *Celtæ mulieres assuetæ bellis.*
20 *Viri feminis praeesse debent.*
21 *Mulierum dominatio Gynecocratia appellatur, naturæ legibus inimica.*
22 *Mulieres iure diuino sub viri imperio sunt.*
23 *Femina animal læsum Philosophi placito.*
24 *Deus populo hostili, sed aturum mulierum dominatum, comminatur.*
25 *Viri feminis principari debent iuris naturalis vigore.*
26 *Mulierum consilium inualidum.*
27 *Mascnlo creditur potius quam feminis. Sed declara vt num. 28. 29. & 30.*
31 *Mulier apud Magistratus postulare probibita, & num. 46. & 47. Sed vide num. 43. 44. & 45.*
32 *Hortẽsia Hortensii Clarissimi Oratoris filia apud Triumuiros orationem habuit ad patrocinium matronarum, & vide num. 35. & 41.*
33 *Calpurnia, vel vt alij volunt Calphurnia, an fuerit, quæ causam dederit edicto, vt mulieres non postularent, Doctorum ambiguitas. & num. 34.*
34 *Intellectus l. 1. §. sextum, ff. de postul.*
35 *Philippus Broideus I.C. elegans.*
36 *Triumuiri capitales, qui essent apud Romanos, & qui nam alij Triumuiri num. 37. 38. 39. & 40.*
42 *Calphurnia etiam appellabatur, C. Plinij iunioris vxor.*
43 *Bona dicuntur secundus sanguis.*
44 *Mulieres possunt domi consulere.*
47 *Mulieres artibus suis, & forma iudices sæpe corrumpunt.*
48 *Mulieres pro alio fideiubere, ac intercedere nequeunt. Sed vide num. 51.*
Mulieres fideiubere pro alijs, interdictum est legibus Regni Neapolitani.
49 *Intellectus Pragm. Considerantes, de Senatusconsulto Velleiano.*
50 *Mulieres iure Hispano pro alijs non fideiubent.*
Intellectus l. Stili. 207. & 223.
Intellectus l. Tauri, 61.
52 *Mulieres Tholosates pro alijs fideiubent.*
53 *Mulieres apud Coloniam Agrippinam Vbiorum metropolim, pro alijs fideiubent.*

Intelle-

AXIOMA.

Mares iuri dicundo præponunto, Feminas à ſubſellijs arcento.


Hales ille Mileſius, ſapientum Græ-
corū primus, vt in Vitis Hermippus
eſt author, Fortunæ ipſum gratias a-
gere, tribus ex cauſis aſſeruit. Primo,
1 quod homo natus † eſſet, non bellua; Deinde
quod vir, non mulier; Tertio, quod Græcus na
tus eſſet, non barbarus. Quod poſtmodum re-
tulit Diogenes Laertius in illius Vita. Vt nō im-
merito nobis aſſumendum id fuerit, vt ſtabile
quoddam, perpetuumq; Theorema, Mares iuri
2 dicundo proponendos fore, † feminas autem
à iudicijs, ac iudicandi munere repellendas.
Idque à Paulo Iuriſconſulto, traditum eſt in
l.cum

l.cum prætor, in verbo, Moribus, ff.de Iudic.& in l.feminæ, ff. de regul. iur. quod Pontificio etiam iure cauetur, c.Infamis, c. Infames, 3. q. 7.cap.mulierem, 33.q.5. Et nos late diximus de Compromiss. §. 2. Glossa 4. num.1. vsque ad 23. vbi & limitationes ad hanc Regulam dedimus. His adde Claud.Cantiuncul.de offic.iudic.lib.1. cap.3.Iacob. Philipp. Port.in consil. 1.num. 36. & 39. & in consil. 193.num. 1.Marc.Mant. Dialog. Denarrat. Classe 6.cap. 1. Ioan. Monach. in Defensor.iuris, tit. 2.num. 27. Petrum Termineum in Processu iuris scripti, tit. 1. versic. tria sunt. Vendelinum Schell. de Act. & except. forens. cap. de except. contra personas, fol. 149. in versic. feminæ ab omnibus, Dethardum Horstium, in Synopsi Axiomatum, parte 2.tit.1.nu. 16.Petr. Duen. Regula 311. Alfonsum Azeuedum, Nouæ Recopilation. lib. 3. titulo 9.l.7. num. 20. Rolandum Cauagnolium, in Decret. Montisferrati; Decreto 73.§.1.q.1.nu.25.Stephanum Forcatulum in Cupidine Iurisperit. c. 20. num.8.Petr.Cenedo, Collectan. Iuris Canonici, parte 2.cap.122.num.1.

3 Non autem † prohibentur mulieres, quod acumen ingenij, ac iudicij discretionem non habeant, sed moribus id introductum fuisse inquit

4 I.C.Nam & Ouidius fabulose cecinit, † Cererē Legum latricem, primam fuisse, lib. 5. Metamorphoseos, dum ait:

Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris,
Prima dedit leges.

Hinc Legiferæ Cereri Templa posuere Græci, de quibus Pausanias in Atthiacis, & iterum in

5 Corinthiacis; cui † sacrificia faciebant, quę Thesmophoria appellabantur, de quibus Phila...s, lib. 24.cap.9. Alexander ab Alexandro Dier.Genial. lib.5.cap.10.

6 Ratio prima communiter assignatur, † prohibitas mulieres iudicare, ob honestatem, ac sexus fragilitatem, ne cum viris commisceantur, arg. l.1.§. sexum, ff.de Postul. ex causis enim tractandis inter mares, ac feminas, vsus nasceretur muliebri pudicitiæ incongruens, quarum conuersationem omni tempore periculosam scribit esse Hieronym.de Viuendi forma ad Rusticum Monachum, dum ait: Matrem ita vide, ne per illam alias videre cogaris, quarum vultus cordi tuo hereant, & tacitum viuat sub pectore vulnus. Ancillas, quæ illi in obsequio sunt, tibi scias esse in insidijs, quia quanto vilior earum conditio, tanto facilior est earum ruina. Hæc Hieronymus; Cōuersationis enim cōsuetudo malorum plurium causa esse solet. Per assiduitatem (Isidorus in-

7 quit) cito peccat homo, sæpè enim, quos † voluptas non potuit vincere, assiduitas superauit. Vnde Salomon. Prouerb.cap.7. Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum statim etiam sequitur: quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorās, & nescit quod ad vincula stultus trahatur. Et Ec-

8 clesiastici cap.9. † speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt, colloquium enim illius, quasi ignis exardescit. Secundo, nulli dubiū, in iudicando, sal sapientiæ, scientię, discretionis,

9 & consilij, requiri, quod † consilium stabile, rectum, intrepidū, atque immutabile esse oportet in mulieribus autem vix vlla stabilitas inuenitur, iuxta illud Virgilij, lib.4. Aeneidos.

Eia, age, rumpe moras, Varium, & mutabile semper
Femina.

Et Tibullus lib.3. Elegiarum.

Sed flecti poterit, mens est mutabilis illis,
Tu modo cum multa brachia tende fide.

Et Propertius ad amicam lib.2. Elegiarum.

Non sic incerto, mutantur flamine Syrtes,
Nec folia hiberno tam treme facta notho.
Quam cito feminea non constat fœdus in ira
Siue ea causa grauis, siue ea causa leuis.

Et Titus Calphurnius Egloga 3.

Mobilior Ventis, ô femina.

10 Quam mulierum varietatem, & † inconstantiam, notauit Summus Pontifex in c. forus, de verbor. significat. & multis comprobat Neuiz. in Sylua nuptiali, §.non est nubendum, num.18. Andr. Tiraquell.de legib. connubialib.l.9. num. 130.Marcus Mantua, in dicto Dialog.1. Classi 6. Cum itaque sit instabilis, non poterit stare in eadem sententia, non mirum igitur, si iudicandi potestas illi tradita non fuit. Stante enim eius sexus infirmitate, iudicare prohibentur, ob ipsarum fragilitatem, & leuitatem. Hinc Iouianus Pontanus ad Faustinam in Parthenopeo.

Hoc vitium forma est, cunctis hæc menda puellis.
Si vitium leuitas, nulla puella bona est.

11 Patronorum enim † quarumlibet causarum verbis persuasæ, ad eorum credulitatem adducerentur, falsumq. indicarent, argu.l.Nimia, C. de act.& obligat. Alberic.de Rosate, in l.filia in orbitate, C.de inoffic.testam.de quibus Baptista Mātuanus in Bucolicis ait.

Mobilis, inconstans, vaga, garrula, uana, bilinguis.

Hinc Phillis ad Demophoontē apud Ouidium in Heroidis inquit.

Fallere credentem, non est operosa puellam.
Gloria, simplicitas digna fauore fuit.

Et iterum idem Ouidius.

Improbe quid gaudes? aut quæ tibi gloria parta est.
Quidue vir elusa Virgine, laudis habet?

Et ob id læsius cadunt, vt inquit Hieronym. in Ecclesiasten capitulo 7. & patet in casu Euæ.

12 † Ob ipsorum præterea imbecillitatem, minis facile terrerentur. Carol. Ruin.in consil.98. nu.24. vol.1.Iacob.Mandell.in consil. 77. num. 4.vol.1. Ioan.Vincent.Honded.in consil.29.num. 29.volum. 1. & nouissime Carolus de Grassis in tract. Except.exceptione 11.nu. 13. Corrumperetur, etiam faciliter muneribus, & pecunijs, hinc dam

13 nant Scriptores, † Iudicium Eriphilæ, quæ pro Adrasto contra Amphiaraum virum sententiam protulit, de qua Cicero, de Inuent. Rhetor. lib.1. Eriphile (inquit) auro, viri vitam vendidit. & Idem Cicero in Actione 6.in Verrem, ait: Eriphilam accepimus in fabulis ea cupiditate fuisse, vt cum vidisset monile (opinor) ex auro, & gemmis, pulchritudine eius incensa, salutem viri proderet. De quo Horatius lib.3. Carminum, Ode 6.

Concedit Auguris
Argiui domus ob lucrum.

Cuius

in consil.65.num.45.vol.eod. Alexand.in consil.
29 64.col.1.vol.1.secundo † declarandum est, secus
esse quando veritas aliter haberi non potest, & in
qua alij testes magis idonei, sui natura interesse
nō potuerunt, vt post Anton.de Butr.in c.tertio
loco,extra de probat.& eūd. Ant.de Butr.in con-
sil.24.sub num. 8. versic. non obstant iura. voluit
Alexand.in d.consil.64. Dec. in consil.342.num.
2.Marsil.in Singul.533. Gerard.de Petra Sancta,
in Singul.24.Andr. Alciat. in tractat.Præsumpt.
Regul.1. Præsumpt. 47.in fine, vbi Ioan. Nicol.
Arelatan, in Apostill. Roland.a Valle, in consil.
24.num.67.vol.1. Bartholom. Bertazz.in consil.
crim.3.nu.29.vol.1. Hippolyt. Riminald. in con-
sil.217.num.1.Federic.Scot.in consil.3.lib.3.to-
30 mo 1. Tertio † declarandum est, muliebre testi-
monium præferendum in probanda puellæ virginitate,vt voluit Petr.de Anchar.in c.proposui-
sti,nu.1.extra de probat.
31 Postulare † etiam prohibetur mulieres ex eis-
dem iuribus, atque authoritatibus, apud Magi-
stratus,vt dicit Vlpianus in l.1.§.sexum, ff.de po-
stulando,vbi pro alijs postulare prohibita est,non
32 autē pro seipsa, vt † fecit Hortensia Q.Horten-
tij Clarissimi Oratoris filia, quæ apud Triumui-
ros orationem doctissimam habuit pro Roma-
narum Matronarum patrocinio, cuius meminit
Appianus Alexandrinus Bellorum ciuil.lib.4.Va
ler.Maxim. lib.8.capit.3. Cicero in Bruto, & Fa-
bius Quinctilian.Oratoriar.institut.lib.1. capit.1.
33 Huic † edicto causam dedisse Calpurniam fe-
minam improbissimam dicit Vlpianus in d.§.se-
xum,& in aliquibus Codicibus dicit Calphur-
niam. Hac in re nimium se Doctores inuoluūt,
super huius legis edicto, quænam femina ista
fuerit. Mihi enim antiquitates perscrutanti vide-
tur,ante huius legis,ac edicti prohibitionem,fuis
se Romæ improbum visum, mulieres in foro,
etiam suas causas non modo alienas,agere, testē
habeo Plutarchum in Comparat. Numæ Pom-
pilij,& Lycurgi,dum ait: Ac cum femina aliquā-
do causam in foro pro seipsa dixisset, fama est,
Senatum Deos consuluisse, & quid hoc exem-
plm vrbi portenderet; cuius authoritatis longo
post tempore, quam hæc scripseram meminit
Franciscus Polletus in Histor. Fori Romani, lib.
2.cap.7. in fine. Dicere autem non ausim, an tex-
34 tus in d. §. sexum,dicere voluerit,† Calpurniam,
aut Calphuriniam,vel Caiam Afraniam, vt au-
thoritates pro vtraque parte adducuntur. Non-
nulli enim dixere litteram corruptam impresso-
rum incuria, & dum dicere voluisset Caiā Afra-
niam,dixisse Calphurniam,illamq.C. Afraniam
impudicam mulierem fuisse, quæ ad lites promp-
tissima, inusitatis foro latratibus tribunalia exer
cens, adeo vt feminarum moribus, dumquid
alteri mulieri tribui quis vellet, C. Afraniæ
nomen obijceretur. Ita corrigendam illius le-
gis litteram, inquit Io.Coras. Miscellaneor.lib.
4.capit.21.num.1.& 2. neminem autem pro sua
hac opinione allegans. De eius tamen improbi-
tate Valerius Maxim.lib.8.capit.3.Eamdem opi-
nionem tenuit Franciscus Pollet.in Histor. Fori
35 Romani,in loco allegato, vbi † Philip. Broideus
eruditus I.C.& elegās allegat Alciat. lib.2. Parer
gon.cap.37. Stephan. Forcatul. de illustr. femin.
imper. Idem tenuit Petrus Gregor. Syntagm. Iu-
ris vniuersi, lib. 32. cap.13. sub num. 2. & lib. 49.
cap.6.num.22. Petr. Faber, de regul.iur.antiq.cap.
2.vbi dicit in Pandectis Florentinis legi Cafrania
nullo posito interpuncto. Ego etiam in hac opi-
nione sum, quamquam videatur mihi habere
ambiguitatem, ex quo Valerius cum asserat hāc
C. Afraniam diem suum clausisse C. Cæsare, &
M.Seruio Coss.& ipsa viuēte edictum prohibito
rium factum fuisse, & mulieres posteras a postu-
lādo exclusas ex dicto Polleti, nihilominus, Hor-
tēsia pro Matronis Romanis dixit coram Trium
uiris; coram quibus vero dixit. Nam Romani
36 habuerunt † a principio Triūuiros capitales, ad
quos carceratorum custodia spectabat. Trium
viros monetales,quorum officium erat moneta-
rū,vt scilicet Aeris, Argenti, & Auri essent flato-
res. De primis Liuius lib.25.in princip.& de am-
bobus, Pomponius, in l.2.§.eodem tempore, ff.
de orig.iur. Fenestella de Magistrat.Roman.cap.
23.in fine,& Pompon.Lętus,cap.de Prætoribus,
37 alios insuper † Triumuiros habuere Romani,
Coloniarum deducendarum, & agrorum diui-
dendorum causa, & sic quandoque agrarij sunt
nominati,quorum meminit Liuius, lib.3.Triū-
38 uiros † præterea Epulonum, qui inter sacerdotes
enumerarentur, qui Ludis, siue Epulari Sacrifi-
cio Ioui, offerri solito, alijsq. præerant quorum
meminit Liuius lib.3.qui postmodum ad septena
rium numerum creuere; vt inquit Alexand. ab
Alexandro dier. Genialium,lib.3.cap.16. Trium-
38 uiros † etiam delectui militum faciendo propo-
39 sitos,† Triumuiros sacris conquirēdis donis per
signandis, & sacris ædibus restitutendis. Trium-
40 uiros mensarios, qui † pro necessitate Reipubli-
cæ pecuniariam mensam curabant, & in pecunia-
rum penurijs operabantur, de quibus Liuius lib.
41 23.& lib.26. Tamen † Hortensia Orationem ha-
buit coram Triumuiris M. Antonio, Lepido, &
Octauio Reipublicæ constituendæ, (siue mauis
destruendæ) causa crearis, vt omnia ponit Ap-
pian.in dicto lib.4.qui inquit, dixisse Hortensiam
coram populo in publico, & refert eius verba, &
cū esset relatum Triumuiros impediri illam fecis
cisse,ne populus tumultuaretur; infandum enim
erat eorum facinus,dum pro exsatiandis animis,
ac bellis exequendis mille, & quadringentas mu-
lieres nobilissimas ad persoluendas earum dotes
cōdemnauerant omni pudore sepósito.
Aliquando cogitaueram, text.in d. §. sexum,
42 non esse corrigendum,& intelligi posse † de Cal-
phurnia Plinij Cæcilij siue iunioris coniuge, cu-
ius ipse meminit lib. 6. Epistol.7. quam studiorū
mariti ministram fuisse scribit Andr. Tiraquel.
de legib. Connubial. l. 11. num. 30. cum fuerit
ante Vlpianum annis circiter centum triginta, &
plus, ipsa enim fuit temporibus Traiani, & Vl-
pianus, de ea mentionem faciens Alexan-
dri Seueri, inter quos decem circiter Impe-
ratores intercesserunt L. Vel forte dicere vo-
luisse de Calphurnia L. Pisonis filia, & C.
Cæsaris vxore, de qua Suetonius Tranquill.

in Caio Cæſare, cap. 83. & Plurarch. in Cæſare,
quã improbitatis, & impudicitię arguit, ſed falſo
Appianus. Vnde relinquo alijs cogirandum.

Declarant Dec. in d. l. feminæ, non procede-
re, dum mulieres agerent cauſas proprias, ſed ſo-
lum prohiberi in alienis, & ſic etiam ibi dicunt
alij Doctores. Et ratio prohibitionis in alienis
cauſis illa videtur, quia tũc ob quęſtum mercedis
43 videntur commutare honeſtatis pudorē, in † cau
ſis autem proprijs, non videntur mulieres odio
proſequi ſeipſas, & bona ipſarum propria, quæ
dicuntur ſecundus ſanguis. Aliàs ratio text. in d.
§. ſexum, militaret in propria, & alienis cauſis, ve
rum tamen ſic loquitur lex, & ideo ſeruanda, l.
proſpexit, ff. qui, & a quibus. Aliam fecerunt de-
clarationem Decius ibi. num. 12. & Tiraquell. in
44 d. l. 11. num. 28. ſecus eſſe † ſi domi mulieres con-
ſulerent. Quod videtur indubitabile, cum aliud
ſit poſtulare, & aliud conſulere, & aliud domi,
& aliud coram Magiſtratibus, & ideo non
debuit iſta declaratio aſſignari. Tertio declara-
45 uit Decius poſſe illas † poſtulare coram Legato
Præſidis, cum fiat ſtricta prohibitionis interpre-
tatio, argum. l. Moris, §. 1. ff. de pœnis. In contra-
46 ria autem ego ſum ſententia † cum mulieres a
poſtulando coram Magiſtratibus ſint prohibitæ,
ob ſexus incongruentiam; quæ ratio militat co-
ram quocumque Magiſtratu; & etiam quia Le-
gatus Præſidis eſt Magiſtratus, vnde idem ſer-
uandum, l. illud, cum ſimil. ff. ad leg. Aquil.
& text. in dicta l. Moris, loquitur in alio caſu.

Non ſolum autem ob ſexus pudorem prohibi-
tas a poſtulando mulieres arbitror, ſed quia dum
47 apud iudices poſtularent, ipſos muliebribus † arti
bus, vel forma corrumperēt. Hinc Cicero Actio-
ne 5. in Verrem, Metellum ab Apronio nõ poſſe
corrumpi precio, vt Verrem, non conuiuio, non
muliere, aſſeruit. Vi enim, ac neceſſitate, quo-
dammodo fieri dicitur, quæ ſuaſionibus, blandi-
tijs, ac illectibus mulierum fiunt, vt inquit Plu-
tarch. in Solone. & ego ampliſſime dixi de Præ-
ſtantia Regis Catholici, cap. 21. nu. 47. cum plu-
ribus ſeqq. quæ mulierum artes, vtinam nec ho-
die fierent, vt paſſim videmus, & maiora operan-
tur, quã doctiſſimi cauſarũ patroni operarentur.

Eiſdem feminis per ampliſſimi Senatus ordi-
nem opem tributam eſſe, ob illarum imbecillita-
tem, ne rei familiaris periculum ſubirent, ac pro-
uiſum primum Auguſti, & Claudij Principum
48 temporibus extitiſſe, ne † feminæ pro alio inter-
uenirent, ſiue intercederent, ac fideiuberent, ſcri
pſit Vlpianus in l. 1. & in l. 2. ff. Ad Senatuſconſult.
Velleian. & in d. l. feminæ, cuius Senatuſconſul-
ti meminit Aymarus Riuallius Hiſtor. Iur. Cinil.
lib. 3. tit. de Senatuſconſultis, & Dec. Cagnol. Io-
ann. Ferr. Montanus, & Petr. Faber, in dicta l. fe-
minæ, & plerique alij. Hoc idem expreſſe pro-
hibitum fuit legibus Regni Neapolitani, ne mu-
lieres quolibet quæſito colore pro alijs interce-
dant, & notarijs, ac Tabellionibus, & quibuſuis
Actuarijs rogationes præfatas recipientibus, im-
minet pœna ducatorum ſexcentorum, & priua-
49 tionis officij, vt per † Pragm. factam in anno
1543 Incip. Cõſiderantes, ſub tit. de Senatuſcon-
to Velliano apparet.

50 Hiſpanicis † etiã iurib. ſuper hoc prouiſum ex-
titit, vt in l. ſtyli, 207. incip. Todo el deudo, & in l.
223. Incip. otroſi ſe el marido, & melius per l. Tau
ri, 61. vbi dicitur. De aquĩ adelante la muger no
ſe pueda obligar por fiadora de ſu marido, a vn
que ſe diga, & alegue, que ſe conuertio la tal deu-
da en proueccho de la muger, & notatur in legi-
bus fori noui, lib. 3. titulo 18. l. 5. vbi Alſonſus Mõ-
taluus, & late Michael Ciſuentes, & Anton. Go-
mez. in d. l. Tauri, 61.

Ad hanc tamē Regulam plures dantur limita-
51 tiones, in quibus mulier † poſſit pro alijs interce-
dere, ac fideiubere, de quibus Accurſ. in d. l. 1. ff. ad
Senatuſconſult. Velleian. Placentinus in C. lib. 4.
tit. 29. Hippolyt. de Marſil. in Rubr. de fideiuſ. nu.
315. Ioan. Coraſ. in l. qui liberos, num. 112. ff. de ri-
tu nupt. Stephan. Aufr. ad Capell. Toloſan. in de-
ciſ. 37. Alc. in tract. præſumpt. regul. 3. præſumpt.
13. Conſtantin. Harmenopulus, lib. 3. titulo 26.
Franciſc. Turzan. Commun. Opin. 132. Ioan. Ba-
ptiſta Villalob. Commun. Opin. §. mulier, nu. 138.
Emanuel Suarez in Theſauro Recept. ſentent. §.
Velleiani, nu. 5. Franciſ. Viuius, Commun. Opin.
§. mulier. Ioann. Lopez in rep. capit. per veſtras,
notab. 5. ſub num. 10. de donat. inter vir. & vxor.
Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. Cē-
tur. 4. Caſu 234. num. 2. Alfonſ. Montaluus, in di-
cta l. 5. Petr. Gregor. Syntagmat. Iur. vniuerſi lib.
24. capit. 3. num. 26. Iacob. Philipp. Port. in con-
ſil. 36. num. 30. Riminald. ſenior, in conſil. 77. per
totum, vol. 1. Marian. Socin. Nepos, in conſil. 55.
num. 7. & ſeqq. volum. 2. Thom. Gram. in Deciſ.
Neapol. 76. num. 20. Silueſt. Aldobrand. in con-
ſil. 2. num. 142. volum. 1. Andre. Gail. in Pract.
lib. 2. Obſer. 77. Seraphin. de Seraph. de Priuileg.
iuram. priuileg. 63. & priuileg. 118. Antonin. Teſ-
ſaur. in Deciſ. Pedemont. 222. per totam. Vin-
cent. Carroc. de excuſ. bonor. parte 2. quæſt. 17.
nu. 18. & 21. & ante eos Din. in conſil. 5. Barthol.
Veronenſ. Cantela 196. & 197. Cęſar Vrſill. ad Af-
flict. in deciſ. 137. num. 5. Barth. Bertazzol. in tra-
ctatu Clauſul. 4. Gloſſ. 7. Ioan. Petr. Surd. in conſ.
367. nu. 10. & 12. vol. 3. Bartholom. Caſſanæus in
Conſuetud. Burgund. Rubr. 4. §. 13. Gloſſ. fin. nu.
11. M. Anton. Natta in conſil. 52. nu. 15. volum. 1.
Franciſc. Marc. in deciſ. 182. nu. 7. vol. 1. Lanfranc.
Balb. in deciſ. 506. Ioan. Papon. lib. 12. titulo 5. Ar-
reſt. 1. Arreſt. 4. & Arreſt. fin. Vincent. de Franch.
in deciſ. 182. in deciſ. 237. in deciſ. 279. Hartaman.
Hartam. lib. 2. titulo de fideiuſ. cap. 3. Franciſc. Vi
uius, in deciſ. 316. numero 17. lib. 1. Franciſc.
Hotoman. Commentar. Iuris Ciuil. lib. 6. cap. vl-
timo, late Hierony. Treutlerus Diſputat. Sele-
lectar. parte 1. diſput. 25. Theſi 4. & pluribus ſeqq.
pulchre Dethard. Horſtius in Synopſi Theſum,
lib. 16. tit. 1. nu. 13. 14. 15. & 16. par. 3. & nouiſſime Ca-
rolus de Graſſis, in tract. exception. except. 27. nu.
9. vſque ad finem.

Pluribus etiã in locis, ac Prouinciis Senatuſcō
52 ſulto locus non eſt, ſed contrarium † obſeruatur,
vt Toloſæ ſcribit Petrus Gregor. in loco ſupra al-
53 legato. Et Coloniæ † Agrippinæ, quæ eſt Vbio-
rum metropolis, ſimiliter, vt teſtatur Ioachim.

Min-

Minſynger. Obſeruat. 29. Centur. 1.

Vlpianus in d.l.2.ff. ad Senatuſconſ. Velleian.
dicit hoc Senatuſconſultum factum extitiſſe, ro-
54 gantibus † M. Syllano, & Velleio Tutore Coſſ.
Et antea, vt dictum eſt, idem Cauiſſe Auguſtum,
& Claudium Imperatores. Vnde hoc Senatuſ-
conſultum a tempore Claudij, vſque ad tem-
pora Alexandri Seueri, rogatum fuiſſe neceſſe
eſt. Cumq. hoc Senatuſconſultum inde Vel-
leianum ſit appellatum, ab hoc Velleio, idcirco
perſpiciendum eſt, ab Imperio Claudij, vſque ad
tēpora Alexandri Seueri, ſub quo fuit Vlpianus,
qui Vellei Conſules cum Sillanis fuerint. Auſpi-
catur autem Claudij Principis Imperium anno
Vrbis 795. Domini Noſtri Ieſu Chriſti. 40. & vt
cunctis clarior res innoteſcat, ponam omnes Syl-
lanos, qui fuere ante tempora Claudij, vt pateat,
nullū vnquā illos habuiſſe Velleium Collegam.

Anni Vrbis. — Conſules

Anno 614. ſiue 644. — M. Iunius Sillanus. / Q. Cecilius Metellus.

688. ſiue 691. — D. Iunius, M. P. Sillanus. / L. Licinius Murena.

725. ſiue 728. — M. Iunius Sillanus. / C. Auguſtus D. F. IX.

733. ſiue 737. — C. Sillanus, C. F. / C. Furnius.

Temporibus verò Claudij Imperatoris

Anno Vrbis 798. — Velleius Rufus / P. Oſtorius Scapula.

De his duobus Conſulibus fuiſſe Claudij tem
pore ſcribit Vlpianus, in l. 1. in princip. ff. de aſſi-
gnand. libert. vbi nominat Aſterium Scapulam.
Sed in eodem anno Vrbis 798. alij ponunt fuiſſe
Velleium Rufum, & Pompeiū Siluanum, vt pa-
tet ex Epiſtola ſcripta per Claudium Cæſarem
Magiſtratibus Hieroſolymitanis, quā refert Io-
ſeph. Antiquitat. Iudaicar. lib. 20. c. 1. vbi in data
Epiſtolę dicitur. Datę 4. Calendas Iulias, Rufo, &
Pompeio Syluano Coſſ.

Anno Vrbis 806 — D. Iunius. M. F. C. N. Sillanus / Q. Naterius D. F. Q. N. Antoninus.

Sub Nerone verò Principe

Anno Vrbis 818 — P. Sillus P. F. P. N. Nerua Silianus / C. Iulius Atticus Veſtinus.

Sub Sergio Galba Cæſare

Anno Vrbis 821 — M. Plautius Siluanus. / M. Saluius L. F. M. N. Otho.

Sub Othone Principe.

Anno Vrbis ſimiliter 821 — Vopiſcus Pompeius Siluanus. / T. Virginius Rufus.

Sub Tito Imperatore

Anno Vrbis 834 — M. Plautius M. F. M. N. Siluanus. / M. Annius Verus.

Sub Hadriano Principe.

Anno Vrbis 886 — Tib. Iulius T. F. Alexander. / Iunius Silanus.

Sub Antonino Principe

Anno Vrbis 894 — Plautius Siluanus / C. Iulius Seuerus.

909 — Sentius Augurinus / Plautius Siluanus.

942 — Iunius Silanus / Seruilius Silanus

Quæ omnia dicere volui, vt pateat nullū Vel-
leium cum Silanis collegam fuiſſe eo tempore,
quo Vlpianus inquit factum fuiſſe Senatuſconſ.
55 † & idcirco litteram corrigendam in d.l.2. ff. ad
Velleian. vt dicat Pompeio Siluano, & Velleio
Rufo Coſſ. vt concordet illud factum fuiſſe ſub
Claudio, & ſimul habito reſpectu ad authoritatē
Ioſephi, in d.c.1. Sed tamē alij laborēt ꝓ veritate.
56 A procurandi † inſuper exercitio, eadem ratio
ne mulieres prohibentur, l. feminas, l. neque fe-
mina, ff. de procurat. l. qui abſente, l. alienam, C.
de procurat. Specul. in tit. de procurat. vbi affert
quinque limitationes, & alias attulit Decius in d.
l. feminæ, num. 16. & nouem alias Iaſ. in d.l. alie-
nam. Quibus adde Lud. Roman. in Singul. 691.
& Lopez in d.c. p veſtras, notabili 34. nu. 6. Sebaſt.
Medic. de Caſib. fortuit. par. 2. q. 5. nu. 45. Michael
Ciſuentes, in lege Tauri, 31. nu. 3. Hier. Treutler.
Diſput. Selectar. par. 1. Diſputat. 9. Theſi 6. Ioan. à
Reberteria Diſputat. iuris, propoſito 1. circa finē.
57 Ordinum † ſacrorum characteres, etſi ordina-
retur, femina nō recipit, c. fin. Mulieres, 32. diſt. tū
58 minoris, tum maioris ordinis eſt incapax, etſi † ap
pellētur quādoque Prioriſſę, vel Diaconiſſę, nec
poſſunt illos adminiſtrare, c. Diaconiſſam, 27. q. 1.
Abb. Panor. in c. noua, de pęnit. & remiſſ. Diuus
Thom. in 4. Sentent. diſt. 25. q. 2. Silu. Prierius, in
Sūma, §. Ordo, 4. q. 1. late Simon Maiolus de Irre
regular. lib. 1. c. 28. M. Ant. Cucch. Inſti. Canonic.
maior. lib. 4. tit. 12. nu. 5. cū plurib. ſeqq. Quinim-
59 mò † nec clerico ad altare miniſtrare poteſt. Ma-
iolus vbi ſupra, nu. 7. vbi docet, an Abbatiſſæ, vel
60 Diaconiſſæ ordines dentur. Hinc † audiui digni-
tate Epiſcopali priuatum fuiſſe quendam ſenem
Epiſcopum Eugubinum, qui ex craſſa ignorātia
in Monaſterio Virginum duas Moniales fecerat
ſibi ad Altare celebranti, deſeruire.
61 Idcirco, nec ad dignitates obtinendas, nec † ad
Eccleſiaſtica beneficia mulieres admittūtur. Ri-
chard. de Media Villa, & in 4. Senten. diſt. 25. q. 1.
Attic. 4. Card. Iacobat. lib. 3. tit. de except. hęre. in
Papam. Angel. de Clauaſ. in Sūma, §. ordo, 3. nu.
62 1. Hinc damnātur Pepuziani, & Quintiliani hęre
tici, qui & feminas ad Sacerdotia admittēdas fo-
re contendebant, contra quos ſcripſit Auguſt. in
lib. de Hæreſib. Hęreſi 27. Alfōſus de Caſtro, Ad-
uerſ. hæreſes, lib. 10. c. de muliere; quam denuo re-
ſuſcitare conatus eſt Martinus Lutherus Apoſta
ta monachus, cui eruditiſſime reſpōdit Io. Card.
Roffenſ. Anglus Contra Lutherū, Artic. 15. Da-
mianus Roſcius de agnoſcend. Hęreſib. §. Pepu-
ziani, & §. Quintiliani. Theodoret. in Compend.
hæreticar. fabul. lib. 3. cap. 3.

Nonnulla ſunt feminis prohibita, quæ homini
bus tantum ſunt permiſſa, quorum ſi mētionem
exactam facere vellemus, vtique magnum volu-

men cõficere neceſſe eſſet,quod omittimus, decreui tamen ſequentem concluſionem, quo ad eas agere, omittendo alias.

Communi ſeudorum iure, Regula illa firma
63 eſt,† ſeminam in ſucceſſione feudali minime admitti, vt habetur in c.1.§.hoc autem notandum, de his,qui ſeuda dare poſſ.cap.1.§.filia, de ſucceſſ. feud.capit.1.§.quinetiam, tit.Epiſc. vel Abbat.c.1.in princip.de alienat.feudi paterni, capit.1.in fine. An mutus,vel ſurd.capit.1.§. ad filias, de ſucceſſ.feudi pater.c.1.de eo,qui ſibi, vel hæred.ſuis. Idq.etiam Doctores noſtri annotarunt,Bartol.in conſil.72.Ex facto proponitur.Bald.in l. quoties, num.7.C.de ſuis,& legit. hæred.Angel.in conſil.742.& in conſil.321.Alexand. in conſil. 10.col.2. vol.5.Lud.Roman. in conſil.1. num.1. in conſil. 22.num.2.in conſil.33.in conſil. 367. num. 10.& in Singul.177.incip.Hodie.Bald.in conſil.303.In bonis feudalibus, volum.3. Andr.Sicul.de Pręſtant. Card.parte 1.q.5.nu. 25. Paul.de Caſtro, in conſ.176.vol.1.Iaſon in conſ.7.nu.28.in conſil.9. nu.2.in conſil.114.nu.1.vol.1.Corn.in conſil.239. num.1.& ſeq.vol.1.Cardin. Pariſ. in conſil. 4.nu. 2.in conſil.12.num.1.vol. 1. in conſil.98.num.15. vol.2.in conſil.72.nu.75.vol.4.Lud. Gozad.in cõſil.8.nu.5. in conſil.10. nu.13. in conſil.26. nu.31. in conſil.56.num.16.Carol.Ruinus in conſil.167. num.6.vol.5.Philip. Decius In conſil.139.verſic. ſed tamen, & in d.l.ſeminæ,nu.64.Albert. Brun. in conſil. 18.num.11. Laurent. Siluan. in conſil. 3.Socin.Nepos, in conſil.65. num.23.vol.1.Barthol. Socin. in conſil. 267. col. 1.vol.2.Ioan. Cephal.in conſil.30.volum.1.in conſil.252.numero 24.vol.2.in conſil.389.num.3.vol.3.Ioan.Baptiſ. Ferett.in conſil.106.num.1.volum.1. Marc. Anton. Natta,in conſil. 600.numero 30.volum.3.in conſil.676.numero 10. volum.4. Hierony. Grat. in conſil.11.num.12.volum.1.Iacob.Philipp.Portius in conſil.1.nu.6.Iacob.Mandell.in conſil.81. num.41.volum. 1. Roland.a Valle, in conſil. 41. num.1.in conſil.67.num.6.in conſil.82.nu.8.vol. 2.in conſ.16.num.13.in conſ.58.nu.68.& 74.vol. 3.in conſil.41.nu.1.in conſil. 84. numero 6.in conſil.85.num.68.in conſil.90.num.20.vol.4.Tobias Nonius in conſil.1.num. 35 Iacob. Menoch. in conſil.1.num.475.in conſil. 65.num.20. vol. 1.in conſil.148.num.1.vol.2.Franciſc. Burſat.in conſil.4.nu.3. & 4.in conſil.22.nu.6.in conſil. 46.nu. 30.in conſil.63.vol.1.Præſtantiſſimus Præceptor Ioan.Bolognett. in conſil.4. num.30. in conſil.5. num. 30.quam regulam ſequuntur omnes ſeudiſtæ,qui ſcripſerunt ſuper eiſdem iuribus feudalibus ſupra allegatis, & nonnulli etiam alij ſcriptores Petr.de Bellapertica, in tract. ſeudor.titulo 4.nu.7.Ioan.Baptiſta Caccialup.in c.1.de ſeud. cognit.tit.de different.feud.& emphyteuſ.nu.18. habetur in Obſeruation.Cameræ Imperialis Obſeruat.9.& Obſeruat.17.Paris de Puteo,de Reintegrat.feud. in c.110.an ſi eſt conceſſa, ſol.70.& in c.131. & circa prædicta, fol.79. Iacob. de Sancto Georg.in inueſtit. feud.§ & neminis. Antonius Capic.in inueſt.ſeudali, §.fendorum clauſulæ, in verbo, & heredib.& in verbo,& maſculis; & in verbo, quod feminæ,& in tit.de feudor. generibus,in verbo,ligium. Concluſ.9.& ante eos Iacob.Ardizon.in Summa feudor.cap.137.Franciſc.Curt.in tract.feudor.parte 3.in princip.Vdalrich. Zaſ.in epit.ſeud. parte 8.num. 36. Franciſc. Duaren.in Comment.feudor.cap.9.num.17.Frãciſc.Hotoman.in Diſputat. Feudiſtic. cap.15. Gulielm.Hannetonius iuris ſeudor.lib. 2.cap.8.Marin.Freccia,de ſubfeud. Baron.lib.2. tit.de differ. feud.quatern.& plani, nu.30. Io.Ant. Cannetius Sicul.in Rep.c.Volentes, Regni Siciliæ,§.prędictis,num.4.& 5. Ioan.Thomas de Marin. de Generib.& qualit.feud.titulo 11. num. 2. Bernardus Diaz in Regul.282.Nicol.Boer. in Conſuet.Biturig.tit.de feudis.§.7.Petrus Duẽnas. Regula 309. Ioan.de Arnono.Problem 26.Hippolyt.de Marſil.in Singul.411.Octauian.Cacher. in Deciſ.Pedem.26.Ioan.Lecerier.de Primogenit.lib. 2.cap. 1.Andr. Tiraquell.in tract. eiuſdem tituli, q.10. Sebaſt. de Neap. in Conſuetud. Si moriatur,nu. 104.de ſucceſſ.ab inteſt.Bernardin. Alfan.in Collectan.iuris 494. & in Collectan. 537. Io. Thom. Minadous,in Conſt.In aliquibus, in verb.filiorũ, nu.25.Idem Minadous in Deciſ.Neap.36.nu.2.

Declara primo hanc Regulam procedere iure
64 feudorum,ſecus † autem ex diſpoſitione iuris cõmunis, quo maſculus, & femina pari iure ſuccedũt Auth.In ſucceſſione,C.de ſuis,& leg.hęred. & in §.ſed & hæc quidem,Inſt.de exhæred. liber. Auth.de hæred. ab inteſtato venient. per totum, l.maximum uitium,C.de liber.præter.Card.Pariſius in conſ.4.nu.1.in conſil.21.nu.1.vol. 1. & Nicolaus Boer.in conſil.10.nu.3.

65 Secundo declara † admitti ſeminam ad feudũ vbi talis adeſſet conſuetudo,quę in hoc ſeruanda eſt,quemadmodum cõſuetudinario iure ſimilia feuda inuẽta fuere.Card.Pariſ.in d. conſil. 21.nu. 23.vol.1.de quo tamen dico in lib.de feudis digni
66 tatum, prout ſeruari † in Gallia, vbi redacta ſunt feuda ab patrimoniorum inſtar, vt voluit Ioann. Fab.in §.1.Inſtit.de empt. & vendit. & in §.1.inſt. de legit.patron.tutela, & in §.adeo, Inſt.de locat. & in Auth.Ingreſſi,C.de Sacroſ. Eccleſ. Petr.Iacobi in ſua pract.tit. Ex quib. cauſ.feud. amitt.in Addit.& in titulo, de ſucceſſ.ſeud. colum.8. verſic.modo in ſumma Io.Andr.& Abb.Panorm.in c.ſignificauit, de reſcript. Bald.in c.1.q.penult.de ſucceſſ.feudi,ſecundum quam Galliæ conſuetudinem cõſuluit Decius,in cõſ.208.& in conſ.269. col.3.Ioan.Coraſ.in l.filium, C.famil.herciſc. Io. Coraſ.Miſcellan.iuris,lib.6.cap.12.num.7.Nicol.
67 Boerius in d. conſil. 10. & † ſic obſeruari in Delphinatu ſcribit Guido Papæ, in deciſ. Gratianop. 9. & in deciſ. 297. Franciſc. Marcus in deciſ. 316.
68 nu.5.volum.1.& ſimiliter obſeruari † apud Bituricenſes,Burgundos,Niuernenſes, & Turonenſes, teſtantur Caſſanæus in Conſuetud. Burgundiæ,tit.des fiefs.Rubr.43.§.5.nu.29. Nicol. Boer. in Conſuetud.Bituricenſ.tit.de fendis,§.1.Io.Sãxon in Conſuetud.Turonenſ.tit.de pie de fief. articulo 2.Carolus de Graſſalio Regal.Franciæ lib.
69 1.iure 7.verſ.pariter leges; & † ſimili modo in Regno Siciliæ, vt habemus in Conſtit.In aliquibus, & in Cõſt. Vt de ſucceſſionibus, vbi Iſern.& Affl. per quæ deficiẽtibus maſculis,feminę admittuntur,

tur, vt statim dicam. Sigismund. Loffred. in cons.
39. Minadous in Rubrica dictæ Constit. in verba,
filiorum, num. 25. & 27. Iacob Aluarot. in c. 1. de
eo, qui sibi, & hæred. Curt. par. 3. princip. Zas. par-
te 8. num. 42. Ioan. Thom. de Marin. tit. 11. num.
23. 25. & 26. qui ponit nonam, vndecimã, & duo-
decimam limitationem, licet sit vna, & eadem.
Iul. Clar. in §. feudum, q. 73. in fine. Ardizon. in
Summa, cap. 173. Iacobin. in d. §. Et feminis, nu.
9. Duaren. cap. 10. num. 8. Hanneton. lib. 2. cap. 9.
71 Et † sic etiam in insula Siciliæ per d. c. volentes,
vbi Blascus Lancea, Cannetius, & alij Feudistæ
72 Siculi. Sic etiam † obseruari Patauij, dicit Ioan.
Baptist. Ferret. in consil. 87. num. 20. post Iacob.
de Beluis. Curt. in dicta parte 3. num. 10. Iacob.
Menoch. in consil. 65. nu. 34. vol. 1. Ioan. Cephal.
in consil. 361. num. 24. vol. 3. Duen. Regula 309.
73 Fall. 1. & idem obseruari † in Marchionatu, Ce-
uæ, Montisferrati, & Pataui alios allegans Sur-
dus in consil. 105. num. 15. vol. 1.

Tertio declara, tunc demum feminam ad feu-
dũ non admitti, quando de eis in inuestitura nul-
74 la mentio facta sit, secus autem si in inuestitura
ex pacto, admittatur, capit. 1. §. quum vero, vbi
Glossa, de his, qui feuda dare poss. quod intelligit
Martin. Laudens. post Andr. de Isern. nu. 26. vbi-
cumque simpliciter dictum esset quod succedat
femina, vt filia, neptis, proneptis, & deinceps, se-
cus autem, si diceret. succedat Seia, quia tunc in
illius persona terminabitur, nec egredietur vltra
illius personam. argum. l. si vnus, §. ante omnia, l.
persona, ff. de pact. cum similib. Idem Laudens. in
Rubr. eiusdem tituli, num. 15. Iacob. in d. §. & fe-
minis, nu. 2. Caccialup. in tit. de differ. iuris feud.
& emphyt. differentia 18. & ante eos Ardizon. in
Summa, cap. 137. Duaren. in d. cap. 10. nu. 1. cum
pluribus sequentib. Zas. cap. 8. num. 38. Curtius
parte 3. membro 1. Hanneton. lib. 2. cap. 8. Paris
de Put. de Redintegr. loco supra allegato. Quam
Communem esse omnium Doctorum opinionẽ
voluit Menoch. in d. consil. 65. num. 37. vol. 1. &
in cons. 148. num. 43. vol. 2. Ioan. Cephal. in cons.
400. num. 25. vol. 3. & nouissimè Lancell. Gallia,
in consil. 87. num. 3. vol. 1.

75 Supradictam autem declarationem † intelli-
gunt procedere, quãdo masculi deficerent, & nõ
aliàs, vt in d. c. 1. §. filia, de successi. feud. c. 1. §. quo-
niam, Episcop. vel Abbat. Et hoc quando dictum
est in inuestitura, pro se, & filijs masculis, & femi-
nis, Andr. de Isern. in c. 1. vers. similiter, de Capi-
tan. qui Cur. vendid. Bald. in l. quoties, C. de suis,
& legit. hæred. & hoc referens tamquam singula
re, Francisc. de Crema in Singul. 70. Quidam pa-
ter. Ioannes de Arnon. Problem. 26. Ioan. Petr.
de Ferr. in Pract. titulo de Forma libelli qua agit.
ad reuoc. feud. Diuis. 3. Petr. Rebuff. in declarat.
feudor. Diuis. 6. num. 13. Duaren. vbi supra, num.
1. Iacobin. in d. §. & feminis, num. 10. Zas. in dicta
parte 8. Curt. par. 3. quæst. 17. Albert. Brun. in con
sil. 39. Ioan. Thomas de Marin. in dicto titulo 11.
num. 30. Francisc. Hotoman. in Disputat. feudist.
capit. 15. Qui omnes pariformiter fatentur, hanc
declarationem iam datam, quod deficientibus
masculis ad feuda admittantur feminæ, proce-
dere, cum fuerit dictum per copulatiuam, quod
76 masculi, & feminæ succederent, † secus autem si
diceretur succedant masculi cum feminis, quia
tunc etiam nullo dato masculorum defectu ad
feudum admitterentur, & ęqualiter succederẽt.
Bald. in d. l. quoties, Cremens. in dicto Singul. 70.
Arnon. in dicto Problem. 26. Alexand. in consil.
29. Quoniam, num. 5. volum. primo, in consil.
9. volum. 5. Card. Paris. in consil. 23. num. 45. vo-
lum. primo. Decius consil. 139. in fine, in consil.
193. colum. 1. Marian. Socin. iunior, in consil. 76.
volum. primo. Iason in l. Gallus, §. quidam recte,
nu. 32. ff. de lib. & posthum. quam Communem
dicit Cardin. Paris. in consil. 12. num. 17. volum.
primo. Iul. Clar. in d. §. feudum, quæst. 73. versic.
& in hoc proposito. Iacob. in d. §. & feminis, nu.
10. Duaren. vbi supra, num. 9. Elbertus Leonin. in
consil. 60. num. 1. & 3.

77 Quarto principaliter declara, † feminam posse
succedere in feudo emptitio, quod dicunt fuisse
originale dictum Odofredi, in Summa, tit. qui
poss. succed. in feud. Sed antea fuit de mẽte Glos-
78 sæ, in c. 1. in verbo, pacto, in fine, vbi dicit, † hodie
sub prætextu pecuniæ multa feuda acquiri. Sequi
tur Bald. in c. significauit, col. 2. de rescript. Quia
79 † feudum emptitium sapit naturam allodialẽ,
ob pretij receptionem; ita voluit Andr. Alciat. in
consil. 176. num. 4. authoritate motus Baldi, in l.
qui se patris, C. Vnde liberi; vbi inquit, quod si
80 Princeps pro feudo pretium recipit, etiam † si per
verbum, Indulgemus, significabit venditionem,
arg. l. fin. C. de Præd. Curial. lib. 10. Ludou. Rom.
in consil. 36. & in consil. 367. Corn. in consil. 16.
volum. 1. Curt. senior in consil. 48. num. 11. Dec.
in consil. 139. in consil. 268. in consil. 269. in cons.
390. in consil. 424. Ripa Responso 80. num. 68.
Tobias Nonius in consil. 1. Ludouic. Gozad. in
81 consil. 56. num. 19. dicens feudum emptitium di
ci successionem magis ex contractu, quam feudi
natura, Bald. in l. si quã, C. de oper. libertor. Vdal-
rich. Zas. post Alexand. in l. vtrum, nu. 5. ff. de ver-
bor. obligat. Albert. Brun. in consil. 14. num. 2. Ia-
son in consil. 152. colum. 2. volum. 2. Et afferens
Communem, sed sub dubio tenet hanc opinio-
nem Marc. Ant. Natta, in consil. 393. num. 8. vol.
2. & in consil. 216. num. 2. & seqq. volum. 1. vbi di-
82 cit apertius de feudo emptitio iudicandum esse,
vt de patrimonio, allegans Bald. in consil. 56. vo-
lum. 3. Ioan. Ceph. in consil. 172. num. 8. volum. 2.
Curt. in dicta parte 3. Regula 1. lim. 6. Iul. Clar. in
d. §. feudum, quæst. 73. versic. sed quid in feudo
empto. Georg. Natta, in tract. quod stantibus,
mascul. quæst. 4. num. 28. & habetur in Obseruat.
Cameræ Imperial. cap. 17. num. 3. & sequen. Lau-
rent. Siluan. in consil. 52. num. 11. Ioan. Anton.
Cannetius, in dicto capit. volentes, §. item nõ pro
cedit, num. 1. & 2. Barthol. Camerar. in c. Impe-
rialem, §. præterea Ducatus, fol. 97. littera Q vers.
Quarta, & vltima species, de prohibita feudi
alien. per Fed. Andr. Gail. Obser. lib. 2. obser. 159.
num. 5.

83 Contra supra † narratam declarationem, quasi
bonam partẽ supra dictorũ Doctorũ tenuisse re-
tulerũt And. de Iser. vt voluit Pręposi. in d. §. & qa,

contemnentes, armorũ exercitio deditas, & Europę, & Aſię partes nonnullas occupaſſe ferunt, ac percelebres aliquas Ciuitates de ędificaſſe, quarum Pentaſilea Regina referens Virgilius lib. 1. Aeneidos ait:

Ducit Amazonidum, lunatis agmina Peltis
Penthesilea furens, medijsq. in millibus ardet,
Aurea ſubnectens, exerta cingula mammæ
Bellatrix, audetq. viris concurrere virgo.

De qua, & Propertius lib. 3. ait:

Auſa ferox ab equo quondam oppugnare ſagittis
Mœotis Danaum Penthesilea rates.

Et de illis Amazon. Pamphilus Saxus.

Non probo Peltatas, interq. tela cateruas
Hectore ſub forti ſanguinolenta tulit.

Eaſdem Amozonas ſumpſiſſe arma pro Troianis, anno mundi 4010. ſcribit Ado Viennenſis Chronicorum, Aetate 3. duasq. ipſarum Reginas fuiſſe Marpeſiam, & Lampedonem, & poſt Oretham filiam, ſucceſſiue Antiopem, Menalippem, & Hippolytam, quas commemorat Hiſtoricus, & Author grauiſſimus Paulus Oroſius Hiſtor. lib. 1. cap. 15. licet, quidam aliàs quarundam fabularum amator, dicat hæc eſſe fabuloſa. Diodor. Sicul. lib. 3. & commemorat ipſe Themiſtrã Reginam, quam vna cum Minotea recenſet Valerius Anſelmus ſub generatione Noę in Catalogo annorum, ac Principum, & de his etiam ſcripſit Herodot. Hiſtor. lib. 4. De Hippolyta verò meminit idem Propertius dicens:

Felix Hippolyte, nuda tulit arma papille,
Et texit galea barbara, molle caput.

De his pręterea ſcribit Iſocrates in Oratione XI. cui titulus Panathenaicus, & in Oratione 15. cui titulus de Reſtitutione, & Panegirico. Et Ariſtides Adrianopolitanus ſimiliter in ſua Oratione Panathenaica, cum ait: Nam cũ Amazonibus, quarum facta ſuperarunt naturam, equeſtri prælio commiſſo totam gentem deleuerunt, cum eis nullus ad Atticam vſque reſtitiſſet, verum omnia ſolo adęquaſſent, à Thermodoonte, quaſi cẽtro, profectæ, & Aſiam quidem vſque ad Lyciã, Cariam, & Pamphyliam, tamquam caſtra, Europam autem vſque ad caſtra in Attica poſita, occupaſſent. Et multa quæ ibidem ſequuntur. Hi tamen duo authores dixerunt, illas poſt aduentum in Gręciam fuiſſe deletas, nec ipſarum aliquam remanſiſſe. Tamen Diodorus Siculus in Alexandro, aſſeruit Thaleſtram ipſarum Reginam, Alexandri Macedonis fama motam, ad eum ſuſcipiendæ prolis gratia acceſſiſſe, trecentis ſocijs ſtipatam, ac tredecim diebus, noctibuſq. Alexandrum illam in delitijs habuiſſe, cõfirmat Iuſtinus lib. 2. dicẽs quattuordecim diebus cum Alexandro fuiſſe. Licet hanc ipſarum Hiſtoriam cũ Alexandro, veram non eſſe ſcribat Arrianus Nicomedenſis de Geſtis Alexandri, lib. 7. De his plura commemorant Pomponius Mela, de Situ Orbis, lib. 1. cap. 6. Iulius Solinus in Polihyſtore, cap. 41. Latè Nicolaus Leonicus, variæ Hiſtoriæ, lib. 3. cap. 39. 48. 56. 70. & 73. De his etiam Ouidius de Ponto, lib. 4. ad Albinouanum.

Et tu feminea Thermodon cognite turbæ
Et quondam Graiis Phaſi petite viris.

De hijs ſcribit late Ioan. Zonaras Annalium lib. 2. & tandem, vt omittam alios, Diuus Auguſtinus in lib. de Quæſtionibus Veteris, & Noui Teſtamenti, q. 115. de eis ſic inquit: Traduntur mulieres Scytharum, quę Amazones dictę ſunt, quia cum viri earum occupati bello longinquo, diu abeſſent, propter ſobolem ſe miſcuiſſe ſeruis, & omnem marem natum necauiſſe, relictis feminis, vt nullo operã lanificio darent, ſed ab ineunte ætate, paleſtra, & armis imbuerentur, harum tanta virtus in rebus gerendis fuit, vt per multam ſeriem regnantes annorum, nonnullas gentes ſubiugarint, Aſiamq. omnẽ ſub tributo tenerent. Hæc Auguſtinus. De illis tractat etiã Harthmannus Schedel, in Chronico Magno, Atate 2. & Aetate 3.

Non negauit autem Deus Opt. Maximus etiam
ſexui muliebri armorum peritiam, gloriamq.
93 nam, & † Omphales Lydorum Regina contra-
cta maxima mulierum manu, viris Tyrannicum
Regnum eripuit, propter præpoſteræ Veneris
vſum, quo vtebantur, non ſolum viris ſe miſcen-
tes, ſed & cum feminis ea fęditate abutentes, vt
ex Clearcho ſcripſit Nicolaus Leonicus, Variæ
Hiſtoriæ lib. 3. cap. 95. Quid dicendum de Zeno-
94 bia † Palmirenorum Regina, quæ in bello cum
Aureliano Imperatore congreſſa, viriliter dimi-
cando, tamdem victa eſt, ita; vt de ea non erubue-
rit idem Imperator triumphum muliebrem
ſibi probro iactatum, agere, de quo Eutropius
Rerum Romanorum lib. 10. cap. 24. & latius
Flauius Vopiſcus in eius Vita. De qua ſic Iouia-
nus Pontanus inquit.

Quales, & Aethiopum quondam ſitientibus aruis
In ſuluum Regina gregem ſeſe armat, & auget
Sola pedes ſeſe irato obiectare Leoni,
Inſigniq. arcu, & duplici Zenobia telo.

95 Hinc de Arabum † mulieribus, cum viris ad
bellandum euntibus idem Pontanus de Amore
coniugali ait:

Felices Arabum gentes: quibus vxor in armis
Aſtat, & audaci ſtrenua fertur equo.
Illa ſudes, haſtamq. viro, iaculumq. miniſtrat,
Adiuuat, & nulli non ſuuet ipſa loco.
Communiſq. vtrique labor, fortunaq. belli,
Atque idem caſus, vitaq. morſq. manent.

96 Eufroſinæ Alexij Commeni † Imperatoris
Conſtantinopolitani coniugis virtus bellica no-
tiſſima fuit, vt quæ armis ſtipata Alexium alterũ
Contoſtephanum à Populo Imperatorem accla
matum, carceribus mancipauerit, populum effu
derit, & viro Imperij faſces ſola tradidit, vt eſt
Author Nicetas Choniata Annalium Conſtan-
tinopolitanorum de Imperio Alexij lib. 1. Vt in-
97 terim omittam Vallaſcam † apud Boemos Li-
buſſæ Reginæ filiam, quæ alijs mulieribus comi-
tata, Amazones imitata, omnibus viris occiſis,
Regnum arripuet, & cum ea emicuerunt virtute
bellica, Malada, Nodea, Straracia, Voraſta, Rad-
ga, Zaſtana, & Toſtana, quarum celebres actus re
fert Aeneas Siluius in Hiſtoria Boemica, capit. 7.
98 & cap. 8. Eodem modo, & † Margaritam Henrici
Britanniæ Regis vxorem, quæ virum carceribus
detentum liberauit, ac Eboracenſem Ducem fa-

ctionis

vol.1. Albert.Brun. in conſil.41.num.4. Laurent. Siluan. in conſ.3.num.59.in conſil.42. nu.6. Hieronym.Grat.in conſil.9.num.154.vol. 1. Cardin. Pariſius in conſil.4.num. 22.& in conſ. 2.num.2. vol.1.Carol.Ruin.in conſil.24.num.7. volum.1. Ludouic.Gozadin.in conſ. 8.num.6. in conſ. 56. num.17.Petr.Duen.Regul.309. nu.9. Ioan. Ce-
123 phal.in conſil.389.num.18.vol.3. Quando † autem dicatur feudum improprium, declarat Curt. parte 1.q.6.cum ſeq.Iacobin.in inueſtit.§. in feudum, Diuiſ.4. Ioannes Raynaudi in Comprehen ſor. feud. Diuiſ. 4. vbi ponit exemplum in feudo Cameræ, & Cauenæ. Sequitur Petr. Rebuff.in declarat.feud.§.16.

Vndecimò declarat non procedere Regulam
124 † in feudo hæreditario in quo femina ſuccedit, cum hodie omnia feuda ſint hæreditaria in Regno.Napodanus in Cõſuetud.Neapol. Et ſi teſtator,in verbo,diſponere, in tit.de ſucceſſ. Philipp. Decius in conſil.78.num.2.in conſ.395. num.78. Cardin.Pariſ.in conſil.2.num.42. vol. 1.refert, & ſequitur Ioan. Cephal.in Conſil. 389. nu.11. vol. 3.vbi aſſerit in eo ſuccedere feminas, vt in allodialibus.Quãdo autem dicatur, & appelletur feu-
125 dum hæreditarium † latiſſime tractant Anton. Capic.in inueſtitura feudali tit.de feudor.generibus,§. hæreditarium, & nos late diximus de Regis Catholici præſtantia, cap.56.per totum. Sed an ſemper in hoc Regno Neapolitano feuda ſint hæreditaria, dico plene in conſil. 56. num...... Centur.2.

Sed contrarium tenuit Sigiſmund.Loffred.in
126 conſ.1.vbi late diſputat.Quem † ſequitur Barth. Camerar.in Repetit.c.1.num.146.cum pluribus ſeqq. in tit. An agnatus, vbi dicit, quod minuti Feudiſtæ ſequuntur Napodan.Sequitur Thom. Minadous in conſil.10.colum.1. Ioan.Thom.de Marin.de generib.& qualitat.feud.titulo 5.num. 27.cum pluribus ſeqq.Camillus Salernus ad Napodanum in Apoſtill.

Mihi pro nunc videtur verior,& Communior prima opinio,& malo nunc errare cum infraſcriptis(vt ipſe appellat) minutis Feudiſtis, quam cũ
127 ipſo. Pro † qua fuiſſe bis deciſum in Conſilio Neapolitano ſcribit Matth. de Afflict. in Deciſ. 140. vbi refert eiuſdẽ opinionis ſectatores. Bald. Paul.de Caſtro, Napod. Anton. de Alexandro, Goffred.Stephanum de Caieta, Io.Anton. Carrafam,idem Afflict.in Deciſ.195. nu.7. in Deciſ. 240.num. 10.in Deciſ.293.in fine, & in c. 1. num. 2.de inueſtit. quam Tirius accepit a Sempron. Alexand.in conſil.18.col.2.volum.5. Bald.in c.1. an agnat. & in cõſ. 369.vol.3.Curt.iun.in conſ.3. col.1.poſt tract.feudor. Iul. Clar. §. feudum, q.9. verſ.ſed quid ſi feudum.Andr.Tiraquell.in tract. le mort ſaiſit le viſ. parte 4.declarat.5. num.21. in fin.Ioan.Anton. Niger in c. Regni Cõſiderãtes. num.21. Ioan.Cephal.in conſil.389.num.10.vol. 3.omittendo reſponſiones quæ dari poſſent ad
128 contraria. In feudo † tantum nouo hæreditario feminam repelli cenſerem, per ea, quæ dicit Ioan Thom.de Marin.titulo 7.num. 2. ad quem me remitto.

Duodecimo, declara hanc Regulam non pro-
129 cedere, † vbi quis infeudaret allodialia, puta quis concederet proprium ipſius patrimonium in feudum, & inueſtitus moreretur relictis filijs maſculis,& feminis,in eo enim æque & maſculi, & feminę ſuccederent. Iacob. Aluarot. in c.1.in princip.& num.4.verſ.quidam tamen. de eo, qui ſibi, & hæred.ſuis. Quam opinionem ponit ſub dubio, ex aliorum, quos non nominat, ſententia. Ego, vt meum in hoc interponam iudicium, in contraria ſum ſententia, nam etſi patrimonialia, aut allodialia bona, in feudum dentur, tamen ſicuti mutant nomen allodialium,& vocantur feudalia, eodem pacto feudalium naturam aſſumſit, & feudalium iure regulantur, ac ſortiuntur.

130 Decimo tertio declara, ſecus eſſe, † quando ſuper feudo data eſſet aliqua ſententia, puta pertinere ad Titium, & eius filios,quia tunc, & femina in eo ſuccedet,vt voluit Alexand. in conſil. 1.volum.5.allegans Archidiacon.in c.ſi quis ſua-
131 dente,num.4.17.quæſt. 4. vbi inquit, † quod in ſententijs maſculinum comprehendit femininum. Hanc opinionem merito deridet Curt. in d.tract.feud.parte 3.num.15.quem ſequi videtur Duen.Regula 309.num.5. Nam ſi vera eſſet Alexandri opinio,modica introducta lite,ac ſententia quouis modo inde ſequuta, breui via poſſent omnia feuda ad feminas reduci.

Quoad ſupradictas declarationes notandum
132 eſt, intelligi debere, † illas admitti non extantibus maſculis, ipſis enim exiſtentibus, via nequaquam aperienda eſt feminis,vt ſupra allegati Doctores maiori ex parte docuerunt, & nouiſſime Ioan.Vincent. Annius in Conſtit. Conſtitutionem Diuę memorię, num.252. Hæc tamen quo ad femineam ſucceſſionem pro nunc dicta ſufficiant.

Ex his omnibus liquido patet in multis feminas deterioris eſſe conditionis, quam maſculos, de quibus latius DD. in d.l.feminę, & proinde
133 verum eſſe axioma in hoc capite aſſumptũ,† ab omni publico munere illas arceri, pręſertim verò a Magiſtratu gerendo, pro adminiſtratione iuſtitię,vt dictum eſt quod ſequitur Ioan. Coraſ. Miſcell.lib.2.cap.25.num.7 Iacob. Philipp. Port.in conſil.1.num.36.& 39.volum. 1. Nicol. Boer. in conſil.40.nu.125. Octauian. Cacheran. in Deciſ. 26.num.19.Sebaſtian. Medices, de caſib.fortuit.
134 parte 2.quæſt.5. num. 45. Sunt † tamen plures caſus, in quibus iudicare poterunt, quos enumeraui in dicto tract. de compromiſſ.§.2.Gloſſ. 4.num. 1. vſque ad num. 23. qui videri poſſunt. Et Octauian. Cacher. & Coraſ.vbi ſupra,poſt gloſ. in c.1.15.q.3.& Roland. à Valle in conſil. 23.num. 19. volum. 2.

CAP.

CAP. III.

ARGVMENTVM.


Magiſtratum gerere volentem, formæ, & ſpeciei decore ornatum eſſe oportere, & corpore vitiatos fore repellendos.

COMPENDIVM.

1 *Iuriſconſultus ad gratiam in foro comparandam decore forma eſse debere ornatum.*
2 *Pulchrior e duobus, paribus ſuffragijs in Magiſtratum electis, eligitur.*
3 *Domitianus Cæſar delectatus, quod oris verecundia in Senatu ſe commendari coram audiuerit.*
4 *E tribas, quibus aliqaem commendari dicit Plato, forma eſt vnum.*
5 *Pulchritudinem Regnum quoddam abſque ſatellitio, appellauit Carneades Philoſophus.*
6 *Saul, & Dauid Reges præſtanti forma viri extitere.*
7 *Decora corporis forma, & venuſtas, bona indolis indi-tium ſunt.*
8 *Philopomenis Acheorum Ducis ob turpem formam, hiſtoria.*
9 *Phrynes pulcherrimæ feminæ hiſtoria.*
Hypperides, quo pacto apud iudices Athenienſes Phrynem de impietate accuſatā, & damnationi proximam quonam ſtratagemate defenderit, & liberarit. ſub eod. num. 9
10 *Alcibiadis Attici formæ per pulchra Plutarchi teſtimonio.*
11 *Gratia, æque ac pecunia iudicem mouet ex Quinctiliano.*
12 *Scipionis, & animi & corporis pulchritudo.*
13 *Pulchritudo ad hominum gratiam comparandam plurimum apta.*
14 *Pulchritudo corporis in M. Craſso & ſermonis eleg[antia] ad ſe amandum homines alliciebat.*
15 *Euphratis Philoſophi forma pulchra multum venerationis acquiſiuit.*
16 *Plinius iunior faciem, & formam iuuenis deſiderat pro viro neptis.*
17 *A ſubditis reuerentia exhibetur Magiſtratui ſpecioſo.*
18 *a Vultus Maieſtate Vlpiam Traianum Dio laudat.*
19 *Formam Tyrannidem Socrates appellat, Plato naturæ priuilegium.*
20 *Hominem fucari impudiciſſimum eſt, præſertim in Magiſtratu conſtitutum, & num. 22.*
21 *Heliogabalus Imperator, facie ſatis benigna a natura donatus pictis tamen oculis, ac genis purpuriſsatis incedebat.*
23 *Magiſtratus forma qualis eſse debeat.*
24 *Ageſilaus Lacedæmoniorum Princeps, licet turpi forma, omni tamen virtute præſtans.*
25 *In ſacerdotibus vitium viſibile corporis, probrum iudicatur.*
26 *Membris carentes ad publica promoueri nequeunt officia.*
27 *Antigonus Rex præcidi fecit aures Hircano, ne Summo Pontificatui reſtitueretur.*
28 *Romulus Sacerdotes creauit viros ætate prouectos, genere, & virtute nobiles, diuites, nullaq. corporis parte carentes.*
29 *Auguſtus vetuit in Senatum cooptari illos, qui debile aliquod membrum haberent.*
30 *M. Sergius amiſsa manu, cum eſset in Prætura, ſacris arcetur a collegis.*
31 *Galba Imperatoris Galba pater, Conſulatu functus, licet breui eſset corpore, Gibber, cauſas induſtrie egit.*
32 *Muti, ſurdi, & perpetuo furioſi, iudices fieri nequeunt.*
33 *Furioſus habens dilucida interualla, iudex fieri poteſt, & num. 34.*
35 *In locum furioſi habentis dilucida interualla, ſeruiēs ſubſtitutus, eius emolumentis frui debet.*
36 *An Mutus, & Surdus inueſtiant, vel inueſtiantur feudo non ample tractatam a Doctoribus, & nu. 37. 38. 39. 40. & 41.*
37 *Mutus, ac Surdus, iuramentum nec deferre, nec audire poſſunt delatum.*
Muti munera ſuſtinere, & honores ciuiles habere nequeunt.
38 *Mutus, & ſurdus a natiuitate inueſtiti feudo ſcienter a domino, ipſum retinebant, & num. 39. & 40.*
41 *Mutus, & ſurdus, poſsunt inueſtiri feudo, pro quo non præſtatur ſeruitium perſonale, quia poterit præſtari per ſubſtitutum.*
42 *Mutus, & ſurdus ſuccedunt in feudo paterno, & ſeruient per ſubſtitutum.*
43 *Muti, & ſurdi infirmitas temporalis, vel eorum, qui ex medicorum dicto breui ſanabuntur, non impedit in feudo ſucceſſionem.*
44 *Mutus, & ſurdus ſuccedunt in feudo emptitio.*
45 *Cæcus, an iudicandi manus exerceat, nu. 46.*
47 *Intellectus l. cæcus, ff. de iudic.*
48 *Gn. Aufidius vir Prætorius, cæcus, ſententias in Senatu dicebat.*
49 *Appius Claudius cæcus ſimiliter.*
50 *Marij de Curte cæci Ioannis Andreæ Præſidentis Sacri Conſilij filij virtutes.*
Franciſcus de Curte Regius Conſiliarius Scipio de Curte Conſiliarius, Camillus de Curte Præſidens Regiæ Cameræ, & Regens in Conſilio Italico apud Catholicam Maieſtatem, & Paulus Epiſcopus Iſernienſis fratres laudantur.

AXIOMA.

Ipſoſq. decora facie. & corpore non vitiatos eligunto.



1 IVreconſultum † forma, ac ſpecie liberali bene eſſe ad gratiam, & authoritatem in foro comparandam, voluit Bernardinus Scodobius in Repet. Authent. Habita, cap. 8. ſub num. 33. C. ne fil. pro pa-
2 tre. e † duobus namque Rectoribus, Magiſtratibuſq. ſuffragijs paribus electis, pulchrior eligitur, vt dicit Bald. in Proœm. Decretal. col. 11. Hinc
3 † illud Domitiani Cæſaris apud Tranquill. c. 18. qui in Senatu dum ſe commendari ab oris verecundia ſentiret: Vos, inquit, vſque adhuc certe ani-

animum meum probaſtis,& vultum,& poſt pau-
ca inquit,ſcias nec gratius quidquam decore: nã
& Plato in Gorgia, cãtilenam vulgo cantari ſoli-
4 tam dicit, primum † optimum eſſe bene valere;
ſecundo loco formoſum eſſe; tertio habere diui-
tias nulla fraude quæſitas. Carneades Philoſo
phus, dicebat pulchritudinem ad commẽdatio-
5 nem eſſe efficacem, vt quæ ſit † Regnum quod-
dam abſque ſatellitio, imperrans quod volet abſ-
que vi. Ariſtoteles dicebat eſſe donum a natu-
ra. Diuus Auguſtinus optimum a natura bonũ
eſſe pulchritudinem aſſeruit, de quibus egi in cõ-
ſil.48.num.75.& pluribus ſeq. Centuria 1. & Luc.
de Penna, in l.1.q.2.C.qui ætat. vel profeſſ.lib.10.
6 vnde † primos illos Iudæorum Reges Saulem, ac
Dauid, præſtanti forma DEVS elegit, vt patet
lib.1.Regum, cap.10.c.16.& 17. & lib.2. Regum,
cap.1.& teſtantur Baſilius Magnus in Hexaeme-
ron, Homil.8.& Ambroſius eiuſdem tituli lib.5.
cap.21.& e noſtris Bartholom. Cœpolla, de Impe-
rat. militum deligendo, Concluſione 10. Et ratio
illa eſt, quam antiquiſſimus Poeta Ennius attulit
dicendo.

Gratior eſt virtus veniens e corpore pulchro.

7 Honeſta † enim, & decora corporis forma, &
venuſtas, bonæ in dolis inditium præſefert, ſicut
deformitas mali animi præſagium refert, hinc
Martialis lib.12. Epigrammatum.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus,
Rem magnam præſtas, Zoile, ſi bonus es.

Pulchra Hiſtoria de hoc Axiomate referenda
8 eſt. Nam † & Philopomenes Achaiæ Princeps,
a quodam nobili Megarenſi, vt in eius domum
diuerteret inuitatus, ſcribenſq. ille vxori per nun-
cium, Achæorum Ducem aduentare, dum cœ-
nam illa præparat, atque abſente viro, vt ſolent,
plus debito tumultuaretur, interea itineri accin-
cti, domum primus Philopomenes amici ingreſ-
ſus, ab vxore illius viſus, antecurſorem quempiã
credens, eum orauit, vt pro aduẽtu Ducis Achæo
rum, operi manum apponeret auxiliarem, abiecta
ille chlamyde, ſtatim cœpit ligna findere, ſuper-
ueniens amicus, quid eſt, id quod agis Philopo-
mene inquit, tum ille, quid aliud ago, quã quod
fœde ſpeciei meæ pẽdo pœnas, vt refert Plutarchus
in eius vita, quaſi cũ ꝙ vultu eſſet Princeps de for
9 mi nõ principẽ, ſed ſeruũ ꝑſeferret. Hinc † Phry-
nes illa apud Athenienſes impietatis accuſata, &
damnationi proxima cum eſſet, Hyperides illius
amator, cũ illam deperiret, corã iudicibus nil me
lius habuit, quam cum illã defenderet, pro ducta
illa coram eis, cõmiſeratione adiecta, diſciſſa mu
lieris veſte, iudicibus nuda pectora oſtendit, ad-
mirati iudices eximiam illius pulchritudinem,
quam Tyrannidem Socrates nominat, dimitten
dam illam cenſuerunt, vt eſt author idem Plu-
tarchus in Hyperide, & Athenæus Dipnoſophi-
ſtor.lib.13.cap.22. Ex his liquet, quantæ potentiæ
10 ſit formæ decor. Hoc † Alcibiadi conceſſit natu-
ra inquit idem Plutarchus, ſibi cum paucis com-
mune, & non modo in pueritia aut adoleſcentia,
ſed etiam in omni ætatis gradu, maximum ſem-
per decorem, ac formoſam hominis ſpeciẽ præ-
tulerit. Vnde Fabius Quinctilianus Oratoriarũ
11 inſtitutionum lib.2.cap.15. inquit, † verum pecu
nia perſuadet, & gratia, & authoritas dicentis, &
dignitas, & poſtremo aſpectus etiam ipſe ſine vo-
ce, quo vel recordatio meritorum, cuiuſque, vel
facies aliqua miſerabilis, vel formæ pulchritudo,
ſententiam dictat. Quam opinionem optime cõ
12 firmat, ꝙ aſſerit Plutarchus in Scipione, † Erat
(inquit) Scipio animo, alijſq. virtutibus vehemẽ
ter excellens, ſed præſtans etiam pulchritudine
oris, & totius corporis forma conſpicuus, læta,
13 atque hilari fronte, † quæ plurimum valent ad
14 gratiam hominum conciliandam. Et † de Mar-
co Craſſo idem Plutarchus in eius vita, Corpo-
ris autem dignitas, a ſermonis elegantia, tũ fron-
tis hilaritas quædam, facile ad ſe amandum, ho-
mines alliciens. Quam optime Aurelius Caſſio-
dorus, lib. variarum 2. cap.6. Reſpicite certe iuue-
nem, per formæ gratiam, mentis pulchritudine
plus placentem, refert facie ſanguinis decus, pro
ditur animi natura per vultum, & ſerenitate cor-
poris, nubila quoque mẽtis abſtergit. Hinc Olym
pius Nemeſianus in Egloga 1.

Blanda tibi vultu grauitas, & mite ſerena
Fronte ſupercilium, ſed pectus mitius ore.

Plinius iunior lib.1. Epiſtol.10. ſcribens Actio
15 Clementi de laudibus † Euphratis Philoſophi,
dicit: Ad hæc proceritas corporis, decora facies,
demiſſus capillus, ingens, & cana barba, quæ licet
fortuita (niſi velit dicere futilia) & inania repu-
tentur, illi tamen plurimum venerationis acqui-
runt. & Epiſtola 14. Ad Iunium Maricum quæ-
rentem quod Plinius eligeret maritum Nepoti,
16 proponens ei quẽdam † Militium Aemilianum
Brixienſem, inquit: eſt etiam illi facies liberalis,
multo ſanguine, multo rubore ſuffuſa, eſt inge-
nua totius corporis pulchritudo, & quidem Se-
natorius decor, quæ ego nequaquã arbitror negli
genda. Hinc Alfonſus Toſtatus in lib. Numero-
rum cap.11.q.39. Dignitas, authoritas, & maie-
ſtas quædam Iudicibus, & Magiſtratibus neceſſa
17 ria eſt, vt eis a † ciuibus reuerentia deferatur. Vn-
18 de Dio in Vlpio Traiano, de eo loquens in eius
vita; Generoſa canities, & oris maieſtas principẽ
prodidit, vt quis foret in ementito habitu facile
oſtendebat. Hinc vulgatum illud. Facies Priami
19 digna eſt Imperio. Quia † Socrates, formã Ty-
rannidem, Plato, Naturæ priuilegium, dixe-
runt.

Nec decora facies Magiſtratus, fuco, alijſq. il-
20 linita ludibrijs eſſe debet, † fucari namq. homi-
nem impudiciſſimum eſſe, non dixit ſolum Her-
mogenes Tharſenſis in Rhetoricis, lib.1. cap.11.
& 13. ſed ipſa humana ratio ſatis abhorret. Vnde
Fabius Quinctilianus Inſtit. Orator. lib.8. in Proœ
mio inquit: Corpora ſana, & integri ſanguinis, &
exercitatione firmata, ex ijdem his ſpeciem acci-
piunt, ex quibus vires; namq. & colorata, & adſtri
cta, & lacertis expreſſa ſunt, ſed eadem ſi quis vul-
ſa, atq. fucata muliebriter comat, fœdiſſima ſint,
ipſo formæ labore. Et cultus conceſſus, atque ma-
gnificus addit hominibus, vt Græco verſu teſta-
tum eſt, authoritatem. At muliebris, & Luxurio-
ſus non corpus exornat, ſed detegit mẽtem. Hæc
21 Fabius, vnde † damnant Hiſtorici Variũ Helio-
gabalum

gabalum Imperatorem, quod in publicum, pictis oculis, genisq. purpurissatis, ac faciem suapte natura formosam, indecoris coloribus infecisset. Herodianus lib. 5. Eutropius lib. 10. cap. 12. Aelius Lampridius, & Sext. Aurelius Victor, in eius vita. Sicuti enim in mulieribus hęc odiosissima sunt, ita in hominibus damnanda, & Magistratibus etiam fugienda sunt; talis enim in Magistratu debet esse decor, vt nō damnetur vt muliebris, nec reprehendatur tamquam viro indecens, sed iuxta Ouidij præceptum dicentis:

Sint procul a nobis iuuenes, vt fœmina compti,
Fine coli modico forma virilis amat.

Sed de exteriori Magistratuum corporis ornamento dicemus capite subsequenti.

23 Magistratus† autem forma qualis esse debeat, pulchrè, & eleganter describitur per Laurentiū Grimalium, de optimo Senatore, lib. 2. cuius hęc sunt verba: Formosum igitur Senatorem nostrum esse volumus; formam autem appello virilem, hominéq. non fœmina dignam speciem. Huius vis omnis in statura corporis, vultuq. ipso cognoscitur. Vasto itaque corpore non sit, nec pusillo, sed mediocri; in procero corpore paruā virtutem dicit esse Aristoteles, in exiguo autem angustam; Corpus etiam non sit abdomine grauatum, quemadmodum nec ficeum, & extenuatum; Illud ad labores subeundos ineptum est, hoc ad tolerandos imbecillum; Quos natura defectione membri alicuius insigniuit, vt aut vno pede claudicent, aut distortos, obliquosq. oculos habeant, aut Ita parui sint, vt nanis, & pumilionibus similes videantur, hos plerumque cauere solemus, ne quo fuco nos decipiant, monstris enim similes habentur, quos si boni non sunt, nec vitium naturæ, virtutis exercitatione depellunt, Senatores creari nolumus. Hæc Grimalius. Subiungit tamen optari ista solere, non requiri.

24 Quod† rectè Agesilaus Lacedæmoniorum Princeps, impleuit, qui cum esset turpi facie, nec corpore rectus, virtute tamen corporis, & animi magnifica, omnes naturæ defectus, vicit, ac superauit, vt sunt authores, Plutarchus in Agesilao, & Xenophon in Oratione in eius Agesilai laudem conscripta. De quo, & Marcus Mantua in Famulatu, tit. de liber. præterit. num. 6.

25 Hinc† in Sacerdotibus cultui Diuinæ Domus dicatis, vitium corporis visibile probrum iudicatur, toto titulo de corpore vitiatis, in libris Canonum; quod nouissimè plenius omnium exagitauit Simon Maiolus Episcopus Vulturariensis, de Irregularitate lib. 1. per totum. Operæpretium est, à Sancta DEI Ecclesia exempla capere, & propterea rectè Bald. in dicto Procę-

26 mio Decretal. censuit, † Membris carentes non posse ad publica officia promoueri; quem sequitur Martin. Laudens. in tract. de Officialibus do-

27 minor. §. 69. & §. 177. Hinc† Antigonus Rex, aures præcidi fecit Hircano, ne Summo Pontificatui restitueretur, vt dicit Aegisippus de excidio Hierosolymorum, lib. 1. & Iosephus de Bello Iudaico lib. 1. & Antiquit. Iudaicar. lib. 14. Ioan. Zonaras Annaliū lib. 1. Nam, † & antea Romulus Vrbis conditor, creauerat Sacerdotes, viros ætate prouectos, genere, & virtute nobiles, ac diuites, nullaq. corporis parte carentes, vt inquit Dionysius Halicarnasseus Histor. lib. 2. Hinc Sacerdotem non esse integro corpore, mali omnis signum esse, inducitur contra Metellum, quod cum arderet Vestæ Templum, ne Palladium arderet illud rapuit, & oculum amisit, & ne deberetur illi Sacerdotiū, scribit Seneca De-

29 clamationum lib. 4. Declamatione 2. † Augustus etiam vetuit in Senatum eos cooptari, qui debile aliquod membrum haberent, vt refert Dio Cocceius Histor. lib. 54. Hinc Romanorum

30 ille grauissimus M. Sergius, qui post tot victorias ab eo obtentas, amissa manu dextera, illam sibi ferream fecit, eaq. religata præliatus, Cremonam obsidione exemit, Placentiam tutatus est, duodena castra hostium in Gallia cepit, tandem in Pętura sacris arcetur a collegis, vt refert Plin. lib. 7. cap. 18. in fine.

Hoc autem non ausim dicere, esse perpetuo obseruandum, siquidem virtutes naturæ in-

31 clinationem vincere queunt. Nam† & Galba ille, qui fuit Imperatoris Galbæ pater, Consulatu functus, quamquam breui corpore, atque etiam Gibbosus, modicæq. in dicendo facultatis esset, causas industrie actitauit, vt est author Suetonius Tranquill. in Galba, capitulo 3. Plurimos scimus, ac vidimus Principes viros, qui naturæ, atque casu fatales eorum corporum, virtutum cumulo superarunt.

Qui autem naturalis morbi vitio opprimun-

32 tur, † veluti, surdus, mutus, & perpetuo furiosus, hi Iudices fieri, & creari nequeunt, vt dicit Paulus, in l. cum Prætor, §. non autem, ff. de iudic. Hieronym. Treutlerus, Disputation. selectar. lib. 1. Disputat. 12. Thesi 7. parte prima. Dethard. Horstius, in Synopsi, Axiomar. lib.

33 5. tit. 1. num. 16. parte 2. † De furore autem interpellato, scilicet habente dilucida interualla, secus, l. cum furiosus, 39. ff. eodem tit. Sic & in illo, qui habet Magistratum, & Iurisdictio-

34 nem, si superuenit furor, quia† interim Iurisdictione non eximitur, si non est longo tempore officium duraturum, l. Iudex datus, 46. ff. eodem

35 tit. & † interim exercitium per substitutum fiat, & sua erunt emolumenta, & fructus, Petr. Gregor. Syntagm. iuris lib. 47. capit. 9. num. 6. cum seq.

36 Mutus, & surdus, an inuestiant de feudo, & an acquirant, ac retineant? Quoad potestatem inuestiendi, & concedendi feudum, pauci tractarunt, & quasi transeundo Doctores retigerunt: tamen Iacob. de Ardizon. in Summa, capit. Incip. Quid si vassallus, sub rubricella de vassall. Vniuersitat. dicit, quod mutus, & surdus possunt inuestituram facere, & feudum concedere, argumen. l. quid quod, §. mutus, ff. de donar. vbi mutus, & surdus donare non prohibentur. Quem sequitur Iacob. Aluarot. in capit. 1. in princip. num. 6. per quos fiat inuestitura, & Claud. de Seisell. in Speculo feudor. tit. Qui feuda dare poss. versic. tertio amplia, vt possint, folio mihi 286.

D In con-

In contraria est sententia Fräcisc. Hotoman.
37 in Disputat. Feudistica, cap. 13. Quia † neque deferre iuramentum, neque delatum audire possunt, neque militiæ munus sustinere, aut ciuiles habere honores possunt, l. honores, ff. de Decur. & idcirco arcentur similes a feudorum acquisitione, & retentione, (vt postmodum dicam) & ideo tãto facilius ab illorum acquisitione. Hanc sententiam confirmare possum ex Accurs. in d. l. qui id quod, in d. §. mutus, vbi inquit, esse distinguendum, secũdum terminos l. discretis, C. qui testam. facere poss. vt si muti, aut surdi a natura sint, talibus interdicatur feudi concessio, sin vero morbo, vel casu, tunc seruanda est d. l. discretis, quam locum habere etiam in contractibus se quendo Accursium, voluerunt ibidem Ludou. Roman. & Alexand. & hanc partem, ex multis, quæ nunc omitto, ego tenerem, in quam videtur etiam inclinare Fräcis. Sonsbecius iuris feudor. parte 6. num. 25. & 26. ibi: si modo; & ibi: per scripturam, vel simili modo.

Quo verò ad membrum aliud acquisitionis, successionis, & retentionis, quia nimium se Doctores inuoluunt, facio infrascriptas Conclusiones, ex quibus potest fieri omnium resolutio.

38 Prima, mutus, † surdus, & imperfectus a natiuitate, si est inuestitus scienter a domino, feudũ retinebit, quia iam permisit acquisitionem, & eo dem modo retinere licebit. Ita concludit Andr. de Isern. in c. 1. §. quin etiam, sub num. 5. versic. si autem iam muto, Episcop. vel Abbat. quia videtur illum iam a principio inhabilem, habilitasse, & poterit per substitutum seruire, vt ibidem concludit, quia viuente muto, & surdo, tractatur solum de præiudicio domini, non autem agnatorũ, vt voluit idem Andr. in c. 1. num. 8. Si vassall. feudo priuet. arg. c. 1. de feud. dat. in vic. leg. cõmiss. & c. 1. §. Titius, si de feud. defunct. fuer. controu. cum simil. Francis. Sõsbec. iuris feud. parte 7. nu. 16. & parte 12. num. 132.

Hic Articulus fuit disputatus in causa Ioseph. Caraccioli cum Illust. P. Leuiri, & eum latè scripsimus ad Constit. Officia quę personis, in tit. de Official. in Regno constituend.

39 Secũda, Si est † mutus, & surdus a natura, adeo quod impedimentum est perpetuum, tunc feudum non retinebit, nec in illo succedet, sed si est magnum, datur ei, vt se possit officio pietatis alere, vt in d. cap. 1. §. mutus, Episcop. vel Abbat. vbi Andr. num. 5. quia cum per eamdem legem, qua à successione excluditur, per eamdem sibi prouideri de alimẽtis statuitur, vt voluit etiam Iacob. de Ardizon. in Summa feud. cap. 137. incip. Diximus, sub tit. de success. feud. col. mihi 41. versic. mutus verò, fol. 165. in paruis. Capic. in inuestitura feudali, §. feudorum habiles, versic. mutus, aut aliter. Sigismũd. Loffred. in Paraphr. feud. in c. 1. An mut. vel surd. & Andreæ verba refert, ac sequitur Paris de Put. in d. tit. Episcop. vel Abbat. col. 2. vers. si feudum magnũ, & in tract. de finib. feudor. c. 40. vers. nunc videndum, num. 29. vers. & vsum non omitto. Hotoman, in d. §. mutus, in verbo fuerit magnum, & nouissime Ioan. Petr. Surd. de Alimẽt. tit. 1. q. 58. Afflict. in d. §. mutus, num. 13. vers. quarto nota. Camer. in c. Imperialem, col. 21. littera G. Francisc. Duaren. in Commentar. feud. capit. 9. num. 15. Gulielm. Hanneton. iuris feudor. lib. 2. cap. 3. vers. præterea si vassalli.

40 Tertia, Qui nõ est † totaliter mutus, sed vel tar dè, vel inarticulatè loquitur, ita vt intelligatur, vel non totaliter surdus, quem vulgus appellat surdastrum, talis non excluditur à retentione, & successione feudi, arg. d. §. mutus, ibi: nullo modo loquitur, & sentit Ardizon. in d. c. 137. in loco allegato. & Ioan. Thom. de Marin. de Gener. & qualit. feud. lib. 1. tit. 11. num. 137. Martin. Laud. in d. §. mutus, num. 2. vbi loquitur de balbutiente, quod feudum retineat.

41 Quarta Conclusio, † surdus, & mutus, ac similes, succedunt in feudo, pro quo non debetur aliquod seruitium, vel pro quo debetur seruitium, quod potest præstari per substitutum, puta, quia non est seruitium personale, Martin. Laudens. in c. 1. num. 1. & 4. An mut. vel surd. quem refert, & sequitur Ioan. Anton. Cänetius Siculus, in Rep. c. si aliquem, §. sed non est omittenda, num. 33. fol. mihi 229. Alexand. in consil. 136. col. 2. vol. 1. post Bald. in verbo, libellariæ, de Pace Constant. ponunt exemplum in redditu frumenti, spalla porci, par caponum, & similium. Petr. de Bellapertica, de feud. tit. 3. num. 19. Anton. Capic. in d. §. feudorum habiles.

42 Quinta Conclusio est, quod † in feudo paterno succedunt mutus, & surdus, & seruient per substitutũ; & ita procedat text. in d. c. 1. An mut. vbi And. si bene inspiciatur, ex Martino Laudẽs. num. 3. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuers. lib. 6. cap. 13. num. 7.

43 Sexta Conclusio, † si infirmitas, muti, ac surdi sit perpetua, excluduntur a successione, si autem sit temporalis, vel ex dicto medicorum speretur in breui salus, & restitutio, tũc succedere possunt & feudum rennebunt, vt per Andr. Aluarot. & alios, in d. cap. 1. an mutus. Vdalrich. Zasi in tract. feud. part. 8. num. 68. Ioan. Thom. de Marin. in d. tit. 11. num. 134.

44 Septima Conclusio, † quod mutus, & surdus, succedant in feudo emptitio, vt ex multis comprobat Ioan. Anton. Cännet. Siculus in d. §. sed non est omittenda, num. 34.

45 Cæcus † verò, an iudex constitui possit? Respondè, cæcum iudicandi officio fungi posse. Vlpianus, in l. cæcus, ff. de iudic. Franciscus Duaren. Disputat. anniuers. lib. 1. capit. 21. Hieronym. Trentler. Disputat. select. lib. 3. Disputat. 8. Thesi 2. & Disputat. 12. Thesi 7. Dethard. Horst. in Synopsi Axiomat. lib. 5. titulo primo, num. 160. Francisc. Hotoman. in Disput. Feudistica, capit. 13. in fine, viget enim in cæcis ingenij, & naturæ vigor, maturitasq. iudicij, & consilij, ob quę cum habeat iudicij acumen, poterit iudicandi munere fungi.

Aliud tamen alij complures censuerunt,
46 † nempe ad nouos Magistratus captandos non admitti, sed quod eos quos tenent, prosequi possint, & ab ijs non arceantur, ob superuenientem cæcitatis casum, l. 1. §. casum, ff. de postul. vbi idẽ Vlpia-

Vlpianus ait, de cæco verba faciens; Numquid ergo, & Magiſtratus gerere poſſit? ſed de hoc deliberabimus. Et poſt pauca ſubſequitur. Sed melius eſt, vt retinere quidem dicamus iam cæptum Magiſtratum poſſe, aſpirare autem ad nouum penitus prohiberi, cuius occaſione hanc opinionem ſequutus eſt Abb. Panorm. in conſil. 47. vol. 1. quē ſequitur Nicolaus Boer. in Deciſ. Burdegal. 204. num. 35. & ante eum Martinus Laudenſ. de Officialib. dominor. §. 177. Sebaſt. Vantius in tract. nullitat. tit. de nullitat. ex defectu deleg. num. 42. cum pluribus ſeqq. Preſtantiſſimus præceptor Ioan. Bolognett. in conſil. 5. nu. 11. & ſeq. Et ita concordant has leges, vt text. in
47 † d. l. cęcus, intelligatur in cæco qui poſt iudiciū cęptum, vel Magiſtratum initum, viſu priuatus
48 fuit. Exempla non deſunt, Gn. enim Aufidius, vir Pretorius in cęcitate ſententias in Senatu di-
49 cebat; Sic & Appius Claudius cęcus appellatus, qui in Senatu ſententiam dixit, de non recipiendis Romanorum captiuis a Pyrrho Epirotarum Rege dimiſſis, cuius per tranſitum meminit Vlpianus, in d. §. caſum. Hic enim Claudius audiēs tractari debere in Senatu Romano, de conditionibus pacis cum Pyrrho, qui vt eas obtineret, gratis captiuos remiſerat, ſenex, & cæcus exiſtens, lectica ſe in Curiam deferri iuſſit, vt cum Pyrrho deformem & indignam pacem fieri prohiberet. Hūc cęcum aliquis nominet a quo patria, quod honeſtum erat per ſe parum cernens, coacta eſt prouidere, vt ſcribit Valerius Maximus lib. 8. c. 14. Eutropius Rerum Romanar. lib. 2. Andreas Eborenſis exemplorum Memorabil. tit. de Senectute. Cuius rei ſubſcribam hic inſcriptionem, quam refert in Faſtorum Romanorum Commentarij Honofrius Panuinius, quam dicit ſe tranſcripſiſſe ex ædibus Viri eruditiſſimi Petri Victorij Florentini, quæ eſt huiuſmodi.

APPIVS CLAVDIVS
C. F. CAECVS

CENSOR. COS. BIS. DICT. INTERREX. III. PR. II. AEDIL. CVR. II. Q. TRIB. MIL. III. COMPLVRA. OPPIDA. DE. SAMNITIBVS. CAEPIT. SABINORVM. ET. TVSCORVM. EXERCITVM. FVDIT. PACEM. FIERI. CVM. PYRRHO. REGE. PROHIBVIT. IN. CENSVRA. VIAM. APPIAM. STRAVIT. ET. AQVAM. IN. VRBEM. ADDVXIT. AEDEM. BELLONAE. FECIT.

Cuius Hiſtoriæ meminit etiam Lucius Florus Epitome de Geſtis Rom. lib. 1. c. 18. qui autē (inquit) ille Senatus fuit? cum perorante Appio cęco, pulſi cum muneribus ſuis ab Vrbe Legati.
50 Sed quid mirum. † Vidi ætate mea Marium de Curte, Ioannis Andreæ Iuriſconſultiſſimi, ac Preſidentis Maximi Sacri Conſilij Neapolitani filium, Franciſci, ac Scipionis Regiorum Conſiliariorum, & Camilli Præſidentis in Regia Camera, nunc meritiſſimi Regentis apud Regiam Maieſtatem in Conſilio Italico, ac Pauli Epiſcopi Iſerniēſis grauiſſimorum virorum fratrem, cæcum a natiuitate, Latinas & Græcas litteras didiciſſe, & tantum in ſcientijs profeciſſe, vt in Mathematica, Arithmetica, Philoſophia, Hiſtoria, ac Theologia, alijſq. facultatibus, quaſi quoddam Artis, & Naturæ opus, & miraculum videretur. Vt non ſine admiratione Philippus II. Rex Catholicus & Latina, & Hiſpanica lingua concionantem publicè audierit, ac laudibus, & munificentia honeſtauerit.

CAP. IIII.

ARGVMENTVM.

Magiſtratus, quibus moribus imbutus eſſe debeat; quo veſtium ornatu extrinſecus incedere.

COMPENDIVM.

1 *Pulchritudo illa laudabilis, quæ mētem habeat moribus, & ſapientia ornatam.*
2 *Athenienſes veteres non quoſuis ad Conſilia, & Magiſtratus admittebant, ſed prudentiſſimos, optimos, & vitæ integritate celebres.*
3 *In indiuiduis mores primum inſpiciuntur.*
4 *Rector ſecundum Gregorium, quos mores habere debeat?*
5 *Mores vulgi difficile immutantur, ſed conſpiciunt ad mores Principum, qui ideo illos exornare debent.*
6 *Mores vnde appellentur, & num. 7.*
7 *Mos a conſuetudine incrementum capit. Mores præcedunt conſuetudinem.*
8 *Philoſophi, etſi eruditi, non tamen ideirco prudentes dicentur.*
9 *Prudētiſſimi, & ſapientes fuere Draco, Solon, Lycurgus, Plato, Demoſthenes, Aeſchines, Marcus Varro, Cato, Cicero, & alij.*
10 *Ariſtoteles Princeps Peripateticorum omnes prædeceſſores Philoſophos occupauit, eum omnia docuerit & naturalia, & moralia.*
11 *Apollinis Oraculum dixit, Socratē meliora dixiſſe, quia moralia docuiſſet.*
12 *Magiſtratus quattuor comites habere debet, Prudentiam, Iuſtitiam, Fortitudinem, & Temperantiam.*
13 *Prudens Magiſtratus, quando dicatur?*
14 *Iuſtus, quando dicatur?*
15 *Fortis, quando dicatur?*
16 *Temperans, quando erit?*
17 *Mores praui ſunt commercia ſeruilia, non hominum liberorum.*
18 *Antiſtius Soſianus vir Pretorius ob prauos mores exſili o damnatus.*

AXIOMA.

Morum elegantia, ac decenti vestium ornamento conspicuos, seligito.

Scripsimus in præcedenti capite, Magistratum commendabiliorem esse, si 1 forma sit præstanti. Sed † tunc suauis & laudabilis dicitur pulchritudo, si mẽtem habeat moribus, & sapientia ornatam, vt inquit Oratorum antiquissimus Isocrates, in oratione ad Demonicum. Vnde idem Isocrates 2 in Panathenaico dicit, Veteres Athenienses nõ quosuis ad Consilia, & Magistratus admitteãbt, sed prudentissimos, & optimos, & vitæ integritate spectatissimos. Hinc Theodahadus Rex apud Cassiodorum lib. Variar. 10. capit. 7. Cognoscite (inquit) Patres Conscripti, quid fieri velimus, 3 † quando in Iudicibus, primum mores eligimus, in ea magis dignitate, quæ iura consueuit edicere. & capit. 14. Mali mores nostro nomini probãtur aduersi. Ideo Magistratus, qui Regno, Prouinciæ, Vrbi, Ciuitati, Opido, Castro, Populo, aut Villæ præpositus est, mente gerat, ad gubernandos populos, ad illos regendos esse præpositos, quo in officio, finis spectandus est, vt ex eius administratione, bene gestæ rei gloriam consequatur; si enim Magistratu sibi tributo, felix sibi videbitur, & in illius directione ob morum prauitatem, optimo fine caret, Cyrum refert, qui in quærendis Regnis felix, mirisq. artibus fultus, in retinendis vero infelix, omniq. vacuus consilio iudicatus est. Quam prudenter D. Gregorius in 4 Pastorali, parte 2. cap. 3. † Sit Rector inquit, operatione præcipuus, vt vitæ viam subditis viuendo denunciet, & grex, qui pastoris vocem, moresq. sequitur, per exempla melius, quam per verba gradiatur. Qui enim loci sui necessitate exigitur summa dicere, hac eadem necessitate compellitur summa monstrare. Illa vox namque libentius auditorum corda penetrat, quam dicentis vita commendat, quia dum quid loquendo imperat, ostendendo adiuuat, vt fiat. Et post pauca inquit. Nec inter malos tãtummodo, quæ recta sunt faciat, sed bene operantes subditos, sicut honore ordinis superat, ita etiam morum virtute transcendat. Hæc Gregorius. Speculantur etenim subditi in superiorum, ac Principum vita, ab illa, & censurã, & exempla percipiunt. Hinc 5 Plutarchus in Politica. Vulgi † enim, & multitudinis rationes viuendi de repente immutare, atque aliorsum traducere difficile nimirum, & nimis arduum est. Ceterum, te ipsum ita excolere, ita mores exornare tuos, sic vitam omnem tuam tueri debes, vt qui in aperto, medioq. spectaculo, ante omnium oculos vitam acturus sis, neminem celaturus. Hucusque Plutarchus.

Magistratus gubernationi, vt diximus, destinatus, mores suos debet habere recte compositos, componi

componi autem eos arbitror ex virtutibus, & virtutum operationes eos appellari debere, quod diſputauit Plutarchus in libello de virtute morũ.

6 Nec illi ego aſſentior dicenti a more, † id eſt con ſuetudine mores appellari, quod & Boetio placuit in Topica Ciceronis, lib. 2. dum ait, quod mos eſt, quod in Ciuitatibus ſolitum eſt fieri; ſed

7 potius aliter dicerem, † quod cum mos à conſue tudine incrementũ capiat, teſte Ariſtotele Moral. Eudemiorum lib. 2. c. 4. ergo neceſſe eſt morem ante eſſe, quam cõſuetudo ſit, quæ illi incrementum tribuit. Vnde dicendum eſt, mores potius eſſe virtutum effectus, & actiones, ac actus, quibus mores id eſt Ciuitatum vſus operentur, & quod ſecundum illos viuere oporteat, & ideo mores appellentur, quaſi vſque ad mortẽ illi obſeruandi ſint. Nec id ſine ratione dicen-

8 dum eſt: nam etſi Arithmetici, Geometræ, Mathematici, ac Phyſici ſolitariumq. omnem Philoſophorum gregem, eruditum quidem illum ſapientemq. arbitremur, non tamen prudentem illum cẽſebimus. ſimili modo Diogenes, Zeno, Anaxagoras, Crates, Anaximenes, Cryſippus, Democritus, Carneades, Ariſtippus, Tales, Cleobolus, alijq. quamplurimi, ſapientiſſimi fuere, nõ tamen prudentes iudicabuntur. Nam abſtruſis, ac reconditis illis ſcientiarum arcanis, ſubtiliſſimis ſuis contemplationibus ſeipſos oblectabant in ſcientijs, ac illarum difficillibus nodis explicandis, non tamen attingebant bona humana, & gubernandi metam non perſtringebant, in qua prudentia maxima perneceſſaria eſt. Ad quã ſi oculos, actuſq. conuertiſſent, prudẽtiſſimi omnium

9 habiti fuiſſent. Quod † perfecte impleuerunt Draco, Solon, Lycurgus, Plato, Demoſthenes, Aeſchines, Marcus Varro, Cato, Cicero, alijq.

10 quamplurimi. Ideoq. † Ariſtoteles ipſe Peripateticæ Sectę Princeps, omnem poſt ipſos locum occupauit, quia non ſolum Theoricam ſcientiarum Diuinarum, & Cõtemplatiuarum edocuit, ſed vſus, moreſq. animalium, illorumq. Hiſtoriam deſcripſit, ac regendi Familias, Ciuitates, Populos, ac Regna, diſciplinam reliquit. Non

11 † immerito Delphicum Apollinem, reſpondiſſe aſſerũt, ex cunctis Philoſophorum ſectis, Socratem meliora dixiſſe, eo quod moralia docuit, vt teſtatur Pauſanias in Attiacis. Virtutis namque omnis laus in actione conſiſtit, vt Cicero inquit. Ad quod noſtri alludũt, dum aiunt, quod ea quæ in ſcholis deglutiuntur, in foro digeruntur. Et idcirco cum Magiſtratus internas animi virtutes non poſſit ore docere, factis per occurrentes actiones, ac per mores exteros exhibet.

12 Quattuor † itaque habeat Comites Magiſtratus, quibus morum ſuorum candor eniteat, Prudentiam, Iuſtitiam, Fortitudinem, ac Temperãtiam, quibus tamquam cardinibus ſuffultus, omne regiminis onus perfecte enucleabit. De his egimus iam ſatis in Commentarijs de Regis Catholici præſtantia, cap. 84. Nunc breuem faſciculum annectemus, quo poſſint Rectores armari, aut ſi non omnia obtinere, ſaltem pro poſſe eniti, vt quæ in illo continentur, aut partem potiorem obtineant.

13 Prudens † itaque erit Magiſtratus, ſi ſui ipſius, omniumq. cognitionem habeat, qua nõ ſolum res proprias, & domeſticas, ſed ciuiles bene conſultet, quid honeſtum, quidq. vtile videatur, quæ ſint Reipublicæ commoda, quęue incommoda, rebus, quæ nocumentum afferre poſſint, aſſenſum non præbeat, nec incognita, tamquam cognita ſibi eſſe arroget, ingenium, docilitatẽ, memoriam, intelligentiam, circumſpectionem, prouidẽtiam, cautionem, ſagacitatem, calliditatem, & aſtutiam ſectetur. Ingenium habeat liberum, firmum, conſtans, acutum, illuſtre, elegans, & iucundum, ad excogitandas, ac proferendas ſententias, & iudicia, ad ea ornanda, & explicanda, vt illa firma ſint, fœcunda, ac diuturna. Docilitatẽ habebit, dum quæ alij exponunt addiſcat, & meliora, ac potiora eligat. Memoriam, dum ex ijs, quæ didicit meliora, quibus vti poſſit pro tempore retineat. Intelligentiam per acumen ingenij proſequatur, per quam res omnes, & illarum formas, & ideas concipiat, verum, a falſo, vtile, ab inutili diſcernat. Circumſpectionem, quia Magiſtratus omnia circumcirca reſpiciat, quid nocere ſubditis, ac Reipublicæ, quam regit, poſſit, quid labefactare illam valeat, quæ bello, ac paci eſt admodum neceſſaria. Prouidentiam, quæ a præuidendo dicta eſt, quia per ipſam, Cicero inquit, quid futurum ſit, antequã fiat inſpicimus; quæ tametſi diuinitatis quodammodo ſit particeps, tamen cum DEVS nos dirigat, viamq. aperiat, ſcintillas quaſdam, & virtutis igniculos in nos immittit, ex quibus dirigimur ad inſpectionem exemplorum, & Hiſtoriarum præteritarum, ex quorum exitu, præſentia, ac futura pro poſſe metimur. Cautionem habebunt, dum nõ repente quid facient nec impræmeditate, nihil iratum, nihil hilare, aut timiditate aliud pro alio dicentes, ſed ita progrediantur, vt mala vitentur, & bona cautè appetantur. Sagacitatem, dum acute ſentitur, & ſubtiliter intelligendo, & quid tractetur, quidq. in conſultatione deducatur, conſiderantes. Caliditatem, atque aſtutiam, habebunt, ſi quid ſubditi quærant, quid cupiant, quid agitent, perſpiciant, quorſum illorum cogitationes, ac deſideria tendant, perſcrutentur.

14 Iuſtus † erit Magiſtratus, ſi DEO prius cultum reddat, ſi eccleſiarum, & piorum locorũ, ac perſonarum Eccleſiaſticarum curam habeat, ſi Chriſtiana Fides ibi recte vigeat, hoſtes illius detegat, propellat, nec ſinat ob religionum mutationes labefactari, & ad nihilum redigi populos. Si in foro exteriori, ſit ciuilis iuſtitiæ cuſtos, ęqualitatem in ciuibus obſeruando, iuſtas leges proponendo, ſancitas cuſtodiendo, obſeruari procurando, ius ſuum vnicuique diſtribuendo, pietatem, bonitatem, comitatem, innocentiam, benignitatem, amicitiam, clementiam, obſeruando, de quibus egimus de Regis Catholici præſtantia, cap. 21. per totum, & in d. cap. 84.

15 Fortis erit † ſi magnanimitatem, cõſtantiam, patientiam, & ſecuritatem cuſtodierit, viriliter, & conſtanter omnia operando, ferociam, & proteruiam quotumcumque potentum, paruifaciendo, & omnia ferendo, nihil pertimeſcendo,

&omnia aduerſantia fortiter tolerando, ita vt à
iuſti ſcopo non diſcedat.
16 Temperans erit † Magiſtratus, cũ animi vim,
faciet corporis cupiditatibus reſiſtentem, natu-
ra enim quodammodo factum videmus, vt cor-
poris blandæ, ac illecebræ voluptates, animum
expugnare, ac victum in ſuam poteſtatem addu
cere, & ſubijcere nitantur, pugnaq. magna, & cõ-
tentio inter corpus, & animum iugiter exiſtat.
Quod ſi in accidentibus, ac regendi occaſionib.
non præceps illis, ſe Magiſtratus allici ſinat, pul-
chro virtutum temperamento regimen faciet
iuſtiſſimum. Hæc quattuor virtutum ſummu-
la ſufficiat, quibus armatus Rector, tamquam
cardinibus numquam erit inglorius, & DEO
ſatisfaciet, & Mundo.

Mores itaque optimi eligendi ſunt, Magiſtra-
tibus præſertum, quibus populorum, ac hominũ
17 commercia commiſſa ſunt, praui † enim, ac ſal-
laces mores, ſeruilia, non liberorum hominum,
commercia reſpiciunt, vt inquit Philo Iudæus
in lib. de Creatione Principis. Praui enim mo-
18 res ſemper odioſi, qua † ex cauſa, ob morum pra-
uitatem, exſilio cõdemnatum fuiſſe Antiſtium
Soſianum Virum Prætorium ſcribit Cornelius
Tacitus, Hiſtoriarum lib. 4. vnde recte inquit
Marſilius Ficinus in Theolog. Platonis, lib. 8.
19 cap. 10. Quod † morum viæ ſunt, vel ad inferos,
vel ad ſuperos. Quod ex ijs vel ad Paradiſum aſcẽ
dant vel ad inferos demergãtur, boni ſaluentur,
praui autem perdantur. Et Auguſtinus in lib. de
duodecim abuſionibus, gradu 6. inquit: Nihil
proficit dominandi habere poteſtatem, ſi domi-
nus ipſe non habeat virtutis rigorem, ſed hic vir-
tutis rigor, non tam exteriori fortitudine, quæ &
ipſis ſæcularibus dominis neceſſaria eſt, indiget,
quam animi interiori fortitudine, bonis morib.
exerceri debet. Ob quod Ariſtotelis authorita-
te, inquit Dominicus de Soto, de iuſt. & iure, lib.
20 3. q. 6. articulo 4. quod nemo, qui † improbis eſt
moribus quacumque vel ſcientia, vel prudentia
(quæ potius in viro prauo erit aſtutia) prępolleat,
ad huiuſmodi prouincias eſt promouendus, ar-
tes, quæ in ſolo intellectu conſiſtunt, poteſt qui-
dem vir nequam exercere, vt fidibus dulciter ca-
nere, pulchre pingere, affabre ſculpere, illam ve-
rò practicam, quæ in iuſtitiæ adminiſtratione po
ſita eſt, nemo, niſi virtutum vniuerſitate prædi-
tus, exequi valet iuſtè, regere enim, & imperare
prudentię munus eſt; & prudentia, præſertim iu-
dicis, cunctas habet virtutes connexas. Iuſtitiæ
namque iudex cuſtos cum ſit, haud quanquam
omnes iniquitates Reipublicæ exagitare poteſt,
ac ſecundum leges vindicare, niſi fuerit virtutũ
omnium decore præditus. Et paulo poſt in-
21 quit: Adhæc, cum † Iuſtitię miniſtri, membra
ſint Principis, in ipſis debet ſuam ipſius pulchri-
tudinem exhibere ciuium oculis, nulla enim de
re certius perpenditur, qualis ſit Princeps, quam
de miniſtrorum integritate, & corruptela. Hęc
Soto. Hinc Summus Pontifex in iudicibus
22 † morum integritatem deſiderat, c. cum in cun-
ctis, de elect. c. in noſtra, de procurat. c. Niſi eſſẽt,
vbi Bald. Anton. de Butr. Petr. de Anchar. & Pa-
23 norm. de Prębend. Maxima † enim, ac notabiliſ-
ſima eſt præſumptio, quæ ex morum probitate
inſurgit. Alex. in l. ſi bonæ fidei, ff. de rei vendic.
& in conſil. 53. vol. 2. Iaſon in l. iubemus, C. de iu-
dic. Portius in conſil. 206. num. 13. Ideo plus fa-
ciunt quẽ vilem mali mores, quã paupertas. Bal.
& Alberic. in l. humilem, C. de inceſt. nupt. ſequi
tur Barthol. Bertazzol. in conſ. crimin. 42. num.
13. vol. 1.

Ex Theophraſto refert Ioannes Stobæus, Ser-
24 mone 12. Virum quendam † Chium Lacedę-
monem veniſſe, arrogantem alioquin, ſed quem
propriæ ſenectutis puderet, quare canos tinctu-
ra obliterare conabatur; Progreſſus in publicũ
de rebus orationem habuit, quarum cauſa vene-
rat. Tum ſurgens Archidamus, dixit, qui ille
tandem rectum diceret? qui mendacium non in
anima ſolum, ſed in capite quoque circumfer-
25 ret? Simile † etiam Philippo Macedonum Re-
gi accidit, qui cum quendam ex amicis Antipa-
tri, iudicum numero adſcripſiſſet, & demũ eum-
dem ſibi barbam, capilloſq. inficere ſenſiſſet, re-
monit, dicens, eum, qui infidus in capillis eſſet, di
gnum non eſſe cui in negotijs fides haberetur;
vt refert Plutarchus Apophtegmate Regum 25.

Per exteriorem etiam actuum exhibitionem,
plerumque mores hominum cognoſcuntur, ex
veſtibus enim, & corporis ornamentis, quando-
26 que animi arcana iudicantur. † Impudicus
enim & inconueniens ornatus, omni tempore,
& vbique improbatur. Quod tractauit Cypria-
nus in lib. de habitu virginum. Ambroſ. in lib. 1.
de virginibus. Auguſtinus ad Poſſidonium Epi-
ſtol. 73. ad Aeditiã. Epiſtol. 199. & in lib. de Ver-
bis Apoſtoli. Sermone 18. & de Doctrina Chri-
27 ſtiana, lib. 4. cap. 21. Sicuti improbatur † illorum
ſecta Hæreticorum, qui nudi, mares, & feminæ
ſe aggregabãt, Adamanitæ dicti, eo quod Adam
in Paradiſo imitabantur, qui fuerunt Victoris
Papę tempore, & Aelij Pertinacis Imperatoris,
in Anno Domini 194. Et ſic poſteri in Hollãdia,
& demum ab alio Adamo Paſtore cognomina-
to, homine Piccardo iterum reſuſcitata, & extin
cta extitit. De primis inuentoribus agit Iſidorus,
lib. 8. Etymologiar. cap. 25. & habetur 24. quęſt. 3.
c. quidam, & voluit Eymericus in Directorio
Inquiſitor. parte 2. q. 6. Stanislaus Hoſius Cardi-
nalis Varmienſis, in lib. de Communione ſub
vtraq. ſpecie, & Lindanus Dubitation. Dialog. 2.
Alfonſ. de Caſtr. aduerſ. Hæredes, lib. 2. in verbo
nuditas. Damian. Roſcius de Sectis Hæretic. §.
Adamæi, & Paul. Griſaldus Deciſion. Catholi-
car. §. nudi.

In tuenda verò corporis forma, ornatus qui
dam Magiſtratu dignus tenendus eſt, conciliat
enim authoritatem, & tam animæ quam corpo-
ris auget dignitatem, illamq. exornat; nec ea
28 ſit † veſtium forma, qua cum vteretur Ioannes
de Lignano, deriſus fuit, vt dicit Andr. Sicul. in
c. cum M. col. 59. de Conſt. ſequitur Ludouic.
Bologninus, in Rep. Authen. Habita, col. 8. C. ne
29 filius pro patre. † Incompoſitio enim corporis,
mentis indiſpoſitionem arguit, Specul. in tit. de
Aduocat. §. 2. verſic. finali.

Solet

30 Solet igitur in ea, quæ optime † regitur Repu-
blica, pro Status, hominumq. conditione, non
iure, legibuſue ſolum, ſed ornamẽtis, ac veſtibus
fieri diſcretio, vt ciuium conſtantia, in optimo vi
tæ genere, & eligendo, & retinendo cõſtituatur,
maximiq. id momenti ad eorum efficiendam, &
31 tenendam tranquillitatẽ, iudicatur. Inde † apud
Romanos purpura vtebantur Sacerdotes, Sena-
tores, Magiſtratus, & pueri nobiles. Annulorum
iura aureorum, Torques, Monilia, Armillę, viris
de Republica optime meritis, alijsq. in dignitate
conſtitutis concedebantur, Diuerſuſq. erat mo-
dus cõſtitutus in veſtibus Senatorijs, aliorumq.
Magiſtratuum, à priuatis hominibus; Alij tuni-
cas breues, ſtrictas, longas, latiores, prolixas, ma-
nicatas, vnam manicam habẽtes, purpureas, prę-
textatas, latuſclauos, penulas, & ſimilia, margari-
tas, calceos auratos, ac diuerſi diuerſa habebant,
vt eſſet cognita hominum omnium differentia,
de quibus aliqua nouiſſimè ſcribit Alexander
Sardus de Moribus Gentium, lib. 1. cap. 19. & an-
te eum Andr. Tiraquel. de Legibus Connubiali
bus, l. 3. Lazarus Bayſus in Commentar. de re ve
ſtiaria, & multa Alexander ab Alexandro, Die-
32 rum Genialium lib. 5. cap. 18. Sed † hodie, aut tẽ-
porum viciſſitudine, aut mundi quotidie in de-
terius labentis, motu, vel regentium deſidia, ſu-
periorumq. incuria, vel mortalium omnium lu-
xu vitijsq. mutatum eſt. Nullum diſcrimen Sa-
cerdotum, Militum, Magiſtratuũ, Senatorum,
ac Nobilium, ab Agricolis, Mercatoribus, &
Opificibus; Virtus nulla eſt, Magiſtratus nullus,
Artificium nullum, certis, perpetuiſq. ſtabilita, &
aſtricta ornamentis. Sceptrum olim, Corona,
Torques, Annuli, Monilia, Toga, Veſtis, Sella,
& ſimilia, non dignitates erant, ſed dignitatum
inſignia, quibus homines ad officiorum ampli-
tudinem, ad honoris ſui decus illuſtrandum, at-
33 que, ornandum excitabantur. † Noſtra ætate
æqualis Principum virorum ac infimorum eſt
ornamentorum conditio, vt viri primores, ſic
cauponæ, ſic artifices, ſic plebei, & infamis etiam
vitæ homines ornati incedunt, ita vt dicere poſ-
ſint, nos quoque poma natamus, iuxta vetus pro
uerbium. Hinc videmus plerumque alicui de-
ferri honorem, qui etiam aſpectu indignus ſit vi-
rorum grauium; Alios autem, quibus honor, re-
uerentia, & circumſpectio deberetur, vix diſcer-
ni. Vtinam ij, quibus ſumma rerum cura incũ-
bit, tot malis prouideant, quia ſtaret ſuus cuique
honor, & Reipublicæ mirum in modum prodeſ
ſent. Sed iſta excogitatio non mea tantummo-
34 do fuit, † ſed olim Alexander Seuerus, de quo
Aelius Lãpridius in eius Vita. In animo (inquit)
habuit in omnibus officijs, genus veſtium pro-
prium dare, & omnibus dignitatibus, vt à veſtitu
dignoſceretur, & omnibus ſeruis, vt in populo
poſſent agnoſci, ne quis ſeditioſus eſſet, ſimul ne
35 ſerui ingenuis miſcerentur. Sed † hoc Vlpiano,
Pauloq. diſplicuit, dicentibus, plurimarum rixa-
rum fore, ſi faciles eſſent homines ad iniurias.
Hæc Lampridius; & nos plura alibi. Plura dice-
rem, quo ad veſtes rogatas, tum de Militia toga-
ta, tum litterata, forenſi, palatina, vrbana, talari,
Romulea, domeſtica, quotidiana, priuata, cæ-
natoria, tricliniari, diſcubitoria, cubiculari, reci-
dupua, trechedipua, diurna, nocturna, ſyntheſi,
cibaria, epulari, muliebri, viatoria, multitia,
mollicinia, albata, pulla, penula, humerali, pelli-
cullata, latoclauo, pluribuſq. ſimilibus: tamen
mihi hoc onus antea abſtulerunt hi, quos ſupra
allegaui, & poſt eos ferè eodem tempore. Petrus
Faber Semeſtrium lib. 1. cap. 16. & Ianus Lan-
glęus Ocij Semeſtris lib. 1. capit. 5. apud quos ex
omnium ſcriptorum arcanis hæc materia dige-
ſta eſt.
36 Propter mundiorem iuſto cultum † Minutia
Veſtalis virgo, ad Collinam portam in Campo
Scelerato viua defoſſa eſt; ſic & Poſthumia, de
de quibus ſcribit Paul. Oroſius lib. 3. capit. 9. D.
37 Hieronym. contra Iouianum, lib. 1. Sic † &
Q. Hortenſius ob nimia veſtimentorum elegan-
38 tiam probro affectus. Hinc † Lycurgus lege ca-
uit, vt veſte vna iuuenes vno anno cõtẽti eſſent,
ne vnus altero cultior videretur, vt ſcribit Iuſti-
39 nus, lib. 3. Et apud † Lacedęmonios Ephori, ve-
ſtiarum curam gerentes, cauerunt, vt quotidie
veſtimentorum inſpectiones fierent, vt ſi quid in
illis, forte à decenti, iuſtoq. ornatu alienum inue-
niretur, corrigerent, vt teſtatur Aelianus de va-
ria Hiſtoria, lib. 4. cap. 7. deplorat veſtimẽtorum
40 luxum ſua ætate † Seneca; quid ſi hanc corru-
ptam noſtri temporis vidiſſet; audiamus eius
verba, lib. 7. quæſt. Naturalium in fine, dum ait:
Inuenit luxuria aliquid noui, in quod inſaniat.
Inuenit impudicitia nouam contumeliam ſibi,
Inuenit delitiarum diſſolutio, & tabes, aliquid te
nerius, molliuſq. quo pereat. Nondum ſatis ro-
bur omne proiecimus. Adhuc quidquid eſt bo-
ni moris, extinguimus læuitate, & politura cor-
porum. Muliebres munditias anteceſſimus, co-
lores meretricios, matronis quidem non induen
dos, viri ſumimus, tenero, & molli greſſu ſuſpen-
dimus gradum, nõ ambulamus, ſed incedimus,
exornamus annullis digitos, in omni articulo
gẽma diſponitur, quotidie comminiſcimur per
quę virilitati fiat iniuria. Hæc Seneca. Et iterum
idem Seneca de Benefic. lib. 1. capit. 10. inquit:
Nunc cultus corporum nimius, & formæ cura,
præſeferens animi deformitatem. Scribit Fla-
41 uius Vopiſcus in Aureliano. † Aurelianum nul-
lam veſtem holoſericam, neque ipſum habuiſſe,
in veſtimento ſuo, neque alteri vtendam dediſſe.
& cum ab eo vxor ſua peteret, vt vnico pallio bla
teo ſerico vteretur, illum reſpondiſſe, Abſit, vt
auro fila penſentur. Hinc Volphgangus La-
zius, in Reipub. Romanæ Commentar. lib. 2.
cap. 3. & 4. & lib. 3. Placuiſſe inquit Romanis, vt
veſtitu dignitates ſecernerentur, ac conſtituiſſe
Veſtes Regales, Augurales, Conſulares, Senato-
rias, & Equeſtres. Paludamentum Conſulibus,
vt author Liuius lib.... Trabea Præfectis Præto-
42 rio, Ammianus Marcellinus lib. 26. † Latuscla-
uus Senatoribus. Lampridius in Alexandro. Sic
in qualibet optime conſtituta Republica obſer-
uari percepi, apud Venetos, Genuenſes, Lucen-
43 ſes, & alios. † Apud Gallos erant plures leges Ve
ſtiarię, primo Philippi Pulchri, qua vetaba
plebem

plebem vtriuſque ſexus, Torquem aureum, argẽteum, Annulos, Gemmas, pelles Scythicas, geſtare, Nobilitati permittebat, taxato pro modo prouentuum ſumptu, & quot veſtibus in anno mutare licebat prout ex ſuis Ordinationibus factis in anno 1294. in Camera Rationum eſt videre. Et exactius, ac anguſtius in anno 1565. Carolum 9. Regem veſtium legem conſtituit, quæ & morte, & grauitate pœnæ obſoleta eſt, vt teſtatur Ioan. Bodin. de Repub. lib. 6. cap. 6. Eodem
44 † modo apud Germanos conſtituit Carolus V. Imperator apud Auguſtam Vindelicorum, in anno 1548. vt in Politica Caroli V. Articulo 9. 10.
45 & 11. † Apud Chinos eſt etiam diſtinctio veſtiũ Magiſtratuum, & priuatorum, Nobilium à popularibus, & ſic etiam diuerſum in luctu, vt ſcribit Ioan. Gonzalez in Hiſtor. Chinarum, lib. 1. cap. 10. lib. 2. cap. 8. lib. 3. cap. 10. Petrus de Alfaro in Itinerario Chinarum, cap. 3.

Sed non ſemper ex veſtium ornamento ho-
46 mines iudicandi ſunt, Nam † iuxta illud omniũ Magiſtri, ac Domini Matth. capit. 7. Veniunt ad vos in veſtimentis omnium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Quamquam eo loco veſtimenta pro operationibus exterioribus capiantur. Quod facit ſatis ad rem, de qua agimus, nam ex veſtimentis operationes hominum iudicantur, hinc DEVS dixit ad Iacob Geneſ. capit. 35. Mundamini, & mutate veſtimenda veſtra. Et Salomon in Eccleſiaſte, cap. 9. omni tẽpore ſint veſtimenta tua candida. Et in Canticis Canticorum capit. 4. Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris. Namque facit ad
47 hoc propoſitum † illud Conſularis Viri Herodis Attici, qui illi, qui ſe Philoſophum profitebatur, inquit, video barbam, & pallium, philoſophum nondum video, quod retulit Aulus Gellius Noctium Atticar. lib. 9. capit. 2. Quamquam, ne hoc dignum tanto viro fuiſſe arbitror, qui ne ſtatim quidem in primo illo congreſſu, poterat poſt barbam, ac veſtes, philoſophiæ arcana euomere, in cuius ſecretis enunciandis, occaſio, & tempus intercedere debebant. Sed ad
48 rem redeũdo, inquit Seneca. † Quemadmodum ſtultus eſt, qui equum empturus, ipſum non inſpicit, ſed ſellam eius, & frænum, ſic ſtultiſſimus eſt, qui homines, aut ex veſte, aut ex conditione, quomodo veſtis circumdata eſt, æſtimatta.

49 Veſtes vero † muliebres non ſint, ſed viro dignæ, pro qua re ſufficit me remittere lectores ad Petrum Fabrum in Semeſtrib. lib. 1. capit. 15. & infra lib. 3. capit. 10. numero 2.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

An Iudices, & Magiſtratus debeant eſſe originarij, & ciues, an verò exteri:

COMPENDIVM.

1 *Magiſtratus in Patria, quis eſse nequit, ſine ſpeciali Principis iuſsu, num. 2. 3. 17. 23. 24. 25. 35. & 36.*

3 *Suburbia vrbis, & patria appellatione an contineantur.*

4 *Aditus, ad dignitates debet patere pluribus.*

5 *Ciuis ſolius domicilij ratione, an iudex eſse poſſit.*

6 *Iudex recuſatur a Reo, ſi eſt eiuſdem nationis, cuius eſt actor.*

7 *In Caſtellæ Regno ad regendos populos alienigenæ vocantur.*

8 *In Gallia ciues, & originarij Magiſtratus non deputantur, ſed alienigenę.*

9 *Romani pro transferendis e Græco in Latinum legibus XII. tabulorum, Hermodorum Epheſium exſulem a patria elegerunt, non Romanum.*

10 *Digni mortis pæna Epheſii, quod Hermodorum, quia ſapientia omnibus præſtabat, in exſilium miſerunt, num. 11.*

12 *M. Antoninus Philoſophus Imperator vetuit, ne quis in ſua prouincia ius diceret.*

13 *Imperatorem exterum eligendum eſse dicebat Heirene Imperatrix Conſtantinopolitanorum.*

14 *Mediolanenſes Prætorem exterum elegerunt.*

15 *Cartaginenſes Xantippum Lacedæmonium belli ducem elegerunt.*

16 *Calcidẽſes Braſſida Lacedæmonio, Siculi Gylippo, Aſiatici Lyſandro, Callicrate, & Ageſilao Ducibus vſi ſunt.*

17 *Ciues potius quam Aduenas iuridicundo præficiendos, & ad Magiſtratum gerendum deligendos nonnulli voluerunt.*

18 *Pericles Athenienſibus legem tulit, vt qui vtroque parente Athenienſe oriundus non eſset, Magiſtratuum particeps non fieret.*

19 *Aſiatici nullum aduenam regnare permiſerunt; ſic Abbates Aegyptij populi bellica laude illuſtres, & inuicti.*

20 *Ad beneficia exteri in Gallia non admittuntur.*

21 *Apud Hiſpanos ſimiliter.*

22 *Melius ne Ciues, an peregrini adminiſtrent Reipublicæ munia, & num. 23. 24. 25. 35. & 36.*

26 *Iudex nec prece nec pretio amicorum & ſanguine iunctorum amore aut aliorum odio, vel rancore moueri debet.*

27 *Pauci ſunt, qui affectu ſanguinis non moueantur.*

28 *Amantes de forma iudicare nequeunt.*

29 *Cleonis pulchrum facinus, & memorandum.*

30 *Iudicare volenti neceſsaria ex Boetio.*

31 *Propheta non eſt ſine honore, niſi in patria.*

32 *Subditi non bene obediunt concini. Nimia familiaritas parit contemptum ſub eod. num. 32.*

33 *Iudæus Magiſtratum inter Chriſtianos, pro iuſtitiæ admini-*

administratione perficienda gerere non debet. Limita tamen vt num. seq.

36 *Locumtenens, an sit in patria, & num. 39.*

37 *Magistratus Regij in regno Neapolitano per substitutum non seruiunt.*

38 *Intellectus Const. Duram, & diram.*
Intellectus c. Quia de Vicarijs.

AXIOMA.

Ciues, originariosue, minime Iudices, ac Magistratus creanto.

1 NVlli Iudicum (inquit Leo Imperator) † Patriæ suæ administratio, sine speciali permissu Principis permittatur, l. nulli, quæ est final. C. de offic. rect. prouinc. ob quem text. dici potest, Magistratus aduenas, & exteros creandos esse, nō autem ciues, vel originarios. Alij mouentur ex l. hi, qui. & l. si cui, ff. ex quib. cauf. maior. in quibus dicitur, Præsidem propriæ Prouinciæ, sine speciali Principis permissione, quem esse non posse. Quod ibidem secundum suum intellectū placuit Accursio. Similis est text. in l. fin. ff. de offic. Assess. vbi inde subiecit Bartol. quod in pro-
2 pria patria quis officialis esse non possit. † Quod ante ipsum voluit Innoc. in tract. excep. in Rubr. contra iudicem, col. 1. Ioan. Monach. in Defensor. Iuris. in Rubr. contra Iudicem. Et iterum in Rubr. contra Assessorem. Ludou. Roman. in consil. 216. Electio d. num. 1. Iason in l. si eadem, ff. de offic. Assess. vbi Decius num. 5. allegās text. ab alijs minime adductum ad hunc effectum, in l. 3. C. de diuers. offic. lib. 12. & habetur in l. finali, C. de crimin. sacrileg. Francisc. March. in Decis. Delphin. 614. nu. 1. & 3. vol. 1. Lancelott. Cōrad. de offic. prætoris in princip. num. 17.

3 Prohibentur † autem non solum, qui ex Ciuitate sunt, sed etiam qui ex Suburbijs, cū & Suburbia patriæ appellatione, ac Ciuitatis continēatur, l. vxorem, §. legauerat, l. cuique, ff. de leg. 3. Bart. in l. 2. ff. de verb. signif. Matth. de Afflict. in Decis. Neapol. 384. num. 7. Nec obest, quod dicit Ioan. Papon. lib. 6. tit. 1. Arresto 1. quod sicuti ex Ciuitate eliguntur Magistratus, sic ex Suburbijs. Quia ille loquitur in Consulibus Aedilibus, Decurionibus, & Magistratibus municipalibus, non ad iustitiam ministrandam deputatis, sed ad gubernationem corporis Ciuitatis, quos
4 oportet esse ex eodem loco, vt † pluribus personis pateat aditus ad dignitates patriæ, l. ad rempublicam, ff. de munerib. & honorib. l. qui ex vico, ff. ad municip. de incol.

5 Ad originarij similitudinem † prohibetur & ciuis, ratione solius domicilij in Ciuitate, aut loco habitationis ius dicere vt post Alberic. de Rosate, voluit Philipp. Decius in d. l. si eadem, num. 5. & 6. Quamquam nonnulli quærant hanc opinionem impugnare, tamen textum habemus clarum, qui cauillari nequit, In d. l. 3. C. de diuers. offic. ibi. [In qua collocauerit larem] eo q. casu vt ibi dicit Accurs. non sufficit sola domicilij constitutio, nisi animo ibidem domicilium constituendi fiat, arg. l. ciues, C. de incol. lib. 10. vbi glossa notabilis, quam magni facit Ludouic. Roman. in consil. 47. Visis, nu. 5. & ante ipsum Bald. in consil. 460. num. 3. vol. 1. Alexan. in consil. 155. num. 3. vol. 2. Marian. Socin. iun. in consil. 148. num. 4. volum. 3. latè Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. quæst. lib. 2. Centur. 1. Casu 86. quos refert Virgin. Boccat. in Constit. Picentina, Gloss. 6. num. 64.

6 Hinc † Reus recusat Iudicem, qui eiusdem sit nationis, cuius est Actor, c. accedēs, secundo, extra, Vt lite non contest. cum suspitionem inducat, vt voluit Abb. Panorm. in c. postremo, col. finali, de appellat. Carol. de Grassalio Regalium Franciæ lib. 2. Iure 8.

7 Hispanorum † antiqua lege in Castellæ Regno ad regendas Prouincias alienigenę præponuntur, vti refert Ludouic. Gomez in Regulis Cancellarię, de Idiomate, q. 1. vbi inuehitur cōtra Valentinos contrarium obseruantes, & seipsos ex causa, intestinis discordijs, atque seditionibus profligantes.

8 Apud † Gallos etiam Philippi Pulchri, & Carolli V. Regum ordinationibus cauetur, alienigenas admittendos ad illius Regni officia ministranda. Et in originis loco non posse præfici in Officio Seneschalli, Præpositi, Iudicis, Vicarij, vel Balliuij, aliquē, vt voluit Guliel. Benedict. in Repet. c. Rainutius, in verbo, vxorem nomine Adelasiam, nu. 489, de Testament. Et proinde refert, ex Roberto, Guaghino Histor. lib. 9. cap. 1. eumdem Carolum in Curia Parisijs cōgregata, omnibus inauditis, ex eius ministris, & ex Senatorio ordine, Camera computorum, alijsq. Decurijs, ea ex causa vigintiduos amouisse.

9 Romani, † qui cunctis mundi gentibus, gubernandi exempla tradidere, vt transferrent è Græco in Latinum Leges duodecim tabularū, Hermodorum Ephesium virum grauem exsulantem, non autem ciuem elegerunt, qui expulsus fuerat ab Ephesijs; de quo Pomponius in l. 2. §. exactis, ff. de origine iur. & Plinius lib. 14. c. 5. vbi dicit à Romanis pro eadem causa, fuisse eidem in Comitio Statuam erectam. De eo Diogenes Laertius in Heraclito Ephesio, lib. 9. inducit ver-
10 ba Heracliti dicentis: † Merentur Ephesij omnes adulti mori, impuberibusq. vrbem relinquere, quoniam Hermodorum ciuium præstantissimum expulerunt, dicentes: Nostrum nemo inęqualis sit, quod si quis erit talis, cum alijs eijciatur. Et Cicero Academicar. quæst. lib. 5. ex Heraelito idem retulit. Et Strabo lib. 14. ait: Di-
11 gnos esse Ephesios omnes strangulari, † qui Hermodorum virum inter eos frugi, eiecerant, dicentes, nemo nostrum frugi esto, alioquin cum alijs eijciatur. De hoc Neapolitanus noster Alexander ab Alexādro, Dier. Genialium, lib. 5. cap. 18. Quod compar (inquit) cum Ephesijs fuit, qui cum vitijs inquinatissimi essent, Neminem frugi viuere passi sunt, Hermodorumq. quod vir probatissimus esset, vrbe exegere, qui Romæ postea leges Decemuirales interpretatus, Statua in Comitio à populo donatus fuit. De eo etiam è nostris

ſtris Hieronym.Cagnol.in d.l.2.nu.71.ff.de orig. iur. Eodem modo idem Romani in Senatum allegerunt Heduos Gallos, & ſoli Gallorum cũ Romanis fraternitatem vſurpauerunt, vt ſcribit Cornelius Tacitus Annalium lib. 11. quod magni facit & ipſe Heduenſis Bartol. Caſſanæus in Conſuetud.Burgundię,in Proemio,verbo Meſſire Ferri de Chigny.num.11.& 36.& Alexander ab Alexandro Dierum Genialium lib.4.cap.10.

12 Vnde † Marcus Antoninus (Philoſophus appellatus) Imperator,lege prohibuit, quò neminem in ſua prouincia officium adminiſtrare permiſit;cui cauſam dedit Auidius Caſſius, qui cum Syriæ,ex qua ipſe oriundus erat,præeſſet, a fide deſciuit Imperatoris,& Tyrannidem arripuit,in qua interfectus eſt. Eutropius rer. Romanar.lib. 10.capit. 5. Ioannes Zonaras Annalium lib. 2. Iulius Capitolinus in Marco Antonino Philo-
13 ſopho. Heirene † Alexij Imperatoris Conſtantinopolitani vxor,Imperatorem ciuem relinquendum non eſſe aſſeruit, ſed alienigenam quærendum. refert Nicetas Choniata Annalium Conſtantinopolitanorum lib.1.in Ioanne Comneno.

14 Sic Mediolanenſes Henrici IV. Imperatoris tẽpore,Vrbi Prętorem elegerũt exterum,vt refert Carolus Sigonius Hiſtor.de Regno Italiæ,lib.10. Legebatur porrò (inquit) Prætor ex ea Vrbe, ex qua Conſilio placuiſſet, modo ne propinquus eſſet alicuius eorum,qui legerent, neque poſſeſſionem in Vrbe,agroue haberet.

15 Quinimo etiam † in bello ducibus exteris vſi fuere Carthaginenſes,quale fuit cum Xantippũ Lacedemonium elegerunt, quo tempore contra M.Attilium Regulum victoriam habuerũt. De qua Liuius lib.28. Eutropius rerum Romanat.lib.2. & Cicero Offic. lib. 3. Simili modo
16 † Calcidenſes cum Braſſida Lacedęmonio, Siculi cum Gylippo, Aſiatici cum Lyſandro, Callicrate, & Ageſilao Spartiatos vicerunt. Thucydides belli Peloponeſiaci lib.6.in fine,& lib.7.ſic etiam Florentini, vt tradidit Ioannes Baptiſta Pigna,de Principe,lib.2.

17 In hac controuerſia † nonnulli contrarium tenuerunt, quod melius ſit Magiſtratui adminiſtrando Ciues, quam Aduenas præponere, & in hoc eſt textus in l.finali, C.de offic. Prætor.& voluit ante eos Ariſtoteles Politicor.lib.5.cap.8. & è noſtris tradidit Lancelott.Conradus, de Decurionibus,num.62.cum pluribus ſeqq. Quod com
18 probatur exemplo † Periclis,qui inter alios legẽ ſcripſit Athenienſibus, quod Reipublicæ particeps non eſſet, qui vtroque Athenienſi parente natus non eſſet, vt refert Aelianus de varia Hiſtoria,lib.6.& lib.13.& è noſtris Ferrandus Adduenſis Explicationum lib.1.cap.12.

19 Hinc Aſiæ † gentes libertatem ſeruantes, nullum Aduenam regnare paſſi ſunt;Sic etiam Abbates populi inter Aegyptum & Syriam bello numquam expugnari potuerunt, neque vlli vnquam externo Regi,non Aſſyrio,non Medo,nõ Perſæ parnerũt,qui ipſi Macedonũ Reges numquã eos ſubigere,quamtumuis magnis copijs ſtipati, valuere,vt teſtatur Diodorus Siculus lib.3.

20 Eadem forte † ratione ad beneficia exteri in Gallia non admittuntur, Gloſſ. in Proem.Prag. Sanctionis, in verbo exterorum. Ioan. de Selua, in tract.de Benefic.parte 2.quæſt. vltima. Guliel. Benedict.in c. Rainutius,in verbo Vxorem,in fine,de teſtament. Petr. Rebuff. de Pacific. poſſeſſorib.num. 217.& in Proœm. Concordat. in verbo, cum peregrini, & in Conſt. Franciæ, tomo 2.titulo de aliter natural. Gloſſ. 2. num.2. Franciſc. Marc.in Deciſ.Delphin.674. nu.4. & in De-
21 ciſ.1371.num.9.vol.1.ſimiliter, † & in Hiſpania id obſeruatur, vt vltra omnes nos ſcripſimus,de Regis Catholici præſtantia, cap.51. vbi plenè.

Vnde Franciſc. Patritius,de Inſtit. Reipub.lib. 3.titulo 2.inquit: Ego autem rem non multis abſoluendam eſſe cenſeo,ſi optimè conſtituta Reſpublica eſt, & legibus, moribuſq. omnes pro-
22 be auſcultent,† longe melius ciues imperabunt, quam peregrini,quod quidem non ſolum ex Romanis, Carthaginenſibus, Athenienſibus, Lacedæmonijs,alijſq. compluribus videre licet, qui Magiſtratus omnes ſuis ciuibus incolas tradunt, verum ex inclyta Venetorum Republica,in qua peregrinis nullus eſt locus, & tamen Iuſtitia,nec ſeueritas deeſt. Quam opinionem ſequitur Bartol. Caſſanæus in Catalogo Gloriæ Mundi, parte 11.Conſideratione 22.idem concludit Laurentius Grimalius de Optimo Senatore, lib.1.Ciuis igitur, inquit, ſuæ patriæ ſit Senator, nulli vnquam externo, peregrino, aduenæ, in ea poſtponendus,horum enim conſilia, non modo ſuſpecta,ſed pernicioſa,peſtiferaq. iudicanda ſunt.

Ego autem,cũ in hac parte, diuerſa vtrimque ſententias aſpiciam,non negauerim in Republi-
23 ca, † quæ ex ſeipſa regitur, potius ciuem, ſubditumq.admittendum fore,quam peregrinum,ob Reipublicæ ſuſpitionem, ne exteri ſecreta illius cum ſciant,proditionem aliquam moliantur. In Regnis verò,ac Dominijs, in quibus de Monarchico ſtatu agitur, nihil refert, quod peregrini admittantur; Quinimmò nec peregrinos ego appellauerim, quod Rex Catholicus Cõſiliariũ Hiſpanum in Senatu Neapolitano, vel Neapolitanum in Senatu Hiſpanico, aut alio eius conſeſſu collocet,omnes enim tunc, & peregrini reſpectu Patriæ,& Ciues ac ſui,reſpectu Regis,dicantur. Quoad gubernandas Ciuitatum, & Caſtrorum res,ac corpus Communitatis, melius id fa-
24 ciet originarij,ac Ciues,quam Aduenæ, † Secus autem vbi tractatur de adminiſtratione Iuſtitiæ alicui populo,aut Ciuitati.arg.l.omne delictum, §.exploratores, ff. de re militari Zenzelinus de Caſſanis in Extrauag. Execrabilis, Ioan. XXII. & voluit Carolus de Graſſalio Regalium Franciæ lib.2.Iure 8. Hinc Lacedemonij cauerunt,publico officio neminem, niſi Ciuem præponi, vt teſtatur Plutarchus in Lycurgo.

25 Prima ratio,illa videtur,quia † originarius,vel Ciuis,cum habeat ibidem ſanguine coniunctos, amicos,& familiares, non ratione aut iure, ſed animi, & ſanguinis affectibus moueri poterit, a ſcopo veritatis,ac iuſtitię aberrando,partium diſcordias, & ſimultates fouendo, vel alteri parti inclinando , contra notata à Bart. in tract. de Guelfis,& Gibellinis,& per Foller. in Praxi Criminali,

26 minali,§.Studeat se ornare, num.4. Nec † enim
prece,pretio,amicorum, affinium, ac sanguine
iunctorum amore, aut aliorum odio, vel ranco-
re iudex moueri debèt,c.t.3.q. 5. & c. quattuor,
c.quicumque,11.q.3.c. cum æterni, de re iudic.
lib.6.Clementina t.vbi Glos.Cardinal. & alij,de
Hæret. quibus iungi possunt tradita per Andr.
Tiraquell. in tractatu de Pęnis. Causa 5t. num.
65.& 81.vbi nonnulla citat ex Platone, & Theo-
phrasto,quod sanguinis intuitu multaq; fiant a iu-
sto seiuncta,& aliena. Nemo enim carnem suam
odio habuit,c.Non existimemus,13.q.2.Admo-
27 dum † enim pauci inueniuntur, qui carnis affe-
ctione non ducantur,vt dixit Petr.Rebuf.in Cō-
cord.Franciæ, in titulo de Elect. in Rubr. in ver-
bo,Sanguinis.Qui autē de rebus consulunt, hos
ab odio,amicitia,ira,atque misericordia vacuos
esse decet, haud facile animus verum prouidet,
vbi ista officiunt,vt inquit Sallustius in bello Ca-
28 tilinario. Et sicuti † amantes de forma iudicare
non possunt, quia sensum oculorū premit amor,
ita omnem inquirendæ veritatis rationem iudex
amittit occupatus affectibus,æstu fertur, & velu-
ti rapido flumini obsequitur, vt inquit Fabius
Quinctilianus Instit. Orator.lib.6.c.2. Commi-
serationem enim excitant, affectusq. mouent,
vxorum,amicorum, ceterorumq. similium in-
ductiones: vt inquit Hermogenes Tharsensis in
Rhetoricis de Statibus,lib.1.cap.14. Ni facerent
29 † omnes illud Cleonis, qui cum primum Rem-
publicā attingere destinauit, vocatis amicis om-
nibus,soluere se dixit amicitiæ vincula, vt refert
Plutarchus in Politica, vbi rationem subiungit,
Solere amicitias, pleraque iusta, & recta subuer-
tere,quod homines Rempublicam administran
tes,vtpotè affectu,& mollitie occupatos, sępenu
mero a via deduci contingat recti officij. Hæc
30 enim inste iudicare volenti necessaria sunt,quæ
scribit Boetius de Consulatu Philosophico, lib.
1.metro.7.

Tu quoque si vis — *Pelle timorem,*
Lumine claro — *Spemq. fugato,*
Cernere verum, — *Nec dolor adsit,*
Tramite recto — *Nubila mens est,*
Carpere callem, — *Vinctaq. frenis,*
Gaudia pelle, — *Hac vbi regnant.*

Illum, qui in patria sua recte ius dixerat,laudat
Aurelius Cassiodorus Variarum lib. 1. Epistola
3. Egisti, inquit, per cuncta iudicem totius erro-
ris expertem, nec inuidia quempiam deprimēs,
nec gratia blandiente sublimans,quod cum vbi-
que sit arduum,tamen fit in patria gloriosum, v-
bi necesse est, vt, aut gratiam parētela prouocet,
aut odium longæ contentiones exasperent. De
his autem longè plura nos tradidimus de Regis
Catholici præstantia,cap.21.

Secunda ratio, quare quis in patria iudicare
prohibeatur, est quia difficilè illi parerent subdi-
ti, cum iuxta illud proditum ex ore Domini no-
stri Iesu Christi apud Matth.capit.13. Marcum
31 cap.6.Ioannē cap.4.dicentis:† Non est propheta
sine honore, nisi in patria. Quia iuxta illud D.
Thomæ,Nimia familiaritas contemptum parit.
32 Nam † subditi nō obedirent, vt dicunt Accurs.
& Bartol.in d. l. finali, ff. de offic. assessor. Hinc
Francisc.Petrarcha Epistol. famil.lib.t. Epistola
1.inquit,quod nascitur ex familiaritate contem-
ptus, & difficulter ei subditi obedientiam, reue-
rentiamq. præstabunt. Et sic pro Regula Con-
clusio remanebit, Iudicem quem fieri non posse
in sua patria.

33 Declara primo procedere, dum † tamen ille
exterus Magistratui præficiēdus sit Christianus,
non autem Iudæus, qui ad officia iustitiæ admi-
nistranda præfici Christianis non debet, l. fin. C.
de Iudęis. Andr. de Isern.in Const. Regni, Si
quis in posterum,vbi Afflict. num. 40. latissimè
Marquard.de Susannis,in Tract. de Iudæis, par-
te 2,capit.6.num.13.cum pluribus seqq. August.
34 Berous in Consil.28.num.77.volum.3.† Nisi ad
Christianam fidem per Baptismatis lauacrum
venerit, vt voluit Ludouic. Roman. in Singul.
672.Iason,& Claud. de Seisel.in Rubr.ff. de iust.
& iure. Alfan.in Collect.Iuris Ciuilis, 55. Quod
subintelligendum erit, dummodo non sit noui-
ter ad fidem conuersus, quod is non ita propere
admitti debeat,est text.in c.constituit,vbi Glossa
17.q.4.Andr. Tiraquell. de Pęnis, Causa 51.nu.
t9.Marquard.vbi supra,lib.3.capit.5.num.7.no-
uissimè Simon Maiolus de Irregular. lib. t. cap.
3t.num.6.lib.5.cap.5t.num.14.

35 Declara secūdo,† in loco originis posse quem
Magistratum gerere si domicilium alibi transtu
lerit,prohibitio enim potius incolatum, quam
originē respicit, vt voluit Cin. Guil. de Cuneo,
& Francisc.de Albergotis, in d.l.si eadem,ff.de
offic. Assessor. Bartol. Socin.in consil.79.nu. t8.
vol.4.Hippolyt. Bonacossa,in Quæstionibus Cri
min.§.originarius. Sed cōtrarium quod assessor
non possit quis esse inter ciues,tenuit Bartol.in
l.finali,ff.de offic.Assessor.& Lancelott. Cōrad.
in Templo Iudic.lib.2.cap.6.§.t.num. 2.

30 Declara tertiò † nec locumtenentes, aut sub-
stitutos posse ius dicere in propria patria, vt te-
nuerunt Martin.Laudens.& Iason,in d.l.si eadē,
ff.si cert.petat.Hinc Ioan.Rōchegall. de duobus
reis,in l.5.nemo est, num. 35. tradidit cautelam,
quod quando acciderit Magistratum aliquo iu-
sto impedimento absuturum, quod caueat relin
quere locumtenentē aliquem ex ciuibus loci,
in quo officium gerit. Sed contrarium tenue-
runt Gul.de Cuneo, & Alberic.in d. l. si eadem,
& ita obseruari in Regno Neapolitano de con-
suetudine scribit Matth.de Afflict. in Const.Re-
gni, Puritatem,§. Magistri Camerarij, num. 9.
quam dicit esse vetustissimam, obtinentem vim
priuilegij,arg c.super quibusdam,§. præterea,de
verb.signif.cum simil. Et in istis officijs plurimū
valet consuetudo,quæ obseruanda est; Innocen.
in c.t.de Offic. Archidiac.Bald.in l.de quibus,ff.
de legib.Martinus Laudens.de officialib. domi-
nor.§.52.

37 In Regno tamen † Neapolitano in Magistra-
tibus regijs, qui discedere nequeunt absque Re-
gia licentia,seruire minime possunt per substitu-
38 tos, ac locum tenentes, † vt in Constit. Duram,
& diram,& in c.Quia de Vicarijs; de quorum in-
tellectu tractat Robert. Maranta, in Speculo
aureo,

auro, distinct. 5. num. 17. & 18. Et nouissime cautum est Pragmatica facta in anno 1536. à Carolo V. Cęsare inuictissimo incip. Prohibemus, sub
39 titulo de Officio Iudicum. Quo vero † ad locũtenentes aliorum Magistratuum Baronalium, Sacrum Consilium pluries decreuit, quod ponantur exteri, & quod ciuis nõ sit nisi spacio dierum quindecim, & ita decreuit pro patria mea.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Quæ ætas Magistratus esse debeat? qua ætate Consules? Senatores? aliiq. Romani Magistratus? quæ Pontificum? aliorumq. latè describitur.

COMPENDIVM.

1 *Aetas hominum alata fingitur.*
2 *Viuere diu nil aliud est quamdiu torqueri.*
3 *Mors remedium est, non pœna.*
4 *Iudicis ætas qualis? num. 8. 9. & 10.*
5 *Vdalrici Zasii opinio damnatoria.*
6 *Pauli Manutij opinio corrigitur.*
7 *Suetonij Tranquilli locus in Augusto declaratur.*
8 *Intellectus, l. quidam consulebant. ff. de re iud.*
10 *Minor iudicare nequit.*
11 *Prædicator trigesimum ætatis annum habere debet; sed vide num. 12.*
CHRISTVS, qua ætate prædicauerit.
12 *Adolescentes sapientia, & scientia præditi a prædicationis munere non arcentur.*
Iuuenili ætate prædicasse Hieremiam, Ezechielem, Salomonem & alios, sub eod. num. 12.
13 *Pontificum, ac Prælatorum ætate qua.*
14 *Episcoporum ætas, & num. 16.*
15 *Summus Pontifex Episcoporum omnium primus.*
Ecclesia Romana aliarum omnium Ecclesiarum matrix, magistra & domina.
16 *Clementis Romani de Episcoporum ætate opinio.*
17 *In Episcopo vitæ, ac morum grauitas attenditur.*
18 *Cardinales cuius ætatis esse debeant.*
19 *Abbatis, & Abbatissæ ætas, num. 20. 21. 22. & 23.*
23 *Intellectus Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 7.*
24. *Canonici ætas quæ? & num. 25. 26. 27. & 28.*
28 *Intellectus Concil. Trid. sess. 22. c. Quicumque 4.*
29 *Curati, siue animarum curam habentes, qua ætate esse debeant, num. 30.*
31 *Prioris Conuentualis, vel Claustralis ætas, & num. 32.*
23 *Dignitas habens annexam curam qua ætate debeat esse, & qua sine cura.*
34 *Quando Episcopus dispensare possit in ætate.*
35 *Papa conferens indigno scienter, videtur cum eo dispensare, secus in inferiore.*
36 *Tonsura prima appellata quam ætatem desideret.*
37 *Subdiaconi ætas, & num. 41.*
38 *Diaconi ætas, & num. 41.*
39 *Presbyteri ætas, & num. 41.*
40 *Intellectus Concil. Trid. sess. 23. c. Nullus 12.*
42 *Romanorum lex super Magistratuum ætate.*
43 *Tribunatus, Aedilitatis, Præturæ, Consulatus ætas.*
44 *Senatorum ætas, & num. 46. & 47.*
45 *Iuuenes in Senatu Romano non admittebantur.*
47 *Senatores Pedarij quare sic dicti, & num. 49.*
48 *Senatores, qua pompa in Senatum veherentur.*
50 *Virtutis robur ætatem vincit.*
51 *Militum Romanorum ætas quæ?*
52 *Doctorum ætas, & num. 53.*
54 *Plures ad frugum metam peruenirent, nisi se peruenisse putarent.*
55 *Procuratorum ętas, & nu. 56. 57. 58. 59. 60. 61. & 63.*
61 *Aduocati ætas.*
62 *Procurator obligatur actione mandati.*
64 *Protonotariorum ætas.*
65 *Tabelliones, Notarij, Actorum scriptores, qua ætate, & num. 66.*
67 *Intellectus Const. Regni, Minorum iura.*
58 *Iudices contractuarij in Regno Neapolitano, qua ætate.*
69 *Testium ætas, & num. 70. 71. 72. & 73.*
74 *Matrimonium contrahentes, qua ætate esse debent, & num. 76. & 78*
75 *Quid in contrahendis sponsalibus. & num. 78.*
77 *Matrimonium inter alias causas in lasciuientis carnis remedium fuit institutum.*
79 *E duobus, Iuuenis ne, an senex in Magistratum eligendus.*
80 *Triumphus Pompeo iuueni datus L. Cornelij Syllæ opera.*
81 *Plinius Nepos Augur.*
82 *M. Tullius Cicero Augur.*
83 *Laus ætatis senilis remissiue.*
84 *Prudentia ingenio, non ætate æstimatur.*
85 *Aetati maiori ceteris paribus defertur.*
86 *Quibus modis ætas probabitur.*

AXIOMA.

Eetate legitima Magistratus sunto.

Mortalis hæc vita nostra, qua viuimus, principio, fineq. distincta est, suas habet ætates, & metas, terminosq. quos omnium sator DEVS cui-
1 que pręfixit, † & alata fingitur, vt quę quotidie ad vlteriora procedit, & volet, vt dicit Marc. Mantua, Dialogo Historologico 45. num. 57. Classe secunda, de qua vitæ breuitate aliqua tetigi de Compromiss. in Præfatione. Vnde Iob cap. 14. dicitur: Homo natus de muliere, breui viuens tempore. Et Augustinus de Verbis Do-
2 mini Sermone 17. † Quid est diu viuere, nisi diu torqueri; & sermone 40. Diu viuere, nil aliud est, nisi ad finem currere. Hinc Francisc. Petrarcha ait, quod quilibet Dies gradus est ad mortem. Et Ambrosius in Sermone de Quadragesima, Tantis malis hæc vita repleta est, vt comparatio-
3 ne eius; † mors remedium putetur esse non pœna,

ra, nam ideo breuem illam DEVS facit, vt molestiæ eius, quæ prosperitate vinci, vel tolli nō poterant, temporis exiguitate finirentur. Vnde Horatius, lib. 2. Ode 4.

Heu heu fugaces, Posthume, Posthume,
Labuntur anni.

Et Seneca in Hercule Furente, cap. 3.
Dum fata sinunt,
Viuite læti, properat Cursu
Vita citato, volucriq. die
Rota præcipitis vertitur anni.

Et Silius Italicus Bellorum Punicorum lib. 15. pulchrè ait:

Huc aduerte aures, cur it mortalibus æuum,
Nec nasci bis posse datur? fugit hora, rapitq.
Tartareus torrens, & secum ferre sub vmbras
Si qua animo placere negat?

Sicut igitur, & Mundi ætas ab eius exordio ad finem vsque suis sex terminis distinguitur, sic operæ pretium erit, eum, qui Magistratus officium capturus erit, legitimæ ætatis esse.

4 Iudicis † ætatem, per Legem Iuliam, non minorem viginti annorum esse debere vt iudicare possit, retulit Callistratus I.C. in l. cum lege, ff. de Arbitr. cuius legis solum eumdem Iurisconsultum meminisse dicit Vdalrichus Zasius in Catalogo Legū antiquarum, in titulo de Lege Iulia Iudiciaria, vbi dicit, fuisse illam abolitam Tribo-
5 niani opera, quod † an verum sit ipse sibi diuinet; eiusdem legis simili modo referendo eumdem I.C. meminit Francisc. Hotoman. in §. Lex Iulia de Iudicijs, post librum de Comment. verbor. Iuris. Eamdem refert Paulus Manutius in lib. de Legibus, vbi aliud aduertit Manutius, legē fuisse, ne quis intra trigesimum ætatis annum iudicaret, dicitq. hoc facile conijci posse, ex dicto Suetonij Tranquilli in Augusto, vbi dicit, Iudices illum elegisse a vigesimoquinto ætatis anno, id est quinquennio maturius quam delegi solebant. Sed vir hic eruditissimus, & Romanarum
6 antiquitatum scrutator diligens, aut † litteram Tranquilli habuit mendosam, aut errauit, credens annum trigesimum iudicandi muneri sta-
7 bilitum, nam † in codice meo Sueton. in Augusto, cap. 32. & alijs pluribus, quos ex professo conspexi, dicit hæc verba. Iudices à trigesimo ætatis anno allegit, id est quinquennio maturius, quam solebāt. Quod ego iudico aliter, quam ipse, alijq. interpretes ibi statuerunt, qui intellexerunt, maturius, id est quinquennio antequam erat stabilitum, iudicantes stabilitam ætatē triginta quinque annorū, cum dicere voluerit Suetonius ętatē iudicandi ante Augustum fuisse quidē annorum vigintiquinque, sed illum voluisse iudices quinquennio maturius, non tempestiuè, vt ipsi dicunt, sed maturioris ętatis, vt esse deberent annorum triginta, & sic annosiores, iuxta illud Ciceronis ad Sulpitium Epist. Familiar. lib. 4. Hoc studium quotidie ingrauescit, maturitate, credo ætatis ad prudentiam. Fructus tunc maturi dicūtur, quando in fine perfectionis existunt. Hinc Ioseph. Genes. capit. 40. inquit, post flores vuas maturescere, & Ioan. Apocalyps. cap. 14. Maturæ sunt vuæ eius, & Virgilius lib. 5. Aeneidos.

Aeui maturus Acestes.

At Vlpianus in l. quidam consulebant, ff. de re
8 iudic. inquit, minorem viginti † quinque annis posse iudicare, & sic concordat cum dicto Suetonij, vt ante Augustum Iudex viginti quinque annis esse potuerit ætatis, minorem verò annorum decem octo, iudicare non posse; Post Azonem, & Roffredum Beneuent. Specul. in tit. de iudic. de leg. §. excipi potest, num. 2. versic. Item quod est minor, vbi dicit Iudicem ordinarium debere habere, siue attingere vigesimum quintum annum, & maiorem decem, & octo, non
9 nisi de partium consensu; † minorem verò decem, & octo, non nisi datus fuerit à Principe, quia videtur tunc habilitatus. Ioan. Monach. in Defensor. Iuris, Rubrica contra Iudices, colum. 1. Quintil. Mandos. de Aetate minori, capit. 5. num. 76. Claudius Cantiuncula, de officio Iudic. lib. 1. capit. 3. Annumq. quartum, & vigesimum esse legitimum concludit Francisc. Patrit. de Institut. Reipubl. lib. 6. sequitur Francisc. Marc. in Decis. Delphinali, 629. num. 9. volum. primo. Maiolus de Irregularit. lib. 1. capit. 30.
10 num. 3. Minor † autem iudicare minime potest, l. cum prætor, ff. de Iudic. quod intelligitur de minore decem, & octo annorum, vt ibidem, & in dicta l. quidam consulebant, & voluit Gloss. in l. pen. C. qui ætate vel profess. lib. 10. Iacobus Cuiac. Obseruat. 30. lib. 17. Hieronym. Treutler. Disputat. Selectar. lib. primo. Disputat. 12. Thesi 7.

Non debet autem hoc mirum videri, quod ætas legitima in Iudicibus, ac Magistratibus requiratur, quando ferè in cunctis mundanis hominum actibus quędam stabilita ętas requira-
11 tur: nam & † prædicatores, prædicantes verbum DEI, legitimam ętatem habere debent, saltem trigesimum annum, qua ætate Dominum Nostrum IESVM CHRISTVM prædicasse
12 legimus, c. Presbyter, 78. distinct. † quamquam adolescentes celebris vitæ, & scientia, ac sapientia prediti, ac prędicationis munere non arceantur cap. secundum Ecclesię, vbi Doctores, 19. distinct. qua iuuenili ętate prędicasse Hieremiam, Ezechielem, Salomonem, Ioannem Baptistam, Ioannem Euangelistam, Paulum, & alios, legimus, vt in dicto capit. Presbyter, & voluit S. Antoninus Florentinus in Summa, parte 3. titulo 18. capit. 4. & latius materiam tractauit Petr. Rebuff. in Concordat. Franc. tit. de Collat. §. 1. in verbo, Prędicationis, versic. cuius ętat.
13 Pontificum, † Cardinalium, Archiepiscoporum, & Episcoporum ętates, scripsere Alexander PP. III. in suis Constitutionibus, capit. 3. & cap. 25. par. 1. Concil. Lateranense sub Leone X. Sessione 9. Petr. Rebuff. in Concordat. in Forma Mandati Apostolici, in verbo, pro expressis,

versic. vig. simonono, Ioan. Sotteall.in Summa Pontificalium, §. Beneficium, num. 6. Dominic. de Soto, de Iustit. & iure lib. 3. quæst. 6. articulo 2. in fine, Iacob. Philipp. Portius, in consil. 39. nu.
34 37. Trigesimus† etenim annus omnibus Episcopis statutus est, in capit. cum in cunctis, de elect. post alios Ioannes Corasius in Paraphrasi Sacerdot. cap. 3. per totum. Ioannes Nicol. Gimonteus in Enchiridio Benefic. titulo 1. capit. 7. nu. 3. Nam & Summus Pontifex Episcopus nominatur, & sicuti Petro datus est primatus om-
35 nium Episcoporum, sic etiam Summus† Pontifex primus est Episcoporum omnium, eiusq. Ecclesia, aliarum Ecclesiarum omnium matrix, & magistra, ac domina, quod latè ex Sanctorum Patrum, & Ecclesiæ Doctorum probat traditione Thomas Campegius in tract. de Potestate Summi Pontificis, capit. 6. Ioannes de Capistrano, de Potestate Papæ & Ecclesi. Ioan. Paulus Lancelot. Instit. Canonicar. lib. 1. tit. de Episcopis, §. finali, latissime Ioannes Eckius Locorum Communium contra Hereticos, cap. 3. Francisc. Duarenus (licet satis frigidè) de Sacris Ecclesi. Minist. capit. 10. Marc. Anton. Cucch. Institut. Canonicar. maior. lib. 2. tit. 2. per totum. Simon Maiolus de Irregular. lib. 1. cap. 10. Carolus Sigonius de Regno Italiæ, lib. 14. qui meminit Constitutionis Concilij Lateranensis. Paulus Grysaldus Decision. Catholicar. §. Papa, num. 1. cum pluribus seqq. Lancelott. Conrad. In Templo Iudicum, lib. 2. capit. 1. §. 1. In verbo clauibus vtitur, per totum. Anastasius Germonius de Sacror. immunit. lib. 3. capit. 5. num. 45. & sequentibus.
36 Etsi† Clemens Romanus, Constitution. Apostolic. lib. 2. capit. 1. dicat, non creari Episcopum minorem annorum quinquaginta, quod in illa ætate iuueniles perturbationes, & externas calumnias superauerint; Tamen ibidem dicit iuuenem etiam admitti, qui testimonium eorum
37 habeat, quibus cum vixit. Quasi† quod attendi debeat vitæ, ac morum grauitas, quibus commendetur; quod optime aduertunt pro tempore Summi Romani Pontifices, & Cardinalium Collegium, quibus non nisi explorata sit fide grauitas, promouendi ansa minimè
38 placet. In Cardinalium vero ætate, est in potestate Pontificis dispensare quia in habentibus ordines sacros, creantur illius ætatis, cuius ordo requirit, vt post Concil. Tridentinum aduertit Alfonsus Hoieda de Benefic. compatib. & incompatibil. parte secunda, capit. 24. numero 27.
39 Abbatis,† & Abbatissæ ætas, ea est, quia ætas Abbatis est vigintiquinque annorum, vt argum. dicti c. cum in cunctis, voluit Oldrad. in cons. 14. num. 9. Francisc. Marc. in dicta Decis. 1086. volum. 1. Rebuf. in Concord. Franciæ, titulo de Regia ad prælatur. nominat. faciend. §. Monasterijs, in verbo, viginti trium annorũ. Lancelott. Conrad. in Templo Iudic. lib. 2. cap. 7. num. 10. & 46.
40 Quoad† Abbatissam tamen, Paulus Apostolus 2. Thimoth. capit. 5. dicit Viduas non esse eligendas, nisi sexagenarias. Quod videtur secutus Gregorius magnus in Registro, quod est
41 deductum in cap. Iuuenculas, † 20. quæst. 1. vbi inquit, Iuuenculas fieri Abbatissas, vehementissime prohibemus. Et postmodum subsequitur in textu: Nullam igitur fraternitas tua, nisi sexagenariam virginem, cuius vita, ac mores hoc exegerint, velare permittas. Sequitur D. Hieronymus aduersus Iouinianum, lib. 1. & habetur in cap. quomodo, 31. quæst. 1. intelligunt tamen non sexagenariam ætate, sed vitæ continentia, vt dicit Glossa, in c. Iuuenculas, verum tamen Bonifacius VIII Summus Pontifex in capit. Indemnitatibus, de elect. in 6. voluit Abbatissam, vel Priorissam in Monasterio, quod per ipsam
42 gubernatur, debere esse annorum † triginta. Sequitur Ioan. Corasius in Paraphrasi Sacerd. capit. 3. num. 7 Ioan. Nicol. Gimonteus in Enchirid. tit. 1. num. 6. vbi corrupte dicit, debere esse annorum vigintiquinque, cum dicere voluerit triginta. Petr. Gregor. Syntagmat. Iuris vniuers. lib. 15. capit. 13. num. 10. Anastasius Germonius de Sacror. Immunit. lib. 3. capit. 10. num. 30. Hodie autem per Concilium Trident. sess.
43 25. tit.† de Regul. capit. 7. Abbatissa, prouisum est, debere esse annorum quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Et si in eodem monasterio his qualitatibus prędita non reperiatur, ex alio eiusdem ordinis eligi possit. Si superiori, qui electioni præest hoc incommodum videatur, eligitur ex eodem Monasterio, quę non habeat nisi triginta annos expletos, & quinquenio post professionem recte vixerit. Sequitur Marc. Anton. Cucch. Instit. Canonicar. maior. lib. 3. titulo 3. num. 65.
44 Canonicus non † est impubes, cap. super inordinata, de prębend. nisi sit maior septennio, quę posse etiam in Cathedrali Ecclesia Canonicum
45 fieri, communiter † receptum est, vt per Abb. Panorm. in dicto capit. super inordinata, num. 4. 6. & 12. Rota in Antiquis in Decision. 204. Nota quod minor, Gemin. in capit. si eo tempore, sub num. 8. vbi etiam Philipp. Franc. colum. 2. versic. de Canonicatibus, de rescript. in 6. argum. cap. ex eo, de elect. in 6. Francisc. Marc. in Decis. Delphin. 1179. & in Decis. 1355. num. 1. volum. primo. At hodie obseruatur Regula Cancellariæ Apostolicę 17. siue 18. quæ requirit, in Canonico
46 † etiam Cathedralis Ecclesię ętatem annorum quatuordecim cõpletorum, nisi cũ eis, quod in minori ętate admittantur per Sedem Apostolicam fuerit specialiter dispensatum. Ioan. de Selua, in tract. de Benefic. parte 3, quęst. 5. versic. Et cum videamus. Cucch. Instit. Canonic. maior. lib. 2. tit. 14. num. 4. Canonici tamen si Canonicatum adepti fuerint, vocem, ac suffragia non habent in Collegio Canonicorum, siue Capitu-
47 lo, si decimum † septimum annum ętatis, non compleuerint, Gloss. in Clement. fin. in verbo, decimo octauo, in fine, de ętat. & qualit. Abb. Panorm. in cap. pro illorum, num. 3. de pręb. & dignit. Cucch. vbi supra, num. 5. & 6. Hodie autem, nullus in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, Sęculari, vel Regulari annexus sit, nisi in Subdiaconatus ordine constitutus

sit,

fit, in his ecclesiis, & Capitulo vocem nō habet, etsi libere ab alijs hoc sibi fuerit concessum, vt in
28 Consil. Trident. † de refor. c. quicūque, 4. sess. 22. & voluit Alfonsus Hoieda de Benefic. cōpatib. parte 1. c. 24. num. 17.
29 Beneficia † curata habentes, ac animarum curam, viginti quinque annorum ætatem habere oportet, vt in dicto cap. cum in cunctis, §. inferiora, de Elect. & sic extenditur ad Archidiaconos, Decanos, Archipresbyteros, ac alios quosuis animarum curam habentes, c. licet canon, de elect. in 6. Federic. de Senis, in consil. 132. col. finali. Lud. Roman. in consil. 325. in princip. Andr. Sicul. in consil. 35. col. fin. vol. 1. Dec. in consil. 542. Rolan. a Valle, in consil. 47. num. 57. cum pluribus seqq. vol. 1. Ioan. Coras. in dicta Paraphrasi Sacerdot. cap. 3. sub num. 5. Hoied. in d. cap. 24. num. 19. Francisc. Marc. in decis. Delphinali 1216. num. 1. volum. 1. in minoribus ordinibus constitutus, ante decimum quartum beneficium obtinere nequit. Cōcil. Trid. sess. 23. de refor. c. nullus, 6. Martin. Nauar. in Sum. c. 25. nu. 22. & 135. Paul. Fusc. de Visitat. lib. 2. c. 7. num. 7.
31 Prioris † vero ætas, si fuerit prior conuentus, vel claustralis, tunc dicendum, quod requiritur ætas annorum viginti quinque, c. cum ad monasterium, §. nec alicui, de statu Monachor. in priore rurali sufficit ætas viginti annorum. Clem. Ne in agro. §. ceterū, de statu Monachor. si forte cu-
32 ra animarum non esset † per eum exercenda, vt notat Abb. Panorm. in dicto c. super inordinata, Dominic. de Sancto Gemin. & Cardin. Alexād. in c. de his, 28. Distinct. Ioan. de Vanquel in Breuiario, in dicta Clement. Ne in agro, §. Adhæc, Conclusione 3.
33 Dignitas † quælibet annexam habens curam animarum, puta Præpositura, & similes, viginti quinque annorum ætatem requirunt, vt in dicto §. inferiora, & similiter requiritur eadem ætas, etsi dignitas illa, curam animarum non habeat, li-
34 cet † Episcopus possit hoc casu dispensare, post ætatem viginti annorum, vt habetur in cap. 1. de ætate, & qualit. in 6. & voluit Panorm. in dicto c.
35 cum in cunctis, §. inferiora, † Et cum Papa conferret scienter indigno, videtur cum eo dispensare, secus vero in inferiori, Glossa in d. c. t. de ætate & qualit. in 6. Abb. Panorm. in dicto §. inferiora, num. 8. Ioan. de Firmo, in tract. de Episcop. lib. 4. parte 2 q. 25. vbi latissime, & Francis. Marc. in decis. Delphin. 1209. num. 1. & 2. vol. 1.

Ordines Sacri, requirunt suas proprias, ac statutas ætates; nam quantum attinet ad ordinem Psalmistatus, seu Primam Tōsuram, ac alios minores ordines, scilicet Exorcistā, Lectorem, O-
36 stiariū, & Acolythum. Quo ad † Tonsura prima initiatos, a completo septimo anno, illa conferri debet; Ostiariatus, Lectoratus, ac Exorcistatus, eadem ætate completa, vsque ad annum ætatis duodecimum. Acolythatus autem post duodecimum completum, vt habetur in cap. In singulis,
37 77. Distinct. † Subdiaconatus non minor viginti annorum, vt in d. c. in singulis, vbi Glossa in Verbo Quattuordecim, q̄ dicit de annis viginti vno, sed in cap. Subdiaconus, ead. dist. habetur de annis viginti. Et hoc intelligitur de viginti comple-
38 tis, & vigesimo primo cpto. † Diaconum vero,
39 vigesimo, & † Presbyterum, vigesimo quinto an no ordinari statutum erat, in Clement. Generalem, de ætate, & qualit. Angel. de Clauas. in Summa, §. ætas, num. 4 Ioan. de Vanquel ante eum, in dicta Clement. Generalem, Conclus. 2. versiculo in tertio vero casu. Quidquid tamen sit de iure antiquo Canonum, quo ad minores ordines,
40 † Sacrum Tridentinum Concilium c. Nullus, 12. sess. 23. nihil noui constituit, quin potius, reiecto tempore, potius in eorum collatione attendi litteraturā, & mores ex D. Thoma, libro 4. Sent. distinct. 25. & ex glossa in dicta Clement. Generalem, voluit Simon Maiolus de Irregul. libro 1. capit. 30. numero 8. in fine. At ego arbitror illa requiri, scilicet morum, & litteraturæ grauitatem, non tamen discessisse Sacrum Concilium a dispositione antiquorum Canonum, cum non expresserit, sicut in alijs, in quibus reformationem induxit, & idcirco quo ad ætatem minorum ordinum stari iuri antiquo. Quo vero ad alios ordi-
41 nes, iam statuit alias ætates, nempe † in Subdiacono annum vigesimum secundum, in Diacono vigesimum tertium, in Presbytero vero annum vigesimum quintum. Martin. Nauar. in Summa Confess. capitulo 25. numero 68. capitulo 27. numero 202. Marc. Anton. Marsil. de Ecclesiasticor. reddit. orig. & iure, libro 2. capit. 18. numero 13. Ioann. Baptista Antonuc. in Catechesi Neap. cap. 1. & cap. 9. Maurus Anton. Berardus, in Summa Corona, in §. Irregularitas, vers. secundo ex defectu ætatis. Michael Timotheus in Pract. Visitandi, libro 1. cap. 13. Paul. Fuscus de Visitation. libro 2. cap. 28. numero 37. Anastasius Germonius de indultis. §. quibusuis, num. 1. cum pluribus seqq. M. Anton. Cucch. Instit. Canonic. minor. libro 1. titulo quinto, in fine, Cagnol. in l. feminæ, §. Item impuberes, numero 13. ff. de Reg. iur.

Hactenus de ætate eorum, qui Ecclesiæ Ministerijs deputati sunt, egimus: nunc ad profanos, iterū Magistratus redeamus. Magistratus itaque Romanorum sua quisque ætate erat eligendus, ætatum enim diuersimode obseruatio, nec, semper vniformis habita fuit, donec anno Vrbis 570. Q. Fuluio Flacco, & L. Manlio Acidino Coss. fa-
42 cta est † lex, annos Magistratibus quibusque statuens, qua ætate quilibet admitteretur, quam rogauit L. Villius Tribunus Plebis, cuius his verbis meminit Liuius, libro 40. Eo anno rogatio primum facta est ab L. Villio Tribuno Plebis, quot annos nati quemque Magistratum peterent, caperentq. inde cognomen familiæ inditum, vt Annales appellarentur. Huius legis meminit Cicero Philippica 5.
43 Annus † autem Quæsturæ, fuit vigesimus septimus, Tribunatus Trigesimus, AEdilitatis, trigesimus septimus, Præturæ quadragesimus, Consulatus Quadragesimus tertius; Huius legis meminit Aymarus Riuall. in Historiar. Iuris Ciuilis, libro secundo,

E 2 in lege

in lege Annaria; Vdalrich. Zas. in Catalogo legum Antiq. in lege Iunia Annali, & Francisc. Hotoman. & Antonius Augustin. in Villia. Videndus est etiam Polybius Histor. lib. 6. Senato-
44 tia † verò ætas ab anno quadragesimo quinto. In hac tamen ætate, maxima inter scriptores controuersia est, qualis Senatoria ætas fuerit; mihi tamen probatum videtur, ad Senatoriam dignitatem non fuisse admissos, nisi maiori ex parte maiores alios antea Magistratus gessissēt, indeq. a senectute Senatum appellatum, cum in illū nō nisi senes cooptarentur, vt dicit Cicero in lib. de Senectute. Plutarch. in Romulo, & Eutropius Rerum Romanar. lib. 1. cap. 4. Centumque (inquit) ex Senioribus elegit, quorum consilio omnia ageret, quos Senatores propter senectutem, patres ob similitudinē curæ, nominauit, & Lucius Florus in Epitome de Gestis Roman. lib. 1. capit. 1. inquit, Hunc Rex sapientissimus Statum Reipublicæ imposuit, vt iuuentus diuisa per tribus in equis, & in armis ad subita bella excubaret; Consilium Reipub. penes senes esset, qui ex authoritate patres, ob ætatem Senatores vocabantur, & huc spectant versus Ouidij, lib. 5. Fastorum, dicentis:

Magna fuit capitis quondam reuerentia cani,
Inq. suo pretio ruga senilis erat.
Martis opus iuuenes, animosaq. bella gerebant,
Et pro Dijs aderant in statione suis.
Viribus illa minor, nec habendis vtilis armis,
Consilio, patriæ sæpe ferebat opem.
Nec nisi post annos patuit tunc Curia seros,
Nomen, & ætatis mite Senatus habet.
Iura dabat populo senior, finitaq. certis
Legibus est ætas, vnde petatur honos.
Et medius iuuenum, non indignantibus ipsis
Ibat, & interior si comes vnus erat.
Verba, quis auderet coram sene digna rubore
Dicere, censuram longa senecta dabat.
Romulus hoc vidit, selectaq. corpora patres
Dixit, ad hos Vrbis summa relata noua est.
Hinc sua maiores tribuisse vocabula Maio
Tangor, & ætati consuluisse suæ.
Et Numitor dixisse potest, Da Romule Mensem.
Hunc senibus.

Ad Senatum enim principaliter Ouidius respexit, ac Romuli tempora, quamquam & eius legis etiam meminisse potuerit, cum per multa
45 annorum curricula perlata fuerit. Non † licuisse autem iuuenes in Senatum allegi, & illa Papyrii prætextati Historia nota est, cuius meminit Macrob. lib. Saturnaliorū primo, & Baptista Fulgos. lib. 5. cap. 3. & Andr. Eborens. exemplor. tit. de Astutè dictis. Quo ex tempore constitu-
46 tum fuit, ne ante † vigesimum quintum annum natus Senatum ingredi posset, vt est quisquis ille fuerit author & testis Fenestella, de Magistrat. Roman. cap. 1. & hoc etiam innuisse videtur Alexand. ab Alexand. Dier. Genial. lib. 4. cap. 11. ad finem. Contra quem multa dicit nouissimè Ianus Langlęus Ocij Semestris, lib. 7. cap. 10. Quem ità ego ab iniuria vindicarem, quod Alexander à Fenestella mutuatus id dixerit, & vtrumque non quidem ætatem Senatoriam dixisse viginti quinque annorum fuisse, sed quod in Senatum ingredi non liceret in ætate illa puerilli, sed prouectiori id est annorum vigintiquinque, vt ij adolescentes, vt antea cum parribus ad addiscendos Senatorum actus possent in Senatum ingredi (vt verba illorum innuunt) non autem vt in illa ætate in ordinem Senatorium allegerentur; Vel potius Alexandri contextum corruptum fuisse impressorum incuria, vt dicere voluerit potius, exacto quadragesimo, nō autem quarto, & vigesimo. Aut melius, vt ipsi intellexerint, non de Senatoribus, qui rogabantur sententiam dicere, quales erant hi Senatores, qui solito instituto a Censoribus in Senatum cooptabantur, qui ex senioribus, & pluribus functi Ma-
47 gistratibus eligebantur, sed † de Senatoribus Pedarijs, de quibus M. Varro in Satyra Menippea, quem refert, ac sequitur Aul. Gellius Noctium Atticar. lib. 3. cap. 18. quod hi nondum a Censore in Senatum lecti Senatores quidem non erant, sed quia honoribus populi vsi quidem erant, in Senatum venibant, & sententiæ ius habebant, & quia in postremis scripti erant, non rogabantur sententias, sed quas Principes dixerant in eas descendebant, & idcirco Senatores Pedarios appellatos. Aut quia Senatores a Censore lecti, cum Magistratus alios præsertim Curules antea
48 gessissent, in † Senatum Curru Vehi, & Curuli sella, ac insignijs vtebantur, amplissimo gradu, Fascibus, Triumphis, Latoclauo, imaginibus, ac alijs, de quibus latè scribit Cicero in Oratione pro A. Cluentio, & in Orat. pro C. Rabirio posthumo. Hi autem, qui non gessissent prævios Magistratus, eisdem insignijs vti non poterant,
49 † pede in Senatū ibāt, & idcirco Pedarij appellati, quorū meminit Festus Pompeius lib. 14. ad Atticū lib. 1. Epist. 16. & 17. Idē Alexand. ab Alexand. lib. 2. cap. 29. Carolus Sigonius de Antiquo Iure Ciuium Romanor. lib. 2. cap. 2. de quibus Pedarijs Senatoribus forte intellexisse videntur, & Fenestella, & Alexander. Aetatum autem quādoque apud eumdem Romanum Populum in Magistratuum collatione obseruatio aliquādo, vel optimatum potentia quorūdam, aut ob singulares ciuilium negotiorum, vel militaris disciplinę cognitionem, aut elegantiam, a lege discessum est, vt patent exempla in Valerio Coruino, Scipione Africano, Pompeio Magno, Mario Iuniore, Octauio Augusto, & alijs de quibus post antiquiores idem Alexand. lib. 3. ca-
50 pit 3. Virtutes enim robur, ætate firmior, vt inquit Cicero Philippica 10. Nam vt inquit Cornelius Tacitus Annalium lib. 11. Apud maiores virtutis id præmium fuerat, cunctisq. ciuium, si bonis artibus fiderent, licitum petere Magistratus, ac ne ætas quidem distinguebatur, quin prima inuenta Consulatum, ac Dictaturas inirent. de His Andr. Tiraquell. de Primogenituris, in præfat. num. 168. cum pluribus seqq. De Senatorum autem Romanorum authoritate, & alijs, plura nos scripsimus de Regis Catholici

præ-

-præstantia, capit.74.num. 104.cum pluribus sequentibus.

51 Militaris† autem ætas apud eosdem Romanos a decimoseptimo ad quadragesimum sextū vsque terminabatur, vt Carolus Sigonius de Antiq.Iure Cinium Roman.lib.1.cap.14. & nos diximus latissimè de Regis Catholici præstantia, cap.32.num.53.cum pluribus seqq.

52 Doctorum† autem ætas iam legibus definita est, a decimoseptimo anno ætatis, quam prætor ratus est moderatam esse ad prodeundum in publicum,l.1.§.pueritiā,vbi DD.ff. de postul. Petr. de Anchar.in Clement.2.de Magistr. Andr. Alciat.lib.10.Peregon,cap.21.Petr.Rebuff.in Cōcordat.Franc.titulo de Collat. §. Monemus,in verbo,Vniuersitatum statuta. Francisc.Marc.in Decis.Delphin.629. volum. 1. Bernardin. Scobobius in Rep.Auth.Habita,cap.20. num. 25.C. ne fil.pro patre,vbi dicitur ea ætate Neruam filiū publice de iure respondisse. Sic etiam in Adolescentia Demosthenem, Ciceronem, L. Crassum,Hortensium, Caluum, Pollionem, Augustum, Neronem,Plinium iuniorem, atque alios factitasse Historici testantur. Sic Bartolum, Baldumq. refert Angel. in dicto §.pueritiam. Sed dicam cum Fabio Quinctiliano. Instit.Orator. lib.11.cap.1. Agendi autem, inquit, initium sine dubio secundum vires cuiusque sumendum est, neque ego annos definiam;& paulo post.Modus

53 † mihi videtur quidam tenendus, vt neque præpropere distringatur immatura frons, & quidquid est illud adhuc acerbum proferatur, nam inde,& contemptus operis innascitur, & fundamenta iaciuntur impudētiæ,& (quod est vbique perniciosissimum) præuenit vires fiducia. Nec rursus differendum Tyrocinium in senectutem. Hæc Quinctilianus. Nulla enim potest in causarum Aduocatis, ac patronis causas orātibus ętas decerni, quando videmus nonnullos ætate vix florescente,causas pulchre peragere, & præuenire annos scientiam; Non tamē negauerim quin aliqui iuuenilibus caloribus incitati, & gloriæ stimulis agitari atque accensi ea se sapere profi-

54 teantur, quæ non dum plenè dicerint, † plures enim ad frugum metam optimam peruenirent, nisi se peruenisse putarent.

55 Procuratorum† etiam, qui alieno nomine, causas in foro peragunt ætas annis vigintiquinque præfinita est, l. minor si, ff. de procurat. l. exigendi, §. fin. C. eodem tit. capit. qui generaliter, de procurat. in 6. Roffred. Beneuentan. in tract.libell. tit.de accus.& stipulat.tem rat.haberi.versic.sed numquid minor, quem sequitur Speculat. in titulo de procuratore,§.1. sub num. 7.versic. item quod est minor, & in tit.de Aduocat.§.cum autem, num. 16.versic. Item quod est minor. Dominic.de Sancto Gemin. & Philipp.Franc.in dicto capit.qui generaliter.§. licet, vbi Ioan.de Vanquel. Conclus.4. Sebast. Vant. de null. ex defectu inhabilit. mand. num. 133. Gregor.Lopez in l.5.tit.5.partit.3.Vasq.controuers. Forens.cap.21. in fine Ludouic. Bolognin. in Rep.d.Auth. Habita,num.13.Rota in Antiq. in Decis.801. Sciendum est quod quis. Aegid. Bellamiera,in Decis.143.Cardinal. Puteus lib. 1. in Decis.155.Hieronym.Treutler. Disputat.selectar.lib. 1. Disputat.9. Thesi 5. Ioan. Ferrar. Montan. de iudicior. præexercitamentis,lib.1. cap.8. latè Francisc. Caldas Pereyra, de restit.in integrum,in verbo, hunc contractum, num.36. & 39.

56 Declaratur† Primò,non procedere in procuratore ad negocia, nam is poterit esse minor vigintiquinque annorum,vt in dicto capit.qui generaliter, vbi omnes Doctores. Rota in dicta Decis.801.Bellamera, in d.Decis.143. Cardinal. Put.in dicta Decis.155. post Bart. in d.l. exigendi,num. 9.& 15.& alios Doctores ibidem. Alexand.in consil.59.colum. 7. versic. insuper, volum.2.

Declaratur Secundò nō procedere, si iudiciū agitatum fuerit cum procuratore minore anno-

57 rum vigintiquinque, quia non dicetur † iudicium nullum.Glossa in l.exigendi, in verbo non iniuste, ibi: sed post iustius est eum admitti,C.de procurator. vbi hoc sequitur Bartol. & voluit Bald.in l.licet,sub num.8. C.eod.tit. Sed contrarium tenent communiter,Doctores, Glos. sibi contraria, in dicta l. minor, vbi idem Bartol. Ioan.de Imol.in cap. non iniuste, extra de procurat. Ias. in dicta l.exigendi, num. 17. vbi dicit contrarium tenere authoritate Archidiaconi. Ioan. de Imola, Salicet. Fulgos.& Pauli de Castro,Benedict.Capram in Regula 61. numero 9.

Declaratur Tertiò, non procedere in benefi-

58 cialibus, in quibus minor admittitur, † vt per Bellamer.in dicta Decisione 143. & in Decis. 183.Cardin. Put.in dicta Decis. 155. & Philipp. Franc. in dicto capit. qui generaliter, §. licet in fine.

Declaratur Quartò secus esse in causis in quibus quis admittitur pro absente, quia minor

59 † etiam vigintiquinque annorum admittetur, argum.dict. l.exigendi, voluit Placentinus in Summa Codic. lib. 2.titulo 3. colum.fin. Philipp. Franc. in dicto capit. qui generaliter, in fine.

Declaratur Quinto, non procedere in causa

60 momentaneę possessionis, in qua minor † procurator admittitur.l. fin. C. qui legitim. person. Philipp. Franc. in dicto §.licet, in fine, Cardinal. Puteus, in dicta Decis. 155. in fine, per transitum. Cæsar Contard. in Rep. l. vnicę, limitat. 8. numero 21. C. si de momentan. possessione.

Nec obest.,quod de Aduocato diximus, pos-

61 se † a decimoseptimo anno pro alio interuenire, argumēto d.l.1.§.pueritiam,ff.de postul.quia secus est in procuratore, & speciale aduocato.

62 † Nam procurator obligatur actione mandati, ac ipse condemnatur, vt in l.si non remunerandi, §.1.ff.mandati,l.liberto, vel amico,ff. de negor. gest. & posset ei succurri per viam restitutionis in integrum, d.l. minor. & principalis de-

63 ludi in iudicio,& idcirco necesse † est maiorem vigintiquinque annorum esse. Quæ cessant in aduocato. Quæ fuit originalis ratio Rof-

 fredi,

fredi, in dicto libello, quem ſequitur Specul. in dicto tit. de procurat. §.1. num. 8. & in dicto tit. de Aduocat. in dicto §. cum autem, & vtrobique Ioan. Andr. & voluerunt Gemin. & Philipp. Franc. in d. c. qui generaliter, §. licet. Latè Franciſc. Caldas Pereyra. in dicto verbo, Hûc contractum, nu. 37. & 39. Ianus Langlæus. Ocij ſemeſtr. lib. 1. cap. 4.

64 De † Protonotariorum verò ętate, nō loquor, de Protonotario Principum, qui dicitur habere dignitatem, l. 1. C. de Mand. Princip. l. Maximorum, C. de excuſ. mun. lib. 10. ſed de alijs inferiorum, in quibus ętatem ſtatuit Paulus II. Summus Pontifex, annorum viginti, & ibi declarat quid ſi eſſent filij, vel nepotes Principum, quæ refert Franciſc. Marc. in deciſ. 197. num. 4. vol. 1.

65 Quo verò † ad Tabelliones, Notarios, & Actorum ſcriptores. Angel. in l. 1. C. de munerib. & honor. dicit iſtud officium exerceri poſſe quandocumque, dum tamen ſit poſt pubeſcentiam; quem ſequi videtur Philipp. Decius in l. feminæ, §. item impuberes, ſub num. 2. ff. de regul. iur. Ioan. Iacob. de Canibus in tract. de Tabellionib. tit. de cauſa materiali, Fallentia 5. Quinctilian. Mādoſ. de Aetate minor. cap. 5. num. 37. fuit opinio Bartoli, & Alberici in l. impuberem, ff. de falſ. Bald. in tract. de Tabellion. q. 15. qui omnes tenent poſt decimum quartum annum poſſe

66 quem creari. † Sed quod exigatur ætas viginti quinque annorum, argum. l. ad Rempublicam, ff. de munerib. & honor. l. non tantum, l. filij, §. minores, ff. de curat. l. generali, C. de tabul. lib. 10. Franc. Marc. in Deciſ. Delphin. 629. nu. 3. vol. 1. Sed Tamen videtur quod dicta iura locū habeāt in officijs, vniuerſitatū, in quibus eſt lōge diuerſa ratio. Et in Regno Neapolitano pręfinita eſt ętas

67 annorum decem, & octo, vt in Conſt. † Minorū iura. & ex Blaſio de Murcono in Summa Iuris Longobardi, in tit. de eo, qui falſ. cart. ſcripſer. in fine. Bernardin. Pand. in Ritu de exequut. inſtru.

68 parte 1. declarat. 4. num. 27. vbi dicit † idem procedere in iudicibus ad contractus, vt coram ipſis recipi poſſint inſtrumenta per Notarios.

69 Teſtes verò in criminalibus eſſe nō poteſt infans, vt voluit Stephan. Aufrer. de Teſtib. nu. 55. Thom. Grammat. in Deciſ. Neapol 40. num. 15. Sed ſi velimus inſpicere vocabuli Etymologiā, hoc eſſet indubitabile, quod ille dicatur infans, qui loqui non poteſt, ſi ergo fari, ac loqui non po-

70 teſt, ſequitur † nec deponere, aut teſtificari poſſe, arg. l. ſi infanti, C. de iure delib. & Ioan. Crottus, in l. 1. num. 2. C. de iure delib. Camillus Plantius in d. l. ſi infanti. Quando dicatur infans, quando adoleſcens, & quando proximus pubertati, perfectè, ac latiſſimè tradidit Ioan. Franciſc. Fara. de eſſent. infan. capit. 1. 2. & cap. 3. ac pluribus ſeqq. Et iſtud poterit deſeruire ad quæſtionem,

71 an in criminalibus admittatur minor † proximus ætati adultæ, de quo per Bald. in c. In nomine Domini, nu. 15. & 16. de teſtib. Andr. Barbat. in c. qualiter, num. 30. de iudic. Specul. in titulo, de Teſte, Stephan. Bertrand. in Concil. 47. num.

72 1. vol. 3. requiritur idcirco quod in † criminalib. teſtis non ſit minor viginti annorum. Specul. vbi ſupra, §. 1. verſ. Item excipitur quod eſt impubes. Oldrad. in conſil. 192. num. 3. Nellus in tract. de teſtib. num. 21. Fridetic. Schench. in tract. de teſtibus, num. 14. Bagarot. de Reprob. teſtium, num. 25. Franciſ. Brun. in tract. de iudic. & tortura, par. 1. q. 2. num. 17. Lancelot. Conrad. de offic. prætor. lib. 1. cap. 9. §. 2. titulo de Perſon. teſtium. num. 70. vbi ad hoc dictum plures affert limitationes. Bernard. Diaz in Regula 465. Iacob. Nouell. in Regula 216. num. 28. Cardin. Pariſius in conſil. 83. num. 77. vol. 4. In ciuilibus ve-

73 ro feminæ debent † eſſe annorum duodecim, maſculi quatuordecim, vt poſt alios Marian. Socin. nepos in conſil. 29. num. 14. vol. 2.

74 In contrahendo † matrimonio, mulier debet ſimiliter habere annos duodecim, & maſculus quatuordecim, c. 2. de ſpōſal. impub. l. ſancimus, C. de Nupt. Inſtit. eod. tit. in princip. Ioan. Iacob. de Leonard. inter conſ. Alber. Bruni, in conſil. 114. num. 55. 296. M. Anton. Cucch. Inſtit. Canonicar. minor. lib. 3. tit. 8. Mandoſ. in tract. de ætate minor. cap. 5. num. 49. Anton. Gubert. in tract. de Matrim. tit. de his, qui nupt. cōtraheret poſſ. nu. 15. & 49. nouiſſimè Alexāder Carrerius, de Spō-

75 ſal. & Matrimonijs, lib. 1. c. 8. & cap. 9. In † Sponſalibus vero contrahendis ſeptem annos habere debent & maſculus, & femina. c. Litteras, c. Duo pueri, c. Atteſtationes, de ſponſalib. impuber. l. in ſponſalibus, ff. de ſponſalib. Quamquam in cōtrahendo matrimonio, marem annum trigeſi-

76 mum † ſextum, feminam decimumoctauū habere debuiſſe ait Plato de Repub. lib. 1. & de Legib. 6. ac Ariſtotel. Politicor. lib. 7. cap. 16. afferentes eam rationem, non debere contrahentes eſſe nimis iuuenes, ne filij naſcituri, ſint fere parentū coęui, & idcirco debitam illis obedientiam non exhibeant aliam etiam rationem adducentes, quod ob imbecillitatem ætatis feminæ plerumque naſcantur, aut ſi mares, admodum debiles, ſed hæc politicam gubernationem reſpiciunt.

77 Quam nos Chriſtiani reijcimus, cum † Matrimonium in remedium laſciuientis carnis fuerit inter alias cauſas inſtitutum, vt latiſſimè ferè omnium nos diximus de Regis Catholici præſtantia, cap. 16. vbi habes integrum matrimonij tractatum. Ideoq. ad euitandas iuuenum illecebras, carnis voluptates, ac vitia, hi qui continere nolunt, vel nequeunt, ætate ſupradicta nubere poſſunt. Hoc pulchre docet Clemens Romanus Conſtitutionū Apoſtolicar. lib. 4. c. 11. Ideo (inquit) date operam, vt cum ad adultam ætatem

78 † peruenerint, matrimonio iungantur, ne illi feruore ætatis in conſuetudinem fornicandi incurrant, cuius vos in die iudicij, rationem Domino DEO eſſetis reddituri. Sequitur D. Thomas, de Regimine Princip. lib. 4. cap. 26. & cap. 27. qua de re agit etiam Franciſc. Patritius de Inſtit. Reipub. lib. 4. tit. 4. & nouiſſimè eleganter ſcribit Lęlius Zecchus de Ciuili, & Chriſtiana Inſtitut. tit. de Domo ſecundum ſe, capit. 1. in fine, num. 8. & 9.

79 E duobus autem, † iuuenis ne, an ſenex Magiſtratui præponendus erit? Non enim contemnendi ſunt adoleſcentes, ac iuuenes virtute inſignes:

gnes: Nam, & Bernard.in Epiſtola 42.ad Henricum Archiepiſcopū Senonenſem ſcribens, ait: Nec dicimus quamquam ætatem Dei gratia pręmaturam, ſicut nec ſeram, cū multos videamus iuniorum ſuper ſenes intelligere, moribus antiquare dies, præuenire tempora meritis, & quod ætati deeſt compenſare in virtutibus, quæ cum in Scipione optimè viderentur, ante ſtatutam legibus ætatem, Aedilis factus eſt, vt teſtis eſt Liuius, lib.25. ſic in magno Pompeio, cui cum Victori ex Africa redeunti Triumphus denegaretur, vti nimis iuueni, iſq. reſpōdiſſet plures adorare Orientem Solem, quam Occidentem, Ma-
80 gnam animi † illius vim cōſpicatus L.Cornelius Sylla, conclamauit, Pompeius Triumphet. Qua virtute in Oriente bella cum viginti duobus Regibus, ſe confeciſſe idem Pompeius in concione narrauit. Paulus Oroſius lib.6.capit.6. Eutropius lib.5.in fine, & lib.2.c.2. Plutarchus in vita illius. Ioſephus Antiquit. Iudaicar.lib.14.cap.7. & cap. 8. & de Bello Iudaico, lib.1.c.5. Lucius Florus de Geſtis Romanor.lib.3. capit.5. Hinc Plinius
81 † ad Arrianum ſcribens, lib.4. Epiſtola 8. inquit: Te quidem, vt ſcribis, hoc maxime delectat Au-
82 guratus meus, quod † Marcus Tullius Augur fuit, lætatis enim quod honoribus eius inſiſtam, quem æmulari in ſtudijs cupio, ſed vtinam, vt Sacerdotium, idem q; Conſulatum, multo etiam iunior, quam ille ſum conſequutus, idem ſenex ſaltem ingenium, aliqua ex parte aſſequi poſſem.
83 Pro ætate † autem ſenili multo maiora militant, ac induci poſſent, quæ omitto, cum his ſatisfecerit Andr. Tiraquell. in tract. de Primogen. tum in Proœm. tum etiam q.40. quibus addendi ſunt Roland.a Valle, in conſil.47.num.70. volum.1. in conſil.1.num.93.vol.2.in conſil.93. num.13. vol.4.M.Anton. Natta, in conſil.190.num.1.vol. 1. Pardulph. Prat.in Iuriſprud. veteri, lib.2.l.85. Menoch.de Arbitr.Iudic.quæſtion.lib.2.Cent.1. Caſu 59.& Caſu 305.num.8.Caſu 329.num.20. Caſu 364.num.7. Mandoſ.in Gloſſ. faculta. §.ſanè, in verbo Antiquius. Hoc vnum ſcio, prudentiam, non tam ætate, quam ingenio æſtimādam,
84 † cenſuit Iſocrates in Archidamo. Contendit flos ætatis, & maturitas mentis dicit Caſſiodo-
85 dorus, variar.lib.8.cap.18. † Ceteris autem paribus maiori ætati deferendum eſſe cenſuit Franciſc. Patritius de Inſtit.Reipub.lib.6.cap.6.
86 Quomodo autem probabitur ætas? † aliquando per aſpectum, aliquando per aſſertionem parentum, per teſtes, per librum Parochi, in quo fit deſcriptio eorum qui baptizantur, de quibus promiſcuè Bald. in conſil.218. & in conſil.485. num.1.& 2.volum.4. Alexand.in conſil.29.num. 1.volum.7. Anton.de Butr. in conſil. 45. num.2. Marian.Socin. Nepos, in conſil.3.num. 1. volum..... Thom. Grammat.in deciſ.48.num.17. cum pluribus ſequentibus. Marc. Anton.in conſil.269.nu.4. in fine, vol.2. Achill. Pedrocha, in conſ.35.nu.115. volum. 1. & bene eruditiſſimus Ioan. Baptiſta Coſta de facti ſcient. & ignorant. Centur.1.diſtinct.9. in conſilio ibi inſerto, num. 30. Et probatur per teſtificationem obſtetricum, vt dixi in conſil. 100. num. 18. Centur. 1. vbi num. 3. dico, per eum eſſe probandam ętatem, qui in illa ſe fundat, l. non minorem, C. de in integr. reſtit. minor. & voluit Ludouic. Morot. in conſil.42.num.11.vol.1.

CAP. VII.

ARGVMENTVM.

Spurij, atque illegitimè nati, an Magiſtratus adminiſtrent? An apud Romanos adminiſtrauerint.

COMPENDIVM.

1 *Iure Ciuili concubitus eſt permiſſus.*
Spurij an admittantur ad Magiſtratuum adminiſtrationem, num.2.3.6.8.15.27.& 28.
3 *Infames nullis honoribus fruuntur.*
4 *Infamibus dignitatum portæ non patent.*
5 *Spurij atque naturales, & illegitime nati infames ſunt infamia facti.*
7 *Spurij a Tabellionatu ad bancum & Tribunal Iudicis repelluntur.*
9 *Spurij Principum Conſiliarij eſſe non poſſunt, & nu.10.*
11 *Spurij a Doctoratus dignitate arceantur, & num.12.*
12 *Ioannes Andreas, Bartolus, Decius, Iaſon, Claudius Seiſelus, licet ſpurij Doctorati fuere.*
13 *Spurij Rotæ Romanæ Auditores non fiunt.*
14 *In duello ſeu ſingulari certamine ſpurij, an admittantur.*
16 *Catulli verſus declarantur, & num.25.*
17 *Gabrielis Paleoti Cardinalis opinio quo ad intellectum verſuum Catulli improbatur, & num.25.*
18 *Patris patrati Magiſtratus qualis, & num.19.*
19 *Patris patrati officium erat, pacis fœdera, ac bella indicere.*
Pater patratus, & patrem, & filios habere debebat ſub eod. num.19.& num.20.& 21.
20 *Patrare firmare dicitur. Sed vide num. 21.22.23. & 24.*
26 *Romani dum ſpurios appellare volebant, hac nota vtebantur. Sp. qua littera ſine patre interpretantur.*
29 *Spurij dicuntur, qui non ex ſolemni matrimonio, nec ex iuſtis nuptiis naſcuntur.*
30 *Illegitimi, Naturales, Spurii, & Inceſtuoſi, qui ſint, remiſſiue.*
31 *Matrimonium ſolemne, & iuſtæ nuptiæ, quando dicantur, ad aliud volumen ſuum remittit Clariſſimus Author.*

AXIOMA.

Solemni, legitimoq. matrimonio natos, Iudices creanto.

IVre Ciuili Pandectarum expreſsè prohibitum non videtur, vt ſpurij, & illegitimè nati adminiſtrare Magiſtra-
1 tum queant, ex quo, ea lege † concubinatus permiſſus, vt in l. 1. & l. in cõcubinatu, ff. concubin. Quinimmo in non habente vxorem permittebatur etiam Iure Ciuili Codicis, vt in l. vnica, C. eod. tit. Ex his liquet, permiſſo capite principali concubinatus, idcirco non fuiſſe prohibitos filios inde natos, vt hi tamquam acceſſo-
2 rij, viderentur eſſe cum alijs † permiſſi ad honores, & dignitates quærendas, non enim natura, non lege, non moribus inueniuntur prohibiti, per text. in l. cum prætor, ff. de iudic. ergo videntur quodammodo permiſſi ad Magiſtratum adminiſtrandum.
3 Hoc tamen coloratum eſt, nam † infames perſonæ nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri ſolent, vti poſſunt, l. vnica, C. de
4 infamib. lib. 10. † Notatis enim, & quos ſcelus, aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorum cætu ſegregat, dignitatis portæ non patebunt, l. 2. C. de dignit. lib. 12. Quod poſtmodum probatum fuit per Summum Pontificem, dicentem: infamibus portę non pateant dignita-
5 tũ, c. Infamib. de regul. iur. in 6. Sed † ſpurij, atque naturales, & illegitime nati, sũt infames infamia facti, l. ſi gens, 56. diſtinct. dicens: Anglos ſpretis legalibus connubijs, adulterãtes, & luxuriantes, ignobiles eſſe, ac degeneres, nec bello ſæculari fortes, neque in fide ſtabiles, nec honorabiles hominibus, ne Deo amabiles eſſe. Azo in Summa, C. de his quib. infam. irrog. Bal in l. in bonæ fidei, col. 2. C. de reb. credit. Alex. in conſ. 80. col. 2. volum. Bal. in l. fin. C. de iur. Aur. anul. Philip. Dec. in conſil. 602. num. 26. & in fine. Ergo ad honores, & dignitates non admittũtur. Hi igitur cum
6 † infames ſint, ab omni officio repellũtur, l. generaliter, §. ſpurios, & l. ſpurij, ff. de Decurion. vnde
7 † repellũntur ab officio tabellionatus ad bãcum, & Tribunal Iudicis, vt voluit Oldrad. in conſil. 75. quod & tenuit, ipſum minime allegans, Alex.
8 in d. conſil. 80. & ideo † tanto magis à Iudicis, ſiue Magiſtratus munere arcentur, vt aliàs diximus de Compromiſſ. §. 2. Gloſſa 4. num. 45. Et
9 idcirco † non poſſunt ſpurij eſſe Principum Cõſiliarij, vt voluit Bald. in l. cum legitime, ff. de ſtatu homin. Bart. Caſſanæus in Cathalogo Glorię Mundi, parte 2. Conſiderat. 15. col. 4. verſic. Im-
10 mò † etiam nec Conſiliatij. Carol. Tapia de Cõſtit. Princip. parte 2. capit. 4. num. 47. & Ioachim. Minſynger. Centur. 4. Obſeruat. 31. vbi dicit in Camera Imperiali non admitti Conſiliarium ſiue Aſſeſſorem ſpurium.
11 Hinc etiam à dignitate † Doctoratus arcẽtur ſpurij. Bartol. in Procem. Codicis num. 12. Card. Zabarella, in Clement. 2. de Magiſtr. Andr. Tiraquell. de Nobilitate, cap. 15. num. 15. Caſſanæus, & Tapia, vbi ſupra, Lud. Bolognin. in Auth. Habita, num. 188. C. Ne fil. pro patre. Roland. a Valle, in conſil. 88. num. 14. vol. 1. Sed videmus con-
12 trarium obſeruatum fuiſſe † in Ioanne Andr. Bartolo, Decio, Iaſone, Claudio Seyſello, & alijs qui fuerunt Apices in noſtra Iuris ſcientia, de quibus Iacob. Benius de Priuileg. Iuriſconſult.
13 parte 3. priuileg. 64. num. 6. Idcirco † nec admittuntur in Sacra, & ſuprema Rota Romana, vt dicit Ludon. Gomez. in Regula, de Triennali, q. 2. ſequitur Matt. Mantua Dialog. Denar. Claſſe
14 2. cap. 35. num. 7. In † ſingulari etiam certamine ſiue Duello Spurios recuſari poſſe ex multis ſcribit Paris de Puteo de re milit. lib. 7. §. quia dictũ, num. 11. Lancelot. Conrad. de Duell. parte 3. Concluſ. 74. num. 10.
15 Et pro hac opinione, quod † ſpurij Magiſtratus eſſe nequeant, faciunt verſiculi antiquiſſimi Poetæ Catulli ad Hymenæum dum ait.

Quæ tuis caret ſacris
Non queant dare Præſides
Terræ finibus, at queat
Te volente.

Alludens ad antiquiſſimum Romanorũ morem, quo non nati ex iuſtis Hymenæi nuptij à Magiſtratuum adminiſtratione arcebantur.
16 Huic obiecto † Gabriel Paleotus Cardinalis Ampliſſimus, in tract. de Nothis, & Spurijs, cap. 56. reſpondet, dicẽs perperam intellectos Catulli verſus, & proinde eoſdem ſpurios admitti ad honores, & dignitates, & ad Magiſtratuum exercitium: illumq. loquutum eo in loco fuiſſe de Patre patrato tantummodo, vt ſpurius, & illegitimus minime admittatur ad illud officium, in ceteris verò illos libere admitti.

Ego verò, pace tãti viri fiat, cuius veſtigia ſem per proſequor, in hac parte, vt meum iudicium proferam contrarium cenſeo: Catullus enim
17 de præſidibus loquitur, quorum nomen generale eſt, vt & Proconſules, & Legati Cæſaris, & omnes Prouincias Regentes, licet Senatores, præſides appellabantur, vt inquit Martianus, in l. 1. ff. de offic. præſid. & in toto illo titulo, ita quod Magiſtratus omnes comprehenduntur.
18 Quantum vero attinet † ad Parris patrati Magiſtratum, qui inter Sacerdotia numerabatur, is ex Fecialibus creabatur, & Princeps Fecialium erat, vt dicit Dionyſius Hallicarnaſſ. lib. 2. Seruius Maurus ad Virgilium, lib. Aeneidos 9.
19 Huius officium erat, tamquam Populi Romani Legatum Pacis, fœdera, vel bella indicere, ſub quadam concepta formula, cuius meminit Liuius lib. 1. Dionyſius in d. lib. 2. poſt Cincium, lib. 3. de re militari Aul. Gell. Noctium Atticar. lib. 16. capit. 4. Luc. Feneſtella de Sacerdot. Roman. cap. 9. & 10. Pomponius Lætus, capit. 9. Quinimmò Plutarch. in Problemat. 62. quem Card. Paleot. allegat, non dicit illegitimos ad illum Magiſtratum nõ potuiſſe admitti, ſed tantum quod is, qui patratus pater creabatur, & filios, & patrẽ
20 haberet, † dictus à patrando, id eſt firmando iuramento, vt ipſi dicunt. Quamquam non ſolum hanc ob cauſam, quam quia filios, & patrem habere

bere debebat, ideirco patrem quaſi filiorum, &
patratum, id eſt Patrem habentem, dictum ſic
21 fuiſſe arbitrarer. Patrem † autem ſuperſtitem, &
filios habere debuiſſe, ea ex cauſa, ego conijcio,
quod cum Belli ac pacis indicendæ ius ei eſſet, id
conſuleret, quod ſibi, & Reipublicæ vtile vide-
retur, vt qui ſi ſecus faceret, pacis, ac belli, com-
moda, & tormenta, in ipſum, patrem, ac filios eſ-
22 ſent recaſura. Inſuper † vel patratus diceretur,
cum bellum indiceret, ſic Fabius Quinctilian.
lib. 8. Orat. Inſtit. cap. 3. inquit: Ductare exercitũ,
23 patrare bellum. Aut quia † patrare nil aliud ſit,
quam perficere, & ad finem perfectum ducere,
Bella autem populus decernebat, vt diximus ſu-
pra cap. 1. & de præſtantia Regis Catholici, capit.
32. num. 14. Pater patratus autem perficiebat, ac
ad finem ducebat. Salluſt. In Catilinar. Si Romę
24 Socij Incepta patrauiſſent. Vel † dicebatur pa-
tratus, quaſi author mali, vel facinoris, cum eſſet
ipſe belli author, iuxta illud Cornelij Taciti, lib.
2. Maluit patrati, quam incepti facinoris reus
eſſe.

25 Quo verò † ad intellectum verſuum Catulli,
quod in eis non comprehendantur ſpurij, quo
ad Magiſtratum patris patrati, ſed intelligantur
de alijs, vt tantum abſit, vt etiam ſpurij nullo
Magiſtratu admitterentur, in alijs verò nequa-
quam; moueor authoritate Liuij lib. 1. dum di-
xit, Feciales creaſſe patrem Patratuum Sp. Fu-
26 ſium; Nulli autem dubium, apud † Romanos
Spurios appellari ſolitos fuiſſe, eos, qui ſine patre
eſſent quẽ demonſtrare verè poſſent, idq. duabus
litteris exprimebant. per S. & P. quibus iunctis id
hoc modo perficiebant. S P. quæ ſine patre inter-
pretantur. Author eſt idẽ Plutarch. in Problem.
103. & Carolus Sigon. in libello de Nominib.
Romanor. & nouiſſime omniſcius I. C. Rena-
tus Choppin. in Cenſuetud. Andegauenſ. lib. 1.
tit. de Iuriſd. Andegau. cap. 41. num. 9.

27 Bene tamen fateor, † in caſu neceſſitatis eos
admitti, quod, & Vlpianus probauit in dicto §.
Spurios, & Alexand. in dicto conſil. 80. volum. 2.
& Martin. Laudenſ. de Official. Dominor. §. 170.
28 Similiter, & † quando ob ingenij perſpicaciam,
vel virtutum excellentiam, eſſet a ſuperioribus
cum illis diſpenſatum, de quibus agit idem Car-
din. Paleotus ibidem; ac nouiter amicus noſter
Simon Maiolus Epiſcopus de Irregular. lib. 1. c.
4. cum quattuor ſeqq. & nos diximus de Regis
Catholici præſtantia cap. 35.

29 Illos autẽ † nos ſpurios appellamus, qui ex iuſtis
nuptijs, ac ſolemni matrimonio nati non ſunt,
iuxta ſententiam Bartoli in l. finali, ff. de his quib.
vt indign. & Ioan. Baptiſta Caccialup. in Auth.
Si qua illuſtris, nu. 3. C. Ad Orfician. Ferdinand.
Vaſq. Controuerſ. illuſtr. cap. 102. num. 7. Aimo
Crauetta, in conſil. 166. num. 6. Ioan. Cephal. in
conſil. 111. num. 29. vol. 1. Matth. de Afflictis, in
Deciſ. 203. Carol. Ruin. in conſil. 88. vol. 3. Didac.
Couar. in Epitome de Sponſalib. parte 2. capit. 8.
§. 4. num. 1. Ioan. Coraſius Miſcellan. Iur. lib. 1.
cap. 3. num. 8. Franciſc. Burſat. in conſil. 65. num.
5. vol. 1. Celſus Hugo in conſil. 75. nu. 17. Franciſ.
Connan. Comment. Iuris Ciuil. lib. 2. c. 16. Fran-
ciſc. Viuius Com. Opin. 315. Ioſephus Ludouic.
in deciſ. Peruſina 18. nu. 12. cum pluribus ſeqq.
Anton. Contius Lection. ſubſeciuar. lib. 2. c. 11.
Federic. Scot. in conſ. 3. lib. 4. Tomo 2. Vincent.
30 de Franch. in Deciſ. Neapol. 47. apud quos † tra-
ditur differentia, qui dicantur Illegitimi, qui Na-
turales, qui Spurij, & qui Inceſtuoſi.

31 Quando autem † dicantur iuſtæ nuptiæ, ac ſo-
lemne matrimonium, ego ſcripſi ad ſatietatem,
ex antiquis & nouiſſimis ſcriptoribus forte vltra
omnes, de Regis Catholici pręſtantia, cap. 16. vbi
latiſſimè; & nouiſſimè poſtquam illa ſcripſeram,
Alexander Carrerius Patauus, in Commentar.
de Sponſalib. & Matrimonijs, ad quos te re-
mitto.

CAP. VIII.

ARGVMENTVM.

Iureconſultos, vel Doctores, an eſſe opor teat Magiſtratus? Quando fuerit Doctorum inuentio? Quæ ſint Doctorum inſignia? Quid ſignificent? An Pontifices, Cardinales, Epiſcopi, alijq. Prælati Doctores eſſe debeant.

COMPENDIVM.

1 *Iudex adminiſtrationi Iuſtitiæ præpoſitus, an debeat eſſe Iuriſconſultus, & legum peritus, & num. 3. & 9.*
2 *Magiſtratus eliguntur ſapientiores, & infra ſub num. 9.*
3 *Iudex debet eſſe litteratus.*
4 *Lex eſt dogma virorum prudentum.*
5 *Alexander Seuerus Imperator legẽ nullam faciebat niſi ſaltem viginti Iuriſperitos adhibuiſſet.*
6 *Principes in legibus condendis procerum conſilia adhibent.*
7 *Magiſtratus ſunt viuæ leges.*
8 *Imperiti, an Magiſtratus exercere poſſint.*
10 *Auditores in Rota Romana eliguntur viri doctiſſimi, ac toto terarum orbe celeberrimi.*
11 *Auditores Rotæ Romanæ debent eſſe Iuriſconſulti, & Doctores.*
12 *Sapientia Regnis præponitur. Salomonis Regis ſapientiſſimi placito.*
13 *Pyrrhi Regis Epirotarum pulchrum dictum.*
Cineæ Pyrrhi Secretarij laudes, ſub eod. num. 13.
14 *Pontifices, Cardinales, alijq. Prælati, vt litterati ſint & periti expedit.*
15 *Fidei Chriſtianæ fauor, & Eccleſiæ honor eſt viros litteris excultos habere.*
16 *In beneficijs Eccleſiaſticis ſemper vir ſapientia præſtantior eligendus.*
17 *Eccleſia litteratis viris quam maxime indiget.*
18 *Ad Sacerdotium doctior, & præſtantior omniq. virtute eminentior eligendus.*
19 *Magiſter, ſeu præceptor doctior eligendus.*
20 *Iudex alijs præponendus debet habere ſal ſcientiæ & conſcientiæ.*

Docto-

z

90 *In Synagoga, quomodo ſedebant.*
91 *Doctoratus dignitatem accepturus quid antea facere debeat.*
92 *Doctores approbatores, & Promotores appellantur.*
93 *Promotores Doctores ſiue examinatores promouendorũ in Collegio Peruſino quot numero ſint conſtituti ex priuilegijs Papalibus.*
94 *Senis, quot?*
Neapoli quot?
95 *Approbantes Doctorandum debent cum iuramento approbare.*
96 *Patauij quidnam ſeruetur in iuuenibus Doctorandis.*
97 *Doctoratus Lauream ex mille paucis merentur.*
98 *Doctores Pius V. Pontifex. Max, dixit ſe percupere, non Doctoratos,*
99 *Quænam requirantur in Doctorando ex Andrea Acconzaioci de Barulo opinione.*
100 *Doctorandus iuret eſſe ſe, futurumq. pariter fidelem Principi ſuo.*
101 *Catholicus debet eſſe Doctor. Pius Quartus Pontifex Max. ſtatuit Doctorandum facere debere fidei Chriſtianæ profeſſionem,*
102 *Doctoratus inſignia quæ?*
103 *Cathedra quid ſignificet in Doctorando?*
104 *Senatores apud Romanos habebant ſubſellia, in quibus ſedebant,*
105 *Subſellia quandoque pro ipſis iudicibus capiuntur.*
106 *Liber qui datur Doctori quid ſignificet, & num. 107, & 108.*
107 *Liber, quid ſignificet ex Oro Apolline.*
109 *Birretum, ſeu Corona, quæ dantur Doctori, quid deſiſignent, & num. 110.*
110 *Salerni, qui Doctores fiunt, laurea corona ornantur.*
111 *Pluto Galeatus, quid ſignificabat?*
112 *Annulus aureus, qui Doctori datur, quid denotet? & num. 113, & 118.*
113 *Annulo matrimonium ſubarrhatur.*
114 *Clericus Annulatus, aut fatuus, aut Epiſcopus.*
115 *Annuli aurei delatio apud Romanos ad ſolam nobilitatem ſpectabat.*
116 *Salerni quid dicat Collegij Prior dum datur annulus aureus Doctori?*
Atonellus Rogerius, Ioannes Nicolaus Rogerius, & Metellus Grillus Collegij Salernitani Priores Nobiliſſimi, ac Philoſophi eruditiſſimi.
117 *Annuli ferrei olim Iudicibus dabantur.*
119 *Annulus ſignatorius Auguſti qualis.*
120 *T. Quinctij Criſpini Conſulis prudentia contra fallaciam Annibalis.*
121 *Annulus aureus inſigne Imperatorum.*
122 *Toga in Doctore quid denotet,*
123 *Aduocatos & cauſidicos quomodo appellet Apuleius,*
124 *Oſculum Doctori cur detur,*
125 *Benedictio Doctori, an detur.*
126 *Zona aurea an detur doctorando.*
127 *Spurij legitimati, an doctorentur,*

A X I O M A.

Iureconſultos, Doctoreſue Iuridicundo præficiunto.


Roſeſſionem conſtat eſſe Iuſtitiæ le-
gum peritos iudices ordinare, quia
vix poteſt negligere, qui nouit æqui
tatem, nec facilè erroris vitio ſorde-
ſcit, quem doctrina purgauerit, inquit Aurelius
Caſſiodor. Variarum lib. 8. capit. 18. conuenit id
1 circo, † vt is, qui Iuſtitiæ adminiſtrationi præpo-
nendus eligitur, Iuriſconſultus ſit, peritus legũ,
ac Doctor. Auth. De Iudicib. in princip. Iudican-
di enim munus Iuriſconſultorum eſt proprium,
Idem Iuſtinianus in Proœm. Inſtit. in fine. Petr.
Rebuff. in Rep. l. vnicæ, C. de ſentent. quæ pro eo
quod intereſt, in Gloſſa, in verbo, Damnũ, num.
3. Iacob. Bonius de Priuileg. Iuriſcõſult. parte 3.
2 priuileg. 70. num. 2. Ob id Magiſtratus † ſapien-
tiores eligi debere, annotauit Martin. Laudenſ.
de Officialibus Dominorum 38. arg. l. ad ſubeun
3 da, C. de Decur. † litteratum idcirco Iudicem eſ-
ſe oportere ſcripſit Ioan. Cephal. in conſil. 304.
num. 77. vol. 3. Omnis enim iuſta præſumptio
pro ſapientibus inſurgit, cap. cum in cunctis, ibi;
(morum probitas, & ſcientia literarum) de
elect. c. In noſtra, de procur. cap. Niſi eſſent, vbi
Bald. Anton. de Butr. Petr. de Ancharano, Ioan.
de Imola, & Abb. Panorm. de præbend. c. Sanci-
mus, 1. q. 7. l. fin. C. Ad leg. Iul. repetũd. Alexand.
in conſil. 53. volum. 2. Marſil. in Pract. Crimin. §.
1. num. 17. Iacob. Philipp. Port. in conſil. 150. nu.
14. Imperitis enim Reipublicę gubernatio com-
mittenda non eſt, vt ex Platone, & Cicerone, ſcri
bit Barthol. Socin. in l. prima, num. 68. ff. ſoluto
matrim. Angel. de Aret. in Proœm. Inſtit. in d. §.
finali, Bernardin. Scodob. in Repet. Auth. Habi-
ta, cap. 3. num. 2. C. ne filius pro patre.
4 Ratio eſt: quia cum Lex ſit dogma virorum
prudentum, l. 1, ff. de legib. quem text. ad alium
finem expendit Didac. Couar. in Repet. c. Alma
mater, parte 1. §. 10. num. 17. de ſentent. excom.
& Steph. Forcatul. in Necyomant. Iur. Dialogo
2. num. 1. & voluit Roland. a Valle, in conſil. 52.
5 num. 31. vol. 2. Hinc † Alexander Seuerus Impe-
rator, legem nullam faciebat, quin ſaltem vigin-
ti Iuriſperiti adeſſent, vt è noſtris teſtatur Rebuf.
ad Conſtit. Galliæ, in Proœm. Gloſſæ 1. num. 11.
6 & 12. parte 1. Et idcirco † Principes Procerum
conſilia in condendis legibus adhibere ſolent.
Petrus Belluga in Speculo Principum, Rubr. 1.
vbi dixi quomodo id intelligatur, & iterum dixi
ad eumdem Bellugam, Rubr. 2. in verbo, Proce-
rum, & Rubr. 10. in verbo, vota. Et Iudex, ac Ma-
giſtratus debeat earũdem legum eſſe miniſter,
vt hoc eodem libro, cap. finali dicemus. Earum-
dem legum expers eſſe non debet; Leges enim
omnes, vel optimæ, abſque probatiſſimis Magi-
7 ſtratibus, mortuæ ſunt, ſicuti † Magiſtratus opti-
mi, abſque ſcriptis legibus, ſibijpſis ſunt viuæ le-
ges,

ges,vt inquit Marſil. Ficin. de Republ. Platonis,
8 Dialogo 6.in Argumento. Vndę † imperitos, ac
illiterator,Magiſtratus obtinere non poſſe, cen-
ſuit Menoch.de Arbitr.Iudic.quæſt. lib. 2. Cen-
tur.3.Caſu 237.num.14.melius dixiſſet, non de-
bere, non autem non poſſe. In eligendo itaque
Senatore ratio virtutis habenda eſt. Teſte Lau-
rētio Grimalio de Optimo Senatore, lib. primo.
9 † Ipſumque Iuriſconſultum eſſe debere, voluit
Lancelott.Conradus, de officio prætor.in princ.
num. 9. vbi aſſeruit, non ſolum id procedere in
Iudice delegato, ſed etiam in Iudice ordinario.
Idem Conradus de Decur.num.6. debent enim
eligi Magiſtratus ſapiētes. Ioā. Faber in Proęm.
Inſtit. §. Cumq. Deo propitio, Nicolaus Boer.
in Deciſ.Burdegal.153.num. 32.parte 1.
10 In Curia Romana, ac † Sacro Rotę Audito-
rio, eliguntur viri doctiſſimi, ac toto terrarum
orbe celeberrimi, vt dicit Ludouic. Gomez. in
Proęm. Regular. Cancell.q.2.num.10. Virgin.
Boccatius,in Conſtit. Picentin. Gloſſa 4. nu. 61.
11 de quibus † Romanę Curię Auditoribus,& Of-
ficialibus, quod Iuriſconſulti, & Doctores eſſe
debeant,cenſuit Octauian. Veſtrius in Praxi Ro-
manæ Curiæ,lib.2.c.17. vbi Nicol. Anton. Gra-
uat.& de illis agit Quinctilian. Mādoſ.in Proęm.
Gloſſ.Facult.Reg.in verbo, Idonei,& in §.Con-
ſiderantes,in verbo, Nobilitatem. Decet enim
tractantes habere doctiſſimos, quibus poteſtas
ſumma committitur,inquit Aurelius Caſſiodo-
12 rus Variarum lib.8.cap.12.† Sapientia enim pręponitur Regnis, vt dicit Salomon Prouerb. cap.
8. Et eos Iudices aſſumimus, quia doctiſſimos
comprobauimus, vt dicit idem Caſſiodor. lib. 6.
cap.12.Hinc ad Nicoclem Cypri Regem Iſocra-
tes Oratione 2.dicebat, prudentia clariſſimos ti-
bi in conſilium, atque cōmertium admitte. Vn-
de Diodorus Siculus dicebat, lib. 1.quod Regi-
bus Aegyptiorum viri doctrina præſtantes adſta
13 bant.Et † Pyrrhus Rex Epirotarum dicebat,plu
res ipſum vrbes cepiſſe ob Cineæ ſui ſecretarij
eloquentiam, quam ob eius arma bellica, vt in-
quit Franciſcus Patritius de Inſtitutione Reipu
blicæ,lib.2.titulo quarto.

A Sancta Catholica Eccleſia docemur, quæ
in Pontifice Maximo,Cardinalibus,Patriarchis,
Archiepiſcopis,Epiſcopis,Prępoſitis,& Abbati-
bus,litterarum peritiam etiam facilius amplecti-
14 tur,† vt latè deducit Ioan.de Selua in tract.de Be-
nefic.parte 3.q.5.per totum. Petr. Rebuff.in Cō-
cord. Franc. titulo de Collat. §. Præfatiq. in ver-
bo,viris litteratis, & in verbo, viris graduatis, &
& Mandoſ.in Gloſſa Facult.§.Nos qui,in verbo,
Virtutibus. Stanislaus Hoſius Cardinal. Var-
mienſ.de Confeſſ.Catholicæ fidei,cap.47.Con-
cernit enim Fidei Chriſtianæ fauorem & Eccle-
15 ſiæ exaltationem,habere viros litteris † excultos,
c.ſuper ſpecula,extra,de Magiſtris.
16 Ideo in † Eccleſiaſticis beneficijs,ſemper ma-
gis idoneus, & ſapientia præſtantior eligendus
eſt,c.ex parte,de Conſtit.c.Graue,de præbend.c.
Decorem, de inſtit. c. Is cui, de Præbend.in 6.c.
17 Ad Regimen,in extrauag.cod. tit. † Eccleſiam
enim litteratis viris noſcitur quam maxime in-
digere,c.cum ex eo, de elect.in 6. Hinc Pharao
dixit ad Ioſeph Geneſis cap.41.quia oſtendit tibi
DEVS omnia, quæ loquutus es, numquid ſa-
pientiorem, & ſimilem tui inuenire potero? Tu
eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperiū
cunctus populus obediet.& Eſdræ lib.3.cap.3.di-
citur: Dicamus vnuſquiſque noſtrum ſermonē,
qui præcellat,& cuius apparuerit ſermo ſapiētior
alterius, dabit illi Rex Darius dona magna,pur-
pura cooperiri, & in Auro bibere,& ſuper Aurū
dormire,& currū aureo fræno,& Cydarim Biſſi-
nam, & torquem circa collum, & ſecundo loco
ſedebit a Dario propter ſapientiam ſuam, & co-
gnatus Darij vocabitur, quam ſanctè, & optimè
Magnus Gregorius in Paſtorali, parte 1. capit.1.
inquit: Sunt nonnulli, qui intra Sanctam Eccle-
ſiam,per ſpeciem regiminis, gloriam affectant
honoris;videri Doctores appetunt, tranſcendere
ceteros concupiſcunt, atque atteſtante veritate,
primas ſalutationes in foro, primos recubitus in
cenis,primas in conuentionibus quærunt cathe-
dras, qui ſuſceptum curæ paſtoralis officium mi-
niſtrare dignè tanto magis nequeunt, quanto ad
huius humilitatis magiſterium ex ſola elatione
peruenerunt.Contra hos Oſeas,cap.8.Ipſi regna
uerunt,& non ex me; Principes extiterū,& ego
ignoraui. Quod declarans vbi ſupra D. Grego-
rius,inquit: Ex ſe autem, & non ex arbitrio Sum
mi Rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus,
nequaquam diuinitus vocati, ſed ſua cupidine
accenſi,culmen regiminis rapiunt, potiusquam
aſſequuntur.Hinc Hieronymus,in c.licet,8.q.1.
18 Sciant omnes, & certi ſint, † quod qui præſtan-
tior eſt ex omni populo,qui doctior,qui ſanctior,
qui omni virtute eminentior, ille eligatur ad Sa-
cerdotium. Vnde dicitur Sapientiæ capit.7. Ne-
minem diligit Deus,niſi eum,qui cum ſapientia
19 habitat. Et in † addiſcendis ſcientijs peritiorem
Doctorem eligere debemus, qui habeat docen-
di peritiam, dicendi facundiam, & diſſerendi gra
tiam copioſam,vt in Clement.2. de Magiſtris,&
habetur in §.cum nos, in Proęm. Digeſtor. vbi
Bartolus.
20 Hinc iudex alijs pręponēdus, ſal debet habere
ſciētię,& conſcientiæ. Bald.in l.2.nu.7. C.de ſen-
tent.ex breuiculo recitand. Curt.in l.Admonen-
di,num.382.ff.de Iureiur. Latè Iacob. Menoch.
de Arbitr.Iudic.quęſt.lib.2.Cēturia 4.Caſu 339.
num.1.Roland.à Valle in conſil. 12. num. 5. vol.
3.Caſſiodor.lib.5. Variar.capit.4.inquit: Omnes,
quos ad Quæſturæ culmen euehimus, doctiſſi-
mos æſtimamus, quales legum interpretes, &
conſilij noſtri decet eſſe participes.
21 Regni † Neapolitani Legibus cautum eſt, ad
Magiſtratuum officia non promoueri, niſi Legū
22 Doctores fuerint. † Inſignia autem Doctoratus
in Regno Neapolitano recipere debent, vt caue
tur duabus Pragmaticis Regis Ferdinandi. Pri-
ma incipit: Sua Maeſtà, ſub data 2. Octobris,
1486.Secunda incip. Hauendo, ſub data Neap.5.
Maij 1490.& alia per Bartholomeum della Cue-
ua Cardinalem Regni Prorogem. incip. Inten-
dendo, data Neap.die 25. Ianuarij 1559. Tamen
declarata ſunt eadem iura procedere in his, qui

per Rescripta Doctorantur, non autem in Collegijs publicis extra Regnum, iniquum enim foret, præiudicium facere Summis Collegijs in Italia existentibus, Romano, Bononiensi, Perusino, Maceratẽsi, Patauino, Papiensi, Parmensi, & alijs in Italia, aliarumq. nationum extra Re-
23 gnum, & vltra Montes, † de quibus ad satietatem scripsi de Regis Catholici præstātia, c.40. Quo vero ad officiorum administrationem in Regno, vt non admittantur, nisi Doctores, obseruatur indistinctè in hoc Regno quo ad Consiliarios, & Præsidentes, Iudices Criminales, & Ciuiles Magnæ Curiæ Vicariæ, & in Regijs Auditoribus Prouinciarum Regni, ac alijs Officialibus locorũ Dominarijs eiusdem Regis. Sed alij Domini Principes, & Barones Regni, id minimè seruant, officia etenim Iustitiæ administrant homines non modo, qui numquam legibus vacarunt, ac Doctoratus infulas non receperunt, sed qui vix scribere didicerint, & locum tenentes, qui signo Crucis decreta facta ab Actuarijs scribunt, contra omne iuris debitum; Indeq. fit, vt nullus reperiatur Iustitiæ locus. Hinc oriuntur tot lites immortales, inter Communitates, & eosdem Dominos, in maximum subditorum detrimentum, & Reipublicæ perniciem. Quod credo nũquam ad Regem fuisse perlatum, obseruari enim faceret vt in Officijs Regijs, ne melioris sint conditionis Barones ipso Rege, & Domino. Hoc optimè seruatur in toto Sũmi Pontificis Dominio, vt etiam in paruis Villis Doctores Iustitiam administrent, & sic in Magnis Vrbibus, in quibus togati ius dicunt, & ab illiteratis abstinent.

Non immerito itaque peritus eligendus est
24 Iudex, † quemadmodum in sanitate curãda bonum requirimus Medicum, & in causa ac lite bonum quærimus Aduocatum. Francisc. Marc. in Decis. 646. & in Decis. 650. vol. 1. & latè Roland. à Valle, in consil. 36. num. 8. & 10. vol. 3. dicens
25 † illiteratum, ac imperitum posse postulare, non autem Aduocationis officium exercere. Iudicũ namque imperitia, maximum affert Reipublicę nocumentum, vt dicit Portius in Consil. 71. nu. 26. Quod ante ipsum Ammianus Marcellinus, lib. 21. dixerat. Existimãt enim (inquit) nihil perniciosius in Republica esse, quã si Magistratus rerum imperiti mandentur. Hinc Augustus mo
26 riens præcepit, ne cui Respublica † committeretur, qui vsu, & rerum gestarum peritia præditus nõ esset, vt refert Dio in Augusto, lib. Histor. 56.
27 † Vnde Leo Imperator dixit, neminem Aduocatorum, sedis alicuius consortio associari debere, nisi quem Iuris peritorum testimonio constiterit, peritia Iuris instructum esse, l. nemini, C. de Aduocat. diuers. iudicior. Ianus Langlæus Ocij semestris lib. 1. cap. 2. in principio. Vituperabile est, inferiorem erigere, nisi meritis alios videatur excellere, inquit Cassiodorus. Variar. lib. 11. c. 6. Ignauus enim Magistratus multorum causa malorum existit. Vnde Philo Iudæus Sacræ Leges allegor. lib. 1. inquit: Necessum est, vt ignauo auriga regente, itinerantes ferantur in voragines, & præcipitia.

28 De iure communi iam notum est † posse etiã illiteratum ad iudicandi officium promoueri, c. Sciscitatus, §. illiteratus, de rescript. & ibi Felin. l. certi iuris, C. de Iudic. & post alios quos refert volluit Iacob. Menoch. de Arbitr. Iudic. quæst. lib. 1. quæst. 23. num. 10. & Vacon. a Vacuna, Declarat. Iur. Ciuil. lib. 1. Declarat. 21. num. 16.
29 Sed ne † melioris sit cõditionis fatuus, quam peritus, contra l. seruus, ff. quod vi, aut clàm, l. nõ
30 solum, ff. de noxal. act. Quoties † Iudex, vel Potestas illiteratus fuerit, opus erit cum Assessoris consilio cuncta facere, vt concludunt omnes DD. in d. c. sciscitatus, & in dicta l. certi iuris, & habetur in l. 1. vbi Accurs. in verbo, Edictis, ff. de offic. Assessor. vbi patet, Potestates, & Gubernatores, sine Assessoris consilio, edicta facere non
31 posse. Hinc † Fabulatores Poetæ Plutoni, ac Proserpinę apud inferos Eacum assessorem tribuũt.
32 vt in Euagora inquit Isocrates. Ex † Assessoribus apud Romanos fiebant Præfecti Prætorio, vt Suetonio commemorat in Galba, capit. 14. de quo nouissimè Petr. Faber Semestr. libro primo, capit. 2. sed hoc alibi dicemus.

Bartol. autem in dicta l. prima dicit, quod
33 † Banna, & edicta emittuntur cum consilio Decurionum; allegat notata per Gloss. in Rubr. C. de Decur. lib. 10. sed corruptè, quia allegare voluit Gloss. in Rubr. de Decret. Decurion. lib. 10. vbi hoc dixit. Pro eorum opinione facit textus
34 in l. obseruare, C. de Decurion. lib. 10. in † quorum Decurionum locum hodie successerunt Electi, siue Antiani Ciuitatum. Glossa in dicta Rubr. de Decur. in dicta l. obseruate, in glossa 2. quam sequuntur ibidem Ioan. de Platea, & Lucas de Penna. Gloss. penult. in l. sed ex dolo, ff. de dolo malo; faciũt notata ab Anton. Capic. in Decis. Neapol. 27. num. 22.

Breuiter Philippus Decius, & Iason in d. l. 1. distinguunt, quod aut tractatur de Ciuitatis
35 † gubernatione, & ciuium commoditate, & eo casu consilium, consensusq. Decurionum requiritur. arg. notatorum ab eodem Bart. in l. omnes populi, q. 1. in princip. ff. de Iustit. & iure, l. 1. ff. quod quisq. iuris. Et hoc modo procedit dictum Bartoli. Et hoc subauditur, vt etsi requiratur cõsilium ipsorum, id erit, vt consensus, quo, & casu ad integrandum edictum, & Assessoris Consiliũ exigitur; vt in d. l. 1. ff. de Offic. Assessor. Si vero
36 † tractatur de spectantibus ad ipsius Prætoris, siue Magistratus Iurisdictionẽ, quia puta aliquid fieri statueret, aut prohiberet; Et tunc circumscripto, ac remoto penitus Decurionum consilio, vti non requisito, aut debito, poterit prætor id, cum sui assessoris consilio facere, vt in dicta l. 1. cum eo casu suæ iurisdictionis sit.

Patrio, huius Neapolitani Regni, iure caue-
37 tur, Edicto a Ioanna Regina † in cap. Item quod prædicti Iustitiarij, & Capitanei nullum, in quo
38 statutum est, nec † Iustitiarios, ac Prouinciarum Præsides, nec Gubernatores Ciuitatum, & Terrarum, sine Iudicum, aut Assessorum consilio aliquem actum facere. Aliàs poterit Præsidi, aut Prætori resisti, & superiori notificari, & coram Rege personaliter comparere, vt voluit

Paris de Puteo in tract. Syndicatus, in verbo, Assessor, & in verbo Consilium. Ludouic. Carrer. in sua Praxi Crimin. §. Homicidij, num. 88. de hoc latè Francisc. Marc. in Decis. Delphinali 689. vol. primo.

39 Assessor autem † cuius scientiæ esse debeat, & an necessario Doctor esse debeat? Iura communia requirunt sufficere peritum esse, & in Iure Ciuili versatum, vt voluit Salicet. in l. 1. C. de pœn. Iud. qui male iudicau. Francisc. Purpurat. in d. l. 1. nu. 72. ff. de Offic. Assessor. & post Ioan. Bolognett. Præceptorem in d. l. 1. num. 3. Iacob. Menoch. de Arbitr. iudic. quæst. lib. 2. Centur. 3. Casu 253. num. 7. Sed Marc. Mantua in d. l. 1. dicit, de consuetudine totius Italiæ requiri, quod sit Doctor; quem reprehendit Præceptor Bolognett. vbi supra, dicēs in Regno Neapolitano, etiā non Doctores Assessores admitti; quē refert & sequitur Menoch. vbi supra, dicē, Mantuā stetisse semper Patauij sub honestissimo ocio, in negocio, & quasi nesciuisse alias Italiæ consuetudines. In Regno Neapolitano Regina Ioanna in c.
40 incip. † Quod de cetero, aliàs, Vt statuts, cauit, ꝙ nō fiāt Iudices, & Assessores, nisi studuerint, saltē per annos quinque; & nihil de Doctoratu. Paris de Puteo, in d. §. Assessor. Sed, vt diximus meo tempore, seruatur illud, quod supra memoraui-
41 mus, quod † Curia Regia, in magna Curia causarum Criminalium, & Ciuilium, in Audientijs Regijs, & in Ciuitatibus, Opidis, & Locis Domanialibus Regis, eligit Doctores; In locis Baronum eligunur non Doctores, sed tantum, quod studuerint, & vtinam congruo tem-
42 pore id fecerint. Nec † enim Prætor aut Potestas suo iudic re sensu debet, capit. 1. de Constit. quia, cum non esset, reputaret seipsum sapienē, quod esse non debet, capit. Ne innitaris, de Con-
43 stitut. Ob † scientiæ splendorem, atque authoritatem, Assessores eliguntur, pro qua ijs Princeps etiam honorem exhibet, l. quidquid, C. de Aduocat. diuers. iudicior. Non dedignabuntur igitur Præsides, atque Prætores, Assessorum cōsilio vti, sed dicere debent illud Sapientiæ, capit. 9. Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam.

Graue etiam reputarunt, non Christiani Principes modo, sed & Barbari, & efferi, ac penitus inhumani, quid quā gerere, non adhibito proce-
44 rum, ac sapientum consilio; † Bene enim consultare maximum esse lucrum dicebat Arthabanus Histaspis filius Xersis patruus, apud Herodo-
45 tum, lib. 7. & inter nonnulla † laudum præconia, quē de Mithridate Ponti Rege Romanorum æmulo circumferuntur, illud est quod magni esset consilij, vt refert Eutropius de Gestis Romanor. lib. 6. capit. 2. Hinc dicit Suidas, & alij
46 pariter asserunt Traianum † statuisse, ne quid in
47 Illyria sine Plutarchi consilio fieret. Apud † Indorum Reges viri sunt publicis deputati consilijs, sed hi paucissimi, nobilitate tamen, prudendentiaq. insignes, vt dicit Diodorus Siculus lib. 3.
48 Et † Hadrianus Imperator semper cum Saluij Iuliani Iuris peritissimi consilio iudicauit, vt est author Aymarus Riuallius Histor. Iuris Ciuilis lib. 5. Vnde Vegetius de re militari, lib. 3. capit. finali Bonus (inquit) Dux exercitus, tractat cum
49 multis, quod facturus est cū paucis. Tit. † Manlius Torquatus à Gallo quodā ad singulare certamen prouocatus, consilio inter Romanorum primos proceres habito, ad pugnam processit, vt est author Liuius, lib. 7. quod è nostris refert Paris de Puteo, in tractatu de re militari, lib. 1. capit. 14. authoritate Andr. de Isern. in capit. 1. Hic fi-
50 nitur lex, in Feudis, vbi inquit, † authoritatem indicendi belli in Principe, & eius Consilio con-
51 sistere. † Hinc Iosaphat Rex in Syros bellum moturus, vt de bello consuleret, Prophetas perquisiuit, vt dicit Iosephus Autiquit. Iudaicar.
52 lib. 8. capit. 9. Magnam profectò obtinuit victoriam Achabus contra Adadum Damasci Regem, cum ipsum profligauerit, & de eius exercitu centum viginti septem millia hominum ceçidit, eo quod cum Satrapis, ac sapientibus communicato consilio accessit ad bellum, vt habetur Regum lib. 3. capit. 20. & Ioseph. An-
53 tiq. Iudaic. lib. 8. capit. 7. Et † Dauid cum Tribunis, ac populi Centurionibus consilium iniuit, vt habetur Paralipom. lib. 1. capit. 13. Quicumque autem, vel Maiorum, vel sapientum virorum spreuere consilia, in magnas plerumque calami-
54 tates, & infortunia prolapsi fuere. † Si Loth in montem statim ascendisset iuxta optimum Angeli cōsilium, cum proprijs filiabus minimè pec-
55 casset, vt habetur Genesis capit. 19. † Holofernes occisus est, quia contempserat sanum Achior cōsilium, vt scribitur Iudith. capit. 5. Damnatur
56 Nabuchodonosor, quod Danielis consilium
57 spreuerit, Daniel. capit. 4. † Damnantur fratres Ioseph, quod Ruben fratris consilium non audierint, vt Iosephum fratrem patri seni redde-
58 rent, Genesis capit. 37. † Ioas Rex Iuda, tam diu bonus fuit, quamdiu Ioiadas Pontifex vixit, qui illum commonebat, quo mortuo, pessimus factus est, vt habetur Regum lib. 4. cap. 12. & Para-
59 lipom. lib. 2. cap. 24. Et † Polycrates Samiorum Tyrannus, Principatu priuatus fuit, eo quod renuisset optima Amasi Aegyptiorum Regis consilia, vt scripsit Diodor. Sicul. lib. 2. Hinc Ecclesiasticus capit. 32. dicit: Fili sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebit. Quia vt dici-
60 tur, salus † ibi est, vbi sunt multa consilia. cap. Peruenit, 83. distinct. Idcirco astutus omnia agit cum consilio, Prouerb. capit. 13. Et Imprudentes soli, oderunt sapientiam, vt inquit Oseas capit. 4. Ideo Scientiam bonum, Inscitiam verò malum appellauit Socrates, vt est author
61 Diogenes Laertius, quæ enim † cum consilio fiunt maiori authoritate roborantur. Bald. in l. humanum, C. de legib. argum. l. Dubium, C. de Repud. Sebastianus Rex Lusitaniæ in bello cum Mauris suscepto extinctus non fuisset, si prudentissima Philippi II. Regis Catholici consilia non spreuisset. De quibus Ioan. Anton. Viperanus & Hieronymus Francus in Histor. Portugalliæ.

Non itaque edicta solum, quæ à minoribus iudicibus, sed quæ à supremis Principibus fiunt, sapientum consilio fieri opertere, consultum semper

semper visum fuit. Hinc Solon, Atheniensium
62 prudentissimus Legislator statuit † Decre-
tum nullum sine concilio sineq. populo ra-
tissimum esto; vt refert Pardulphus Prateius
in Iurisprudentia veteri. De legib. Solonis, l.49.
63 Cũ † lex sit commune præceptum, virorumq.
prudentum consultum, authore Papiniano, in l.
64 1.ff.de legib. Vnde † nec Regem absque pruden
tum consilio leges condere debere, docuit Do-
minic. de Soto, de Iustit. & iure, lib. 1. q. 1. artic. 4.
quod limitat, ac declarat Sebastian. Medices, de
Legib. & Statutis, parte 3. quæst. 14. per totum.
Bernardin. Scodobius in Rep. Auth. Habita, c. 2.
65 num. 3. C. Ne fil. pro patre. Et quid in † Pontifi-
ce Maximo, an exigat Cardinalium Consilium?
Archidiac. post Laurent. in c. Sunt quidam, 25.
q. 1. Panorm. in Disputat. 1. Cotta in Memor. in
verbo, Papa, 4. Ferdinand. Vasquius Controuers.
illust. lib. 1. cap. 2. num. 20. & cap. 23. num. 2. Petr.
Rebuff. in Concordat. Franc. Rubr. de Appro-
bat. conuent. in verbo, Consilio, & tit. de Re-
gia ad prælat. nomin. in verbo, de eorum.
Mandos. in Glossa facultat. §. Habita, in ver-
bo, Consilio, & diximus nos supra hoc eodem
capite.
66 Doctorum † autem adinuentio antiquissima
est, licet non sic dijudicandum videatur quo ad
modum, & Doctorandi formulam, quæ non ita
antiqua videtur, vt dicemus, sunt enim diuersi-
modè appellati, aliquando Doctores, aliquando
Magistri, legis periti, Iurisconsulti, & similibus
verbis, ac nominibus.
67 Doctor autem a docẽdo † dicitur, vt qui alios
doceat, Græcè διδάσκαλος dicitur, & appellatur.
Antiquissimum autẽ, & a principio ferè nascen-
tis mundi fuit docendi studium, ac Doctorum
68 officium. Et † in Sacra Scriptura Doctorũ men-
tio fit non semel, vt Deuteron. cap. 29. Principes
vestri, & Tribus, ac maiores natu, ac Doctores; &
cap. 31. Per Tribus vestras, atque Doctores, &
c. 33. Et vidit Principatum suum, quod in parte
sua Doctor esset repositus. & Paralipom. lib. 1. c.
25. Fuit autem numerus eorum cum fratrib. suis
qui erudiebant Canticum Domini, cuncti Do-
ctores, ducẽti octoginta octo. Et Paralipom. lib.
2. cap. 15. Transibunt autem multi dies in Israel
absque Deo vero, & absque Sacerdote, Doctore,
& absque Lege. & cap. 26. Sub Manu Iehiel Scri-
bæ, Maasiq. Doctoris. Et Salomon Ecclesiastes
cap. 9. Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velo
cium esse cursum, nec fortiũ bellum, nec sapien-
tium, panem, nec Doctorum diuitias. Et Isaiæ c.
30. Et non faciet auolare à te vltra Doctorem
tuum. & c. 33. Vbi est literatus? vbi verba legis
ponderans? vbi Doctor paruulorum? & Ioelis,
capit. 2. Lætamini in Domino Deo vestro,
quia dedit vobis Doctorem Iustitiæ. Hinc Mat-
69 thæi cap. 22. habetur de illo Legis † Doctore de
Sadducæorũ Collegio, qui tentabat Christum.
Et Lucæ capit. 2. fit mentio de Christo, dum
in Templo in medio Doctorum disputaret. Et
cap. 5. inquit: Et erant Pharisei sedentes, & Legis
Doctores. Et idem Lucas Actor. cap. 5. meminit
de Gamaliele Doctore Legis honorabili. Et cap.
13. Erant (inquit) in Ecclesia Antiochiæ Pro-
phetæ, & Doctores. Vnde Paulus Apostolus 1.
Corinthior. cap. 12. Et quosdam quidem posuit
DEVS in Ecclesia, primum Apostolos, secun-
do Prophetas, tertio Doctores. Quod iterum
repetijt ad Ephesios capit. 4. & alibi pluries. Hi
70 † autem Legem Dei populos docebant; tales
fuerunt in Scriptura, talis Christus, qui pluries
docebat in tẽplo, tales Apostoli, sanctiq. omnes
Ecclesiastici Doctores fuere, quorum officium
dicit Hieronym. in Isaiam c. 3. quod Lacrymas
non risum moueat, qui corripit peccatores, qui
nullum beatum, nullum dicit esse felicem.
71 Magistri † hi Doctores quandoque vocati, a
quo & Magistratus appellantur, a monendo, &
monstrando dicti, vt dicit Vlpianus in l. cui præ-
72 cipua, ff. de verbor. signific. quæ † verba arbitror
minus recte scripta, non enim recta capi potest
Etymologia, Magistratus, à monendo, vel mon-
strando dictos. Sed melius dicere Festum Pom-
peium, qui ait magistrare, regere, temperare, &
moderari; Vnde magistri non solum Doctores
artium, sed etiam Pagorum, Societatum, Vico-
rum, Collegiorum, Equitum, dicuntur. Hæc Fe-
73 stus. Vnde in dicta l. cui, † Gulielmus Fornerius
elegantissimus simul, & diligentissimus Iuriscon
sultus, videns contextum, qui vulgatissimus, vt
supra, circumfertur, arbitratus est corruptum, li-
brariorum, ac scriptorum labe, & errore, iudi-
cans textum ligatis litteris ita a principio fuisse
repertum (à Mõndo, vel mr̃ando) & hæc verba
vt supra postmodum perperam extensa, sed dice-
re velle, à monstrando, vel magistrando. Cuius
74 sententiæ, & nos subscribimus, ex eo, quia † mõ-
strare nil aliud est, quam docere, vnde Cicero de
Diuin. lib. 1. Qui semitam non sapiunt, alteri mõ-
strant viam. Magistri vero appellantur cuiuslibet
disciplinæ præceptores, & hi, quibus cura rerum
incumbit, & qui magis, quam ceteri diligẽtiam,
& sollicitudinẽ rebus, quibus præsunt debent, vt
ibidẽ Vlpianus adstruit. Sicut a dictione (Minus)
Minister, sic à dictione (Magis) dicatur Magister;
Et ideo idem dicere est Magister, ac Doctor, &
75 Rabbi, † sic vocatus semper Christus, Matth. c. 8.
& 9. Marci. c. 4. 5. & 9. & Lucæ, c. 3. 6. 10. 20. & 22.
& Ioan. c. 3. Rabbi scimus, quia a Deo venisti Ma
gister, & c. 13. Si ergo ego laui pedes vestros Do-
minus & Magister; & ibidẽ. Vos vocatis me Ma-
gister, & Dominus, & bene dicitis, sum etenim.
76 Legis periti etiam † dicuntur, apud Lucam,
capit. 7. Pharisæi autem, & Legisperiti consilium
Dei spreuerunt; & capit. 10. Et ecce, surrexit qui-
dam legis peritus tentans eum; & capit. 14.
dixit ad legisperitos, & Pharisæos; & Apostolus
ad Titum, cap. 3. meminit de Zona Legisperito.
Inde illud Horatij.

Agricolam laudat Iuris, legumq. peritus
Sub Galli cantu consultor vbi ostia pulsat.

77 Iurisconsulti † similiter appellantur, qui in
vtroque iure periti sunt, & Canonum Pontifica
lium, & Ciuilium, siue profanorum iurium. Sed
ante quam Canones Põtificũ in libros, & artem

digeſti eſſent, Iuriſcōſulti etiam dicebantur illi,
qui in vtroque iure, publico, & priuato, Ciuili, &
Conſuetudinum periti eſſent. Hinc Cicero lib.
1. de Oratore, inquit, Sin autem quæreretur,
quis Iuriſconſultus verè nominaretur, eum di-
cerem, qui legum, & conſuetudinis, qua priuati
in ciuitate vterentur, & ad reſpondendum, & ad
agēdum, & ad cauendum peritus eſſet. Sed Boe-
tius ad Topica Ciceronis, lib. 3. inquit, Iuris peri-
78 torum † authoritas eſt eorum, qui ex duodecim
Tabulis, vel ex edictis Magiſtratuum, ius ciuile
interpretati ſunt, probatæ ciuium iudicijs, credi-
tæq. ſententiæ. Et Marſilius Ficinus Epiſtolar.
lib. 1. Iuris peritus ait, eſt publicus ciuium patro-
nus, commune Ciuitatis Oraculum, diuinæ mē-
tis, & voluntatis interpres. Et idem Ficinus Epi-
79 ſtol. lib. 3. † Iuriſconſulti, inquit officium eſt, vt
omnium grauiſſimus ſit, atque ſciat, qui ſacram
adulterat legem, ceu ſacrilegium, ſeueriore cen
ſura plectendum eſſe, quam qui nummos. Hi au-
80 tem verè Iuriſconſulti † dicendi ſunt, qui ſiue in
iudicandis rebus, ſiue in adminiſtranda Republi-
ca, Theoriam, Praximq. Iuris prudentiæ, cum
præclaris, & cognatis Philoſophiæ artibus acceſ-
ſionem quæſierint, atque aliarum ſcientiarum
cumulum coaceruarunt. Ad hæc reſpexit Ci-
cero dum in Oratione pro Archia Poeta, in-
quit; Siquid eſt in me ingenij, Iudices, quod
ſentio, quam ſit exiguum; aut ſi qua exercitatio,
in qua me non inficior mediocriter eſſe verſa-
tum; aut ſi huiuſmodi ratio aliqua ab optimarū
artium ſtudijs, & diſciplina profecta, a qua ego,
nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruiſ-
ſe. Hi fuere Iuriſconſulti, quorum leges, & Re-
ſponſa in Pandectis legimus, qui ſub Principibus
Romanis a conſilijs extiterunt; quorum iudicio,
& Reſponſis Imperium adminiſtrarunt. ita
81 † Adrianus Imperator Iulio Celſo, Saluio Iulia-
no, Neratio Priſco, & alijs multis in cōſilio vſus,
82 vt eſt author Aelius Spartianus. † Antoninus
Pius opera vſus eſt, Saluij Valentis, Voluſij Me-
tiani, Vlpij Marcelli, & Iaboleni, vt ſcribit Iulius
83 Capitolinus. † Marcus Antonius Philoſophus,
84 vſus eſt Sceuola. † Alexander Seuerus Impera-
tor Aemilium Papinianum habuit Præfectum
Prætorio, qui libellis in Principis Aula præerat
ſupplicibus, vt in l. Reſcriptum, in princip. ff. de
85 diſtract. pignor. Hos alios Iuriſconſultos Ale-
xandri refert Aelius Lampridius, Fabium Sabi-
num, Sabini inſignis viri filium. Domitium Vl-
pianum, Iulium Paulum, Pompeium, Alphenū,
Africanum, Florentinum, Martianum, Calliſtra
tum, Hermogenem, Venuleium, Triphoniū,
Metianum, Celſum. Proculū, & Modeſtinum,
Sed Principes boni Iureconſultos dilexerunt;
86 praui verò eos odio proſequuti ſunt. Sic † He-
liogabalus Principum omnium corruptiſſimus,
& nequiſſimus, Vlpianum, vt virum bonum or-
87 dine mouit, vt Lampridius teſtatur. † Antoni-
nus Caracallus Imperator Papiniano Viro in-
nocenti, ac vitæ integritatis plene, mortem intu-
lit, quod in Senatu Parricidium ab eo com-
miſſum diluere noluerit, vt Spartianus me-
minit,

88 Apud Hebræos † erant Rabbi, qui latino ſer-
mone Magiſtri ſunt, & Doctores, vt ſcribit Hie-
ronym. in Matth. cap. 23. & ſupra diximus. Erant
89 † & Scribæ, ac Sacerdotes, quorū officium Ma-
giſtrorum erat, & Doctorum, legentium, & in-
terpretantium Legem Domini. De quo Philo
Iudæus, de Vita Moſis, lib. 3. inquit. Moris fuit
Sabbatus operam dare Philoſophiæ, Principe an-
tecedente, ac docente, quæ opus facto, ac dicto
eſſent, reliquis audientibus, ex quo nunc etiam
Philoſophantur Sabbatis, patrio more, nam Ora
toria in Ciuitatibus, ſcholæ ſunt omnium virtu-
tum, quibus Diuina, humanaq. intelliguntur; &
corriguntur. Et idem Philo poſt pauca, inquit:
Conſtitutam maximè ſeptimam habent diem,
in qua ab alijs quieſcūt operibus, in qua ad ſacra
90 loca adeuntes, quæ Synagogæ vocantur, † ordi-
ne ætatis, iuuenes ſenioribus ſubſident, deco-
ro cum ornatu audientes, deinde vnus Biblia ſu-
mens, legit, alter vero ex peritiſſimis, minimè
nota exponit. Hinc Eſdræ lib. 3. cap. 9. [Et attulit
Eſdras Pontifex Legem omni multitudini eo-
rum à viro vſque ad mulierem, & omnibus Sa-
cerdotibus audire legem nouilunio menſis ſepti
mi; & legebat in Area, quę eſt ante Sacram Por-
tam Templi, a prima luce vſque ad veſperam, co-
ram viris, & mulieribus, & dederunt omnes ſen-
ſum ad Legem; & ſtetit Eſdras Sacerdos, & le-
ctor legis ſuper ligneum tribunal, quod fabri-
catum erat. Et ſunt plures authoritates, quæ
omittuntur.

91 Antequam † quis Doctoratus inſignijs hone-
ſtetur, plura quæruntur, quod ſit legitimo natus
matrimonio, legitima ætate, quod in publica ſtu
diorum Vniuerſitate, atque Academia, debitis
temporum curriculis vacauerit, boni mores, fa-
cundia, ſubtilitas, & coram Doctoribus rigoro-
ſum examen ſuſcipiant, à quibus ſit approbatus,
& negocijs minime ſe implicet. Petrus Rebuff.
in Concord. Franciæ, tit. de Collat. §. monemus,
in verbo, Vniuerſitatum. Bernardin. Schodob. in
Rep. Auth. Habita, capit. 20. num. 21. vſque ad fi-
92 nem, C. Ne fil. pro patre. Doctores approbantes
quiquandoque promotores appellātur, ſunt pro
numero ſecundum diuerſas Collegiorum con-
ſuetudines; de iure tamen deberent ſeptem eſſe,
l. ſi quis, C. de profeſſ. & medic. lib. 10. Gloſſa in
l. magiſtros, in fine, vbi Bart. & Ioan. de Platea, C.
eod. tit. Panorm. in c. Propoſuiſti, num. 8. vbi alij
93 DD. de probat. † Peruſij quattuor Doctores ex
Pontificum Priuilegijs ſunt promotores, ſiue
examinatores, vt voluit Bart. in d. l. Magiſtros,
94 † Eodem modo Senis vt dicit Abb. in dicto cap.
propoſuiſti. Ludouic. Bolognin. in Auth. Habi-
ta, num. 24. In Collegio Neapolitano ſunt quat-
tuor Doctores Promotores, qui fidem faciunt,
quod ille Doctorandus approbetur, & eum eſſe
idoneum, vt ad ſuſcipiendam Doctoratus Lau-
95 ream admittatur; Et hi cūm † iuramento hanc
fidē facere deberent, eos eruditos eſſe, l. nemini,
C. de Aduocat. diuerſ. iudic. Bart. in d. l. Magi-
96 ſtros. † Quamquā id Patauij minimè obſerua-
ri dicat Iacob. Menoch. de Arbitr. iud. quæſt. lib. 2.
Centur. 2. Caſu 192. num. 6. Quod, & melius mihi
arridet,

97 arridet, ex † mille enim pauci sunt, qui verè Lau-
ream mereātur. Ob quod, quam optime Pius V.
Pontifex Maximus, cui dum quidam nō ex infi-
mis Prælatis esset magno fauore propositus, re-
spondit illum non esse Doctorem, aut scientiæ
alicuius peritum, & satis incongruum sibi vide-
ri, in tam sublime Purpuratorum collegium, ad-
mittere indoctos viros. Vertente demum anno,
& iterum facta sibi importuna instantia, & quod
ille eo anno Doctoratus infulis fuerat ornatus,
98 melius, grauiusq. respondit, Doctores illum per-
cupere nō autem Doctoratos. Andreas Accon-
zaiocus de Barulo, in l. 3. C. de Profess. in Vrbe
99 Constantinopol. lib. 12. dicit sex esse in doctoran
do necessaria, scilicet, quod sit morigeratus,
quod sit peritus, quod sit facundus, quod subti-
lis, quod copiosus, quod conuentatus; quod ego
dijudicatem, quod sit approbatus à Conuentu,
scilicet, Collegio Doctorum, subiungit idem
Andreas quod Dominus Rex in conuentu suo,
100 addit duo, † quod nimirum sit fidelis Princip.
101 argum. §. his igitur, in Proem. Instit. Et † quod
sit Catholicus, argum. l. nemo, C. de Episcopali
audient. Vnde non mirum quod Pius IV. Pon-
tifex Summus, decreuerit, quod volens suscipe-
re Doctoratus dignitatem, faciat Christianæ fi-
dei professionem, quæ idem, si consideretur,
continet.
102 Doctoratus † autē insignia, etsi diuersa sint,
pro Regionum diuersitate hæc tamen commu-
niter tribui solent, Cathedra, siue Subsellium,
Liber, Birretum, Annulus, Toga, Osculum, pa-
cis, & Benedictio, quamquam hæc omnia, nec
semper, nec vbique sint necessaria, ita, vt si ali-
quid omittatur vitiet, vel si plura, & diuersa in-
teruenıāt, de his promiscue Doctores, ita tamen
declarantur.
103 Cathedra † siue subsellium ligneum Tribu-
nal erectum est, in quo Doctores legere solent,
vt patet ex authoritate Esdræ, lib. 3. capit. 9. quam
superius proximè allegauimus. Similiter dicitur
lib. Regum 2. cap. 23. Dauid sedens in Cathedra
sapientissimus Princeps. Et Dauid Psalmo 106.
Et in Cathedra seniorum laudent eum. Et Ec-
clesiastici cap. 7. dicitur: Noli quærere ab homi-
ne ducatum, neque à Rege Cathedram honoris.
Et Matth. cap. 23. Super Cathedram Moysi se-
derunt Scribæ, & Pharisæi. Et ibidem: Amant
primos recubitus in cenis, & primas Cathedras
in Synagogis. Idem habetur Marci capit. 12. &
Lucæ capit. 11. & cap. 20. Vnde breuiter vbi supra
in Matthæum annotauit Paulus Palatius. Ad-
uerte igitur (inquit) nomini esse in Cathedram
ascendendum, nisi literatus sit. Ista autem Ca-
thedra, quę dignitatem, & primatum quemdam
denotat, vt conuenientia sint acta illius optima
eidem Cathedræ, qui enim in illa sedet, & benè
docuerit in ea, ac benè vixerit, in iudicio suo se-
det, populum instruit. Si benè docueris, & malè
vixeris, tui solus condemnator eris. Nam benè
docendo, & benè viuendo, populum instruis,
quomodo viuere debeat. Bene autem docen-
do, & malè viuendo, Deum instruis, quomodo
te debeat condemnare, vt ex Ioanne Chrysosto-
mo habetur in c. Multi sacerdotes, 40. distinct.
104 Idcirco † Subsellia Magistratibus olim apud
Romanos concessa fuere in Curia, in quibus Se-
natores sedebant, vt inquit Cicero Inuectiua 1.
in Catilinam. Hinc Augustum primum Subsel-
liorum ordinem in spectaculis Patritijs, ac Sena-
toribus concessit, vt est author Suetonius in Au-
gusto. Propterea Asconius Pedianus dixit, Sub-
sellia esse Tribunorum, Triumuirorum, Quæ-
storum, & huiusmodi minora iudicia exercen-
105 tium. † Quandoque Subsellia pro ipsis iudici-
bus capiuntur, in annotationibus prioribus per
Gulielm. Budæum, in l. 1. ff. de iudic. Et Cathedra
idcirco conceditur, scilicet, quod habeat potesta
tem eam ascendendi dicit Cardin. Florentin. in
Clement. 2. de Magistr. & Lancelott. Conrad. in
Templo iudic. cap. 1. §. 1. q. 2. in verbo, Gladij,
num. 25. & de offic. prætor. in princip. numero
10. & 11.
106 Liber autem quid significet † iam triuiale
est, datur autem mox liber apertus, & statim
etiam clausus, cum Doctoratus insignia confe-
runtur, designat enim relationem, & lectionem
eorum quæ in libris continentur, ad interpretan-
das scripturas, argum. eorum quæ notantur in c.
lector, 23. distinct. Sed dum hæc scribo, venit mi-
107 hi in mētem, † Orum Apollinem in Hierogly-
phicis dixisse, librum nihil designare, preter quā
quid vetustissimum; In libro enim, vt Pierius
lib. 48. inquit, littere continentur, in litteris locu-
tiones, in locutionibus orationes. Ex libris, ne-
mo negabit, scimus omnes mundi antiquitates,
& vetustissima queque; in liberis, res gestę,
quæq. gerendæ sunt animaduertuntur, quibus
nihil vetustius. Ad quod optimè alludit quod di
ximus de Compromiss. in Præfat. num. 16. vbi ex
Propertio diximus.

Tabida consumit ferrum, saxaq. vetustas,
Scripta ferunt annos.

à Mundi enim creatione, semotis libris vsque
108 modo quid sciremus. † Vnde datur potestas ei,
cui liber traditus est, Glossandi, legendi, atque in
terpretandi, vt dicit Cardin. in dicta Clement. 2.
daturq. profitendi, & docendi potestas, quibus
thesauri etiam acquisitionum nascuntur, vt sic
interpretemur illud Domitij apud Plinium Se-
niorem in præfat. ad librum Naturalis Historiæ.
109 Birretum, † siue coronam quamdam præsi-
gnet vt dicit Lucas de Penna, in l. Murileguli, C.
de Murileg. lib. 11. & voluit Andr. Alciat. lib. 8.
Parerg. capit. 10. & hinc Laureas coronas etiam
110 scimus, vt in specie moris est † Salerni, dum Do
ctores fiunt, & idcirco Doctores Laureati dicun
tur. Siue altius intuentes, quod cum Caput con-
silijs sedes sit, Birreto velatur, vt denotetur, secre-
ta scripturarum, & Consiliorum Arcana, passim
secretiora, & occultiora tractanda fore, nec pas-
111 sim cuique protinus euulganda, sic † per Pluto-
nem Galeatum, secretioris Consilij mentem ab-
strusam esse debere denotatur.
112 Annullus verò † aureus datur in symbolum
quoddam matrimonij quod videtur iniri ab eo,
qui Doctor creatur cum scientijs, vt quandam
inter ipsos copulam perennem designare videa-
F 3 tur.

tur Ioan. Andr. in c. vt Apoſtolicæ, de priuileg. in
6. Petrus de Leſuandier de Doctor. parte 1. q. 3.
Luc. de Pen. in l. vnica, C. de Profeſſ. qui in vrbe
Conſtant. lib. 12. vbi, quod ſolet dici: Accipe An-
nulum ſubarrhationis: nam ſicut per eum con-
113 trahitur matrimonium inter † virum, & vxo-
rem, ita inter ſcientiam, & Doctorem, Barthol.
Caſſanæus in Catalogo Gloriæ Mundi, parte 10.
Conſider. 36. Hinc Ioan. Andr. in d. c. Vt Apoſto
114 licæ, inquit, quod † Clericus annulatus eſt fa-
ctus, vel Epiſcopus; quod dicit non procedere in
Doctore Clerico, qui annulum deferre poteſt,
Annulus etiam deſignare poteſt nobilitatem,
quam Doctor per eandem dignitatem conſe-
115 quitur, ex quo † apud Romanos ad ſolam no-
bilitatem primum annulorum aureorum aſpor-
tatio ſpectabat. Vnde Cicero Actione in Ver-
rem quinta. Noſtri Imperatores ſcribas ſuos
annulis aureis in concione donarunt; admirãdo,
quod contra morem id factum eſſet, vt etiã ſcri-
bis aurei annuli permitterentur. Et dum Flauius
ſcriba, libertino patre natus, tribunus eſſet crea-
tus, illiq. nobilium inſignia tributa, plerique no-
bilium annulos aureos, & phaleras depoſuerunt,
vt eſt author Liuius, lib. 9. & Plinius, lib. 33. cap. 1.
Alexander Sardus, de Moribus Gentium, lib. 1.
116 cap. 19. † Salerni idcirco dum Philoſophi, Me-
diciq. Doctores creantur, Collegij Prior his ver
bis vtitur. Accipe annulum aureum, vt ſicuti me
tallorum omnium aurum precioſius, & ſplendi-
dus eſt, ita te in omni populo, ſplendidiorem, &
illuſtriorem exhibeas. Audiui hoc dicere Anto-
nellum Rogerium, Ioannem Nicolaum Roge-
rium, & Metellum Grillum, Patritios, & eiuſdẽ
117 Collegij Priores digniſſimos. † Iudicibus, ac
Magiſtratibus olim Ferreos annulos datos ſcri-
bit Plinius in loco allegato. Forſan quia ferrum
gladij, & poteſtatis ſimulachrum præfigeret, iux-
ta illud Ciceronis Verrina ſeptima. In ferrum,
atque in vincula coniecti. Sicuti autem laben-
te in deterius ſæculo, ferreo annulo omiſſo, au-
reus vſu receptus eſt; non vt inſigne nobilium,
Equitumq. ſolum, ſed abiectæ etiam plebis ho-
minum; idcirco, & Doctoribus illud tributum,
haud certè mihi arridens, cum & tabernarij, &
laniſtæ his vtantur, conniuentibus Principibus,
ac Romanorum vſus non priſtino alicui nitori
reddentibus, ſed oſcitantibus; vt ex ijs nulla per-
ſonarum, vel meritorum diſcretio ſecerni poſſit.
118 Poſſet † & annulus aureus Doctori aſſignari, vt
& eo vtatur inſignandis Epiſtolis, vel Reſponſis;
quod Lancelott. Conrad. in loco allegato proba-
119 uit. Hinc † Auguſtus annulũ ſignatoriũ habuit
cum imagine Sphingis primũ, deinde Alexandri
Magni imagine, Mecœnas Rana, Sylla Iugur-
tha ſe dedente, Seleucus Anchora, Scipio iunior
patris imagine, Pompeius Leone gladium ma-
nu gerente. Plutarch. de Fortun. & virtutibus
Alexandri Franciſc. Hotom. in §. ſed cum paula
tim, in verbo, vno annulo, Inſtit. de teſt. ordinãd.
& in Comment. verborum Iuris, in verbo, Ius
aureorum annulorum, poſt Iacobum Spiegell.
in Lexico Iuris, in verbo, ſignatorio annulo.
120 † Hinc mortuo Claudio Marcello Cõſule, ca-
pto eius ſigillo per Annibalem, volens Salapiam
in Apuleia capere, ſub Marcelli nomine litteras
ſigillo eius annuli ſignatas ſcripſit; Quod Titus
Quinctius Criſpinus Conſul alter aduerterat, &
pro voto Annibalis non ſucceſſit, vt teſtatur Li-
uius, lib. 27. & Iulius Frontinus Stratagematum,
121 lib. 4. Annulus † etiam aureus Imperatoriũ in-
ſigne fuit, Nicetas Annal. Conſtantinopol. lib. 1.
de Ioanne Comneno, lib. 1. In pollice autem Do-
ctori annulum poni debere ſcribit, vbi ſupra Caſ-
ſanæus. De annulo plura ſcripſi in Apologia ad-
uerſus ſententiam Pilati, Aquilæ repertam, & ali
bi longius.
122 Toga datur † vti inſigne, olim Romanis pro
prium, quamdam inceſſus, & habitus grauitatẽ
referens. Habuere autem Togas Prætextas cir-
culo purpureo ornatas, quæ puerorum erãt; Pal-
matas quæ dabãtur in triumphis, a Palma appel-
latas; Pictas, quæ erãt publicæ, & in palatio, vel in
Capitolio pro ſummo Magiſtratu aſſeruabãtur;
Candidas, quæ erant illorum, qui Magiſtratus pe
tebant; & idcirco Candidati appellabantur; Pu-
ras, quæ illorum erant, qui primo tyrocinij die ad
exercitationem forenſem prodibant; Pullatas,
quibus in funeribus vtebantur. Raſas, ac Viriles
de quibus promiſcuè tractauere Lucanus, lib. 7.
Cicero in Lælio, Capitolinus in Gordiano, Lam
pridius in Alexandro, Liuius, lib. 1. lib. 30. lib. 37.
Plin. lib. 8. cap. 48. lib. 9. capit. 39. Plin. iunior, lib.
Epiſtol. 3. Petr. Crinitus de Honeſta diſciplina,
lib. 3. cap. 7. Plutarch. Problem. 48. Gulielm. Bu-
dæus in Annotat. nouiſſimis, in l. Diuus, ff. de iu-
re fiſci, vbi eleganter, ſuo more omnia diſſerit.
Non omittam tamen Apuleium lib. 10. Meta-
123 morph. † appellantem Aduocatos, ſiue Cauſi-
dicos, viliſſima capita, forenſia pecora, & toga-
tos vultures. Quod, & ante eum dixerat Cicero
in Orat. pro P. Sextio, & in Orat. cõtra Piſonem,
ipſum Piſonem, & Gabinium, Vulturios Palu-
datos appellans, quos refert Andr. Tiraquel. de
Nobilit. cap. 29. nu. 8. & 47. & videnda ſunt, quæ
de veſtibus diximus ſupra hoc eodem lib. cap. 4.
124 Oſculum, datur pro pacis † inſigni, de quo in
c. Pacem, de Conſecr. diſtinſt. 2. Ioan. Andr. &
Cardin. in d. Clem. 2. de Magiſtr. Caſſan. in d. par-
te 10. Conſider. 36.
125 Benedictio † etiam dati ſolet, quam idem eſ-
ſe cũ Oſculo, aſſerit Cardin. in dicta Clement. 2.
126 Zonam Auream † aliqui addunt, vt Caſſan.
in dicta Cõſider. 36. ſed de his ſupradictus Lucas
de Penna, in d. l. Murileguli, & in l. vnica, C. de
Profeſſor. qui in Vrbe Conſtantinop. lib. 12. in l.
vnica, C. de Athletis, lib. 10. Franciſc. Marc. in
Deciſ. Delphin. 690. volum. 1. de Zona dixi de
Regis Catholici præſtantia, c. 16.
127 An autem ſpurij legitimati † admittantur ad
Doctoratus dignitatem, latè Cardin. in Clem. 2.
de Magiſtr. Barth. Caſſanæus Catalogo Gloriæ
Mundi, parte 11. Conſider. 15. Cardinal. Paleot.
nothis & ſpurijs, c. 56. nu. 8. nouiſſimè Ioan. Vin-
cent. Anna, de Vaſſal. decrep. ætat. num. 421. vbi
diſcutit an poſſit aggregari in Collegio Docto-
rum.

CAP. IX.

ARGVMENTVM.

Magistratus eliguntur ob candorem virtutis motu proprio, non autem eligendi sunt ob pecunias, vel pretium, nec ob preces, aliosue indebitos modos, vel suffragia.

COMPENDIVM.

1 *Ambitio quid sit.*

2 *Magistratus, qui emunt, iustitiam vendunt, & num. 3,*

Pulchrum Alexandri Seueri dictum in eos, qui Magistratus emunt, & num. 4.

5 *Animum malum ostendit, qui pro habendo officio pecuniam erogat, & num. 7.*

6 *Theodosius, quos ad officia promoueri volebat,*

8 *Anhelantium gratia quadam aut pecunia peruenire ad dignitates, pœna.*

9 *Docti viri a Principibus emendi sunt.*

10 *Simoniam an committat emens saculare officium.*

11 *Officia, & Magistratus Romæ venduntur.*

12 *Regni Neapolitani iuribus Caroli V. Cæsaris, & Philippi II. Regis eius filij, cauetur, nec precibus, nec precio officia vendi.*

13 *Magistratus, quo pacto Romæ petebantur,*

14 *Magistratus, cur Romæ petentes, sola veste, absque toga id facerent.*

15 *Tribunitia lege Romæ prohibebantur officia largitione quæri.*

16 *Magistratus obtineri largitione apud Romanos prohibitum erat legibus,*

17 *Patelia, Aemilia, Calpurnia, Fabia, Maria, Licinia, & Ebutia.* — *num. 17,*

18 *Cincia lex, an prohiberet Magistratus quæri pecunia,*

19 *Coponius dãnatus, quia vini fictilem amphoram illi dederat, qui ius suffragij habebat.*

20 *Leonactus Syrus Romæ coronari prohibitus, quia pecunia in luctam descenderat.*

21 *Vetronius Turinus ab Alexandro Seuero fumo punitus, & qua re.*

22 *Romanorum Imperium tunc cecidit, cum Magistratus, & officia venalia esse cœperunt,*

23 *Ministeria publica venalia facere turpe est.*

24 *Sacerdatia venalia esse, prohibuit Romulus.*

25 *Septimus Seuerus tempore suo honores venundari vetuit.*

26 *Nero in sui principio Imperij dixit nihil venale, vel ambitiosum permissurum.*

27 *Apud Athenienses Pyrrhus Eteobutades vltimo supplicio damnatus, quod officium populi suffragijs habuisset.*

28 *Leo Armenius Constantinopolitanus Imperator præfecturas pecunia dari non est passus.*

29 *Anastasius etiam Magistratus, qui pecunia dari solebant gratis contulit, vt & venationes pariter sustulit.*

30 *Epicharmus Deos dicebat, Ventos, Solem, Terram, Aquam, Ignem, Stellas,*

31 *Menander Aurum, & Argentum Deos faciebat.*

32 *Ambitio in vestibulis ac foribus poten.[illegible] habitat.*

33 *Quo tempore pecunia in honore esse cœpit, verus honor cecidit.*

34 *Dignitates factæ sunt venales, nec est qui corrigat, vel reprehendat secundum Chrysostomum.*

35 *Domitianus turpe habuit, Senatores non officio, sed pretio in Curiam venire.*

Qui sua virtute diffisi, Magistratus & summos honores largitionibus consequuntur, peste flagitiosiores, sub eod. num. 35,

36 *Ambitio fuit Iudiciorum constupratio, Regnorum labefactatio, Amicitiarum, Ciuilisque societatis dissolutio.*

37 *Viros inuitos ad gerendos Magistratus trahendos dicebat Alexander Seuerus.*

38 *Felices esse Respublicas si a nolentibus & actus publicos recusantibus, gubernentur, Valentinianus, & Martianus dixerunt.*

39 *Iustinianus officia gratis dare studebat.*

40 *Lotharius Imperator Mauringum Brixiæ Comitem, quod in Iure dicundo laudem consequutus fuerat, Adelardo Duce mortuo, Spoletii Ducem creauit.*

41 *Dantes officia mercede recepta, turpiter, & dolose se gerunt,*

42 *Ambitus pœnis an subiaceat, qui palam dant pro officio palam accipientibus, & num. 43.*

43 *Accursii opinio improbatur.*

44 *Honor pro pudicitia capitur aliquando,*

45 *Aliquando pro præmio,*

46 *Aliquando pro Reuerentia,*

47 *Quandoque pro Salutatione,*

48 *Honor Magistratus sine administratione, an detur,*

49 *Candidati apud Romanos Magistratum petere poterant, non autem pro eo consequendo dare pecuniam impune erat.*

50 *Intellectus l. non existimo. ff. de administr. tutor.*

51 *Senatusconsultum quo ad Candidatos petentes Magistratum Ciceronis tempore factum, quid contiaebat,*

52 *Principes caueant ab aulicis Magistratus vendentes.*

53 *Euphratem Philosophum odit Appollonius Thianeus, quia cuncta pecunia mediante agebat.*

54 *Alexandri ab Alexandro aduersus Tiberium Decianũ defensio. & num. 55. 56. 57. 64. & 65,*

56 *Liuij locus declaratus,*

58 *Liuij locus alter emendatus,*

59 *Romani antiquitus grauiter puniebant eos, qui pecunia Magistratus aucupabant,*

60 *Sp. Melius, quia frumenti largitione populi turbam delinierat ad Magistratum aspirans, Romæ occisus est.*

61 *Lex Cincia ad quid facta, & num. 62,*

63 *Cornelius Tacitus Traiani Principis tempore floruit.*

66 *Honores, & dignitates a Principe proficiscuntur.*

67 *L. Lucei, & Bibuli actus pro habendo Consulatu, Iulio Cæsare Consulatum pariter petente.*

68 *Candidatum, quomodo volebant Romani.*

69 *Solon in Repub. Atheniensium, non omnes indistincte admisit als[illegible] multis virtutum gradibus.*

70 *Anytus Anthemionis filius, quo pacto primus, apud Athe-*

Athenienſes Solonis legibus poſthabitis, Magiſtratum gerere pecuniarum præmia largitione voluerit.

71 *Dominandi cupiditas ad maiora ardenti deſiderio rapitur.*

72 *Auaritia multa concitat.*

73 *Ambitio virtutis præmium tollit.*

74 *Ambitionis ardor Clariſſimi authoris, virtute, ingenio, lectioneq. varia laudatiſſimi animum numquam incendere valuit.*

AXIOMA.

Motu proprio, non autem prece, precio, aliiſq; ſuffragijs Magiſtratus creando.



1 Vi magis, quam oportet, & vnde non oportet honorem affectat, ambitioſus eſt, inquit Ariſtoteles, Moral. Nicomach. lib. 4. cap. 4. Eſt † enim ambitio habitus animæ, honoris gratia, omnes ſumptus admittens præter rationis normam, vt ait Speuſippus in Diffinitionibus Platonis. Omni autem ſæculo, & omnibus hominibus prudentibus damnata ſemper extitit, vt poſtmodum dicam.

Alexander Seuerus, Imperatorum prudentiſſimus, Magiſtratus gerendi cauſa, viros optimos eligi debere aſſeruit, dum vendi illos vetuit pecu-
2 nia, dicebatq. eos, † qui Magiſtratus emebant, vt Iuſtitiam venderent opus eſſe; Nec ipſum poſſe pati dicebat, Poteſtatum mercatores, quod ſi pateretur, damnare non poſſet, vt qui erubeſceret, eum hominem punire, qui emit, & vendit, vt eſt author Aelius Lampridius in eius Vita. Hinc idem Ariſtoteles in Politicis, lib. 2. capit. 9. Qui
3 Magiſtratus (inquit) emerint, † hos quæſtibus aſſueſcere probabile eſt, cum facto ſumptu imperia ſint aſſequuti. Et Seneca de Beneficijs lib. 1. cap. 9. Prouincias ſpoliari, & nummarium tribunal, audita vtrimque licitatione, alteri addici, non mirum, quando quæ emeris, vendere gentiū ius eſt. Syneſius in lib. de Regno benè adminiſtrando ad Arcadium, inquit: qui Magiſtratum pecunia comparauit, neſcit profecto Iuſtitiam colere, atque ius ſuum vnicuique tribuere. Quā optimè Federicus Scotus in pfatione ad primū volumen cōſiliorum; Magiſtratum, ait, vt emerem, aut rogarem, numquam animum potui inducere, qui enim, vel emere, vel rogare (id, quod maius eſt, vt indicat prouerbium, malo emere, quam rogare) poteſt Magiſtratum, ſatis oſtendit quemadmodum ſibi ſit mala mens, malus ani-
4 mus; omninoq. † Magiſtratus emptionē, Iuſtitię venditionem eſſe, argumentum annotauit Angel. in l. Baphij, C. de Murilegul. lib. 11. Gulielmus Rouille in deſcriptione Iuſtit. lib. 3. capit. 3.
5 col. fin. Hæc Scotus. † Malum oſtendit animū, qui pro habendo officio, pecuniam erogat, vt in d. l. Baphij, & ſcribit Mart. Laudēſ. de Officialib. Dominor. §. 58. Officia etenim adminiſtrationē habentia, pecunia obtineri prohibitum eſt; annotauit Bartol. in l. ex pollicitatione, ff. de pollicitat. Vdalric. Zaſius in l. Vtrum turpem, num. 4. in fine, ff. de verbor. obligat.

6 Theodoſius † Imperator in l. fin. C. ad leg. Iul. repetūdar. ad Florum Præfectum Pretorio. Sancimus (ait) eiuſmodi viros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris inſignia, non ambitione, vel precio ſed probatę vitę, & Amplitudinis tuę ſolent teſtimonio promoueri. Scribit Alberic. de Roſate, in Auth. Præſulem, C. de Epiſc. & Cleric. Ioan. Fab. in §. cum autem, num. 4. Inſtit. Quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. & in l. nemo, C. de offic. aſſeſſor. Iacob. Cuiac. in Auth. Vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. 1. Nicol. Boer. in Deciſ. Burdegal. 153. num. 32. Quinctilian. Mando ſ. in Gloſſa, Facultat. §. Nos qui, in verbo, Conceſſimus, Virgin. Boccatius, in Conſt. Picēt. Gloſſa
7 4. num. 49. qui † enim pro officio habendo pecuniam erogant, malefaciendi, & perperam lucrandi animum oſtendunt, poſt Bart. Ioan. de Platea, Iacob Rebuff. & Luc. de Pen. in dicta l. Baphij, Nicol. Boer. in Deciſ. Burdeg. 149. num. 3. Borgnin. Caualcan. in Deciſ. 25. num. 10. vol. 2. Franciſ. Marc. in deciſ. Delphin. 747. vol. 1. Gaſpar Caball. Milleloq. 982. num. 1.

Qui enim precio, aut alij ſuffragijs, Magiſtratū in ire cōtēdūt, ipſos nō mereri demonſtrāt, & incōtinētē illorū ſtatui gradū concupiſcere vidētur. Hinc piſtores, aliiq. humilioris artificij homines,
8 gratia, vel † pecunia, ad dignitates aſpira re anhelātes, dignitate, exuti, alijs pęnis multāt, de qbus in l. vnica, C. de Piſtorib. lib. 11. Quod vtinā ſerua-
9 retur, & † Principes doctos emerent, & prudentes, nec officia vendi in Republicæ perniciem permitterent. Inquit Petr. Rebuff. ad Conſt. Galliæ, titulo de Merc. min. vēd. articulo 1. Gloſſa 5. in fine. Facit gloſſa in l. 1. ff. ad leg. Iuliam de ambitu. Martin. Laudenſ. de officialib. domin. §. 95. & Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphinali 249. & in Deciſ. 749. vol. 1. Bernardin. Scodob, in Rep. Auth. Habita, cap. 20. num. 27. C. ne fil. pro patre, vbi inquit, Doctoratus dignitatem, virtutis, non autem precij, aut amicorum gratia concendam eſſe.

10 Hinc nonnullis placuit, † in venditione ſecularium officiorum, habentium Iuriſdictionem annexam, ſimoniam committi, de quo Ioan. Faber in d. §. cum autem, ſub num. 4. & in d. l. nemo, Bartholom. Socin. in conſil. 53. vol. 3. Nicol. Boer. in Deciſ. Burdegal. 350. vol. 2. Franciſcus Marc. in Deciſione Delphin. 749. ſupra allegata.
11 † Quod non procedit in officijs Romanis, quæ vendi poſſunt. Bald. in c. cum veniſſent, extra, de iud. Martin. Laudenſ. de Officialib. Dominor. §. 17. Sed vide Gaſpar. Caballin. Milleloq. 982.

12 Noſtrorum † Principum Catholicorum id legibus cautum eſt, ne Magiſtratus pecunia, vel precio, ant aliorum petitionibus quærantur in hoc Neapolitano Imperio, Pragmatica Caroli, V. Cæſaris data Bruxellis Anno 1516. alia condita in anno 1536. & alia itidem eodem anno; & alia inſuper in anno 1540. in quibus pœnæ contrafacientibus ſtatutæ ſunt.

Petēdorum autem Magiſtratuum mos olim
13 erat, quē † refert Plinius iunior, Epiſtolar. lib. 3.

Epiſtola

Epistol.20.his ece verbis: supersunt senes, ex quibus audire soleo hunc ordinem comitiorū. Citato nomine Candidati, silentium summum, dicebat ipse pro se, vitam suam explicabat, testes, & laudatores dabat, vel eum, sub quo militauerat, vel eum, sub quo Quæstor fuerat, vel vtrumque si poterat. Addebat quosdam ex suffragatoribus; illi grauiter, & paucè loquebātur, plus hoc, quam preces, proderat. Nonnunquam Candidatus, aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. Audiebat Senatus grauitate Censoria. Ita sæpius digni, quam gratiosi præualebant, quæ nunc immodico fauore corrupta, ad tanta suffragia, quasi ad remedium decurrerunt. Hæc Plinius. De quo ex Catone Plutar-
14 chus Problemate 48. Cur † Candidatus (inquit) moris erat in veste hoc facere, sine toga? An fortè, ne ciues largiendo corrumpant, Argētum sinu ferentes? An illud magis, quod imperio dignos, non genere, non diuitijs, non gloria, sed vulneribus, ac cicatricibus, iudicabant; quę quidem, vt ab his, quos amplectendo præhensabant, conspicerentur sine toga ad petendū descēdebant? An quemadmodū accipiēdo, rogādo, se omnib. submittendo, sic corpus nudando, ac seipsos abijciēdo, populum captabant? quæ paucis commutatis refert Nicolaus Gruchius de Comitijs Romanorum lib.1.cap.3. nulla Plutarchi mentione habita. Vnde apud eosdem Romanos plures pro tempore leges traditæ, quibus cautum erat, ne largitione Magistratus ambirentur, primam à
15 Tribunis Militum † Cōsulari potestate vtentiū,
16 factam. † Postmodum aliam a C. Pœtelio Libone Visolo, vt est author Liuius, lib. 7. & M. Verrius Flaccus, & Onuphrius Panuinius in Fastis, quem C. Pętelium Balbum dicit Carolus Sigonius in Fastis, ad annum vrbis 393. vel in annum 394. Idem Onuphrius in Commentar. ad primū
17 librum Fastorum. Postmodum † Aemiliā, Calpurniam, Fab. am, Mariam, Licinium, Ebutiam, quas retulit Alexand. ab Alexandro, Dierum Genialium lib.3.cap.17. Quem sequuti sunt Zas. Hotomā. & Manutius in libris de Legib. aliquid ante ipsos Lucius Florus, Epit. lib. 47. Quib. s largitiones Magistratuum coercitæ fuere; Ante eos Cicero, de Legib. lib. 3. & Officior. lib. 1. Dio lib. 54. Nicolaus Gruchius de Comitis Romanorum, lib. 1. cap. 5.

Non est silentio prætereundum Alexandrum ab Alexandro in loco citato meminisse, id etiam
18 cautum fuisse † Lege Cincia, a C. Cincio Tribuno plebis perlata, qua prohibiti essent candidati, ne munus, ac donum aliquod suffragij causa darēt, neuè alij acciperent, quam ex Plauto Festus numeralem appellat. Hanc enim non Magistratuum causa, sed in Patronos, & causarū Oratores latam fuisse, vt quia hac de causa, muneribus, ac donis, plebem exhaurirent, vt tradidit Cicero de Oratore lib.2. in Catone maiore, & Epistol. ad Atticum, lib. 1. Liuius lib. 34. in princip. Cornelius Tacitus. lib. 11. & lib. 15. & aduertit Guliel. Budeus in Annotationib. ad Pādect. tit. ad leg. Iul. repetūd. c. eadem lege, in posteriorib.
19 Apud eosdem Romanos Q. Coponius, † quod ei cui suffragij latio erat, fictilem amphoram vini dederat, damnatus extitit, vt prodidit Plinius, lib. 35. c. 12. Sed nec hoc deterruit Memmium, & Domitium, quin pactionē fecissent Ap. Claudio, & L. Domitio Aenobarbo, qua ambo si Cōsules essent, promissa Sestertia quadringēta, darētur, vt retulit Cicero ad Atticū, lib. 4. Adeo tamen Romani, hoc ambiendi Magistratus, siue honoris ob pecuniam facinus, odio habuerunt,
20 vt † Leonactem Syrum luctatorem, coronari Romæ prohibuerint, quod non virtutis causa, sed accepta pecunia in certamen descendisset, vt refert Artemidorus Daldianus, lib. 4. Quā optimè idem Alexander Seuerus, perspicacissimi Principis exemplum notabile exhibuit, qui
21 dum audisset † Vetronium Turinum familiarē, & Aulicum suæ domus, Prouincias omnes, præpositurás, ac officia cuncta reddidisse venalia, mē tiēdo, quidquid ipse vellet, Imperatorem ad eius nutum, facere, exploratorē quendā Imperator posuit, qui cum illo fingeret, negotiū quoddā ab Imperatore optare. Cumq. ille dixisset, illud obtinuisse, quotidie illum frustratus est, donec ille explorator, magnam ei pecuniarum quantitatē pollicitus est. Introducta demum accusatione, in dicta die, causa cognita, stipiti alligatum, accēso igne, fumoq. facto, ex stipulis, humidisq. lignis, necari iussit, Præcone clamante, fumo punitur, qui fumum vendidit, vt idem Lampridius
22 est author. Idcirco tunc † cecidisse Romanorum Imperium, cum Magistratus, & officia venalia esse cæperūt, vt inquit Nicetas Choniata Annalium Constantinopolitanor. in Alexio Angelo Comneno, lib. 2. Pecunijs enim, p ecibusq. maximè flectimur, vt dicit Nicolaus Biesius, de Republ. lib. 1. Absurdam esse Reipublicæ constitutionem, in qua Principatus venduntur, & Regna venalia sunt, dixit Plato de Repub. lib. 8.
23 † Turpe etiā esse, publica ministeria venalia facere, censuit Aristoteles lib. 2. Politicor. capit. 9.
24 † Neque Sacerdotia venalia esse voluit Romulus, vt refert Dionysius Halicarnass. lib. 2. Lauda-
25 tur † Septimius Seuerus, quod in suo Dominatu honores vendari, nulli permisit, vt dicit Sextus Aurelius Victor in eius Vita, Neronem a principio optimæ spei Principem futurum arbitrati sunt, nam cum esset Curiā ingressus, inter
26 alia, quæ † in suo Principatu se facturum promisit, nihil in penatibus suis venale, aut ambitioni peruium esse permissurum, vt scripsit Cornel.
27 Tacitus Annalium lib. 13. † Apud Athenienses Pyrrus Eteobutades, quod iudicandi munus, contra leges, polluta, & non integra mente subisset, populi suffragijs, fuit vltimo supplicio damnatus, vt retulit Demosthenes in Oratione in
28 Midiam. Laudat Ioannes Zonaras † Leonem Armenium Imperatorem, quod Romanarum Prouintiarum Præfecturas, neque pecunia venū exponebat, neque ex gratia viros ineptos ad Magistratus promoueri nec auaris, & ius pecunia vendentibus Magistratus largiebatur. Theodo-
29 rus in Collectaneis, itidem laudat † Anastasium Augustum, quod venationes sustulerit, & Magistratus, qui venales fuerant, gratis contulerit. Sed pecuniæ

pecuniæ hæc omnia mala parturiunt, cum ipſis
emantur Amici, Teſtes, Honores, & Imperia, de
quo benè Sophocles.

Pecuniæ mortalibus comparant Amicos,
Deinde honores, tandem vero ſupremæ
Tyrannidis ad ſedem proximè perueniunt.

Et paulo poſt inquit,

Hominem diformem, & inauſpicati corporis,
Lingua deſertum, viſuq. pulchrum efficiunt opes.

Huc ſpectant verba optima Philemonis ad
hoc propoſitum ita dicentis:

Putas ne Amalthea cornu huiuſmodi eſse,
Quale pictores cornu hominum depingunt?
Argentum eſt, quod ſi habueris, petas
Ab ipſo quidquid voles, omnia tibi addentur
Amici, Auxiliatores, Teſtes, domorum multitudo.

Et inde Ouidius

In precio precium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias.

Quam notabilius Menander ait:

30 *Epicharmus † Deos quidem eſse dicit*
Ventos, Solem, Terram, Aquam, Ignem, Stellas.
31 *Ego autem † vtiles eſse Deos arbitror.*
Argentum noſtrum & Aurum, nam illos
Si collocaueris in domum, pete quidquid voles
Aſsequeris omnia, agrũ, domos, ſeruos argẽtea pocula.

Et Claudianus in laudem Stiliconis lib. 2.

Trudis auaritiam, cuius fœdiſſima nutrix
32 *Ambitio, † quæ veſtibulis, foribusq. potentum*
Excubat, & precijs commercia poſcit honorum.

Oportet enim virtute, ac ſapientia ornatos, ho-
noribus, & Magiſtratibus inſigniri, non autem
prece, precio, vel fauoribus, inde pulchre Plau-
tus in Amphitr.

Virtute ambire oportet, non fautoribus,
Sat habet fautorum ſemper, qui recte facit.

Cui etiam idem Claudianus de Conſulatu Ho-
norij alludit, dum inquit:

Emitur ſola virtute poteſtas.

Confirmat hoc Iuſtinus Hiſtoriarum lib. 1. dum
incipit: Principio rerum, gentium, nationumq.
Imperium penes Reges erat, quos ad faſtigium
huius Maieſtatis, non ambitio popularis, ſed ſpe-
ctata inter bonos moderatio prouehebat. Quid
ſi diceremus illud Senecæ ad Lucillum Epiſtola
116. Hęc ipſa res, quæ tot Magiſtratus, & Iudices
33 facit, pecunia † ex quo in honore eſſe cępit, ve-
rus honor rerum cecidit, mercatoresq. & vena-
les inuicem facti, quærimus, non quale ſit quid-
quid, ſed quanti. Subiungenda ſunt verba Gre-
gorij lib. 7. Epiſt. 114. vbi ait, non merita, ſed pecu
niæ ſuffragãtur, reſtat, vt nihil ſibi grauitas, nihil
ſibi defendat induſtria. Præclare itaque Chryſo-
ſtomus, Sermone 6. in Epiſt. Pauli ad Epheſios.
34 † Dignitates (inquit) factæ ſunt venales, mille
hinc mala naſcuntur, & tamen nemo eſt, qui cor
rigat, nemo qui reprehendat, ſed viam quãdam,
35 atque ſequelam nacta eſt merces. † Domitianus
Imperator, inhoneſtum, ac turpe iudicauit, pre-
cio non officio Senatores in Curiam venire, te-
ſte Sueton. Tranquillo in Domitiano, cap. 9.

Itaque inter omnia, quæ Rempublicã, eiuſq.
fœlicitatem conſeruant, nihil præſtantius, quam
viros ad Magiſtratus gerendos eligere, ſumma
prudentia, ſapientia, & virtute prędítos, quiq. ad
honores obtinendos, non potentia, non vi, non
ambitione, non largitionibus, ſed lege, virtute,
modeſtia, dignitate, ſibi parent aditum, vt teſta-
tur Laurentius Grimalius de Optimo Senatore,
lib. 1. qui ibi paulo poſt inquit: Solẽt plerique vir-
tuti ſuę diſſiſi, Magiſtratum, & ſummos hono-
res, largitionibus conſequi, qua peſte nil flagitio-
ſius in Republica ſolet eſſe. Hinc pulchre Ioan-
nes Rogeraius Trocheus, in lib. de Offic. Iudicis
in cauſis capitalib. Titulo 2. in verbo, ad id mune
36 ris publica authoritate vocatus, inquit, † Vnde
quęſo iudiciorũ conſtupratio, qualem hodie cer
nimus? Vnde olim Regnorum tanta labefacta-
tio apud hiſtoriographos traditur? Vel quid
etiam priuatas amicitias, adeoq. omnem Ciuilẽ
ſocietatem diſſoluit? Certe vnica, & ſola Ambi-
tio, quæ ſanè quamdiu eſt duratura, non video
quibus rationibus melius cõſtitutum Regnum
ſperare poſſimus. Redeant ergo virtuti ab an-
tiquis Romanis aliquando conſtituta præmia,
ſuum obtineãt locum inter Reges, & Principes;
ad honores euehantur viri boni, & ſapientes, nõ-
ne id ſtatim apparebit, quod dicebat Plato, Re-
ſpublicas eas felices fore, in quibus regnarent
Philoſophi? Sed hodie pro his habemus omni-
no ignaros, & ineptos omnium non ſolum legũ,
ſacroſanctæq. iuris prudentiæ inexpertos, ſed
etiam artium humanarum, totiusq. honeſtatis
plurimos, optimis, & virtute ornatis in humili lo
co conſiſtentibus. Sed fortaſſe DEVS aliquã-
do ſuorum miſertus, his finem imponet, vt Au-
rum, & Adulatio, & ceterę id genus imposturæ
à Comitijs exſulent, ſoliq. hi ad rerum publica-
rum gubernacula admittantur, qui viri boni, &
habebuntur, & erunt. Hæc Rogeraius.

37 Lampridius teſtatur, eumdem † Alexandrum
Seuerum Imperatorem, aſſeruiſſe, viros inuitos
ad Magiſtratus gerendos trahi debere. Hinc Va-
lẽrinianus, & Martianus Imperatores, Nouella-
rum titulo primo aiunt, multa remediorum ge-
nera noſtræ Clementiæ Prouinciarum ſubditis
proſpicere geſtiẽti, & crebra cogitatio ſuppetit,
& ipſe rerum vſus apportat, nam cum venalem
iudicum ambitum, radicitus amputaſſe, & ad res
priuatas, vel publicas ſinceriſſimè gubernandas,
homines expectandos, atque conſultos traxiſſet
38 inuitos, † ſcientes quippe felicem fore Rempu-
blicam, ſi à nolentibus, & actus publicos recuſan
tibus gubernetur. Optimè propterea Iuſtinia-
nus Imperator in Nouella VIII. inquit. Propte-
39 rea † gratis illis officia conferre ſtuduimus, ne
quam ad delinquendum, decipiendumq. ſubdi-
tos occaſionem habeant, dedignantes imitari
eos, qui ante nos Imperio præfuerunt, qui pro
pecunijs conferentes officia, ſibijpſis iuſtè incre-
pandi eos, qui iniuſtè ſe in officijs gerebãt, copiã
ademerunt, digni profecto, quibus propter tur-
piter acceptam pro officijs pecuniam, capita ob-
uoluerentur pallio. Vbi latè plura annotauit Ia-
40 cobus Cuiacius. Sed melius † Imperator Lo-
tharius, qui Mauringum, ob maximam, quam in
iure dicundo laudem conſequutus fuerat, Brixię
Comitem, Adelardo mortuo ad Ducatum
Spoleta-

Spoletarum prouexit, vt author est Sigonius de Regno Italiæ, lib. 4.

41 Qui igitur † officia ista, quę gratis dari debent, recepta mercede tribuant, dolosè, ac turpiter se gerere dicuntur; voluit Glossa in l. idem, §. si tibi, ff. de condict. ob turp. caus. de qua Bald. in cap. super eo, in fine, extra, de transact. Iason in l. iurisgentium, §. si ob maleficium, nu. 1. vbi Fortun. Garzia. ff. de pact. Quorum authoritate dicitur, quod gratis expediendum est, si precio fiat, nullum est, & inane, vt ex Baldo Iasone, & Garzia in dicto §. si ob maleficium voluit Ludouic. de Molina de Hispanor. Primogen. parte 1. lib. 2. c. 5. num. 33. & 40. Restaur. Castald. in tract. de Imperat. quęst. 10. num. 2. sub notabili 282.

Nec censeo omittendum esse, complures tra-
42 didisse, ambitus pœnas † cum eis locum sibi nō vendicare, qui pro Magistratu palam darent, & palam dantes acciperent. Quod placuit Accursio in l. 1. ff. ad leg. Iul. de Ambitu, arg. l. 1. §. 1. ff. de pollicit. l. hoc iure, §. 1. ff. de donat. l. Barbarius, ff. de offic. prætor. vbi Accursius retulit ita tenere Ioannem, l. æstimationis, §. qui pro honore, ff. de munerib. & honor. l. non existimo, ff. de administrat. tut. Matth. de Afflict. in c. 1. nu. 4. de Feudo Guardiæ & Castald. illum referēs Roland. a Valle, in consil. 83. num. 12. vol. 2.

Ego, vt verum fateor, Accursij, & sequacium
43 opinionem non amplector, quia posse † pollicitationem muneris, vel pecuniæ fieri pro habendo honore, etsi concedam, non tamen pro Magistratu obtinendo. Quis enim Antonomaticè dixerit Honorem pro Magistratu capi? quando
44 multiplex est honoris significatio: nam † & honor, quandoque capitur pro pudicitia, iuxta illud Virgilij lib. 1. Aeneid.

Et genus inuisum, & rapti Ganimedis honores.

45 Accipi solet quandoque honor † pro præmio; & ita est illud Numeri cap. 24. Decreueram quidem magnificè honorare te, sed Dominus priuauit te honore disposito, & illud Iudith. capit. 1. Et remiserunt illos vacuos, & sine honore abijecerunt. Et Ecclesiastici, cap. 10. Da illi honorem se-
46 cundum meritum suum. Quandoque † pro Reuerentia; de quo Esther cap. 13. Timui, ne honorem Dei mei transferam. Et Dauid Psalmo 28. Afferte Domino gloriam, & honorem, & Virgilius

Haud equidem tali me dignor honore.

47 Quandoque etiā pro salutatione, ac † diuersimodè. Et ideo hoc intactum nō relinquens Bartol. in d. l. Hoc iure, istud præuidens, dixit, Hono-
48 re, sine administratione. Sed † dari honorem Magistratus pro Iustitia populis exhibenda absque administratione, a sæculo non percipitur. Non obstant allegata per Accurs. & præsertim l. Barbarius, vbi dicit de petente publicè Magistratum, quod non incidat in pœnas ambitus; istud non fuit prohibitum apud Romanos, Candidati
49 enim † petere Magistratum poterant; dare autem pecuniam pro illo obtinendo, nequaquam.
50 Non obstat text. in d. l. non existimo, † quia loquitur in administratione bonorum pupilli quæ est administratio respiciens priuatam vtilitatem, nō non publicam omnes respicientem, & est insuper administratio sine exercitio iurisdictionis. Insuper, eo respicit Senatusconsultum, Cicerone Consule latum, ex quo cum Respublica, Imperijq. dignitas, & opum magnitudo, magnam ambitionis causam, & largitionis materiam prę
51 seferrent, eo cautum fuit, ne † quis mercede conductus Candidatis obuiam iret, aut conductus sectaretur, vt Cicero testatur, tum in Orat. pro Murena, tum pro Sextio, tum etiam in Vatiniū. Et Asconius Pedianus in Corneliana. Alexander ab Alexandro in d. cap. 17. & Alexander Sardus de Moribus Gentium, lib. 2. capit. 4. Vnde si palam permissum fuisset pecuniam pro Magistratu habendo dari, inuanum illæ leges à Romanis latæ fuissent. Fuit prohibita Candidatis obuiatio, & tamen illa publicè fit, illos sectari, Vulgo dari gladiatoribus, & prandia fieri, cum ista omnia publicè fiant, si enim alia propalam dari licuisset, & leges illæ, & Senatusconsulta vana fuissent.

Absit itaque a Principibus viris, ista Magistratuum, ac Iudiciorum auctio, licitatio, nundina-
52 tio. Caueant † ab Aulicis illa vendentibus Principes, quia quæ praua familiares committunt, de ijs in extremo Iudicij Die ipsi exactissimam, & ineuitabilem rationem sunt reddituri; odio idcirco hos pecuniarum helluones habeant: sic
53 † Euphratem Philosophum, quod pecunia mediante cūcta ageret, odio prosequutus est Apollonius Thianæus, vt in illius Vita scripsit Philostratus lib. 5. cap. 10.

Hos Cōmentarios maiori ex parte confecerā in anno 1576. de quibus egi pluries apud Bellugam in Speculo Principum nouissimè de his Ambitionis capitibus Iurisconsultus oculatissimus scripsit Iacob. Menoch. in alia parte nouissimè in lucem edita de Arbitr. Iudic. quæst. lib. 2. Centuria 5. Casu 1. in anno 1577. & opera Petri Gregorij Tolosani Viri grauissimi, qui similiter de eadem egit Syntagmat. Iuris vniuersi lib. 36. cap. 29. & in anno 1582. opera Criminalia Tiberij Deciani Vtinensis, excellentissimi I.C. qui similiter lib. 8. capit. 22. volum. 2. qui ex professo nonnulla; & eadem tractarunt in eorum Commentarijs, quæ in hoc capite nos scripsimus, & non idcirco deleuimus, quia nonnulla ad id etiā noua tradidimus.

Sed pro quodā auctario non relinquam quod
54 Is Tiberius Decian. in dicto † cap. 22. multa retulit, (prout & nos) quæ scripserat antea ordinatè quo ad ambitus leges Alexander ab Alexandro Genialium dierum lib. 3. cap. 17. Contra illum, tamquam fide carentem, quasi sine teste loquatur, acerrimè fluctuans, indigna dicenti, & indi-
55 gniora Alexandro, † qui vt illa scripta demonstrant, forte in eo scribendi genere, omnes Christiani Orbis scriptores superauit, & ingenij acumen, scribēdi elegantiam, & antiquitatum omnium scientiam, ac perscrutationem præ se tulit.

Asseruit Decian. in dicto cap. 22. nu. 1. Legem Pæteliā ob largitiones magistratuum rogatam
56 non fuisse, authoritate Liuij lib. 7. † Quæ authoritas

ritas pro eius opinione minime facit, cuius verba sunt. Et de Ambitu à C. de Pætelio Tribuno plebis author[it]ibus Patribus rum, primum ad Populum latum est; eaq. rogatione nouorum, maxime hominum Ambitionem, qui Nũdinas & Conciliabula obire soliti erant, compressam credebant. quæ verba non nisi ad petentes Magistratus referri oportet, nam ambitio, cum aliud, ac ambitus non respiciat, nisi aspirantes ad honores, & Magistratus, & illa de Ambitu lata sit, palã erit in eos rogatam esse. Etsi de largitionibus nõ loquatur, attamen sub verbo Nundinas, non aliud quam emptiones, & venditiones sub eo verbo contineri perspicuum est, & ideo apud Ciceronem, aliosq. authores, pluries reperiemus nundinari, pro emere; & si p emptione loqueretur, iam turpe esset ex illa lege asserere emptiones
57 prohibitas fuisse, & idcirco † arbitrandum est rectè dixisse Alexndrum. Et dum dicit eam legem nõ punisse ambientes, sed compressam ambitionem, quæ verba nil aliud denotant, nisi fuisse refrenatam pœnæ timore, ambiendi licentiam per nundinationem.

Et dum Alexand. in dicto cap. 17. post principium ante Pętiliam legem aliam latam in Ambitum per Tribunos, de illa sensit, quam l. Pinarius Mamercus tulit, vt ipse Decian. post Francis. Hotoman. asseruerunt. Cuius legis nomen Alexander ideo retinuit, cum nec illam nominauerit. Liuius lib. 4. vbi huius rogationis meminit. Quo vero ad corrigẽdum illum Liuij locum (Ne cui album vestimentum addere petitionis causa lice
58 ret) Arbitror † purgãdam esse litteram. Ne cui Albæ, vestimentum addere petitionis causa liceret. Vt respiciat duo, vnum, quod cum Candidati Alba veste vterentur, vt supra deduximus cap. 4. & cap. 8. & notissimum cuique est, vt lex dixerit, Albæ Candidatorum vesti, vestimentum aliud superaddere non licere, vt excluderet clandestinam pecuniarum, ac donorum occultationem, que sub pluribus vestibus fieri posset. Alterum vero respicit illa verba, (petitionis causa) quia alterius vestimenti additio tunc censeretur prohibita, donec petitionis magistratus causa duraret; alio enim loco, vel tempore, liceret. Sed hoc meum iudicium peritiori relinquo. Hoc vnum nouiter assero, non solum ante Pætiliam, sed ante iam proximè dictam
59 Tribunitiam Legem, grauiter † animaduersum per antiquos Romanos in eos, qui quoquomodo donis, & largitionibus aspirabant ad Magistratuum honores. Exemplum ad hoc probandum profero nobilissimum: nam anno Vrbis, 314. & 315. Sp. Mælius Vir Equestris ordinis, illis temporibus prædiues, rem vtilem, pessimo exemplo, & peiore concilio est aggressus (vt est author Liuius, libro quarto,) frumento namque ex Hetruria, priuata pecunia coempto, largitiones frumenti, Annonæ tempore, facere instituit, plebemq. hoc munere delinitam, quacumque incederet, conspectus, elatusq; supra modum hominis priuati, secum trahere, haud dubium Consulatum ei fauore, ac spe despondentem, ipse, vt est humanus animus insatiabilis, eo, quod Fortuna spondet, ad altiora, & non concessa, tendere, & quoniam Consulatus quoque eripiendus inuitis Patribus esset, de Regno agitare, id vnum dignum tanto apparatu consiliorum, & certamine, quod exsudandum esset, præmium fore. Quod prospiciens L. Minucius, Annonæ præfectus, vidensque, homines in domo Mælij versari, tela conferri, Tribunos mercede coemptos, & alia circumferri; rem ad Senatum defert, nec pati debere eas largitiones, cæsusque Plebis in priuata domo fieri, Consulibus T. Quinctio Capitolino, & Agrippa Menenio Lanato, Vocato coram Dictatore Cincinnato per C. Seruilium Ahalam equitum Ma-
60 gistrum, Mælio, † illeque, in cateruam suorum, se recipiens, cum per apparitorem esset captus, vociferans, & fidem Romanæ plebis implorans, ereptus. Hæc eum vociferantem audiens Ahala assecutus, accurrit, illumque obtruncat. Cui dictator, Macte virtute (inquit) C. Seruili esto, liberata Republica, vt latius prosequitur Liuius in loco allegato.

Quo uero ad legem Cinciam, quam C. Cincius Tribunus Plebis tulit anno Vrbis 549. ex so
61 la † Taciti libro 11. Annalium authoritate constat, eam factam, ne quis ob causam orandam donum, munusue acciperet. Nam ex Cicerone lib. 2. de oratore, istud sumi non potest, sed ambiguum, dum ait, vt M. Cincius quo die legem de donis, & muneribus tulit. non tamen, exprimit,
62 quibus dona † ac Munera prohibita essent, sic idem Cicero ad Atticum, lib. 1. Epistola vltima eiusdem legis cum Attico subridens, meminit. Quia cum sibi L. Papyrius Pætus, libro 5. ei relictos a S. Claudio, donasset, petit illos sibi mitti, idque sibi permissurum Cincium gestorem suorũ negotiorum, & vtriusque amicum lege Cincia non obstante, quæ id prohibeat; quasi quod id quod erat per legem C. Cincij prohibitum, Cincius alter permitteret. Qua auctoritate censeo, Magistratus illam legem comprehendisse, nam dum id scribebat Cicero Cõsul erat, vt ex epistola patet. Quam melius Cicero sciebat, vicinior Rogationis tempore, spacio centum circiter an-
63 norum, quam ipse † Tacitus, qui tempore Traiani Principis floruit, quod eo certius redditur, quia idem Cicero de Senectute inquit: Quadriennio post factus sum Prætor, quem Magistratũ gessi Cõsulibus Tuditano, & Cethego, cum quidẽ ille admodũ senex suasor legis Cinciæ de donis, & muneribus fuit. Et authoritas Liuij, libro 34. admodum facit ad propositum, dũ ait: Quid legem Cinciam de donis, & muneribus excitauit, nisi quod vectigalis iam, & stipendiaria plebs esse Senatui cœperat. Quod aliud non dicit, nisi quod lata erat ob dona, quæ plebs, ac munera Senatoribus dabat, & sic Magistratibus, & hanc opinionem, quod solus Cornelius Tacitus, de oratoribus eam rogatam afferat, reperi idem dicere Antonium Augustinum in lege Cincia, authorem grauissimum, & Romanarum antiquitatum solertissimum perquisitorem.

His

His hoc vno finem imponam, cum Alexāder in eodem cap.17. ad finem dixiſſet, Senatuſconſulto poſtmodum cautum, ne Candidati conuiuarentur, ne mitterent munera, ne pecunias deponerent. Contra eum idem Decianus in dicto
64 † cap.22. num. 18. aſſerit, quòd hoc dicat ſine teſte, & ideo concludit, quòd apud eum ſit ſua fides, cum nuſquam apud aliquem hoc legerit. Sed facile hanc calumniā ab Alexandro ſubmo-
65 uere potero, quando locum, a quo ille hoc † acceperit, patefaciam, quia cū clarè hoc dicat Plinius iunior, lib. Epiſt.6. Epiſtola 19. ad Nepotē, tantum abeſt, vt anj legant, quin & Alexandrum virum eximium tueantur.

Vt huic appendici alterum Epilogum faciam dico Magiſtratus pecunia dari, turpiſſimū eſſe,
66 † honores enim, ac dignitates cū à Principe proficiſci debeant, ab ipſo eligi illos oportet laudatiſſimos viros, quibus dignè cōferantur, vt vnuſquiſque ad ea munera, quæ publicam Iuſtitiç adminiſtrationem reſpiciunt, viros graues, & virtute prædiτos eligat, vt ad illa tamquam Aaron vocetur. Si autē pecunia, alijſq. precibus, ſuffragijs, omiſſa virtute, id faciat, nullū in Republica malum grauius, vllum turpius cogitari poterit. Quā diu enim Imperia, iuriſdictiones, & Magiſtratus, atque honores, mercendaria nūdinatione, quaſi ſub haſta proſcribentur, Reſpublica omnis labifactabitur, non enim tunc dabitur virtuti, ſed pecuniæ, non homini ſed metallo. Adde aliud exē-
67 plum. Iulius Cæſar, è duobus, qui cum † eo concurrebant ad Conſulatum L. Luceiū ipſe collegam cupiebat, Bibulo Lucei competitore omiſſo, & vt deſiderio ſuo ſatisfaceret, fecit vt Luceius, cum pecunia polleret, nummos de ſuo, communi nomine per Centurias pronunciaret. Quo cognito, optimates, quos mætus ceperat, nihil non auſurum in ſummo Magiſtratu cōſentiente collega, authores Bibulo fuerunt, tantūdem pollicendi, ac plerique pecunias contulerūt ne Catone quidem abnuente hanc largitionem è Republica fieri. Igitur cū Bibulo Conſul creatus eſt. Adeo ne largitio etiam eo tempore Senatorum, Patrum, ac Magiſtratus petentium, enimos, operaq. corruperat. Vt Suetonius Trāquill. in Cæſare Dictatore capit.19. eſt author. Et non mirum ſi de hoc tempore intellexit Plutar-
68 chus in Coriolano, † dū ait: Neque enim ex populi ſuſpitione, largitionis, & ambitus, diſcinctū volebant (de Candidato loquitur) & ſine tunica ad comitia progredi Candidatum. Sero enim, & multis poſt ſæculis, nundinatio, & redemptio ſubijt, interuenitq. Comitialibus ſuffragijs, pecunia. Hinc iudicia, & caſtra licitationibus conſtuprata, & armis argento expugnatis, Reſpublica dominatum vertit. Hec Plutarchus. Et quam-
69 quam Solon † in Athenienſiū Republica Areopagitas inſtituiſſet, in Ephorum tamen conſiliū, non omnes paſſim, & ſine delectu admittebantur, ſed quorum virtus, fides, grauitas, atque integritas in rebus gerendis, adminiſtranda Republica, iureq. dicundo, cuilibet ciui cognita eſſet, atque perſpecta, vt inquit Fabius Quīntilianus Inſtitution. Oratoriar. lib.5. cap.9. idq. ſeruatum ſuo tempore aſſerit Iſocrates in Areopagitico. Tamen & illa etiam Reſpublica ſuo tempore, pecunijs, & muneribus fuit turpiſſimis ſordibus
70 affecta, primumq. id feciſſe Anytū † Anthemionis filium, condolet Plutarchus in Coriolano.

Peſtis hæc, totum ferè Chriſtianum Orbem
71 infecit, † Dominandi enim cupiditas, & terrenæ felicitatis falſa colluſio, ſemper ad maiora deſiderio quodam ardenti rapitur; tantum enim ſemen ex agro ſuo Diabolus ſeminat, vt eo errore inficere mundanos tentet, quo ipſe deceptus eſt, & quo primum parentem Adamum decepit, falſa largitione propoſita: Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum: dicere poſſumus illud Apoſtoli, Infelix homo, quis liberabit me de corpore mortis huius. Huic aptanda ſunt verba Senecæ de Benefic. lib.2. cap.29. Non patitur (inquit) auiditas quemquam eſſe gratum; Numquam enim improbæ ſpei, quod datur, ſatis eſt. Et maiora cu-
72 pimus, quo maiora venerunt. Multo † concitatior eſt auaritia, in magnarum opum congeſtu collocata, vt flammæ infinitæ acrior vis eſt, quo ex maiore incendio emicuit, æquè ambitio non patitur quemquam in ea menſura honorum cōquieſcere, qua quondam eius fuit impudens votum. Nemo agit de Tribunatu gratias, ſed quæritur, quod non eſt ad Præturam vſque perductus; Nec hæc grata eſt, ſi deeſt Conſulatus, nec hoc quidem ſatiat, ſi vnus eſt vltra ſe. Cupiditas ſe porrigit, & felicitatem ſuam non intelligit, quia non vnde venerit, reſpicit, ſed quo tendat. Hæc Seneca. Non mirum igitur ſi Domini, quærant Comites fieri, Comitatu habito, Marchionatum cupiunt, Marchionatu neglecto, ad Ducatum adſpirant, & demum illo poſthabito, Principes creari ambiunt. Sic noſtri, ex prouincialibus Auditoribus, Magnæ Curiæ iudicaturā deſiderant, ab illa ad Cameram Regiam, vel ad Sacrum Conſilium aſpirare contendunt, & ab his demum in ſanctiori, ac ſupremo collaterali Conſilio Magiſtratū regere anhelant. Vtinam autem & Dantium, & accipientium ſinceræ ſint mētes, & ſinceræ manus. Sed vt dicit Franciſcus
73 Patritius de Regno, lib.4. cap.20. Ambitio † tollit virtutis prēmium, & deteriores ſemper melioribus præfert. Teſtor DEVM omnipotentem,
74 † me numquam ea ambitione tactum, vt alta iudiciorum ſubſellia concupiuerim, ſed ſatis mihi eſſe iudicaui patroni cauſarum munere fungi, & dierum, noctiumq. horas quaſi furaſſe vt aliquid memoria dignum relinquerem, nihilq. mihi dulcius in vita fuit, quā in Muſeo inter maximos virorum omnium labores diuerſarum facultatum poſitus, aliquid ſcriberem, quo poſſem, ex illorū fontibus aliqua ingenij monumēta percipere, & æternitati conſecrare, eo modo, quo ex terrarū gentiū viri grauiſſimi, quorū per DEI gratiā hodie omnis Chriſtianus Orbis plenus eſt, iudicent, an Magiſtratu ſim dignus potius, ꝗ ꝙ illū habeā. Curia. n. & tribunal moleſtijs plenū eſt, laborioſū ac cōtinuis exercitationib. expoſitū, DEO, ob cō ſcientiā, Principi ob iuſtitiā, populis, vt ſatisfiat, obnoxiū. Magiſtratus, vt decorē. & Maieſtatē Regiminis præſeferat, niſi ſuis bonis adiuuetur, ob

medica ſtipendia, in multos turbinum ſcopulos incidit; Ambiat, qui volet, ego liberum omni deſiderio dominandi animum habeo; DEVM laudo, & glorifico, in eo ſtatu, in quo reperior, à quo infinitus ſemper gratiarum cumulus mihi traditus eſt, vt nemini inuideam, licet multi ſint, qui mihi occultè inuideant.

CAP. X.

ARGVMEMTVM.

Quando Eccleſiaſticæ perſonæ ſæcularum Magiſtratum adminiſtrare valeant.

COMPENDIVM.

1 Nemo DEO militans implicat ſe negocijs ſæcularibus.

2 Epiſcopus non reſidens, Vicarium relinquens, vt laicum Magiſtratum gerat, fugiendus eſt.

3 Iuſtitiary ſæcularis officium clericus exercere nequit.

4 Prælatus, vel clericus eſse nequit Vicecomes, vel locum Principis ſæcularis ſuſtinere.

5 Cardinales Regnorum Gubernatores, eſse nequeunt.

6 Rubr. Ne Clerici, vel Monachi, habes locum etiam in Prælatis.

7 Cardinalis ab Vrbe non diſcedit ſine licentia, niſi cauſa legationis.

8 Rub. Ne clerici & vouent. an locum habeat in Monacho,

9 Monachus in Caſtris, & Opidis non ſuccedit, ſi ſunt cum iuriſdictione,

10 Clericus, an ſæcularem, vel temporalem iuriſdictionem adminiſtret, & num. 13.14.15.22.23.24.25.26.27.& 34.

11 Clerici ſanguinis ſententiam dicentes ſiunt irregulares, & honore priuantur, & quomodo id procedat, & nu. 22.23.24.25.& 26.

12 Cardinales, qui in Regnis Neapolis & Luſitaniæ Gubernatores, & Regij Locumtenentes fuere.

Pompeius Columna
Bartholomaus della Cueua } in Regno Neap.
Franciſcus Pacecchus
Antonius Perenottus dictus Granuellanus.
Albertus Auſtrius } in Regno Portugalliæ.
Aſcanius Columna

13 Clerico, particulare negotium ſæculare committi poteſt iuriſdictionale, & num. 14. ſed vide 15. & 16.

16 Clericus cum Summi Pontificis licentia iuriſdictionis ſæcularis negotium adminiſtrat.

17 Homicida dicitur, qui paganum occidit.

18 Infidelem occidere, quam fidelem maius peccatum eſt iuxta Gloſsam, ſed vide infra num. 21.

19 Hominem occidens iure dictante, & Iuſtitiæ Zelo, an peccatum committat, & num. 20.

21 Iuſtum occidere peccatum maius eſt, quam iniuſtum.

25 Papa ſtatuendo, poteſt mortis pœnam imponere, ſed non exequendo.

27 Sapientis, ſiue conſultatoris officio fungi quando & quomodo poſſit Clericus, & num. 28.

29 Clerici in hoc Regno Neapolitano Patrijs legibus, an ſæculare officium miniſtrent.

30 Intellectus Conſt. Regni. Clerici.

Clerici, nec Notarij, nec Iudices creari poſsunt in Regno Neapolitano, eod. num. 30.

! Intellectus Conſt. Regni. Inſtrumentorum robur, eod. num. 30.

31 Clerici in Gallia, nec iudices nec Notarij iudicum ſæcularium fiunt.

31 Clericus delinquens, vs Magiſtratus Iudicis Laici, a quo puniatur, & num. 33.

AXIOMA.

Sacris ordinibus inſignitos in ſæculari conceſſu ponere abſtinento.

1 NEmo militaris † Deo, implicet ſe ne-
gotijs ſæcularibus, vt poſſit placere
ei, cui ſe probauit, vt inquit Apoſto-
lus, 2. ad Timoth. cap. 2. habetur in c.
Cyprianus, 23. q. 3. vbi dicitur, pœna
affici debere laicos, ſtatuta ibidem, qui occaſio-
ne prædicta Clericos auocant à Diuinis, neque
enim ante altare DEI Merentur nominare in
Sacerdotũ prece, qui ab altari ſacerdotes, & mi-
niſtros volunt auocare, vt c. fin. 88. Diſtinct. Hinc
eiuſdem Apoſtoli authoritate Bartholomæus
Carranza de Reſident. Epiſcopor. capit. 12. dicit,
2 nullo † pacto admittendum eſſe Epiſcopum, nõ
reſidentem, & relinquentem Vicarium, vt ipſe
ſtet in munere ſæcularis Principis.
Ideoq. cum ſint in horrem Domini vocati, illi
militare debẽt, nec iuriſdictiones ſæculares, ſub
3 Principibus, alijsq. viris ſæcularibus, puta † Inſti-
tiarialus poterũt exercere, c. Sed nec ext. ne Cle-
rici vel Monachi ſæcul. negor. quod proſequun-
tur Goffred. de Trano, & Hoſtienſ. in Summa,
4 eiuſdem tit. Ita † etiam Prælatus, vel Clericus, nõ
poteſt eſſe Vicerex, Vicecomes, vel Locũtenens
alicuius Principis ſæcularis, nec habere ſub ſua
cura aliquam Ciuitatem, ſeu tocum temporalẽ,
vt in d.c. Sed nec, & in c. Clericus, extra eod. tit.
Abb. Panorm. d.c. ſed nec, num. 7. refert, & ſequi
tur Bernard. Diaz. in Pract. Crimin. Canonica, c.
56. num. 2. & Bartholom. de Caſſanæus in Con-
ſuetud. Burgund. Rubr. Des Iuſtices, & Droctz
d'icelles, §. 6. in verbo, Meſſiers, & Sergens, num.
30. & nouiſſimè Simon Maiolus de irregular.
lib. 3. capit. 3. nu. 13. vbi ampliando hanc doctinã,
5 dicit habere † locum etiam in Cardinalibus, vt
ipſi pro ipſi pro Regibus, & Principibus ſæculari
bus, nec Regnorum gubernatores eſſe poſſint,
aut adminiſtratotes. Quod facilè de iure proba-
tur, quia Titulus, Ne Clerici, vel Monachi non
6 ſolũ habit locum in Clericis ſimplicibus, ſed etiã
in Prælatis, vt voluit Panor. in d.c. ſed nec, in fine,
quia remouerẽtur a Reſidẽtia, & ſpecialiter Car
7 dinalis, ex quo nõ † poteſt ab Vrbe diſcedere, niſi
legationis cauſa, c, Nobiliſſimus, 97. diſt. & voluit
8 Martin. Laudẽſ. de Card. §. 13. Quinimmò † di-
ſpoſita in eadem Rubrica, locũ habẽt in Mona-
cho

cho (licet controuerſum ſit in iure, an diſpoſita
in Clerico locum vendicent in monacho?) tum
quia id probatur in eadem Rubrica, & Nigro, in
c. Cum magnopere, in c. Secūdum, in c. Relatū,
c. Super ſpecula, extra, eod. tit.
9 Hinc Monachus † ſuccedere non poteſt in
Caſtris, & Opidis cum iuriſdictione, vt in c. reco-
lentes, vbi Panorm. num. 1. extra de Statu Mo-
nach. de quo Matth. de Affl. in Deciſ. Neap. 320.
& in Deciſ. 324. Anton. Capic. in Deciſ. 10. & in
Deciſ. 31. & plenè examinat Ludouic. de Molina,
de Hiſpanor. Primogen. lib. 1. cap. 13. num. 82. vſ-
que ad num. 95. part. 2. de quo dixi ad Bellugam
in Specul. Princip. Rub. 6. in verbo, Archiepiſco
pi, & in Rubr. 7. in verbo, Ad retentionem, & ple
nius in conſil.... Centuria 2.
10 Conſtat itaque clericum † temporalem, ac ſe-
cularem iuriſdictionem adminiſtrare non poſſe
quod ex illo textu probauit Ioan. de Platea, in l.
colonos nulla, C. de Agricol. & cenſ. lib. 11. Tum
11 maximè, ne de cauſis ſanguinis ius dicere, & ſen
tentiam proferendo irregulares fiant, & honore,
locoq. priuentur, vt in d. c. Clericus, vbi Panorm.
quę verba exponuntur à Ioan. Andr. ibidem, & à
Ioan. Diaz. c. 92. n. 2. Sequitur M. Anton. Cucch.
Inſtit. Canonicar. minorū, lib. 2. tit. 2. verſ. cuiuſ-
uis autem, col. 4. Sed videmus paſſim cōtrarium
12 fieri, † quia in hoc Regno ſteterunt Locumte-
nentes Regis Cardinales, Pompeius Columna,
Bartholomeus della Cueua, Franciſcus Pacec-
chus, & nouiſſimè pluribus annis Antonius Pe-
renottus Cardinalis de Granuella. Et in Regno
Luſitanico nuperrimè Sereniſſimus tunc Car-
dinalis Albertus Auſtriacus; Maximiliani II. Ce-
ſaris filius, & Philippi II. Regis noſtri inuictiſſi-
mi & potentiſſimi ex germana ſorore nepos. Et
dum hæc ſcribimus Illuſtriſſimus D. Aſcanius
de Columna Romanus Cardinalis, qui Regnū
Luſitaniæ ſumma dexteritatē, & maxima cum
diligentia gubernat.
13 Tempera primo firmatā Concluſionē † poſſe
committi particularem cauſam, & negotium
iuriſdictionale Clerico, vt in dicto c. Sacerdotib.
& in d. c. ſed nec, vbi ex mente Ioan. Andr. Fede-
rici de Senis, Innoc. & Archidiac. tradidit Abb.
Panorm. poſſe Clericū eſſe Sęcularis Principis
in ſuo negotio procuratorem; vbi diſtinguit, vt
eſt apud eū videre, & latè Felin. in c. cum I. & A.
col. penult. de re iudic. & probat ipſe Panorm. in
14 d. c. ſed nec, num. 5. poſſe Clericum † vnum actū
iuriſdictionis exercere, arg. c. in Archiepiſcopa-
tu, extra, de raptor. vbi etiam in cauſa criminali,
Clericus, vel Prælatus poteſt eſſe delegatus Prin-
cipis ſæcularis.
15 Sed ego id non admitterem, quia † militat ea-
dem ratio allegata: quia nemo militans Deo, &
cetera, & textus in d. c. In Archiepiſcopatu, non
16 obſtat. Quia † ibi interceſſit Summi Pontificis
licētia, & diſpenſatio, quo caſu id nō negauerim,
& hæc erit ſecunda limitatio. Alia ſupereſt reſpō
ſio, quia ibi fuit cōmiſſa cauſa eidem Archiepi-
ſcopo, non in Chriſtianos, ſed contra Sarracenos
raptores Chriſtianarum mulierū, & puerorum,
17 eis abutentes, ac illos occidentes. Quo caſu, † etſi
occidere paganum, dicatur etiam homicidium
committi. c. Clericum, c. De his, 50. Diſtinct. & c.
18 Cum multa, ext. de voto † maiuſq. ſit peccatum
occidere infidelē, quam fidelē, & voluit Gloſſa
in c. Rebaptizare, de cōſecrat. diſt. 4. vt quia in eo
19 corpus, & anima occidatur, tamen † dicitur au-
thoritate publica, & legis ſibi tributa, ſicuti Iu-
dex, qui Zelo Iuſtitiæ, & Iure dictante, etſi dica-
tur homicidium cōmittere, tamen non incurrit
pęnā, vel in peccatū homicidarū, iuxta illud Exo
di c. 22. Nō ſinas Maleficos viuere ſuper terram.
Hinc Hieron. in Ezec. lib. 4. Qui malos (inquit)
percutit, in eo quod mali ſunt, & habet cauſam
interfectionis, ideſt poteſtatem, vt occidat peſſi-
mos, miniſter DEI eſt. De hoc etiam Auguſt. in
quæſt. ſuper Matth. dicit, cum homo ab homine
occiditur, multū diſtat vtrū fuerit nocendi cupi-
ditate, ſicut fit ab inimico, vel iniuſtè aliquid au-
ferendi, ſicut fit a latrone, aut obediendi ordine,
ſicut fit a Iudice, vel ſubueniēdi neceſſitate, ſicut
hoſtis à milite, in primis duobus caſib. nulli pōt
20 eſſe licitum interficere, in duob. † vltimis licitū
eſt, & habetur in cap. ille, 23. q. 4. in c. cum mini-
ſter, 33. q. 3. voluit D. Thom. 2. 2. q. 64. artic. 2. &
eleganter Michael Salon. in 2. 2. D. Thomæ q. 64.
art. 2. concl. vnica, & ibidem Petrus de Aragona,
& alij Summiſtæ; & Martinus Nauarr. in Sūma,
c. 15. nu. 2. Dicitur etiā in illo capite, vt diximus, id
permiſſum authoritate Papæ (licet non quo ad
pęnam mortis) & Gloſſa in d. c. Rebaptizare, re-
probatur: quia poſt Sanctum Thom. in 2. 2. q. 69.
21 art. 6. qui tenet † magis peccare occidentem iu-
ſtum, quam iniuſtum. tenuit Archidiacon. in c.
conſuluit, vbi etiam Felinus num. 5. extra de Iu-
dæis. Marquardus de Suſannis, de Iudæis, lib. 1. c.
12. num. 1. cum plurib. ſeqq. Vel intelligi poteſt,
magis peccare occidentem infidelem puerum,
quam Chriſtianum adultum, quia Infidelis pore
rat, vt puer ad fidem venire, ſecus ſi vterque adul
tus, quia erit peccatū maius, occidere Chriſtia-
num, quam infidelem. Ita idem Archidiac. in d.
c. Rebaptizare, & Marquardus, in loco allegato.
22 Tempera tertiò, non procedere, † vbi iuriſdi-
ctio ſæcularis eſſet ſuæ dignitati annexa, tunc
enim talem iuriſdictionem bene adminiſtrare
poterit, excepta truncationis membrorum, &
mortis pęna, d. c. Clericus, & ibi Panorm. num. 5.
23 Tempera quartò, poſſe † Clericum eſſe Prin-
cipis Sæcularis Cōſiliarium, vt poſt Ioan. Andr.
voluit Panorm. in d. c. Clericus, Bald. in Authen.
Habita, vbi hoc probatur, C. ne fil. pro patre, Ber-
nard. Diaz in d. c. 56. num. 3.
24 Tempera quintò, † poſſe clericum interueni-
re in condenda lege generali, ſæculari, etſi in illa
imponatur pœna mortis, Genericè loquendo,
perſonā nō ſpecificando, quia licet poſtmòdum
ex eadē lege caſus occurat, vt quis pęna ſangui-
nis puniatur, nā, eo caſu, vltra quod licitè fecerit
pęna irregularitatis non incurritur. Iuxta tradita
per Innoc. in c. 2. vbi etiam Bald. in fine, extra de
25 maior. & obed. dicens poſſe † Papam ſtatuendo
pęnam mortis imponere, exequendo tamen mi-
nimè, quia incurreret irregularitatem. Hoc idē
tenuit Ioan. de Anania, in cap. Ad audientiam,

col.3. verſic. Tertio quæritur,de Homicid. Do-
minic.de Sancto Gemin.in c. fin. 3. diſtinct.qui
allegat Archidiacon. idem tenentem, Diaz in d,
c.56.num.5.& 6. Petr. Foller.in Pract. Crim.Ca-
non.parte 2.c.24.Ioan. Sorteall, in Summa Pon-
tificali,§.Clericus,2.num.20.
26 Tempera ſextò,†non procedere quotieſcum-
que iuriſdictio tēporalis ad clericū ſpectaret,tam
quam res patrimonialis,quia tunc illam admini-
ſtrare nō prohibetur,c.finali, Ne Clerici vel Mo-
nachi,in 6 & Panorm.in d.c. Clericus, num. 5.
Quod intelligendum, vt ſupra proximè dixi, vt
ipſe pœnam non exequatur,
27 Tempora ſeptimò, ſapientis, ſiue conſulentis
officio Clericum vti poſſe,vt dicit Speculat. in
tit.de Requiſit.Conſil.verſic. Item facit, voluit
Bart.de conſil,haben.verſ.quarto,& multis com
probat Pace de Scala,de Conſilio ſapientis,lib.1,
28 c.13,verſus finem. Et hoc, † dum tamen Cleri-
ricus ex Ciuium contraria conſuetudine,a con-
ſultandi exercitio non arceatur, vt ex Guidone
Papa in Deciſ. Gratianopol. 34. tradidit Pace
Scala,vbi ſupra,in fine,
Federicus Imperator in hoc Regno Neapoli-
29 tano ſuis legibus prohibuit,ne Clerici † ad admi
niſtrationes Baiulorum , & ad eorum officia
30 admittantur, vt in Conſt. Regni, † Clerici,
in princip. vbi Matth. de Afflict. num,1. Et
in eodem Regno, vt Clerici nec Iudices , nec
Notarij creari poſſint,vt in Conſt.Inſtrumento-
rum robur,in fine,vbi Afflict.num.20.Quod etiā
31 apud † Gallos prohibitum eſſe Ludouici Regis
lege,ne Clerici Tabelliones,& Notarij ſint Iudi
cum Sæcularium, ſcripſit Barthol. Caſſanęus,in
Conſuetud. Burgund. Rubr. De Iuſtices, &
Droictz d'icelles,num.104.
32 Aduertendum erit, † quod ſi clericus, vti ſæ-
cularis Principis Magiſtratus deliquerit,ab eodē
Principe punietur, vt dicit Ioan. Gallus in Arre-
ſto 140. vbi inquit, Officiales Regios cognoſce-
re de delictis Officialium Regiorum,etſi fuerint
Clerici;& idem Arreſto 168.vbi dicit,quod Cle-
ricus committens abuſum Chirurgiæ, vel Poli-
tiæ, tenetur coram Iudice temporali reſponde-
re; & de Galliæ conſuetudine ita ſeruari ſcripſit
Stephan. Aufrer. ad Cappell. Toloſ. in Deciſ.
378.Hoc idem refert,ac ſequitur Caſſanęus in di
cta Rubr.§.5.in verbo, S'il n'hà grace, num.91.
vbi dicitur poſſe Vigobertum Officialem Tem-
poralem Heduenſem , cognoſcere de ponderib.
& menſuris,quibus quis vendidit nomine Cleri-
ci; ſed hoc poterat eſſe, quod ille vendens eſſet
ſæcularis,quia aliàs dubitarem hoc fieri nō poſſe
per ea quæ dixi ad Bellugam in Speculo Princi-
pum, Rubr.11.§.videndum,in verbo, probemus.
Sed hāc ſupradictam opinionem poſtquam hęc
33 † ſcripſeram multis authoribus comprobat Pe-
trus Cenedo, Collectan. Iuris Canonici 37.num.
16.parte 1. & poſt eum latius nos hanc quæſtio-
nem agitauimus in Cōmentarijs de Regis Ca-
tholici præſtantia,c.71.num. 35. vſque ad num,
40.vbi plenius hoc enucleauimus.
Quo verò ad iam dicta, dicendum, & ſupplen-
34 dū eſt, quod etſi Prælatus quiſpiam † ſuæ Præla-
turæ annexam habeat iuriſdictionem temporalem, puta Opidum, nec Caſtrum feudale, cum hominibus, quia is non poteſt conſtituere Magiſtratū, vel Officialem Clericum, ſed debet eſſe Laicus,arg,c.ſententia,extra,ne clerici vel monachi,c.qui verè,c.de præſentium,16.q.1.& proinde in Gallia rectè à Philippo IV. Rege, prouiſum fuit, quod Duces, Comites, Barones, Archiepiſcopi,Epiſcopi, Abbates, Collegia, Milites,& generaliter omnes in Regno Franciæ temporalem iuriſdictionem habentes, ad eam exercēdam Bailliuos,Præpoſitos,& ſeruiētes Laicos nullatenus Clericos conſtituant; pluribusq. Arreſtis in ſupremo Pariſiēſium Senatu idem fuiſſe prouiſum, anno 1518. anno 1524. anno 1528. elegāter tradidit eruditiſſimus Renatus Choppinus de Sacra Forenſi Politia, lib, 2. titulo 2.articulo 18.

CAP. XI.

ARGVMEMTVM.

Qui prohibeantur Lege Pontificia, & Profana Magiſtratum gerere.

COMPENDIVM.

1 *Iudices creari poſsunt,qui lege non prohibentur.*
2 *Prohibentur Magiſtratuum gerere, Natura, Moribus, & Lege.*
Surdi, Muti, & Furioſi natura Magiſtratum gerere prohibiti.ſub eod.num,2.
3 *Impuberes non ſiunt Iudices natura probibiti.*
4 *Serui moribus a iudicando arcentur, & num.6.*
5 *Serui a lege pro nihilo habentur.*
7 *Serui an ſint Arbitri remiſſiue.*
8 *Seruos aliqui inter quadrupedes numerarunt.*
9 *Serui pro liberis habiti,magiſtratu gerūt, & quæ faciunt valida ſunt.*
10 *Senatu moti infames ſunt.*
11 *Condemnatus ciuiliter pro crimine, an ſit infamis.*
12 *Exſilio multati,an Magiſtratum gerant,num.18.*
13 *Banniti, & contumaces, an ſucceſserint in locum deportatorum.*
14 *Infamibus honorum, & dignitatum porta non patent.*
15 *Magiſtratum gerere honoris eſt, non muneris.*
16 *Infames,Iuris Ciuilis conſtitutionibus & Iure Canonum pariter pro talibus habentur.*
17 *Acenſati, & inquiſiti Magiſtratum non gerunt, donec ſe purgarint.*
19 *Excommunicati neque Iudices fieri,neque ad Magiſtratus prouehi queunt.ſed vide num.20.*

AXIOMA.

Sacris Ecclesiæ Catholicæ decretis, ac legibus prohibitos, illisq. odiosos, Magistratus creare ne facito.

1 CReari † Iudices possunt, qui lege non
prohibentur, l. cum Prætor, ff. de Iu-
2 dic. Prohibentur † autem nonnulli
conditione propria, puta Natura,
Moribus, & Lege. Natura, Surdi,
Muti, Furiosi, de quibus diximus supra, capit. 3.
3 † Natura Impuberes de quibus egimus supra c.
6. Moribus, vt mulieres, de quibus egimus etiam
4 supra cap. 2. Et serui † etiam moribus a iudican-
di munere reijciuntur, vt d. l. cum Prætor, §. non
5 autem omnes, quia, etsi † iudicium quidem ha-
beant, à Legibus tamen pro nihilo habentur, l.
6 quod attinet, ff. de Regul. Iur. & † ideo Iudicio
præesse, & iudicandi munere fungi non possunt,
c. Infamis, 3. q. 8. voluit Ioan. Monach. in Defen-
sor. Iur. Rubr. 2. num. 15. Hieronym. Treutler.
Select. Disputat. lib. 1. Disput. 12. Thesi 8. Vendeli-
nus Schellinch actionum, & except. Forens. tit.
de impediment. Iuris fol. 289. versic. Moribus,
& consuetudine. Dethardus Horstius Axioma-
tum Iuris parte 2. lib. 5. titulo 1. Thesi 16. Philip.
Decius Cagnol. & Ioan. Ferrar. Montanus, in l.
in omnibus officijs, ff. de Regul. Iur. & Petrus Fa
ber de Regul. Iur. antiqui, cap. 175. Petrus Ter-
mineus in Processu Iuris scripti, c. 1. versic. Tria
sunt, & nos diximus de Compromiss. §. 2. gloss. 4.
7 num. 92. cum pluribus seqq. vbi tractauimus † nō
posse seruum arbitrum esse. Vnde non est veri-
8 tus Caius I.C. in l. 2. ff. ad legem Aquil. † seruos
inter quadrupedes enumerare; & ideo repellen-
9 di erunt. Verum id temperādum erit † non pro-
cedere, vbi pro libero habitus, Magistratum
gesserit ex communi enim omnium errore, ge-
sta per eum valida erunt. Vulg. l. Barbarius, vbi
Bald. & ceteri Doctores, ff. de offic. prætor. Ale-
xand. in consil. 80. col. 2. vers. Nec obstat si dicere
tur. vol. 2. Decius in consil. 407. nu. 2. latè Iacob.
Philipp. Portius Commun. opin. lib. 2. Conclus.
11. per totum. Vuendelin. vbi supra, & Petr. Gre-
gor. Syntagmat. Iuris vniuersi, lib. 47. capit. 11. in
fine. Antonius Goueanus Lectionum Iuris va-
riarum, lib. 1. cap. 6. & Antonius Contius disput.
Iuris Ciuil. lib. 1. cap. 2.
Lege autem à Magistratibus gerendis reijciū-
10 tur † à Senatu moti vti infames, d. l. cum prætor.
Deportati, Relegati, damnati ex publico delicto,
cum efficiantur infames, vt voluit Iulius Clarus
in Pract. Crimin. q. 72. Ioan. Monach. in Defen-
sor. Iuris, tit. 2. num. 16. Quinimmò, etiam con-
11 demnatus † ex crimine pro quo est actum ciuili-
ter, dicitur infamis, vt dicit esse Communem
sententiam Ioan. de Imola in l. infamen, ff. de pu-
blic. iudic. sequitur Hippolyt. Bonacoss. in Com-
mun. opin. crim. §. damnatus, par. 1. & Ioan. Ba-
ptist. Baiard. in Pract. Crimin. q. 72. num. 20. qui
autē ex pœna illata infames vere sint, dico in con-
sil... Centur. 2. & tetigi de Compromiss. §. 2. glos-
sa 4. nu. 46. & seq. Et idem dicendum est de Con-
12 finatis, seu in † exsilium missis, quod non admit-
tūtur ad administrationes Magistratuum, vt vo-
luit Bartol. in l. 1. C. de his qui in exsil. lib. 10. & se-
quitur Francisc. Marc. in Decis. Delphinali, 360.
vol. 1. Quia exsules sunt ad malum proni, Arrian.
de Gest. Alex. lib. 1. Donec exsilium finiatur, ac
tempus condemnationis, vt in l. 2. C. de his qui in
exsil. lib. 10. Idem dico de contumacibus, & ban-
13 nitis pro delictis, & maleficijs, quia † æquiparan-
tur deportatis, in quorum locum successerunt,
vt per Guidon. Papæ in Decis. 423. Ioseph. Lu-
douic. in Decision. Perusina 11. num. 7. Thom.
Grāmat. in Voto 19. num. 13. & late Iulius Cla-
rus in q. 71. num. 12. Cardinal. Put. in Decis. 417.
lib. 3. Et nunc non discutiam de veritate, qui-
bus æquiparentur banniti, deportatis, an relega-
tis, satis est, quod infamiam incurrant, & ideo
14 † cum infamibus, dignitatum, & honorum por-
tæ non pateant, l. vnica, C. de infam. l. neque fa-
mosis, C. de Dignit. lib. 12. c. querelam, extra, de
15 iureiur. c. interdictos, de excess. prælat. † Magi-
stratus autem gerere honoris est, non muneris, l.
Imperator, ff. ad municipal. & Imperator in
Proœm. Inst. ibi, digni tanto honore. Ideoq. hi
omnes arceri à iudicandi dignitate debent. Cum
16 infames omnes † qui tales habentur de Iure Ci-
uili, eos etiam tales reputant Iura Canonica, vt
dicit Sthephan. Aufrer. ad Capell. Tolosan. De-
cis. 174. Vnum præter alios omnes scriptores ani
17 maduerti desidero, quod † contumaces, banni-
ti, & condemnati arceantur, ex eo solo, quod no-
uos honores etiam inquisiti, & accusati solum-
modo, acquirere prohibentur, donec suum erro-
rem purgauerint, vt in l. vnica, C. de Reis postu-
lat. lib. 10. & d. l. supra allegata. Quāto plus hi, qui
vltra inquisitionem, & accusationem contra eos
existentem super ea, sint contumaces, & banniti
18 effecti? † Et quamuis Antistius Labeo, olim in
Senatu elegerit M. Lepidum in Triumuirum li-
cet exsulantem, id non trahendum est ad exem-
plum, cum eo fine id fecisset vt resisteret Lepi-
dus Augusto, cuius inimicus fuerat.
19 Excommunicati † etiam, vti extra fidelium
consortium positi Iudices cōstitui, ac Magistra-
tum administrare prohibentur, c. Ad probandū,
de sent. & re iudic. c. pater priorem, c. dilecti filij,
c. exceptionem, extra de except. cap. prudētiam,
de offic. & potest. iud. delegati. Sed considerare
20 oportet an sit † publicè excōmunicatus, vel oc-
cultè, vt primo casu repellatur, secūdo minimè.
Iuxta tradita per Glossam in l. 1. vbi Bald. C. de
iur. & facti ignor. & habetur per Felin. in c. Ro-
dulphus. de Rescrip. post Bal. in c. cōtingit, extra,
de dolo, & contumac. Riminal. senior, in consil.
101. num. 22. vol. 1. Barth. Brunatius in Agone,
tit. de competentia iudicis, num. 2. Ioan. Baptist a
Ferret. in consil. 351. num. 3. & 6. Petrus Termi-
neus in processu iuris scripti, c. 1. Ioan. Monach.
in Defensor. iuris, titulo 2. num. 1. & nouissimè
Ioan. Baptista Costa, de facti scient. & ignorant.
inspect. 96. num. 8.

CAP. XII.

ARGVMENTVM.

Magiſtratus perpetui, an temporarij meliores? quomodo eſſent apud Athenienſes, Carthaginenſes, Romanos, alioſq.

COMPENDIVM.

1 Magiſtratus perpetui, an temporarij eſſe debeant, & num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 25.

Magiſtratuus perpetui, qua ratione eſſe debeant.

3 Magiſtratus an ſint perpetui ex Iſocrate?

4 Apud Cretenſes, Magiſtratus perpetuos fuiſſe, Coſmos appellatos ſcripſit Ariſtoteles; quamuis eum morem induct im, poſtea iudicio ſuo damnarit, num. ſeq.

8 Magiſtratus Neapolitani perpetui.

9 Eiſdem ſemper in Magiſtratu perſeuerare, periculoſum eſt.

10 Magiſtratus perpetui ad Tyrannidem plerunque conuertuntur.

11 Areopagitæ ex Solonis lege annui erant.

12 Archontes apud Athenienſes perpetui Magiſtratus creati.

13 Archon primus, Medon, Codri filius.

Archontes decenniales poſtmodum facti, & tandem annuum gerere hunc Magiſtratum cęperunt, & nu. ſeq.

15 Archon Eponimus, Archon Polemarchus, Rex Theſmotethæ,

Athenienſium anni ab Archontibus numerati, ſub eod. num. 15.

16 Cartaginenſium iudices, vt eſſent annui rogationem fecit Annibal.

17 Apud Panaram Panchæorum Vrbem ſine Rege viuentes, tres annui Magiſtratus eliguntur.

18 Mortis & de rebus maximis iudicium apud Panaram, penes Sacerdotes olim erat.

19 Conſules Romanorum annui, & num. 21.

20 Conſules Calendis Ianuarij creabantur.

22 Conſulum Imperium quando prorogabatur.

23 Proconſules, qui appellati.

24 Cenſorum Magiſtratus quinquēnalis ne, an annalis eſſet vel ſemeſtris.

25 Magiſtratus iure annui eſſe debent.

26 Aragonum Reges iuriſdictiones Baronibus in Regno Neapolitano conceſſere cum mero & mixto imperio in perpetuum.

27 In Regno Neapolitano Magiſtratus annui eſſe debent, & quare, num. 28. 33. 34. & 35.

28 Intellectus c. Regni, Electionem.

29 Intellectus Pragm. Caroli V. Cæſaris. Incip. Volumus de Baronib.

39 Intellectus Prag. Regiæ Dignitati, Regis Ferdinandi, & infra num. 53. & 60.

31 Magiſtratus, quando ſint biennales, & num. 33. & 34.

32 Mediolani Ducatus Magiſtratus, an ſint annales.

36 In Gallia officia ſunt perpetua, & quæ temporalia, vel ad beneplacitum, & num. 37.

37 Edicta tantum durant, quantum durat officium, & numero 40. & 49.

38 Prætorum edicta anno durabant.

39 Aedilitia actio quia prætoria erat, anno durabat.

41 Edicta prætorum cum fuerint annua, quomodo perpetua in iure vocata fuere, & num. 45.

42 Intellectus l. edita C. de eden.

43 Lex de edictis perpetuis a C. Cornelio Tribuno Plebis lata, an vero a L. Cornelio Sulla Dictatore perpetuo, vt num. ſeq.

44 Lucius Cornelius Sulla Dictator perpetuus.

46 Saluius Iulianus Edictum perpetuum congeſſit.

46 Iuſtinianus vocat Saluium Iulianum edicti perpetui conditorem & ordinatorem grauiſſimum.

47 Edicta Magiſtratuum, qui conſtituuntur a Ducibus, Marchionibus, & ſimilibus, an ſint perpetua, vel annalia, & num. 48.

50 Princeps vltra ſtatutum tempus poteſt officium Magiſtratui reconfirmare.

51 Epiſcopus poteſt ſuum Vicarium ad libitum ponere.

52 Domini inferiores, vel medij, an refirment in officio Magiſtratus a ſe conſtitutos, & num. ſeq.

54 Intellectus l quod maior, ff. ad municipal.

55 Refirmatio in officio vno contradicente non fit, cum omnium conſenſus requiratur.

56 Officialis refirmatus, an iterum iuret, & caueat de Syndicatu, & num. 57. & 59.

58 Iuramētum in principio officij a Magiſtratu præſtitum, & fideiuſſio ad officij prorogationem extenduntur.

59 Magiſtratus refirmatus non debet bis ſyndicari.

61 Refirmatio officiali facienda eſt antequam primum tempus labatur.

62 Prorogatio locum non habet finito primo tempore.

63 Quod fit tempore finito, dicitur renouatio.

64 Officium Magiſtratus finitum non dicitur, niſi ſucceſſor aduenerit, & num. ſeq.

65 Intellect. Prag. Incip. Prohibemus etiam, Caroli V. Cæſaris.

66 Magiſtratus refirmatur, vbi habilior non inuenitur cum rari ſint idonei ad huiuſmodi munia publica obeunda.

67 Magiſtratus inhabilis, etiam refirmatus, non admittitur.

68 Magiſtratus ad beneplacitum ſuperioris conſtituentis conſtitutus, an ad nutum ſimplicem & placitum reuocetur, & num. 69. 70. 77. & 81.

69 Magiſtratus conſtituti ad beneplacitum, dicuntur perpetui, & num. 70. & 77.

71 Magiſtratus poteſtas, num conſtituentis morte exſpiret. & num. 72. & 73.

73 Iuriſdictio delegata, an delegantis morte exſpiret.

74 Res non integra quando dicatur, & num. 75. & 76.

78 Ordinarij iudicis ad beneplacitum conſtitutio, concedentis morte exſpirat.

79 Iuriſdictio conceſſa in officio Magiſtratus, morte concedentis non ceſſat.

Intellectus, c. ſi gratioſe, de reſcript. in 6. ſub eod. num. 79.

80 Officium datum a Rectore Prouinciæ, eo mortuo perdurat.

81 Magiſtratus a Principe conſtitutus ad beneplacitum, morte eius non exſpirat.

82 Conſiliarij & Præſidētes in Regno ad beneplacitum conſtituti, perpetui ſunt.

83 Conceſſio facta ad beneplacitum ad vitam morte concedentis non exſpirat.

Sapien-

A X I O M A.

Annuos illos eligunto.

1 MAgiſtratus, an † perpetui eſſe debeant,
& vita illorum durante, controuer-
ſum eſt in iure, & apud Doctores no-
ſtros; de quo Ioan. Andr. in c. fin. de
Iudic. Bald. in cap. 1. colum. 2. de Feud. Marchiæ.
Martin. Laudenſ. de Officialib. Dominorum, §.
1. in fine, Reſtaurus Caſtaldus de Imperat. q. 67.
nu. 2. & 12. & Sebaſt. Medic. de Legib. & Statut.
parte 1. q. 17. num. 9.

Perpetuos Magiſtratus poni debere, & melio-
res eſſe, non ſine ratione ſuaderi poteſt; nam
2 † maiorem habebunt, rerum, ac factorum expe-
rientiam, vtpotè qui longo, ipſoq. iugi cauſarum
vſu, magis exploratum, & certiorem, habebunt
negotiorum, & cauſarũ delectum, cum poſſint
maturiori conſideratione, & ſaniori, ac non præ-
cipitato conſilio, cauſarum fines, atque effectus
moliri. Ob perenniorem etiam dominandi pote
ſtatem, facilius, & commodius auxilium, ſuffra-
giumq. præſtabunt infimis, & humilioribus, ne
a potentioribus oprimantur. Obſequentior
enim erit ſubditis, atque obediens, dum prom-
ptam ſibi, ac perpetuam, & paratam ſuperiorum
poteſtatem, conſpiciet. Qua formidine, & timo-
re in eadem obſeruantia promptior conſeruabi-
tur. Quomodo enim, qui perpetuum, peren-
nemq. obtinet dominandi, ac iuris dicendi Prin-
cipatum, ſubiectum ſibi contumacem, & reſi-
ſtentem patietur? In Magiſtratu præterea exigi-
tur diuturnus rerum, & negotiorum vſus, vt ad-
diſcere, ac moderari poſſit, quæ pro gubernanda
Republica exiguntur, quæ vix in annalibus, ac
temporarijs obtineri poterunt, quando, dum gu-
bernandi ordinem vix diſcere incipiunt, Magi-
ſtratum deponere cogerentur. Ad hæc appoſitè
faciunt, quæ ad hunc finem ſcripſit Iſocrates in
3 Nicocle Oratione 3. qui ſic inquit. Qui † annui
Magiſtratus gerendi prouinciam ſubiere, antea
plebei exiſtunt, quam ſentiant quidquam, expe-
rientiamne adipiſcantur earum rerum, quæ ad
Vrbem attinent. At qui iiſdem negotijs ſunt
præfecti, etſi natura debiliore ducantur, experiẽ-
tia tamen longè alijs præeminent. Exempla ſup-
4 petunt, † nam Cretenſes aliquando idcirco cir-
cumiacentium inſularum imperio potiti ſunt,
quia magiſtratus habebant Coſmos appellatos,
quos perpetuo in officio perſeueraſſe ſcripſit Ari
ſtoteles, lib. Politicor. 2. cap. 8. Annui autem, vel
pauco tempore Magiſtratus circumſcripti hoc
habent, vt cum quis aliquid in his didicerit, prius
decedat, quam eius exhibere ſpecimen poſſit, vt
inquit Dio lib. 52.

5 Ariſtoteles † autem, alijq. nonnulli poſt eum,
eamdem opinionem ſequuti, contrarium aſſer-
uerunt, mirum in modum damnãtes perpetuos
Magiſtratus; & idcirco illos precarios, ſiue tem-
porarios eſſe debere cenſuerunt, damnauitq. in
Politicis illos Cretenſium Magiſtratus, ea potiſ-
ſimum ratione, quòd ob diuturniorem dominã-
di poteſtatem, omnia potius arbitratu ſuo, ac præ
ter leges molirentur, & ex Magiſtratibus Tyran-
6 ni quodammodo efficerentur. Quod, & † Diuus
Thomas de Regimine Princip. lib. 4. capit. 12. &
18. cẽſuit. Magiſtratus vero temporarios, & qui
perpetui non eſſent, non poſſe in populos, & Rẽ-
publicam, quam regunt, mala aliqua moliri vel
Tyrannidem inuadere. Inſuper iuſtitiam ex præ-
ſcripto tantum Iure dicere, non autem eorum
ſenſu; vt qui memoria teneant, eorum Imperiũ,
atque Magiſtratum, breui tempore finem ha-
biturum, ſeq. obnoxios futuros ad rationem ad-
miniſtrationis reddendam. In liberis potiſſi-
mum Ciuitatibus, hanc perpetuam dominandi
7 ac Iuri dicundi † licẽtiam ſemper eſſe odioſam,
quod; & Franciſc. Patricius aſſeruit de Inſt. Rei-
publ. lib. 1. titulo 6. Virtus præterea omnis diffi-
cillimè quæritur, eius viam, vti aſperrimam per-
quam rari colunt, & ad illius optimum cultum
pauci perueniũt, & hi præmiorum ſpe illecti per-
gunt; Illius autem præmium omne in honore
verſatur, ad quem data Magiſtratuum perenni-
tate, aut raro, aut numquàm virtute præditi per-
8 uenire poterunt. Sunt † enim (exempli cauſa)
Magiſtratus Neapoli circiter perpetui quadra-
ginta, quorum locis occupatis aut numquam,
aut raro aperitur via virtute præditis alijs, vt for-
te alternatis vicibus publicis honoribus occu-
pentur. Omitto rationes plures, quæ induci poſ-
ſent ad hanc opinionem firmandam, quas dum
dabitur locus, & occaſio præbeatur, deducam.
9 † Magiſtratus autem eoſdem ſemper eſſe, peri-
culoſum eſt, vt inquit idẽ Ariſtoteles, Politicor.
lib. 2. cap. 3. quia ob diuturnitatem, augetur illo-
10 rum potentia, quæ † plerumque eos ad Tyran-
nidem inuitat, vt dicit Franciſcus Patricius de
Republ. lib. 6 capit. 5. Magiſtratum verò omnes
gerere in Republica impoſſibile eſt, ſed per an-
num, vel aliud determinatum tempus conſti-
tuendi ſunt, vt dicit idem Ariſtoteles lib. 2. Poli-
ticor. cap. 1.

11 Solon † idcirco, ſua lege cauit apud Atheniẽ-
ſes, vt Areopagitæ annui eſſent, vt ex Plutarcho,
& Libanio docuit Pardulphus Pratæius in Iuris
prudẽtia Veteri, lib. 2. l. 56. Sed ante Solonis tem
pora, Athenienſes cum Reges habuiſſent a Ce-
crope Aegyptio vſque ad Codrum, decem & ſe-
12 ptem; poſtmodum † placuit eis Regum autho-
ritatem, & imperium imminuere, & Archontes
13 crearunt, quorum primus † Medon Codri Re-
gis filius fuit, hiq. perpetui creati fuere, vſque ad
Alchmeo.

Alchmæonis decimi tertij Archontis tempora.
Et postipsum creati fuere Archontes decenna-
14 les vsque ad Ericem Archontem. Deinde † ve-
rò crearunt illos Annuos, quorum primus
Creon fuit, & quod essent annis singulis no-
15 uem, scilicet Archon Fponimus, & Ar-
chon Polemarchus, Rex, & Thesmothetę sex,
& Anni deinde ab Archonte numerarentur,
vnde Cicero de Fato. Moritur Epicurus Archō-
te Pathar1to. Et de his plura Alexander Sardus
de Moribus Gētuum, lib.2.cap. 25. & Gulielmus
Barentonius de Magistrat. Atheniensium, & no-
uissimè postquam hæc scripseram vidi Carolum
Sigonium, de Rep. Atheniensium, qui ab his nō
dissētit. De his meminit Paulus, in l. pars littera-
rum, ff. de iudic.
16 Ad Carthaginensem † Populum Anibal roga-
tionem habuit, vt in annos singulos, iudices le-
gerentur, ne quis biennium continuum Iudex
esset, vt est author Liuius, lib. 33. Aemilius Pro-
bus in Annibale, & Diogenes Laertius in Plato-
ne scripsit. Apud Pancheos Maris Oceani In-
17 sulā, est † Panara Vrbs Regni caput, in qua sine
Rege viuunt, tres tantum annuos Magistratus
eligentes, apud quos summa rerum, atque homi
18 nū † posita est, exceptis rebus maximis, ac mor-
tis iudicio, quæ ad Sacerdotes referuntur, vt scri-
bit Diodorus Siculus, lib.6.
19 Romani † omnia experti, Consules habuerūt
etiam annuos, testatur Liuius lib. 1. in fine, Dio-
nysius Halicarnass. lib.4. Fenestella de Magistrat.
cap.7. Eutropius Rerum Romanar. lib.1.cap.11.
Augustin de Ciuitate Dei lib.3.cap.16. & Clau-
dius Cantiuncula, de officio Iudic. lib.2.cap.1. Et
20 quia † primo Ianuarij creati fuere, idcirco Calē-
dæ annotantur, vt est author Plutarchus Proble-
21 mate 18. Annuos Magistratus † Romæ fuisse
docet Tranquill. in Cęsare, cap. 23. Prorogaba-
22 tur quandoque † Cōsulum imperium, dum for-
te fuissent in Prouinciam profecti, vel contra
hostes bella gererent, ipso bello durante, & do-
23 nec à Senatu reuocarētur, & eo casu † Procon-
sules fuerunt appellati; vt dicit Alexand. ab Ale-
xandro Dier. Genial. lib.3.c.3. Dictator non erat,
nisi semestris, Liuius, lib.2. Fenestella de Magi-
strat. cap.8. Dionysius lib.5. in fine, & Pōponius
Lætus de Magistrat. capit.16. Censuræ Magistra-
tus erat quinquennalis, de cuius potestate, & legi
bus latè Liuius lib. 4. Fenestella, Lætus, Gruc-
chius, Hotoman. & alij, de Magistratibus Ro-
manorum, & Aul. Gellius Noctium Atticar. lib.
7.capit. vltimo, Flauius Blondus Romę Trium-
phant. lib.3. Dionysius Halicarnass. lib.4. Cicero
de Legib. lib. 3. Ioan. Zonar. Annalium lib. 2.
24 Ascon. Pedian. ad Diuinat. Ciceron. † Et Cēsu-
ram quamuis à principio, quinquennalem, po-
stea Aemilium Mamercum illam Annalem, &
semestrem fecisse, retulit Plutarchus.
25 Hoc ipsum, † quod annui Magistratus consti-
tui debeant, ex l. neminem, vbi voluerunt post
Bartol. Iacob. Rebuffi, & Lucas de Penna, C. de
susceptor. & arcar. lib. 11. Martin. Laudens. de
Officialib. Dominor. §.92. & §.114. Andr. Barba-
tia, in c. significauerunt, nu.39. de Iudic. Anton.
Capic. in Decis. Neapol. 121. num.5. Nicol. Boer.
in Decis. Burdegal. 149. nu.4. Prosper Carauita
in Ritu 295. num.6. Ioan. Vincent. de Anna, in
Allegat. 15. nu.3. & ante eum latissimè Matth.
de Afflict. in Constit. Occupatis, num.5. vbi ex-
26 candescit quod iurisdictiones in hoc Regno
fuerunt per Reges Aragonum concessę Baroni-
bus cum mero, mixtoq. imperio, in perpetuum,
& dicit ipsos hoc facto imposuisse Reges illos
frenum ori suo. Vnde meritò Cassiodorus Va-
riarum lib.7.cap.2. Prudenter (inquit) omnimo-
dis inspexit antiquitas prouinciarum dignitates,
annua successione reparari, vt nec diutina pote-
state vnus insolesceret, & multorum prouectus
gaudia reperirent. Parui enim, definitiq. tempo-
ris potestas tribuenda est, vt dicit Plutarchus in
Politica.
27 Quam optimè in hoc Regno Neapolitano
prouisum est, Officiales & Magistratus annuos
28 esse, vt † in c. Regni, Electionem, vbi Rex Caro-
lus II. reddens rationem cur illos velit esse anna-
les, subsequitur: Iniquum, ac superiniquum re-
putantes, vt per iudicaturam perpetuam, quod-
dam quasi dominium quis sibi vendicet in cōpa-
res, & continuos iudices perpetuos, aut ad bene-
placitum factos, per nos, aut quoscumque præde-
cessores nostros Reges Sicilię, in quibuscumque
terris dicti Regni, remouemus. Et per aliud Ca-
pitulum Regis Roberti, Incip. Importuna, &
vtrobique Ioan. Arcamonus Sebastian. Napo-
dan. & Lucas de Pēna, ac nouissime cautum est
29 † per Carolum V. Cæsarem in Prag. Incip. Vo-
lumus, sub titulo de Baronib. & illorū offic. post
30 Regem † Ferdinandum Catholicum, in Prag.
Incip. Regiæ dignitati.
31 Quandoque † etiam biennio durant, vt in di-
cta l. neminem, vbi supra notati Doctores, & Re-
staurus Castald. de Imperatore, q.67.n.5. M. An-
ton. Natta, in consil. 58. num.2. & 9. volum.1.
32 Et in Ducatu Mediolani, etiamsi officia sint
concessa ad beneplacitum, sunt biēnalia, vt in §.
officia omnia, titulo de offic. & iurisdict. diuer-
sor. Iudic. sequitur Lancelott. Cōradus, de offic.
Prætor. in princip. num.15. cum antiquitus annui
Magistratus essent in eodem Mediolanensi Do-
minio, vt ex Othone Frisingensi voluit Fran-
cisc. Hotoman. in c.1. §. & quia, in verbo, Per an-
num, de his qui feuda dare poss.
33 Aliquando † biennales esse similiter de Iuris
dispositione comprobat Petrus Rebuff. in Con-
cordat. Frāciæ, in tit. de Elect. derogat. §. & cū ex
electionibus, in verbo, Regium Aduocatum,
34 vers. sextum. Et in hoc † Regno Neapolitano,
Officiales, & Iudices, qui pro Iustitia admini-
stranda à Rege ponuntur in Magna Curia Vi-
cariæ, tam in consessu Criminalium, quam Ci-
uilium, & Regij Auditores Prouinciales, sunt
biennales: sed Consiliarij sanctiores, & collate-
ralis Senatus, quos Regentes appellamus, Præsi-
dens Sacri Consilij, & Consiliarij, ac Pręsidētes
Regię Cameræ Summarię, & Aduocati Regij
fisci, tam in eadem Camera, quam in Magna
Curia, & in Prouincijs, ac Iudices Magnę Curię
Sicię, sunt perpetui, siue ad vitam creati. Cetori

verò

35 verò † Assessores, & Iudices locorũ Domanialiũ
Regis, ac etiam aliorum Principum, Ducum,
Marchionum, Comitum, & aliorum Baronum
Regni sunt annales, & temporales.
36 In Gallia, † officia esse perpetua, & quasi pro
patrimonio, dicit Gulielmus Benedictus, in Re-
pet. c. Rainutius, in verbo, vxorem nomine Ade-
lasiam, num. 564. de testament. Petrus Rebuff. in
Concordat. vbi supra, & in tract. Feudor. Decla-
ratione 24. Regios Magistratus in Gallia ad bene
placitum dari, scribit Francisc. Hotoman. in d. §.
Et quia, in versic. quando vellet,
37 Cum † itaque tãtum durent edicta, quantum
durat Officium Magistratus, vt in l. fin. in princ.
ff. de pęnis, vbi Bartol. & Alexand. in Apostillis,
post Specul. in tit. de Aduocat. §. 1. versic. in sum-
ma nota, Bald. in l. 1. C. de postulando, Matth. de
Afflict. in Decisione Neapol. 290. num. 2. Andr.
Tiraqueli. in tract. Cessante causa, parte 1. num.
41. Et officiales nostri sint annales, etiam illorũ
38 edicta annalia erunt. Prætores † etiam in Vrbe
Romana, cum & ipsi annales essent, propterea
eorum edicta anno durabant, l. Ius autem ciuile,
ff. de iust. & iur. Bart. in d. l. fin. ff. de pęnis, & in l. 5.
in princ. ff. de verbor. obligat. Ludouic. Gomez.
in §. sed iste, num. 23. Inst. de action. Mathesilan.
Notabili 190. Nota vnum notabile, & est in ar-
gumento §. 1. Inst. de perpet. & temporalib. præ-
script. Francisc. Hotoman. in loco allegato, in
verbo, per annum. Sebastian. Medices, de Legi-
39 bus, & Statutis, par. 1. q. 17. num. 9. Hinc † Aedili
tia actio cum esset prætoria, & ipsa anno tantum
durabat, l. ædiles autem, in princip. ff. eod. tit. Ga-
spar Caballin. in tract. de edilit. actione, cap. 3. nu.
2. Vnde Cicero actione in Verrem 3. solebant
(inquit) Romæ Prætores, in Prouintijs Præsi-
des, inito statim Magistratu, multis, varijsq. de
rebus edicta proponere, secundum quæ toto an-
no ius redderent, quæ annua erant, & annui etiã
40 Magistratus. † Vnde si officialis est temporarius
pro tempore, si perpetuus, perpetuò durabũt eius
edicta, vt post multos concludit Ferdinandus
Vasquius, Controuers. illustr. lib. 1. cap. 50. nu. 11.
41 Sed si † annua tantum erant edicta Prætorũ,
quo modo in iure passim edicta perpetua vocari
videmus? vt in proęm. Digestor. §. 1. in l. interpo-
sitas, C. de trãsact. in l. edita, C. de eden. Accurs.
42 cum in l. 2. de statu homin. tum etiam † in d. l.
edita, exponit edicti perpetui, idest Generalis.
Cuius expositio, mea sententia, non est tenenda,
quia est contra historiæ veritatem, quam fortè
non vidit. Cum enim, vt supra dictum est, annui
Prætores in Vrbe Romana essent, annuas ipsi le-
ges, & edicta pro iure dicundo proponebant, &
secundum illa pro eorum libito, ius dicebant,
quod maximam Prætoribus statuendi potestatẽ
tribuebat. Ne igitur Prętorib. ipsis arbitraria Iu-
ris dicẽdi ratio pro libito esset, idcirco lata lex est
43 de edictis perpetuis † à C. Cornelio Tribuno Ple
bis, C. Calpurnio Pisone, & M. Acilio Glabrione
Coss. vt prætores ex edictis suis perpetuis ius di-
cerent, vt ipsorum etiam auaritiam, & ambitio-
nem cohiberet, vt est author Dio lib. 36. & Asco-
nius Pedianus in Orat. pro Cornelio de Maiesta-
te, vt censuerunt Paulus Manutius in Legibus
Romanis, Zasius in Catalogo Legũ Antiquar.
in lege Cornel. de iure dicundo, vbi Ludouic.
Charondas, & Hotoman. in lege Cornelia de
Prætorib. post Gulielm. Budęum in Annot. ad
Pandect. in l. 2 ff. de statu homin. & Ioan. Corras.
Mucellan. Iuris lib. 4. capit. 6. in fine; Quamuis
44 † dubium sit apud me, ne huius legis lator fuerit
L. Cornelius Sulla felix, Dictator, cum ipse diu
post relictum à Romanis Dictaturę munus, fue-
rit Reipublicæ constituẽdæ causa creatus, vt ali-
45 bi dicam; Quod † demum perpetuum edictum
in vnum congessit Saluius Iulianus, Imperato-
ris Hadriani iussu, ex quibus tot edictorum in
vnum reductorum, plures libros confecit. Et
46 ideo Iustinianus, eumdem † perpetui edicti gra-
uissimum, & conditorem, & ordinatorem nun-
cupauit, in l. 2. §. sed quia diuinæ, C. de veteri iure
enucleando. Eutropius Rerum Romanarum
lib. 9. Post eum (inquit) Didius Iulianus Rempu-
blicam inuasit, Vir Nobilis, & peritissimus, Ne-
pos Saluij Iuliani, qui sub Diuo Hadriano perpe-
tuum composuit edictum; & ita eum etiam re-
tulerunt Budæus, Corasius, Zasius, & Charon-
das. Sed Eutropius in Hadriano id non dicit, sed
lib. 10. in Marco Aurelio Antonino Vero, vbi
ait, & Saluius Iulianus, Romæ leges premebat.
& eodem lib. in Commodo ait, Saluium Iulianũ
Legislatorem occidit; & in Didio Iuliano ait,
Sub Diuo Antonino (Non Hadriano) perpetuũ
composuisse edictum, sed quod sub Hadriano id
fecerit est author Aelius Spartianus; Quem Sal-
uium Iulianum proauum Didij Iuliani Princi-
pis, non autem auum fuisse idem Spartianus est
author. Quem sequebantur Hotomanus in Iu-
reconsultis, in eodẽ Saluio Iuliano, & Catellian.
Cotta in Memorial. in verbo, Iurisperiti, de quo
tractauit Aymar. Riuall. Histor. Iuris Ciuilis, lib.
5. & Sebastian. Medic. de Legib. & Statutis lib. 1.
q. 4. Anton. Gouean. de Iurisd. lib. 2. cap. 7. col. 1.
Ex quibus facilè concludi potest in materia
47 ista, de qua nunc agimus † Statuta officialium,
& edicta Magistratuum constitutorum à Duci-
bus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus,
sint annua: nam & Bald. in Rubr. C. qui admitti,
col. 5. versic. Item si statutum, quem sequutus est
Barthol. Socin. in consil. 153. versic. tangit etiam,
48 vol. 2. dicunt, quod statuta † Ducis Venetorum,
Marchionis, Ducis Ianuę, vel Domini Paduani,
quia æquiparantur Præsidibus Prouinciæ, dicun
tur ius Prætorium, & ideo non sunt perpetua, sed
durant anno. Socin. allegat Ludou. Roman. in l.
ventre, ff. de acquir. hęredit. idem confirmat Lu-
douic. Gomez. in d. §. sed ista, num. 23. dicens,
quod actiones descendentes ex statutis Ducum,
& Marchionum sunt Prętoriæ; & hãc esse Com
munem sententiam post Alexand. in l. more
maiorum, col. 4. ff. de iurisd. omn. iudic. & ante
eos Angel. de Aretio, in d. §. sed iste. Afflict. in
49 Decis. 290. num. 1. & 2. qui concludit † edicta
tantum durare quantum durat officium,
Quæ diximus procedunt, dum tamen vltra
tempus, quo quis fuerit in Magistratu positus, nõ
50 fuerit reconfirmatus in officio, † Princeps enim
potest

poteſt ad ſui libitum eumdem Magiſtratum in
adminiſtratione confirmare, vt vltra tempus de-
bitum, vel a iure ſtatutum, officium gerat. Ferdi-
nand. Vaſquius de ſucceſſion. progreſſ. lib. 3. §.
30. num. 85. Vnde ex perſona Principis Aurelius
Caſſiodor. variar. lib. 7. cap. 2. inquit: Sit in veſtro
propoſito adminiſtrationem vnius anni ſuſcipe-
re, noſtrum eſt merẽtibus tempus augere. Idcir-
co Claudius Imperator cauit, ne vnius imperiũ
in honoribus continuaretur, vt ſcribit Dio Ni-
51 cæus. Hiſtor. lib. 60. † Epiſcopus etiam poterit
ſuum Vicarium ad nutum, & ad libitũ ponere,
& reuocare. Martin. Laudenſ. de Officialib. Do-
minorum, §. 54. Iacobin. de Sancto Georgio, in
inueſtit. feud. §. Vicariusq. perpetuus, num 4. Se-
52 cus † verò in alijs Dominis medijs, vel infimis,
qui licet poſſint refirmare in officio, præſertim
53 in hoc Regno Neapolitano per † Prag. Regiæ
Dignitati, in fine, ibi: Statuentes quod officialis
refirmandus, & cętera. Et dum tales Domini, ac
Barones inferiores, officialem vltra tempus re-
firmarent, eo caſu debet accedere cõſenſus po-
puli, nec eo caſu conſenſus maioris partis populi,
54 de † quo in l. quod maior. ff. ad municip. ſuffi-
ciet, ſed exigitur omnium conſenſus, ita quod
55 vno † contradicente confirmatio non operatur,
§. fin. Auth. de defenſorib. Ciuit. Ludou. Rom.
in Singul. 95. Heri fui, & in Singul. 662. Ad eligẽ-
dum, & in Rubrica de arbitr. col. 18. Martin. Lau
denſ. de Officialib. Dominor. §. 137. Bartol. in l.
omnes populi, quæſt. 2. in princip. ff. de Iuſt. & iu-
re. Panorm. in capit. fin. extra de iudic. Felin. in c.
ſignificauerũt, col. 3. de Teſtib. Ioan. de Arnon.
Problemate 21. Marc. Anton. Natta, in conſ. 58.
num. 9. & ſeq. vol. 1. debet enim ab omnibus pro
bari, vt dixi in ſimili de Compromiſſ. §. 1. gloſſ.
3. num. 282. & 284. Vincent. de Franch. in Deciſ.
2. num. 21. nouiſſimè poſtquam hæc ſcripſeram
eleganter Ioan. Baptiſta Coſta, de facti ſcient. &
ignor. Centur. 1. Inſpectione 30. num. 9. & 10.
Ioannes Vincent. de Anna, in Alleg. 15.

Poſita autem reformatione officialis vltra an-
num, vel tempus debitum, ſecundum locorum
56 conſuetudinem, an eo caſu † debeat præſtare iuſ-
iurandum debitum, de quo dico infra hoc eo-
dem libro, cap. 14. ac fideiuſſionem de ſtando, ac
reddendis rationibus adminiſtrationis facien-
dæ, de qua hoc eodem lib. capit. 15. & an debeat
prius parere Syndicatui pro adminiſtratione fa-
cta? vel ſufficiat finito tempore reformationis
ſyndicari, & cautionem, ac iuſiurandum fuiſſe
præſtita? Videtur dicendum debere de nouo iu-
rare, & cautionem præſtare, ac prius ſyndicari;
prout in ſpecie tenuit Martin. Laudenſ. de Offi-
cialib. Dominor. §. 114. Sebaſtian. Napodan. in c.
Regni. Item ſtatuimus, quod tam Iuſtitiarij, nu.
41. & Lucas de Penna in c. Regni, Electionem,
57 in fine. Sed contrarium † verius eſt, quia ſi fiat
prorogatio, & refirmatio infra annum, vel intra
Magiſtratus adminiſtrati tempora, non dicetur
nouum officium, ſed veteris continuatio, vt vo-
luit Bartol. in l. Dies, vbi Paul. de Caſtro, ff. de
damno infecto, idem Bartol. in l. 1. §. is qui, ff. de
58 leg. Et † conſequenter fideiuſſio, ac iuramẽtum
in principio Magiſtratus præſtitum, ad prorogа-
tum etiã tempus extendentur. Hoſtienſ. & Ioan.
Andr. in c. Præterea requiſiti, de appellat. Bald.
in c. Venerabilem, col. pen. de elect. poſt Bartol.
in l. 1. §. & poſt operis, ff. de oper. noui nunciat.
Martin. Laudẽſ. de Offic. Domin. §. 67. Ioan. Ce-
phal. in conſil. 74. num. 25. vol. 1. Bartholom. Ber-
tazzol. in conſil. Crimin. 63. num. 13. volum. 1. Et
59 † quod vbi prorogatum fuerit officium, nõ de-
beat bis ſyndicari, voluit in ſpecie Bald. in l. obſer
uare, §. proficiſci, q. 19. ff. de Offic. Proconſul. Se-
quitur M. Anton. Natta, in conſil. 57. num. 5. vo-
lum. 1. Et in Regno Neapolitano iſtud expeditũ
60 eſt per eamdem † Pragmaticã Regis Ferdinan-
di incip. Regiæ dignitati, in fine, qua cauetur, of-
ficialem, ſi vltra annum in officio confirmetur,
non ſyndicari, niſi in totius officij fine.

Ex his liquet, Magiſtratus, atque officij refir-
mationem, & prorogationem, antequam primũ
tẽpus labatur, ſiue primus annus, fieri oportere,
61 † quia alias noua collatio, ac noua creatio dice-
retur, in qua omnia præfata exigerentur, vt præ-
ſcripti Doctores aſſeruerunt, argumento d. l.
62 Dies, vbi Bart. & Alexand. † Finito enim, & con-
pleto curſu primi temporis, prorogatio minime
fit, nec facta teneret, quia non haberet, quid pro-
rogaret, arg. c. ad diſſoluendum, de Sponſalibus
impuber. & voluit Specul. in tit. de Dilat. §. nunc
63 dicamus, verſic. & ſunt hæc. Dicitur † enim re-
nouatio, quando tempus eſt finitum, l. ſed ſi ma-
nente, vbi Alberic. ff. de præcar. & multis ſimili-
bus comprobat optimè Petrus Rebuff. in Con-
cord. Franciæ. tit. de prorogat. dilat. ad approb. in
verbo, Franciſcus.

64 Lapſo autem anno, † vel tempore collati Ma-
giſtratus tranſacto, finitum nõ dicitur officium,
niſi ſucceſſor in officio aduenerit, l. meminiſſe,
vbi Bartol. & Bald. ff. de Offic. Proconſul. Idem
Bartol. in l. legati, ff. eod. tit. Alexand. in l. cũ qui,
num. 7. in fine, ff. de iuriſd. omn. iudic. Martin.
Laudenſ. de Officialib. Dominorum, §. 48. & §.
65 67. & §. 131. Et in hoc Regno † cauetur per
Prag. Caroli V. Imperatoris, incip. Prohibemus
etiam, & antea voluerat Paris de Puteo, in tra-
ctatu Syndicat. tit. de Modo, & forma ſyndican-
di, in princip. declarans tex. in §. illud, in Auth. de
Collat. vbi dicitur, quòd Officialis per duos dies
antequam veniat ſucceſſor, debet officium de-
ponere. De quo videri poterit Alexan. in d. l. eum
qui, in fine, & voluit Ioã. Anton. Niger, in c. Re-
gni: Item caueant Iuſtitiarij, & in c. Scire volu-
mus, num. 4.

66 Quando autem † pro eo Magiſtratu gerendo
rari idonei reperiuntur, tunc in eumdem ſi habi-
lior non fuerit, continuatio fieri poterit, in l. Ho-
nor, §. fin. ff. de muner. & honor. Gloſſa in l. 1. C.
ad leg. Iul. de ambitu, Gloſſa in l. 1. C. de muneri-
bus non continuandis lib. 10. Natta in d. conſil.
67 58. num. 4. vol. 1. Et quemadmodum † in Magi-
ſtratu idoneo, reformatio permittitur, data Ma-
giſtratus inſufficientia, non obſtante refirmatio-
ne aut approbatione iam facta, poterit amoueri,
l. vt gradatim, §. reprobari, ff. de muner. & hono-
rib. Felin. & Philip. Decius in c. cum venerabilis,

de ex-

de except.ac illos referens Ioan. Cephal.in conſ.
39.num.9.vol.1.

68 Magiſtratus † autem conſtitutus ad ipſius cō-
ſtituentis bene placitum, poteſt ad ſimplicem ip
ſius nutum, ac placitum reuocari, arg.c.ſi gratio
ſe; de Reſcript.in 6. Speculat in titulo de locato,
§.nunc aliqua, verſic.150.Ioan. Calderin.in con
ſil.3.tit.de Reſcript.Bald.in c.1. in princip.num.
4.de feudo Guardię, & Caſtaldus Gemin.in d.c.
ſi gratioſe, quos ſequitur Franciſc. Marc.in De-
ciſ.Delphin.796. in fine, vol. 1. Faciunt ſcripta
per Anton.Capic.in Deciſ.116. & per Matth.de
69 Affl ct. in Conſt. Ea quæ. Et † licet Magiſtratus
conſtituti ad beneplacitum, dicantur perpetui,
vt in l. Iuriſperitos, ff.de excuſ.tutor.cum allega
tis per Nicolaum Boer.in Deciſ. Burdegal. 149.
num. 25. intelliguntur tamen, vt non intelliga-
tur in eis præfinitum aliquod tempus, ſed non
70 † idcirco erit, quin ad conſtituentis voluntatem
remoueri poſſint.

71 Sed, an † commiſſio, ſiue Magiſtratus pote-
ſtas, ac iuriſdictio conſtituentis morte expiret?
Diſtinguenda ſunt tempora, & caſus; quia aut lo
quimur de iuriſdictione ordinaria, aut delegata,
Et tunc aut iuriſdictio ordinaria eſt conceſſa tē-
porariè, vt ſupra dictum eſt, aut ad bene placitū;
In iuriſdictione ordinaria collata Magiſtratui
morte concedentis, & conſtituentis, non exſpi-
rat.more, vbi DD. N.de iuriſd.omn.iudic. Quod
72 declarandum eſt † aliter procedere vbi iuriſdi-
ctio ordinaria, alterius ordinarij iuriſdictioni co
hæreret, vt eſt in Vicario Epiſcopi, vel alterius
conſtituentis · quia morte illorum extinguitur,
Ioan. Andr. & Doctor. penult. de offic. Vicar.
Archidiacon.in c.quoniam Abbas, de offic.de-
leg.Abb.Panorm. in cap. penult.de offic. Vicar.
Alex.in d.l. & quia, eo enim caſu deuoluitur ad
Capitulum, c.2. extra, ne ſede uacante. Martin.
Laudenſ. de Officialibus Dominorum, §. 151.
Franciſc.Maſc. in Deciſ. 780. num.3. vol.1. An-
ton.Gamma, in Deciſ.Luſitan.353.num.3.cum
ſequent.

73 In iuriſdictione † verò delegata, re integra,
morte delegantis extinguitur, d. l. more maio-
rum, & d.l.& quia, ff.cod.tit.vbi Bart.Bald.Alex.
Ioan.Anton.Gouean.& reliqui Doctores, Lu-
douic.Gozadin.in conſil.22.num.9.Robert.Ma
ranta ℔, in Speculo Aureo, Parte 4.diſtinct.5. nu.
48. cum pluribus ſeqq. Sebaſtian. Medices, in
Tract.Mors omnia ſoluit, parte 2. Concluſione
74 31. num. 83. † Dicitur autem res non eſſe inte-
gra, vbi delegatus expediuit aliquam citationē,
Bart. & alij, in d.l.& quia, Panorm.in c.relatum,
de offic. deleg. Maranta, vbi ſupra, Maſuer. in
Pract.titulo de iudic.num.21.Pace Scala de con
75 ſilio ſapient.lib. 1.cap.17. circa finem.† Aut ſal-
tem res non dicitur integra per litis conteſtatio-
nem, vt in d.c.relatum, & c.gratum, de offic.dele
gati.Ioan. Cuſphal in conſ.382.num.8. & pluri-
76 bus ſeqq.vol.3.quin immò † ſi iudex fuerit à par
tibus aditus, l.ſi conuenerit, ff.de iuriſd.omn.iu-
dic. & voluit Anton. Gouean. in d. l. & quia, in
fine.

77 In ordinarijs † vero Magiſtratibus ad conſti-
tuentis beneplacitum cōſtitutis, licet vt dictum
eſt, vocentur perpetui, vt in d.l.iuriſperitos, eo
78 rum † tamen iuriſdictio, conſtituentis morte ex-
ſpirat, arg.d.c.ſi gratioſe, de offic. deleg.in 6.l.4.
vbi Bart.ff.locati.idem Bart.in conſil.63.Angel.
in conſil.217.In cauſa, col.9. Corn.in conſil.92.
in conſil.235.litera C.vol.2. Benedict. Capra, in
conſil.145.num.12.Gozadin.in d.conſil.22. Ni-
col. Bellon.in conſ.8.num.17.Marian.Nepos in
conſil.63.num.12.vol.2.Franc.Marcus in Deciſ.
Delphi.780.in fine, vol.1.Niger.in c.Regni, Vul
garis famæ.num.25.Auguſtin. Berous in conſil.
212.num.20.vol.3.Ludou de Molina, de Hiſpa-
nor.Primogenijs, parte 1.lib.1.cap.25. vbi infini-
tos propemodum allegat. Declaranda tamen eſt
hæc Concluſio pluribus modis.

79 Declara Primò, non † procedere, quotieſcum
que iuriſdictio conceſſa eſt in officium, tunc e-
nim ceſſante, vel mortuo concedente, non ceſſa
bit conſtitutus in Magiſtratu, & ita intelligitur
text.in d.c.ſi gratioſe; quod & ibidem voluerunt
Geminian.& Calderin.in d.conſil.3.de Reſcrip.
80 † Vnde ſi Rector Prouinciæ officium contule-
rit, nec finito rectoratu officium præſatum ex-
ſpirabit.Speculat.in tit.de emphyteuſi, verſ.178.
Paris de Puteo, in Tract.Syndicatus, in verbo of
ficialis, Ioan.Andr.ad Speculat.in tit.de Action.
& petit.§.penult.num.27. Franciſ. Marc.in De-
ciſ.624.num.3.vol.1.Ludou.Gozadin.in conſil.
61.num.15.Gaſpar.Caballin. Milleloq.992. Rai-
nald.Corſius, ad Oldradum, in conſil.243. vt eſt
in Regno in Officialibus Regijs, & poſtmodum
dicam.

81 Declara Secūdò ſecus † eſſe in Magiſtratibus
à Principe conſtitutis, qui, etſi ad beneplacitum
conſtituti ſint, eius tamen morte eorum non ex-
ſpirat officium, vt concludunt Nicol.Boerius in
Deciſ.149.num.11.Ludouic. de Molina, vbi ſu-
82 pra, ſub num. 5. Sic † omnium Conſiliariorum,
& Præſidentium, ac Officialium Regiorum in
hoc Regno, ad Regis beneplacitū conſtitutorū
eius morte, officia non ceſſabunt quamquam
contrarium tenuerit Bartholom. Caſſanæus in
Conſuetud.Burgund.Rubr.1.§.6.in verbo, Meſ
ſiers, num.81. Sed ad ſupradictam Communem
Concluſionem adde Anton. Gammam in De-
ciſ.Luſitan.353.num.1.& 2.

83 Declara Tertiò, non † procedere in conceſſio
ne facta ad vitam, quia reuocationi, vel exſpira-
tioni beneplaciti non erit locus inſpecta vita
eius, qui fuit conſtitutus, ita concludit Berous in
conſil.154.num.3.vol.3.

84 Declara Quartò, † ſecus eſſe vbi cauſa com-
mitteretur ſapientis cōſilio, is enim ſapiens mor
tuo conſtituente, conſilium ferre poterit; ſic cō-
plures allegans ſcribit Pace Scala, de conſilio ſa-
pientis lib.1.cap.17.

85 Declara Quintò, non † procedere, vbi creatio,
& conſtitutio Magiſtratus eſſet facta ex gratia,
vt voluit Iacob.de Beluiſio, in c.1.qui ſucceſſ.te-
neant.vbi dicit, tunc non exſpirare. Paris de Pu-
teo, de Reintegrat.Feudor.cap.20. num.11. fol.
15. Cardin. Floren. in c. quoniam Abbas, q.6.de
offic.delegati.Alexand.in conſil.128.vol.6. Gui-
do Pa-

do Papa, in Decis. Gratianopol. 119. & in Decis. 191.

86 Si autem † Officialis fuerit intra annum depositus, an durent eius edicta? scripsit hanc quæstionem Alberic. de Rosate, in prima parte statutorum, q. 13. vbi concludit, quod durabunt, nisi expresse cassentur, arg. l. 2. §. exactis, ff. de orig. iuris. Secus verò in tyranno, l. decernimus, C. de Episcop. & Cleric. In oppositum videbatur textus in c. translato, de Const. vbi translato sacerdotio, trāsfertur lex Sacerdotij, & dicit Bal. ibi, in Sūmario, quòd abolito titulo Regis abolitur Regis vigor, & titulus. Faciunt notata per Barth. Socin. in consil. 223. col. 2. vol. 1. Quidquid tamen sit, opinio Alberici est tenenda, quā sequitur Andr. Barbat. in d. c. Translato, & respondet ad omnia contraria; & hanc etiam probat Hieronym. Cagnol. in d. §. exactis, num. 42. cum alijs sequentibus.

87 Priuatus autem si fuerit † Magistratus exercitio officij ob perpetuam aliquod delictum, an possit per Principem restitui? quod nō, est textus in l. si aliquid, C. de suscept. & arcar. lib. 10. l. 2. C. de diuers. offic. lib. 12. Quod ampliatur primò, hoc facilius procedere in Baronibus. seu Dominis inferioribus, qui licet à Principe iurisdictionem, & potestatem creandorum Magistratuum habeant, non tamen poterunt ab officio remoto illud concedere, l. fin. ff. de Offic. Procur. Cæsar. Secundò ampliatur procedere, etiam si remotus esset ab officio intuitu inhabilitatis personæ. Bal. in c. 1. §. si duo, De pace tenenda.

88 Declara Primò, secus † esse, si intercedit Principis indulgentia: quia tunc ad illud officium debet admitti, voluit Paris de Puteo, in tract. Syndicat. §. syndicatur etiam officialis, num. 1. in fin. Bald. in l. 2. C. de libert. & eorum liber. Matth. de Afflict. in Const. Regni, Eos tantum, num. 6.

89 Declara Secundò, id † procedere dummodò interueniat sententia condemnatoria, remotionis ab officio, aliàs non, arg. l. si quis Decurio, vbi Bald. C. de Fals. Iason in l. si quis ex argentarijs, §. cogentur in fine, ff. de edendo, Cassanæus in Cōsuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 6. in verbo, Messiers, & sergens, num. 50.

90 Declara Tertiò, † id procedere, dum tamē sit condemnatus ob delicta cōcernentia officium, non autem si ex alijs delictis. Lucas de Penna,

91 in l. Iudices, C. de Dignit. lib. 12. Quod † subdeclarandum est procedere, dum tamen ex cōdemnatione ob illa delicta, non irrogetur infamia: quia nec tunc Magistratū exercebit. Cassanęus, in loco supra allegato, num. 50. in fine. Francisc. Marcus in decis. 390. num. 7. vol. 1.

92 Accusatus † verò si fuerit Magistratus, quòd in officio deliquerit, an interim ab administratione suspendatur? Lucas de Pen. in d. l. Iudices, dicit suspendi interim; quod plenius confirmat Paris de Puteo, de Syndicatu, §. Accusatus in officio; & ad illum se remittit Afflict. in Constit. Statuimus, la 2. num. 42. in fine, Capella Tolos. in Decis. 370. Francisc. Marc. in Decis. Delphin. 654. in fine, vol. 1. sed Afflict. in d. Constit. num. 42. Fallent. 6. videtur tenere Contrarium. Sed ego dubito, quid enim, si accusatus veniret puniendus pęna priuationis officij, etsi interim administraret, & laberetur tempus, vtique dum adueniret sententiæ tempus, esset inanis, & ludibrio, & ideo videnda est distinctio Bartoli in l. ordine, §. de quæstionibus, ff. Ad municip. quem refert Paris in loco allegato, num. 1. In magna Curia idcirco inoleuit Practica, quod dum pendente officio, officialis accusatur de concernentibus officij administrationem, liberat eum cautione fideiussoria de stando iuri pro illa causa tempore Syndicatus, ad quem remittit causam. Ambigui

93 tas † non parua est in Magistratibus Regijs perpetuis, dum inquiruntur per visitatores Regios, in qua nunc aperiam meam sententiam, sed remitto illam ad locum, & tēpus magis oportuna.

94 Quid autem † si fuisset reuocatus officialis, an interim gesta per eum, ac acta per ipsum, facta sint valida, distinguè, vt optimè per Ioan. Baptist. Costam, de facti scientia, & ignorantia, Centuria 2. distinct. 24. num. 2. & per totum.

C A P. XIII.

A R G V M E M T V M.

Magistratus diuites esse debent, vel optimè, & commodè stipendijs, & salarijs honestari.

C O M P E N D I V M.

1 *Andreæ Tiraquelli Parlamenti Parisiensis Consiliarij laus.*

2 *Magistratus diuites eligendos, & pauperibus anteponendos.*

3 *Aethiopes Reges creabant diuitijs affluentes.*

4 *Reges sine thesauris Regnum regere nequeunt.*

5 *Salomon, & non ob virtutem solum, sed propter diuitias quibus fruebatur, quasq. possidebat, laudatur.*

6 *Ludouici Imperatoris de diuitijs Adelberti Marchionis Lucensis dictum.*

7 *Bonifacius Marchio, equos soleis argenteis ornatos habebat in vsu.*

8 *Petriconus Caracciolus Dux Mortinæ, mulos centum soleis Argentis calceatos Neapoli circumduci fecit.*

9 *Senatori, ac Magistratui diuitiæ sunt necessariæ.*

10 *Diuitiarum potestas, qualis?*

11 *Thales Milesius septem sapientum vnus de diuitijs gloriabatur.*

12 *Bona dicuntur, quia beant, vel beatos efficiant homines.*

13 *Aristoteles, ac eius secta Philosophi felicitatem in virtute posuere, cum bonis tamen externis.*

14 *Animi bona corporis itidem, & diuitias gradatim suos locos tenere censuit Plato.*

15 *Beare quid sit?*

16 *Magistratus gerens officium quare diues esse debeat, & num. 23.*

17 *Paupertas inuitat ad scelera.*

18 *Salomon, & diuitias, & paupertatem non quæsiuit, sed victui necessaria.*

Data

19 Data prudentiæ paritate diues præferendus pauperi.

20 Diues ignarus, auis aurato vellere vocatur a Diogene Laertio.

21 Respublica sine diuitijs misera est & infelix. Vnde sat apposite Plutarchus morbum Reipublicæ maximum dicebat esse paupertatem.

22 Pauperes sapientes stipendijs sunt commodis honestandi, vbicumque Magiſtratus ob eorum virtutem inire debebunt.

23 Diuites esse debent Magiſtratus vt a rapinis, & venalitate iustitiæ abstineant.

24 Aduocatus, Iudex, & Testis, iustum stipendium capere possunt.

25 Sesosis Aegypti Rex, Ducibus suis agros fertiles tribuebat, vt liberius militiæ vacarent, vnde etiam Sacerdotes, Iudices Prætoresq. Aegyptiorum publicis impensis alebantur.

26 Publicis impensis aluntur Sacerdotes, & Iudices in nouis insulis.

27 Salarij Etymologia.

28 Iudices apud Numidas, mille aureis anno quolibet præmiabantur.

29 Romani Magiſtratibus, qui erant pauperes, quæ tribuebant, & num. 30.

30 Epiſtola Trebellij Pollionis, in qua declarantur, quæ dabantur Magiſtratibus Romanis.

31 Turcarum Princeps, plurima stipendia dat iudicibus, ne furentur.

32 Baillini, & Seneschalli in Gallia sua habent stipendia.

33 Syndicis, & Aduocatis Fisci salarium a Fisco datur in Senatu Mediolani.

34 Patronis, & Aduocatis salarium iustum dandum est.

35 Antipho Ramnusius primus pro causa orata mercedem habuit.

36 Ausonij versus pulchri, et illorum declaratio, & nu. 37.

38 Appius Claudius, vt iuuenes ad causas perorandas accederent salarium statuit.

39 Quo ad salaria aduocatorum, & oratorum quid prouiderit Nero Imperator.

40 Iura statuerunt salarium centum aureorum pro qualibet causa orandu, neue illa quantitas excederetur sancitum fuit.

41 In causis criminalibus, & infamia, vltra centum aureos salarij statutum fuit ob laboris præstiti magnitudinem.

42 Author dum Aduocati officio fungitur, quomodo se quo ad salarium gerat, & gesserit alias.

43 Cicero, Cæsar, Lelius, Plinius Nepos, Aduocationis officio, immensas sibi diuitias compararunt.

44 Magiſtratui solitum salarium promissum censetur.

45 Salarium consuetum censeri illud, quod vltimo loco dari solitum fuit.

46 Assessores salarium habere debent.

47 Assessoribus in officij fine, sit salarij vel stipendij solutio.

48 Assessori pauperi fit salarij solutio ante finem officij.

49 Officiali post terminum venienti salarium non datur.

50 Absenti Magiſtratui pro illo tempore quo adfuit an salarium debeatur, & num. 58.

51 Absens cum superioris licentia, reputabitur præsens.

52 Absentia necessaria non reputabitur absentia.

53 Clericus ægrotus præsens reputatur, & a Residentia excusabitur, & fructuum perceptio illi non denegatur.

54 Absentes, quando amittant, & quādo lucrentur fructus.

55 Magiſtratui infirmo, an salarium debeatur, & num. 17.

56 Famulo infirmitate durante, an debeatur salarium.

57 In Magiſtratu prudentia, & scientia videtur electa, non personale munus.

59 Consiliarius, licentia non petita, abesse nequit; & sic in Regno Neapolitano, & num. 60.

61 Magiſtratu mortuo, an hæredibus totum salarium debeatur, & num. 62. remissiue.

63 Romæ per hæredes scribæ mortui salarium petitum fuit, sed non obtentum.

64 Magiſtratus plures si fuerint an salarium morientium viuis accrescat.

65 Pro satellitibus, siue Militibus Magiſtratus deputatis si illis non velint vti magiſtratus, illorum salarium non habebunt.

66 Pœna deputata lucro officialis pro delicto, si vnus cœpit inquisitionem, alius vero condemnat, cui ipsorum pœna erit attribuenda.

A X I O M A.

Diuites illos obseruanto, alijs stipendijs honoranto.



AD istud probandum Axioma, Lector quilibet dicere posset, sufficere si illū remitterem ad Andream Tiraquellum Frantigenam parlamenti Parisiensis Consiliorum in tract. de Nobilitate, cap.
1 3. virum † omni æuo, & Christiano Orbi, perpetua memoria dignum, & summis laudum encomijs pro meritis extollendum, quo loci amplissimè exagitauit quæstionem, an diuitijs Nobilitas acquiratur, illamq. omniscius, ex omni etiam scriptorum generæ, pulcherrimè excoluit. Liceat tamen mihi, hunc virum grauissimum, quē semper, eius scripta euoluens, colui, imitari, & agrum fertiliorem reddere, vel eamdem terram ab eo olim excultam reuoluendo, aut alia noua semina in eumdem agrum spargendo afferre, ex alijs fortè scriptoribus ab eo prętermissis, aut cū post illum scripserim noua tradentibus, coacervare.

2 Magiſtratus † itaque diuites eligendos, ac pauperibus anteponendos in administrando, ex Nostro Andrea Isernate, Alberico, Ioanne de Platea, Martino Laudense, Luca Pennense, & Matthęo de Afflictis, docuit ipse Tiraquell. in d. cap. 3. num. 19. Adde his vltra eum ex nostris Iureconsultis Angelum in consil. 280. Ioan. Faber, in Procem. Institut. §. Cumq. Deo. Nicol. Boer. in Decis. Burdeg. 153. num. 32. Lancellott. Conradum, de offic. prętor. in princip. num. decimo. Federic. Scotum in Prefat. Cōsiliorum, col. eod. eumdem Conrad. in tract. Decurion, nu. 6. Pardulphum Pretorium iuris prudentia veteri, lib. 2. l. 54. & Alfonsum Montaluum ad leges fori noui, lib. 3. titul. 8. l. 1. in verbo, Si el padre, & Quinctilian. Mandos. in Gloss. Facult. Regenr. in verbo, Idonei. Qui Magiſtratus diuires esse debere censuerunt. Vnde Solon sua lege cauit,

Magistratus locupletes eligendos fore. Et Carthaginenses, & optimos, & ditissimos censuerũt esse Magistratibus admouendos, quod arbitrarẽtur fieri non posse, eum, qui egestate premeretur, rectè, sincereq. Magistratum gerere. Ludou. Cęlius Rhodig. Lect. antiq. lib. 20. cap. 24.

3 Aethiopes † Reges minimè creabãt, nisi quos scirẽt diuites esse, vt scribit Diodor. Siculus lib. 4. Hinc Diuus Thomas de Aquino de Regimine Princip. lib. 2. cap. 7. inquit, Diuitiæ sunt Regi

4 necessariæ, ac etiam thesaurus, † quia sine illis regi congrue Regnum non potest. Et Alfonsus Tostadus Hispanus in Deuteron. capit. 17. quæst. 9. Magis (inquit) vituperabile est in Rege nõ habere thesauros, quam illos habere: ne cum necessitas ingruerit, cogatur subiectos onerare tribu-

5 tis. Hinc in Sacra pagina † Salomon Rex, non virtute solum, sed ob possessas diuitiarum copias laudatur, lib. 3. Regum, cap. 3. & c. 10. Et vt omittamus vetustiora, & de nouissimis Historijs loquamur, Carolus Sigonius Mutinensis de Regno

6 Italiæ lib. 6. † Adelberti Marchionis Lucensis diuitias commemorans, dum Ludouicum Imperarorem in domo sua excepisset, ait: Ibi effuso in omnem magnificentiæ Regiæ specimen, apparatu, ab Adelberto Marchione exceptus est, Cum autem lectissimorum militum cohortes, summam domus dignitatem, & mirabiles familiæ impensas videret, inuidia tactus, in aurem amico inquit: Nimirum hic Regis potius, quam Marchionis nomine potest dignari, neque enim vlla in re mihi, nisi titulo cædit. Et idem Sigo-

7 nius lib. 8. meminit † Bonifacij Marchionis, qui soleis argenteis equos ornatos habebat in vsu.

8 Sed hoc patrum nostrorum tempore † fecit Neapoli Petriconus Caracciolus Martinæ Dux qui mulos centum argenteis soleis ornatos circumduci fecit.

9 In Senatore † ac Magistratu diuitias esse necessarias pulchrè tradidit Laurentius Grimalius de Optimo Senatore, lib. 2. Accedo (inquit) ad Diuitias, quarum possessio vehementer est Senatori necessaria, tam enim ad vsus priuatos, quam publicos, pecunia opus est, sine qua nihil vnquã in Ciuitate præclarum ille, nihil in virtute magnum efficere potest. Parum tuta est sine viribus Maiestas, Prudentiaq. sine potentia stultitiæ seruit. Hæc ille. Quam autem potestatem,

10 ac vim † Diuitiæ habeant, quam bene in Satiris expressit Petronius Arbiter, dum ait.

Quisquis habet nummos, secura nauigat aura,
Fortunamq. suo temperat arbitrio.
Vxorem ducat Danaem, ipsumq. licebit,
Acbrisium semper credere quod Danaen.
Carmina componat, declamet, concrepet, omnes
Et peragat causas, sitq. Catone prior.
Iurisconsultus paret, non paret habento
Atque esto quidquid Seruius, & Labeo.
Multa loquor, quiduis nummis præsentibus opta
Et veniet, clausum possidet arca Iouem.

11 Thales † Milesius, sapientum septem Grecorum vnus, gloriabatur, se hoc vno esse felicem, quod fortuna diuitem, ac locupletem illum fecisset, vt refert Diogenes Laertius in eius Vita. Inde Vlpianus in l. bonorum, 49. ff. de verbor. si-

12 gnificat. dicit, † bona dici, quia beant, & beatos

13 faciunt homines. Et quamuis † Aristoteles, Theophrastus, & ceteri eius sectæ Philosophi, in vsu virtutis felicitatem posuerint, dixerunt tamen externa bona adesse homini oportere, non vt illa, ex se beatam vitam conficiant, sed ne virtutis operationes, in quibus beata vita consistit, propter defectum bonorum, atque diuitiarum impediantur; nec ex his dicimus, felicitatem in his consistere, quod refellit Ioan. Anton. Pipero-

14 nus de omni vero officio, lib. 2. cap. 2. Hinc † Plato de Legib. lib. 9. dixit, Primum locum tenere Animi bona; Secundum bona Corporis, Tertium Diuitias, in quarum laudem multa scribit Honetor Græcus, in lib. An sapientem oporreat esse pecuniosum, quem refert Diogenes Laertius in Platone. Tiraquell. de reuoc. donat. in verbo, Bona, num. 1. Matth. Brunus de Cessione bonor. in Proœmio, & Ioã. Baptista Lupus, de vsur. Commentar. 1. §. 5. nu. 97. & 98. Quinimmo Vlpianus in d. l. bonorum, ad hoc propositum, volens concludere, quod bona non faciunt bea-tum, ea beatitudine, quæ summum bonum con-

15 stituat, subiunxit: Beare † est prodesse, quasi bona beent, idest prosint, & quasi Instrumenta sint ad virtutes nanciscendas. De his latè dixi in lib. de Regis Catholici præstantia, cap. 45. Diuites enim cum sint minus in rebus domesticis, maiorem in rebus publicis tractandis diligentiam adhibent, vt voluit Isocrates in Oratione ad Nicoclem Cypri Regem.

16 Ratio † autem quare Magistratus gerens officium diues esse debear, illa est: ne ob inopiam cogatur sententias proferre venales, diuitiarum, lucriq. cupiditate allectus, vt inquit Pratæius in Iurisprudentia veteri, in loco allegato, in d. l. 54. Et hoc est idem, quod dixerat antea Tira-

17 quellus in d. capit. 3. num. 24. ne † paupertas ad scelera, & maleficia veluti impellat, & moueat. Id quod dixerat sapientissimus ille Salo-

18 mon Prouerbiorum capit. 30. † Mendicitatem, & diuitias, ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis est Dominus? Aut egestate compulsus furer, & periurent nomen Dei mei. Et Ecclesiastici, capit. vigesimoseptimo habetur, quod propter inopiam multi deliquerunt. Et ad idem Aurelius Cassiodorus lib. Variarum primo, capitulo decimo nono: Indigentiam (inquit) iustè fugimus, quæ suadet excessus, dum perniciosa res est in imperante tenuitas. Fieri enim non potest vt is cui desunt rei familiaris facultates, rectè fungatur Magistratu, vt dicit Aristoteles, Politicorum libro tertio, capitulo vndecimo.

Diuitem igitur licet Magistratum ponamus, virtutibus tamen optare debemus coruscantẽ,

19 † data enim paritate prudentia in diuite, & inopi, semper diues præferendus erit. † Quia si Diues

Diues quis sit, & tamen ignarus, Auis aurato vellere appellabitur, iuxta dictū Diogenis Laertij, relatū à Patritio de Inst. Reip. lib. 4. tit. 6. Vnde ditior dicitur, qui virtutibus Clarus extiterit, secundum Isocratem in Panegyrico; & iterum in Oratione de Retributionibus. Sunt igitur homini ciuili ad Rempublicam rectè gubernandam, ad ciues iuuandos, ad virtutis officia exercenda, ad iniurias, tam priuatas, quam publicas propulsandas, necessariæ diuitiæ, opes, facultates, sine
21 † quibus misera, & infelix est omnis Respublica, vt inquit Grimalius. Hinc Plutarchus in Lycurgo inquit, quod morbus est Reipublicæ maximus paupertas.

22 His diuitijs deficientibus, † si pauperes eligendi, ac promouendi sunt ad infimos, medios, seu summos Magistratus, ob eorum virtutis splendorem tunc cōmodis stipendijs honestādi sunt. Nam vt Cassiodor. Variar. lib. 7. cap. 5. inquit Manus larga, nutriat ingenia; hinc & idem Cassiodor. lib. 6. cap. 10. ita scriptum reliquit. His multis facultas sua non sufficit ad triumphum, multis philosophātibus corporis valitudo subtrahitur, & sæpleruque vt sapientes irremunerati iaceat. Vt igitur hæc improba declinentur, salarijs, atque stipendijs illos communiant, Principes, Dominiq. salaria, ac stipendia tribuant, ne (vt dixi-
23 mus) † rapinis, furtis, latrocinijs, ac venalitati viam aperiant: nam idcirco Imperatores iudicibus ordinarijs salaria dari decreuerunt, in Auth. de Iudicib. §. Ne autem, Specul. in titulo, de salar. §. 1. num. 8. Angel. & Iason, in §. Tripli, Inst. de Action. Decius in l. Diem functo, num. 5. vbi ceteri DD. ff. de Offic. Assessor Alfonsus Montaluus in leges fori noui, lib. 1. titulo 4. in verbo, Ayan la pena, colum. 1 t. versic. Et quia multis; & ego dixi de compromiss. §. 5. glossa 2. num. 1. vsque ad num. 9. & Diuus Thom. de Aquino, in
24 secunda secundæ, quæst. 71. artic. 4. vbi † iustum stipendium capere posse, Iudicem, Aduocatum, ac testem concludit. Hinc de Militibus non stipendiatis bello vacantibus dicit Cassiodor. lib. 4. capit. 13. Disciplinam, siquidem non potest seruare ieiunus exercitus, dum, quod deest, semper præsumit armatus, habeat, quod emat, ne coga-
25 tur cogitare, quod auferat. † Serosis Aegyptiorum Rex, Ducibus suis fertiles agros distribuebat, vt rebus necessarijs fulti, nullaque ducti inopia, liberius militiæ vacarent, vt scribit Diodorus Siculus, lib. 2. vbi insuper tradidit, Sacerdotes, Iudices, & Prætores Aegyptiorum publicis impensis ali, quod et Aristoteles in proœm. Metaphy-
26 sices censuit. Hoc etiam † in Nouis Indiæ insulis obseruari docet Thomas Elysius de Christia-
27 næ Religion. arcanis, lib. 2 † Salarij Etymon hic iubet afferre, cum multum faciat ad hanc rem de qua in præsens agimus elucidandam; Cum enim de Sale loqueretur Plinius lib. 31. capit. 7. subiungit: Ergo Hercule vita humanior sine sale nequit degere, adeoq. necessarium elementū est, vt transierit intellectus ad voluptates animi quoque, nam ita sales appellantur, omnisq. vitæ lepos, & summa hilaritas, laborumq. requies, nō alio magis vocabulo constat; Honoribus etiam, militiæq. interponitur, salarijs inde dictis, magna
28 apud antiquos authoritate. Hæc Plinius. † Apud Zenagates, Guansigates, Tergates, Leutatas, & Bardeitas Populos, quos Numidas dicimus, iudices præmiantur quantitate mille ducatorum plus, ac minus in anno quolibet, vt retulit Leo Afer, Historiar. lib. 1.

29 Romanorum † mos semper omni æuo memorabilis habetur, qui Magistratibus, quorum supellex exilis, ac modica esset, aut inopia laborarent, virtute tamen eminerent, quos administrationi Prouinciarum aliorumq. Magistratuum idoneos conspicerent, vt decenti Maiestate illa gererent officia, omnia necessaria de publico exhibebant, quæ vt proximè habeantur, & non longè petita quærantur, referam, non omnia, sed aliquorum exempla, vt ex ijs lectorum animus, eo vsu conquiescat. Aelius Lampridius in Alexādro Seuero inquit: Iudices, cum promoueret, exemplo veterum (vt Cicero docet) & argento, & necessarijs instruebat, ita vt Præsides Prouinciarum acciperent Argenti P. Vicena, Phialas senas, Mulos binos, equos binos, vestes forenses binas, domesticas singulas, balneares singulas, Aureos Cētenos, coquos singulos, & si vxores non haberent, singulas concubinas, quod sine his esse non possent, reddituri deposita administratione, mulos, equos, muliones, & coquos, cetera sibi habituri, si benè egissent, in quadruplum reddituri, si male. Hactenus Lampri-
30 dius. Sed & Trebellius Pollio † in Claudio Epistolam refert, ex qua vsus similis constat. Valerianus ad Zosimionem Procuratorem Syriæ. Claudium Illyricianæ gentis virum, Tribunum Martiæ Quintæ Legioni fortissimæ dedimus, virum deuotissimis quibusq. ac fortissimis veterum præferendum. Huic salarium de nostro Priuato Aerario dabis, Annuos frumenti modios tria millia, Hordei sex millia, Laridi libras duo millia, Vini veteris sextarios tria millia quingentos, olei boni sextarios centū quinquaginta, olei secūdi sextarios sexcētos, salis modios viginti, ceræ pondo centū quinquaginta, fæni, paleæ, aceti, oleris, herbarum, quantum satis est, pelliū tentoriarum decurias triginta, Mulos annuos sex, equos annuos tres, Camelas annuas decem, Mulas annuas nouem, argenti in opere annuo pondo quinquaginta, Philippeos nostri vultus annuos centum quinquaginta, & in strenis quinquaginta septem, & trientes centum sexaginta. Item sicophocondas vndecim. Item in Caueos, & schyphos, & zuma, pondō vndecim. Tunicas russas militares annuas, sagoclamydes annuas duas fibulam auream cumacum Cypreā vnam, Baltheum Argenteum inauratum vnum, vnciarum septem, Anulum bigemmeum vncialem, Bracchialem vnum vnciarum septem, Torquem libralem vnum, Cassidem inauratam vnam, Scuta chrysographata duo, Loricam vnā, quam refundat, lanceas Herculianas duas, Aclides duas, falces duas, falces fœnarias quattuor, coquum, quem refundat vnum, Mulieres speciosas, ex captiuis duas, Albam subsericam vnam, cum purpura succubitana, subar-

mſiem vnum, Structorem, quem refundar vnū, cum purp..a Maura, Notarium, quem refundar, vnum, Accubitalium Cypriorum paria duo, Interulas puras, Togam quam refundat, vnam, latum clauum, quem refundat, vnum, Venatores, qui obſequantur, duos, Carpentarium vnū, Curatorem Prætorij vnum, Aquarium vnum, Piſcatorem vnum, Dulciarium vnum, ligni quotidiani pondo mille, ſi eſt copia, ſin minus, quantum fuerit, & vbi fuerit, Coctilium quotidiana batilla quattuor, Balneatorem vnum, & ad balneas ligna, ſin minus lauetur in publico, iam cetera, quæ propter minutias ſuas, ſcribi nequeunt, pro moderatione præſtabis, ſed ita vt nihil adderetur. De hoc Claudij Tribunatu idem Pollio, refert hanc Epiſtolam ad Albanium Murenam Præfectum Prætorij, quę talis eſt. Deſine conqueri, quod adhuc Claudius eſt Tribunus, nec exercitus Ducem loco accipit. Vnde etiam Senatum, & populum conqueri iactabas, Dux factus eſt, & Dux totius Illyrici, habet in poteſtatem, Thracias, Myſos, Dalmatas, Pannonios, Dacos exercitus, vir ille ſummus noſtro quoque iudicio ſperet Conſulatum, ſi eius animo accomodū eſt, quando voluerit accipiat Prætorianam, accipiat Præfecturam, ſcias tantum ei a nobis decretum Salarij, quantum habet Aegypti Præfectura, tantum veſtium, quantū pro Conſulatu Africæ detulimus, tantum Argenti, quātum accipiet curator Illyrici Medanius, tantum miniſteriorū, quantum nos ipſi nobis per ſingulas quaſque Ciuitates decernimus, vt intelligant omnes, quæ ſit noſtra de viro tali ſententia. Et ex alia Epiſtola ſcilicet. Decius Meſſalæ præſidij Achaiæ ſalutē. Inter cetera vero claudium optimum iuuenem, fortiſſimum militem, conſtantiſſimum ciuem, Caſtris, Senatui, & Reipublicæ neceſſarium in Thermophas ire præcepimus, mandata eidem cura Peloponnenſium, ſciētes neminem melius omnia, quæ iniungimus eſſe curaturum. Huic ex regione Dardaniæ dabis milites ducentos, ex Cataphractarijs, centum: ex Equitibus centum, & ſexaginta, ex Sagittarijs Creticis ſexaginta, ex Tyronibus benè armatis mille. Nam benè illi noui creduntur exercitus, neque enim illo quiſquam deuotior, fortior, grauior inuenitur. Retulit etiam Epiſtolam Galieni dicentis de eodem Claudio. Mili ad eum pateras gēmatas trilibres duas, Scyphos aureos gemmatos trilibres duos. Dyſcum corymbiatum argenteum librarum viginti. Lanceam argenteam pampinatam librarum triginta. Patenam Argenteam hæderatiam librarum viginti, & trium. Bolitera halieticum argenteum librarum viginti. Vrceos duos, auro incluſos, argēteos librarum ſex, & in vaſis minoribus libras vigintiquinque. Calices Aegyptios, operiſq. diuerſi decem, Chlamides veri luminis limbatas duas; veſtes diuerſas ſexdecim, Albam ſubſericam paragaudem triuncem vnam. Laneas de noſtris partitis paria tria, ſingiliones Dalmacenſes decem. Chlamidem, Dardanicā mantuellem vnam. Penulam Illyricianā vnam. Bardocucullum vnum. Cucutiā villoſa duo, Oraria Sarabadena quattuor. Aureos Valerianos centū quinquaginta. Trientes Salonianos trecentos, Hęc ille ſufficiat hæc delibaſſe pro antiquitatum vſu ad memoriam reuocando.

31 Turcarum † præterea Imperatorem plurima
Iudicibus quotannis donare, ne furentur, poſt
Ioannem Antonium Menauinum de Moribus
Turcarū, ſcribit Ferrandus Adduenſis, Explica-
32 tionum lib.1.capit.9. Et † Bailliui, ac Seneſcalli
in Gallia, ſua habent ſalaria, & ſtipendia, de quib.
33 Frāc. Marc. in Deciſ. Delphinali, 794. vol.1. † Et
in Mediolani Ducatu a Fiſco ſalariū datur, Syndicis, & Aduocatis fiſci, in Conſt. Mediolanenſi, tit. de Aduoc. & Syndic. fiſcal. §. His officialibus, vbi vide.

34 Patronis † Aduocatis, & cauſarum Oratorib. ſalarium iuſtum, vt ex Diuo Thoma ſupra docuimus, debetur. M. Anton. Natta, in conſ. 376. vol. 2. Borgnin. Caualcan. in deciſ. 12. de contractib.

35 Horum † primum Antiphonem Rhamnuſium pro orata cauſa mercedem accepiſſe ſcribunt, quod & teſtatur Ammianus Marcellinus, Hiſtoriar. lib. 30. refert etiam Franciſc. Patritius de Inſtitut. Reipubl. lib.3. titulo 6. Huc pertinet Romanorū prouiſio, vt capita legis Cinciæ, de qua egimus ſupra hoc eodem lib. cap.9. quam ſubſequuta eſt lex Titia, cuius legis authorem ferunt Sext. Titium Tribunum Plæbeis, ſeditioſum hominem, cuius quidem legis capita, non reſpiciūt ſtipendia, vel honoraria Oratorum, ſed munera,
36 de ea pulcherrimi verſus † Auſonij referuntur.

Iuriſconſultus, cui nupſit adultera coniux,
Papia lex placuit, Iulia diſplicuit.
Quæritis vnde hæc ſit diſtantia, Semiuir ille
Scantiniam metuens, non metuit Titiam.

Quos verſus vti difficiles voluit explanare An
37 tonius Auguſtinus in lege Titia. Sed ante † eum optimè expoſuerat Zaſius in Cincia, prout quiſque explanare poterat, qui illarum legum placita calleret. Ex quo Iuriſconſultus iſte, dum coniugem accepit, placuit ſibi Lex Papia, quæ nubēri præmia proponit, lex Iulia, quæ infamabat viros habentes vxores adulteras, diſplicuit. Sed timens legem Scantiniam, quæ puniebat homines muliebria patientes, quaſi vxoris impudicitiam ferret, non mætuit Titiam, quia cum eſſet Iuſconſultus mali nominis, illius opera nemo vtebatur, & ideo nemo illi munera, ac dona offerebat; & idcirco Titiam non timebat. Appius
38 † Claudius, ne iuuenes ſpe præmij ſublata, negligentius cauſas orarent, & ne ſtudia præmijs ſublatis deperirent, præmia nō omnino Oratoribus eripienda cenſuit, & pro cauſa oranda vſque ad decem Seſtertia capere licere decreuit, vt eſt author Cornelius Tacitus Annal, lib. 11. Budeus ad Pandectas, in Annotat. prioribus, in c. eadem lege, tit. ad leg. Iul. repet. & Patritius de Inſt. Rei-
39 publ. lib.2. tit.4. Quod † & Nero Imperator confirmauit, vt eſt author idem Tacitus, & Plinius
40 Nepos, lib.5. Epiſt. c. vlt. Iure † poſtmodum fuere pro qualibet cauſa orāda centū aurei cōſtituti neue illā q̄titas excederet, l.1. ff. de exttaor. cogn,
41 Sed † in cauſis Crim. & infam. ob eximiū laborē
merce-

mercedē excedi posse, docuit Angel. in l. pater,
§.fin.ff.de donat.Salicet.in l.aduersus, C. mand.
Marc.Mātua Dialog.Denar.7. Classe 17. Fabius
Quinctilianus Orator.Instit.lib.12.cap. 7. iudicatur, indignum, in quæstu haberi eloquentiam,
tametsi, iustam esse gratiam referendam bene
merenti Oratori, præsertim si egeat scripserit;
& in hoc modum quendam seruari oportere, ne
videatur potius merces, quam officiosa beneuolentia. Ego, vt verum fatear, arbitror, causarū
patronos, aliquos spe præmij, alios spe gloriæ vexari; sed primos, vti cupidos, & auaros, damnandos; alteros summè laudandos, & hos subsequenter quadam ordinaria beneuolentia fouendos.
42 Ego dum plurium † annorū spacio patroni causarum officio fungor, laresq. meos longinquis
ex partibus consulendi causà accedunt, numquā
animum sic vilescere meum passus sum, vt ab
ostrepentibus consulētibus, vel minimum quid
petierim, & ob id portio mea numquam mihi
hilariter defuit, & Cincia lege mecum agi posse
non negauerim, vt cui abundè munera grato animo, & exhibita fuerint & pariter exhibeantur.
Cetera quo ad Patronos, Oratores, & Aduocatos, quæ mihi occurrerent scripsi in præfatione
Cōsiliorum, Centuria 1. Hoc vnum non reticeo
Isocratem Orationem vnā viginti talentis æsti-
43 masse. Ciceronem, † Cæsarē, Lelium, Plinium
Nepotem, aliosq. complures, oratorio exercitio
immensas sibi ipsis opes, & diuitias comparasse.
44 Magistratus † itaque atque officio concesso,
salarium hactenus dari solitum, promissum censetur, l.excepto, C. Locati. Bald. in l.item, quia, ff.
de pact. Martin. Laudens. de Officialib. Dominorum, §.72. Rimin. senior, in consil.448.num.18.
volum.3. Paris de Puteo, de reintegrat.feud.cap.
45 41.num. 21. Et † salarium consuetum tunc appelabitur vltimo loco dari solitum, vt dicit Bald.
in l. Binos, in fine, C.de Aduocat. diuersor.iudic.
vbi dicit, quod si superior constituit officiali salarium, vltimo loco dari solitum intelligeretur.
Sequitur Francisc. Aretin.in cons.11. col. finali.
Rocchus de Curte, in c.finali, in fine, de Consuetud. & hos referēs Petrus Rebuff.ad Const. Gallie, in proem.Gloss.5.num.12. Tomo 1.Caball.
lin. Milleloq.830.& arg.l.si mater, in fine, C. ne
de statu defunctor.l.excepto, ff.locati, l.Mella, ff.
de aliment.& cibar. legat.
46 Quæ omnia, & † in Assessoribus sibi locum
vendicant, vt & ipsis salarium debeatur, vt in toto tit.de Offic. Assessor. Speculat. in titulo de sa-
47 lar.§.nunc de salarijs Assessorum. Quibus † fit
stipendij, ac salarij solutio in fine officij, Bald.
Paul.de Castro, Alexand. & ceteri in d.l.diē fun-
48 cto; nisi † data paupertate Assessoris, quia tunc
ne inopia deficiat, fiet solutio prius. Bart.in l.1.§.
Diuus, ff.de var.& extraordin.cognition.
49 Iudex autem, † Officialis, siue Magistratus, vt
salarium consequi possit, debet congruo tempore Magistratum subire, aliàs venienti post terminum salarium non debetur, vt Bald. in l.liberti,
C.de oper.libet.Martin. Laudens. de Officialib.
Dominor.§.91.
50 Et si in administrādo Magistratu absens fuerit,
interim regulare est, stipendium, & salarium nō
deberi. Bartol.in l.cum allegatis, C. de re milit.
51 lib.12. nisi † absentia fuisset de superioris licentia, quia tunc pro præsente raputabitur, & stipendium non diminuetur, nec reputabitur absens
pro eundo, & redeundo. Glossa in l. Desertorem,
§.si ad diem, in eodem verbo, ff.de re milit. Sequitur Bald.in l.si ea, C.de condit.insert.& in Auth.
Habita, C.ne fil. pro patre. Lucas de Penna, post
Bartol.in l.Hac lege, C.de proxim. sacro scrineo,
Paris de Puteo, in tract. Syndicatus, in verbo,
Rex concessit, nu. 3. Franc. Marc.in Decis. Delphin.728.nu.2.& in decis.800. vol. 1. Idem Bald.
in l.Aedem, C.locati. Ludou Roman.in d.l. Diē
functo, & post eos Ioan. Anton.de Nigris, in cap.
52 Regni, Statuimus, vt quoties, nu.6. & 7. Si † absentia ex causa non odiosa, sed necessaria fuerit
puta infirmitatis, & salarium debebitur, vt voluit
53 Lucas de Penna, in d.l. Hac lege, sicuti † Clerico
ægroto dantur fructus beneficij, & à residentia
excusabitur, c.1.de Cleric.ęgrot. Francisc. Marc.
in Decisione Delphin.726.volum. 1. Absentes
54 † autem regulariter, quando lucrentur, vel amittant fructus, tractarunt latè Ioan. Copus de Fructib.lib.4.titulo 3.cap.4. Petrus Rebuff. de priuil.
Scholar. Priuil.31.& 37. Horatius Lutius, de priuileg. Scholar. priuileg.91. 96. 97. & 98. Petrus
Duennas, Regula 386.
55 Sed in Officiali, † & Magistratu, quòd durante
infirmitate salarium non debeatur, nisi pro rata
temporis, Curtius iunior, in d.l.diem functo, vbi
post eum Hieronym. Cagnol.nu.215.& ibi post
alios D.meus Ioānes Bolognettus, num. 72. Didacus Couar. Variar.resolut.lib.3.cap.14.& dixit
esse Communem opinionem Francisc. Viuius
Commun.Opin.108.in verbo, Famulus, qui vni-
56 co ore fatentur, non deberi † famulo salarium
infirmitate durante, licet hoc asserant procedere de iuris rigore, secus verò de æquitate, secundum quam asserunt salarium præstandum fore.
Sequitur Emanuel Suarez Recept. Sentent.§.
famulus, num.48. Hippolyt. Bonacoss.de seruis,
& famul.q.103.in fine. Sebastian. Medices, de Casib.fortuit.parte 2.q.6. nu. 16. sed in famulo, esse
potest, quod cessant operę, quæ sunt conductæ,
57 & sic cessare debet salarium; Secus † autem in
Magistratu, in quo prudentia, & scientia electa
est, potius quam personale munus, argum.l.1.ff.
de Offic. Assess. & eorum quæ notat Cagnol. in
d.l.diem functo, nu. 182. & voluit Ioan. Cephal.
in consil.70.num.7. & in consil. 71. num. 4. volum.primo.
58 Et dum † Officialis est absens ex causa iniusta,
etiam si seruiat per substitutum, salarium habere
non debet. Ioan And.in c.Qui per alium, in Mercurialibus, de Regul. iur. Nec possunt abesse
59 † Consiliarij, non petita a Collegio licentia, notant Bartol.& Ioan. de Platea, in l.si quis Decurio, C.de Decur.lib.10.Francisc. Marc. in Decis.
60 800.num.2.vol.1. Et in hoc Regno † Neapolitano, nemo officialiū Regiorum absque Regia licentia abesse debet.
61 Quid autem si † Magistratus moreretur nondum tempore expleto, an totum salarium hære-

dibus debeatur. Iſta quæſtio eſt plenè diſputata à Doctoribus in d.l. diem functo, qui Communiter tenuerunt, ſalarium totum ab hæredibus peti poſſe, vt cenſerunt Fulgoſ. & Iaſon ibidem, & Hieronym. Cagnol. in d.l. diem functo, num. 176.

62 & iſtam Concluſionem † quinque modis limitat, quos enumerare non curo, Philipp. Decius, in conſil. 70. Ripa, de Peſte, parte 2. Venio ad conductores, num. 85. Laurent. Siluan. in conſil. 28. num. 23. Cephal. in dicto conſil. 70. & in conſil. 71. Franciſc. Marc. in Deciſ. 798. volum. 1. Andr. Aleiat. in tract. Præſumpt. Regul. 3. præſumpt. 19. in fine. Anton. Corſet. in verbo, Salarium. il 3.

63 Sed Romæ † hæredes ſcribæ mortui petierunt ſalarium & tamen apud ampliſſimum ordinem, excluſi fuere, & datum ærario. Refert Plinius Nepos, Epiſtol. lib. 3. Vide ad materiam Ioan. Thomã de Marin. de Generib. & qualit. feudor. tit. 24. num. 11. & ſeq.

64 In Sacro † Conſilio, & in Magna Curia cauſarum capitalium, & ciuilium, & in Regijs Audientijs Prouincialibus, ſunt, plures Magiſtratus, de his quæritur an moriente vno, ceteris ſalarium accreſcat? Bart. C. de legat. lib. 10. l. 1. dicit minimè alijs accreſcere; ſequitur Martin. Laudenſ. de Officialib. Dominor. §. 112.

65 Curia Regis noſtri tribuit † Gubernatoribus Prouinciarum numerum ſtabilitum lictorum, ſiue militum, pro eo eum decore aſſociando, & comitando, ſi illis non vti velint, an ipſi Gubernatores capiant illorum ſalarium? Dicendum eſt quod non, idq. propterea, quia non eſt ſeruata forma ſeruari ſolita & ſtabilita, l. Scio, ff. de annuis legat. Bald. in l. obſeruare, §. nemo, in fine, ff. de offic. Proconſul; quia illa militum, vel lictorũ comitiua, vt honoratius incedant Gubernatores, Regis perſonam repræſentantes, & reſpicit publicum adminiſtrandi muneris decorum, cui non poteſt eo modo quodammodo fraus fieri. Et vidi de hoc controuerti in Regia Prouincia Principatus vltra, & ego obſeruaui in Viſitatione Regia contra Comitem Vxenti Gubernatorem Regium in Calabria.

66 In quampluribus † Ciuitatibus, & locis, dantur Magiſtratibus prouentus pœnarum pecuniarum pro quibuſdam delictis, ſi vnus officialis capit informationem, & informat inquiſitionem, & tamen condemnatio fiat tempore ſucceſſoris in eodem officio, cui debeatur iſta cõdemnatio, primo ne, an ſecundo? Afflict. in cap. 1. in verſ. pœnarum, num. 37. & plurib. ſeqq. Quæ ſint Regal. & plures alij, quos refert Roland. à Valle, in conſil. 78. vol. 4. diuerſimodè eamdem quæſtionem agitarunt, & ego de ea ſcripſi in conſil.... Centur. 2. eo loci Lectores remitto.

CAP. XIIII.

ARGVMENTVM.

Iuſiurandum quod præſtandum a Magiſtratu; quo modo iuramenta præſtentur; an Euangeliorum liber, aut Scripturæ dum iuratur, ſint tangendæ.

COMPENDIVM.

1 *Heretici plures, qui enumerantur, cenſuerunt, non eſſe iurandum. Contra ſcripſere nonnulli, & num. 2.*
2 *Iurari poſſe probatur.*
3 *Iuramentum, quod præſtabatur a Rege Atlantidis ex Platone.*
4 *Archontes Magiſtratus Athenienſium, quomodo iurabant.*
5 *Heliaſtæ Iudices Athenienſes quo pacto iurabant.*
6 *Iuramenta per ſceptri eleuationem.*
7 *Græci veteres iurabant, per terram, amnes fontes, vndas.*
8 *Iuramenta ſuper ardentem faculam.*
9 *Iuramenti formula ex Iuſtiniano Principe.*
10 *Adminiſtratoris officium, quid ſeruare debeat.*
11 *Iuramentum in Regno Neapolitano a Magiſtratibus quomodo præſtetur, ex lege Federici II. Imperatoris.*
12 *Iuſtitiarius, quomodo iuret in Regno Neapolis.*
Intellectus Conſt. Regni. Inter cetera, ſub eod. num. 12.
13 *Iuramentum ex lege Gulielmi Regis.*
Intellectus Conſt. Paritatem, ſub eod. num. 13.
14 *Iuramenta, quomodo præſtentur ex Carolo I. Rege.*
Intellectus c. Regni. Officiales omnes.
15 *Intellectus c. Item recipiant.*
16 *Carolus V. Cæſar quid cauerit quo ad Iuramenta Officialium?*
Intellectus Prag. Caroli V. Et quia ſæpe. de offic. ad partis inſtan.
17 *Per Iuſiurandum officij adminiſtratio, ſuſcipitur.*
18 *Iuſiurandum officialis coram quo præſtetur.*
19 *Iudex & Notarius in Regno, dicuntur iudices Chartularij, & faciunt ea, quæ ſunt volantariæ iuriſdictionis.*
20 *Officiales, & Magiſtratus Regij in Regno, coram quo præſtent iuramentum.*
21 *In Hiſpania, quo modo iurent Conſiliarij.*
22 *Apud Gallos in Senatu Britanniæ Armorica quo modo iurent Officiales, & Magiſtratus.*
23 *Romæ, quo pacto iurabant olim Sacerdotes, & Augures.*
24 *Aduocatorum, & Patronorum auxilia, & iuramenta, quo modo concipiantur.*
25 *Conſules & Syndici electi ad regimen Vniuerſitatum, quomodo iurent.*
26 *Tabelliones, quo pacto iurent, & num. 27. 28. 29. & 30.*
31 *Nominum cognitio prima.*
32 *Iuramenta cur manuum tactu potius, quam alio membro præſtentur.*
33 *Manus omni corporis ſeruitio communior.*
34 *Communiora præponenda ſunt authore Ariſtotele.*

Com-

AXIOMA.

Iusiurandum Legibus Statutum præstanto.

1 On licere † Christianis aliquo modo iurare, errore maximo censuere quã plurimi Ecclesiæ Catholicæ aduersarij, Hæretici, ac peruersi, Scripturæ Sacræ locos plures, perperam interpretantes, inter quos fuere Manichæi, & illorum asseclæ Catharistæ, Vualdẽses, pauperes de Lugdunos, illorũ sequaces Insabbatati, Pseudoapostoli exorti à Gerardo Sagarello de Parma, Concordenses, siue Cozocenses, Ioannes Vuicleph, Christophorus Schlapherus, & Erasmus Rote-
2 radamus. Contra hos † scripsere Gabriel Prateolus de vitis, & sectis Hæreticorum, Alfonsus de Castro aduers. Hereses, lib. 8. in verbo, Iuramentum, & ante eos Ioan. Card. de Turrecremata de Ecclesia, lib. 4. cap. 35. & capit. 37. Pelbartus a Themisuar Trãsiluanus in Rosario Sacræ Theologiæ, §. iuramentum, parte 3. Paulus Grysaldus Decision. Catholicar. §. Iuramentum, num. 4. Damianus Roscius de agnoscendis hæresibus, §. Iuramentum, num. 1. cum plurib. seqq. Et hic error conuincitur ex illo Genesis cap. 22. Per me metipsum iuraui, dicit Dominus. Et Deuteron. cap. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis; & iterum Deuteronom. cap. 10. Iurabisq. in nomine illius. Et ex pluribus Scripturę testimonijs id conuinci põt; & refelli possunt obstacula, de quib. apud nos, satius est silentio pertransire, cum de his plenè tractarint supra allegati scriptores, & Sanctus Bonauentura, & Richard. lib. 3. Sent. Distinct. 39. articulo 2. q. 1.

Non mirum igitur, si ferè vnaquęque Natio sua habuit iuramenta, quorum vinculis dicebantur obstricti. Hinc Plato lib. 33. in Critia, siue Atlantico, meminit iuramenti, quod præstabat
3 iudicaturus † Rex Atlantidis, dum ait: Extabat autem in columna preter leges, iuramentum, execratioq. terribilis, his, qui non parerẽt increpans. Quando itaque sacrificijs de more paratis, iam

Iam crematuri erant ſingula Tauri membra, im pleto cratere, guttam ſanguinis, pro vnoquoque infundebant, reliqua dabant igni, luſtrantes columnam. His denique actis, phialis aureis haurientes ex cratere, & ſuper ignem libantes, iureiurādo interpoſito, promittebant, iudicaturos ſe ſecū dum inſcriptas columnæ leges, punituroſq. eos, qui antea deliquiſſent. Preterea litterarū, illarū normam, ſponte numquā ſe tranſgreſſuros. Addebant neque præter patris ipſius leges, vel imperaturos ſe vnquam, vel imperanti obediruros. Hæc vnuſquiſque illorū ſibijpſi, poſteriſq. precatus, bibenſq. & offerens Deo phialam, ad cenam ſe, & neceſſaria conuertebat aduentante nocte, igneq. victimarum iam fermè extincto, ſinguli ceruleam colore, & quam pulcherrimam induti veſtem, ac penes hoſtias ambuſtas humi ſedentes noctu, totumq. ignem in ſacris accenſum extinguentes, iudicabantur ſimul, & iudicabant, ſi quis eorum, quempiam tamquam legum tranſgreſſorem accuſauiſſet. Poſtquam verò iudicauerant, dieſq. illuxerat, in aurea tabula ſententias inſculpentes, eas, vna cum veſtibus, monumenta futura poſteris, ſuſpēdebant. Hæc Plato. Apud

4 † Athenienſes iurabant Archontes Magiſtratus, ſe legum præcepta ſeruaturos, nulla munera accepturos, ſi ſecus facerent, ſtatuam auream penè nomine ſe Delphis erecturos, vt eſt author Plutarchus in Solone, & Iulius Pollux lib. 8. Heliaſtę

5 † verò Iudices, & ipſi Athenienſes iurabant, ſe iudicij cauſa, dona, muneraq. nulla accepturos, neque vllum, arte, fraudeue aliqua quidquā accipere paſſuros, ſciēter dolo malo; vt refert Demoſthenes contra Timocratem. Diuerſæ autē fue-

6 re coneipiendi iuriſiurandi formulæ, aliqui † iurabant per ſceptri eleuationem, cuius meminit

7 Ariſtotel. Politicor. lib. 3. c. 10. Iurabant † Græci veteres, per terram, per amnes, per fontes, per vndas, vt dicit Plutarch. in Demoſthene. Iurabant

8 † quandoque in Cereris templo ſuper ardentem faculam, vt dicit Plutarchus in Dione. Diuerſas Iuriſiurandi conſuetudines refert Alexand. ab Alexandro Dier. Genial. lib. 5. cap. 10.

9 Vnde Iuſtinianus in Auth. Vt Iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. ſic igitur, præſcribit iuſiurandum quod præſtari debet à Magiſtratibus. Et diffuſius idem Iuſtinianus, ponit extēſam formulam iuramenti faciendi, pulchro, & notabili verborū conceptu diſpoſitam, in Auth. Iuſiurandū quod præſtatur ab his, qui adminiſtr. accip. Et iterum

10 † quid ſeruare debeat adminiſtraturus ſcribit idē Imperator, in §. oportet, in Auth. de mandat. Princip. ibi: Oportet igitur, te purè ſumentem adminiſtrationem, & ſine omni ſuffragio, præ omnibus alijs, mundas ſeruare Deo, Nobiſq. & Legi, manus, & nullum contingere lucrum, neque maius, neque minus, neque captioſum quidam contra ſubiectos facere negotiatione, ſed contentum eſſe ſolis à fiſco tibi miniſtratis, & tā per te, quam per eos, qui circa te ſunt, purum eis vndique ſeruare ius.

11 Imperator † Federicus in hoc Regno Neapolitano in Conſt. Regni, Inter cetera, dicit Magi-

12 ſtrum † Iuſtitiarium iurare debere, vt Deum, & Iuſtitiā habeat præ oculis, & vnicuique conquerenti iuſtitiam faciat ſine fraude, & quam citius

13 poterit, litigantes expedire curet. Et † ante eū ita cauerat Rex Gulielmus in Conſt. Puritatem, vt Camerarij, & Baiuli, qui baiulationes noſtras adminiſtrandas ſuſceperint, tactis corporaliter Sacroſanctis Euangelijs in publico corporalia ſubeant Sacramenta, quod purè, & ſine fraude, non amore, non odio, non prece, non precio, nec timore, omnibus conquerentibus abſque perſonarum exceptione, prompto zelo, iuſtitiam miniſtrare curabunt, & ſecundum Conſtitutiones noſtras, & in dictis locis Matth. de Afflict. poſt

14 Andr. de Iſernia, Cautum eſt † etiā per Regem Carolum primum, in c. Regni, Officiales om-

15 nes, & in c. Item † recipiant Sacramētum, & ibi Niger. Quibus iuribus cauetur, iuramentum continere debere, quod per ſe, vel per aliū, ſub ſpe, vel occaſione habendi huiuſmodi officium, non dedit aliquid, nec intendit aliquid dare; & plura alia diſpoſita ſunt ibi, quæ omittūtur; vbi etiam habetur, quod inſeratur tenor dicti iuramēti in litteris commiſſionalibus; de quo Paris de Puteo, in tractatu Syndicat. §. iuramentū.

16 Idem † ſtatuit Carolus V. Cæſar, in Pragmat. Et quia ſæpe. Sub titulo de Officialibus, ad partis inſtantiam facta in anno 1540.

17 Per iſtud † iuſiurandum officij adminiſtratio ſuſcipitur, vt voluit Hippolyt. Bonacoſſ. in qq. Criminal. §. Iuramētum, Bald. in l. Priuatorum, C. de iuriſd. omn. iudic. Paris in dicto §. Iuramentum, nu. 8. & dix. ſupra cap. 1.

18 Et ſimile iuramentum præſtari ſolitu fuerat in Principis manibus, aut ſui Locumtenētis, vel eo abſente coram Epiſcopo Metropolitano, vel Ciuitatis, lociq. Primarie, l. rem non nouam, C. de iudic. & in §. interim, Auth. de Defenſorib.

19 Ciuit. In Regno † præſtatur coram Iudice, Notario, & teſtibus, qui Notarij dicuntur Chartularij Iudices, & ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis expedire poſſunt, d. l. rem non nouam, vbi Gloſſa in verbo, Facultatem, Bartol. in l. finali, C. Vbi, & apud quem, & habetur in l. iubemus, C. de emancip. liber. In Ciuitatibus, ac Opidis, in quibus ſunt duo Iudices, puta cauſarum capitalium, & ciuilium, vnus præſtabit iuramentum

20 corā alio. Sed in Officialibus, ac Magiſtratibus Regijs, præſtatur in Regia Camera Summariæ, non penes Protonotarium, vel Viceprotonotarium, vt dicebat Paris in loco allegato. Franciſc. Marc. in Deciſ. 749. num. 3. vol. 1. dicit, quod in aſſumptione, & ingreſſu officij, quis debet iurare nihil dediſſe, aut daturum pro adminiſtratione officij per ſe, aut interpoſitam perſonam.

21 Et † in Hiſpania Conſiliarios ex lege Henrici II. Regis, ſolum Deum, Regis, ac patrię vtilitatem præ oculis habituros iurare ſcribit Alfonſus Montaluus in Foro Regali, in Proœmio, in verbo, Ouimos Conſejo. verſic. circa ſecundum, & iterum lib. 1. titulo 7. l. 1. in verbo, Iurent. Et

22 † apud Gallos in Senatu Armorico pulchrum iuſiurandum præſtari à Senatoribus coram Præſide ſcribit Ianus Langleus Ocij Semeſtris lib. 7. cap. 16. in fine, nempè, ſeſe Curiæ dignitatē

comiter

comiter conseruaturos, pauperes, atque diuites in iudicio, eodē loco, numero, habituros, personarum delectum in iudicando nō seruaturos, suum cuique perinde tributuros, munera, quib. iudicum animi deliniri solent, non accepturos, arcana Curię tacita habituros, atque in omnibus bonorum, ac proborum consiliariorum se munia impleturos. Hæc Langleus, Iurabant Romę
23 † Sacerdotes, & Augures, illum esse sacerdotio dignum, quem nominabant, vt est author Cicero in Bruto, de quo Plinius Nepos, Epistol. lib. 2. cap. 1. dū loquitur de Virginio Ruffo, sic inquit; Illo die, quo Sacerdotes solent nominare, quos dignissimos Sacerdotio iudicant, me semper nominabat. Et Sueton. Tranquill. in Claudio, cap. 23. In cooptandis (inquit) per Collegia Sacerdotibus, neminem, nisi iuratus, nominauit.
24 Aduocati, † & causarum patroni, qui vtrique parti suum pręstantes ingrediuntur auxilium, cum lis fuerit contestata, post narrationem propositam, & contradictionem obiectam, in qualicumque iudicio, maiore, vel minore, vel apud arbitros, siue ex compromisso, siue aliter datos, vel electos, Sacrosanctis Euangelijs tactis, iuramentum prestent, quod cum omni quidem virtute sua, omniq. ope, quod verum, & iustum existimauerint, clientibus suis inferri procurabunt, nihil studij relinquentes, quod sibi possibile est, non autem credita sibi causa cognita, quod improba sit, vel penitus desperata, & ex mēdacibus allegationibus composita, ipsi scientes, prudentesq. mala conscientia patrocinabuntur; sed etsi certamine procedente, aliquid tale sibi cognitū fuerit, à causa recedent, ab huiusmodi communione sese penitus separantes, vt dicit Imperator in d. l. rem non nouā, §. patroni, C. de iudic. Quod si seruaretur quam vtile animabus quorumdam improborum Aduocatorum, quam etiam bo-
25 num Reipublicæ esset. † Consules, siue Syndici, ac electi ad regimen Vniuersati, iurant penes Dominum, se fideliter negocia gessuros, vt per iura plura docet Guido Papæ, in Decis. 631. num. 8. & Francisc. Marc. in Decision. 789. in fine, volum. primo.
26 Tabelliones † etiam iusiurandum præstant se fideliter eorum officium administraturos, c. ad audientiā, de pręscript. redigendo inscriptis fideliter, quę ab vtraque parte deducentur; & sine veritatis diminutione instrumenta, de quibus rogabuntur, conficient, & quod à falso abstinebūt, l. 2. §. sed quia veremur, C. de iuram. calum. Se-
27 cundò, quòd secreta sibi commissa non reuelabunt, l. hac consultissima, in principio C. qui te-
28 stam. facere poss. Tertiò, † quòd vsuraria instrumenta non conficient, c. 1. de vsur. l. iubemus, C.
29 de Sacros. Eccles. Quartò, † quòd conficient instrumentorum Protocolla, siue originalia, c. Cū P. tabellio, extra, de fide instrum. §. illud quoque,
30 in Auth. de tabellio. Quintò, † quod fideles erunt Domino, & Superiori, à quo fuerūt notarij creatis, c. de fama, 22. q. 2. & alia quæ ponit Alfonsus Montaluus in Foro Regali, lib. 1. tit. 8. l. 1. in verbo, Porque los iurados. Ioan. Mohedanus in Decis. 168. Borgnin. Caualcan. in Decis. 2. num. 3. & 4. de contract. Iacob. Menoch. in cons. 300. vol. 3. Franc. Marc. in Decis. 193. vol. 2. Abb. Panor. in c. sicut, ne Clerici vel Monachi, latius Ant. Sola, in Decretis Sabaudię, tit. de Tabellionib. & Notarijs, in Decreto, Inter artes, Glossa 1. & Glossa 2.

Ante quam vlterius progrediamur, ne principiorum, ac nominum ignorantia lectori obsit, omnino procurandum est; qui enim nominum, illorumq. effectuū sunt ignari, paralogizant, vt inquit Aristoteles Priorum Analyticorum lib. 1.
31 & Elenchorum pariter lib. 1. est † enim, nominis cognitio, cognitionis nostræ fons, & origo, sine qua ad Scholas frustra fit aditus, vt inquit Themisthus, lib. 1. Posterio. Analiticor. Ideoq. cum tractemus de iureiurando, videndum esse conij-
32 cio, cur Legumlatores † manum tactu, non alio corporis membro, aliouе modo illud præstari, censuerint. Hanc quæstionem nouam esse conspicimus, & à nemine, quem viderimus, huc vsque agitatam: vnde breuibus quantum poterimus sententiam nostram proferemus, ac nō mерum videri, si antiquorum vsu inductum sit, iuramentum manuum tactu præstari,
33 Manum † vsus, nulli dubium, quod sit omni corporis seruitio communior, deseruit enim manus educationis totius corporis humani, ita vt sine manu, nemo sibi alimoniam rectè ministret, quæ enim ciborū ministratio appetitui daretur, si manus deesset? quis cultus vestium? Quod artium mechanicarum, ac manualium esset exercitium? Non sapientium arcana, non scientiarum aliquarum subtilitates, tot libris congestas haberemus? Manus igitur vti commune, & corporis partibus omnibus proficuum membrum à Legumlatoribus exhibitioni Iuramenti propo
34 sita est, † præponenda enim fore communiora, docuit Aristoteles lib. Physicor. t. textu 4. & 57, assignat autem rationes Auerroes in Prologo
35 Phisicor. ex tribus causis, prima, † quia communia sunt notiora nobis, Aristoteles in loco allegato, Themistius lib. 1. Phyfic. 3. sequitur D. Thom. de Aquino, ibidem, Secūdam, ne fiat in scientijs, repetitio, & ibidem multoties repetere contingat, cum à communibus sit inchoandum, Aristotel. de Partib. Animal. lib. 1. in principio, Ter-
36 tiam, vt † demōstratio fiat ex primis, ac proprijs, docuit idem Aristol. in capit. de vniuersali, in posterior. Analit. Et hoc rectè videntur moti Legumlatores, manu præstari iuramentum, vt
37 † quemadmodum Syndicus pro tota Vniuersitate Communem gerit personam, & totam Vniuersitatē repręsentat, l. 2. & l. 3. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Bald. in l. Polla, circa medium, C. de his quibus vt indign. & in c. 1. §. damna, de Pace Constant, late nouissimè Nicolaus Losæus de Iure Vniuersitatis, parte 2. cap. 1. num. 2. & pluribus seqq. eodem modo manus, vti membrum commune, iurans, pro vniuerso corpore in com-
38 muni spondere dicitur. Secūdo, Manus † instrumentum est, nulli aliorum animalium commune, sed soli homini propriè competens, vt dicit Galenus de Anatomię. administrat. lib. 3. quinimmò instrumentum maximè proprium, vt dicit idem Galen. de vsu partium, lib. 17. manibus enim

enim solus homo rectè vtitur. Galen. lib. 13. eius-
dem libri, sunt enim homini manus constituta, vt
instrumentũ conuenientissimũ, vt animali sapiẽ
tissimo. Idem Galenus lib. 1. de vsu partiũ. Ideoq.
rectè manu iuramenta præstantur, hoc membro
homini proprijssimo, conuenientissimo vsita-
39 tiori, ac magis accomodo. Tertiò, † quinque sen
sus satellites sunt humani corporis, quinimmò
nuncij, & exploratores ipsius, vt voluit Themi-
stius de Anima, lib. 2. Textu 147. ob quod melio-
ri nuncio, quam hoc sensu præstari iurata promis
40 sio non potest. Quartò † Manus organum orga-
norum totius humani corporis appellatur ab
Aristotele lib. 3. de Anima, 38. Galen. de vsu par.
lib. 1. cap. 2. & c. 4. & quare ita appelletur, rationẽ
reddidit idem Galenus de vsu partiũ, lib. 1. Idcir-
co vti omnium corporis membrorũ, membrum
excellentius, data illi est iurandi potestas. Quin-
41 to, † Cor in medio corporis à Deo constitutum
fuit, author est idem Aristoteles de partibus ani-
mal. lib. 4. cap. 10. Alexander Aphrodisæus in Pa-
raphrasi de Anima, capit. fin. nouissimè Ambro-
sius Paræus de Anatomia humani corpor. lib. 3.
cap. 11. Eam, inquit, vero naturæ lege sedem ob-
tinuit, quod regio illa sit omnium tutissima, &
munitissima. Ob quod cum iuramentum ex cor
de pẽdeat, & illud in medio corpore collocatum
sit, necesse fuit, vt per manum, quæ & in medio
sita est, & Cordi vicinior demonstratio certa fie
42 ret. Sextò, † inter quinque humani corporis sen-
sus, certior, securiorq. omnibus Tactus est, nam
43 etsi † sensus Visus, nobilior, quodammodo vi-
deatur, vtpote in oculis positus, qui tamquã spe-
culatores, principem locum altissimum tenent,
multaq. conspicientes suo funguntur munere,
duobus enim quasi claris luminibus, cælum, ter-
ras, aquas, formasq. rerum omnium, ordinem,
numerum, motus magnitudines, decentias, co-
lores velocissimè indicant, virtutes, ac vitia co-
gnoscunt: iratos, propitios, lætantes, fortes, timi-
44 dos, ignauos, & audaces discernunt. Tactus † au-
tem sensus, quo manu maiori ex parte vtimur,
diffusus est per omnes corporis neruos, vel per
ea, quæ illorum vice funguntur. Communicatur
ea tangendi vis carni, quæ interuallum est tactus,
& tactilis, cum enim quid sensorium carni super
ponatur, sentient per illam nerui qualitates sim-
plicissimas, calidum, frigidum, humidum, aridũ,
durum, molle, asperum, lene, graue, ac læue.
Nam omnes ictus, ac nimios caloris, ac frigoris
appulsus, sicca, & humida, grauia, & læuia, mol-
lia, & dura, lenia, & aspera, densa, & rara discernit
& dijudicat. De his Ludou. Viues de Anima
lib. 1. c. 7. Vitus Amerbachius, de Anima, lib. 2.
45 cap. 19. Vnde ex sensibus ante cetera † homini
tactus tributus, vt inquit Plinius lib. 10. cap. 69. Et
solus non indiget alio medio, & per seipsum sen-
tit. Aristoteles lib. 3. de Anima, 66. Aphrodisæus
vbi supra, in c. de Tactu. Et ideo cum per se solũ
stet, & nullo alio indigeat, dicitur etiam perfe-
ctior, vt ex doctrina Aristotelis, lib. 10. Metaphys.
13. Propterea, eo sensu perfectiori, ac certiori, iu-
ramentum præstari melius fuit. Manifestum ta-
ctum esse in carne, cute, membranis, neruis, den-
tibus, & alijs quibusdam partibus, censuit Paræus
vbi supra, cap. 4. ad hęc pulchre alludunt verba
Philonis Iudæi in lib. de Migratione Abrahæ, dũ
inquit de sensibus verba faciens, in his, veluti ca-
uernis, ac foueis sensus insunt, visus in oculis, au-
ditus in auribus, odoratus in naribus, gustus in
46 lingua, tactus in toto corpore. Adhæc † septi-
mò, manibus omnia facit homo, omnibus ob id
animalibus dominatur, manibus enim, & ratio-
ne omnia domat animalia. Galen. lib. 1. & lib. 2.
de vsu partium. Omnia illis operatur, armorum
enim omnium loco manus habet, quibus tam-
quam omnium artium instrumentis bello, & pa-
ce vtitur, nihil taurorum cornibus eget, nil apro-
rum dentibus, nil equorum vngulis, nihil deni-
que vllis aliarum ferarum armis: Manuũ enim
beneficio, alia arma longè vtiliora, & tutiora tra-
ctare potest, lanceam, ensem, hastam, arcum, fun
dam, sclopum, bombardam, & is (cui DEVS
omnia subiecit sub pedibus eius) Leonem, Tau-
rum, Equum, aliaq. animalia ferociora concul-
cat, capit, occidit; Christophor. Myleus de Scri-
bẽda vniuersitatis rerum Historia, lib. 1. Paręus
de Animantibus, & hominis præstãtia, lib. 1. cap.
43. Plato de Legib. Dialog. 7. Quid mirũ igitur,
si pro seruandis pollicitis iusiurandum manibus
47 præstet? Octauò † iusiurandum voluntatis est, vt
nemo ambigit, & supra dictum est; manuum au-
tem actiones ipsæ voluntariæ sunt, & illarum pu-
blicæ, & manifestæ sunt actiones, vt inquit Gale-
nus de vsu partium, lib. 1. & in lib. de Motu ma-
nuum, & obs. Sp. 69. Idcirco, vt promissiones vo-
luntariæ, ac manifestæ sint rectè manuum iure-
iurando firmantur concinit Lucan. lib. 1.

Quæcumque ad bella vocaret
Promisere manus

De quo Quinctilianus Declamatione 247. Ne-
que vnum promittendi genus est: voluntas ho-
minum, non tantum voce signata est, an vero si
manu promisisset, an vultu annuisset, dedisse fi-
dem & confirmasse spem puella videtur.
48 Nonò, † & vltimo, manus ipsæ ad vitam ducẽ-
dam sunt aptiores, & commodiores, vt inquit
Galenus in fin. Med. Isa. 45. cõsequens erit, haud
perperam hoc aptiore, & cõmodiore membro
iusiurandum præstari.

In Sacra etiam pagina nonnulla traduntur, ex
quibus non immerito, manu iuramentum præ-
stari conueniens est. Nam etsi diuersimodè ma-
nus accipiatur in diuinis litteris, tamen nulli du-
49 bium accipi † pro DEI omnipotentis authori
tate, & potestate magna, ac potentia. Hinc habe-
tur Exodi cap. 13. Mementote (inquit Moises)
diei huius, in qua egressi estis de Aegypto, & de
domo seruitutis, quoniam in Manu forti eduxit
vos Dominus de loco isto. Et ibi pluries, & Nu-
meri cap. 11. Numquid manus Domini inualida
est. Et Deuteron. cap. 3. Domine Deus tu cępi-
sti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam,
manumq. fortissimam. & Iobus capit. 12. Quod
omnia hęc Manus Domini fecerit. Dauid
Psalm. 18. Opera Manuum eius annunciant
firmamentum. & Psal. 101. Opera Manuum tua
rum sunt cęli. & Salomon Sapientiæ cap. 16. Tuæ
Manum

Manum effugere impossibile est. Sic Ioan. Apocalyps. cap. 14. In Manu sua falcem acutam. Et Eccles. cap. 10. In manu Dei potestas hominis, & potestas terræ, & de potestate dicitur illud Ouidij in Heroidibus.

An nescis longas Regibus esse Manus.

Vnde cum manus potestatem, potentiamq. significet, ambingendum nō erit, quin ea ex causa iuramenti potentiam, ac vim ostendere voluerint.

Nec mirum etiam, cum Iuramentum manu
50 præstatur, nam in Diuinis eloquijs, † leuatio Manus Domini, dicitur iuramenti præstatio, ac iurata promissio, & sic intelligitur illud Exodi, cap. 6. Et induxerim in terram, super quam læuaui Manum meam, vt darem eam Abraham, Isaac, & Iacob. Et Numeri cap. 14. Omnes, qui numerati estis à viginti annis, & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram, super quam leuaui Manum meam, vt habitare vos facerem. Dauid Psalmo 105. Eleuauit Manum suam super eos. Et alibi pluribus in locis, quos omittimus; & ideo cum leuatio Manus Domini iusiurandum denotauerit in locis adductis, non mirum, si etiam per leuationem manuū homines iurent. Hinc Genes. cap. 24. inquit Abraham ad seruum seniorem domus suæ. Pone manum subter femur meum, vt adiurem te per Dominū Deum Cæli, & Terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum. Et iterum in eodem capite. Posuit ergo seruus manum suā sub femore Abraham Domini sui, & iurauit illi super sermone hoc. Sic Iacob appropinquante mortis tempore Iosepho filio dixit Genes. capit. 47. Si inueni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo, & facies mihi misericordiam, & veritatem, vt non sepelias me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, cōdasq. in Sepulchro maiorum meorum. Cui respondit Ioseph. Ego faciam, quod iussisti; & ille, iura, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Israel Dominum, conuersus ad lectuli caput. Ex quo satis apparet antiquissimū esse in Scriptura Sacra manu præstari solitū iu-
51 iurandum. Extensio † enim, ac manuum explicatio ita explicatur à Philone Iudæo, lib. 2. legis allegor. Extendam manus, id est, extendam, & explicabo meas actiones Deo, testem, inspectoremq. singulorum inuocando: siquidem (idem Philo in lib. de specialibus legib. inquit) iusiurandum nil aliud est, quam in re ambigua Dei testificatio, id si fiat in veritatis fauorem, scelus est haud expiatu facile. Et in dicto lib. 2. de legis al-
52 legor. iusiurandum † testimonium esse Dei, de
53 re, de qua ambigitur. Vnde Manus † digiti Sanctissimam Trinitatem significant, excepto paruo, & pollice; & huc pertinent verba Dauid Psalmo 8. Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorum, & illud Isaiæ cap. 40. Quis appendet tribus digitis molem terræ? antea dixerat cap. 17. Et quæ operati sunt digiti eius. Hinc iurans digitis manuum Sanctam Trinitatem in testem vocare dicitur. Sed ad hanc quæstionem hæc libasse sufficiat, sic ansam alijs præbeo, vt meliora proferant.

54 Pede iuramentum præstari, an possit? Vana quęstio est, & ridicula, & sic eā appellauit Marc. Mantua, in tract. de maiore quattuordec. annor. efficac. obligan. fol. mihi 19. versic. Tertio quæritur.

55 Hoc Iuramentū † à Magistratu præstitum de statutis obseruandis, nō porrigitur ad statuta inualida, & abrogata, vt voluit Glossa, & Bart. in l. si quis priore, ff. ad Trebell. idem Bartol. in l. omnes populi, num. 68. ff. de iust. & iure. Bald. in prælud. feudor. num. 15. Aymo Crauetta, de Antiqu. tempor. parte 4. §. videamus, sub num. 6. vers. dixi statutum, Gomez. in §. in personam, nu. 17. Inst. de Action. Ripa, Responso 5. sub num. 5. tit. de legib. & cōsuetudin. lib. 1. nouissime Vincent. Mācinus, de iuramento par. 2. artic. 17. num. 16. intelligitur enim promissio seruādi statuta valida, non autem inualida, vel iniqua, c. t. de iureiur. in 6. l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, &
56 generalis statutorum confirmatio, non trahitur ad statuta abrogata, vel inualida. Alexand. in con sil. 59. col. 4. volum. 1. Ripa in d. Responsō 5. nu. 5.
57 nisi † correctio, vel abrogatio fuisset in parte statuti, non autem in toto, quia in reliquo non abrogato iuramentum locum habebit, vt scribit Philipp. Decius in c. 1. nu. 37. de Constitut. Hunc verò iurisiurandi stabilitum scopum, non præcise ad omnimodam statutorum obseruationem cogere, sed æquitate quadam penitus attenta, vt post multos, quos allegat censuit Andreas Tiraquell. de pœnis, in præfat. num. 23.

58 Num autem præstitum † iuramentum, ad statuta futura, ac nouiter condita porrigatur? Quod sic censuit Bartol. in l. si stipulatus fuerim, §. cum stipulamur, ff. de verbor. obligat. quem simpliciter sequitur Paris de Puteo, in tractatu Syndicat. §. statutum, num. 5. in fine. Cataldin. de Boncompagn. in tractatu Syndicatus, num. 38. sequitur nouissime Hippolyt. Bonacoss. in Quæstionib. criminal. §. Iudex, circa finem.

59 Sed contrarium potius verum esse credo, ex infrascriptis. Primò concinit, quod faciens pacē pro se, & filijs, intelligitur tantum de filijs præsentibus ac natis, non autem de futuris, ac postmodum nasciturís, Archidiac. in c. Excellētissimus, 11. q. 3. Bald. in cap. Inquisitioni, in fine, extra, de Appellat. licet contrarium in hoc, & malè tenuerit Octauian. Vulpell. de Pace, & inducijs, quæst.
60 31. Secundò, cum † simus in pęnalibus, omissum habetur pro omisso, l. si cum dotem, §. 1. ff. soluto matrim. Et pena ad non expressa, & incogitata non extenditur, l. sed & si quis, §. Diuus, ff. de Religios. & sumpt. funer. Alex. in consil. 33. col. penult. & in consil. 113. col. penult. vol. 1. Aymo Crauetta, in consil. 205. colum. 7. Marian. Socin. Nepos, in consil. 3. col. finali, volum. 3. Philippus Decius, in l. factum, §. in pœnalibus, ff. de Regul. iur. Iason, in l. stipulatus, §. Chrysogonus, nu. 52. & seq. ff. de verb. obligat. Tertio, astipulatur huic
61 opinioni, quod † cautio generalis de non offendēdo, & promissio ex causa præterita, ac de præ-

senti

ſenti tantum intelligitur, ſecus tamen de cauſa
futura,l.quæro,§.inter locatorem,ff.locati.Bald.
in l.ſemel mora,ff.ſoluto matr. Anton. de Butr.
in c.cum inter,de renunciat.Bart.& ad eum Ale-
xand.in l.Aut facta,§.cauſa, ff. de pęnis. Ludou.
Roman.in conſil.155.nu.7.ln conſil.158.num.1.
Alexand.in conſil. 19. col. 2. verſic.non obſtat ſi
diceretur,vol.1.Marſil.in Rubr.de fideiuſſ. num.
152.Octauian. Vulpell.de pace, & inducijs,q.44.
num.5.Petrus Plaza in Epit. Delictor.lib.1.cap.
62 6.num. 29. Quartò † iuramentum intelligitur
rebus permanentibus vt erat tempore, quo præ-
ſtatur iuramentum, quod dicunt rebus ſic ſtan-
tibus,c.Ad audientiam, ext. de iureinrando Ca-
rol.Ruin.in l.nemo poteſt,colum.15. ff.de leg.1.
Thom.Gram.in deciſ. Neapol.57. Nicol. Boer.
in Deciſ.Burdegalenſi,62.Gulielm.Benedict.in
Rep. c. Rainutius, in verbo, Duas habens filias,
nu.242.& iterum in verbo, In eodem teſtamen-
to relinquens,il primo,num. 220. extra,de teſta-
ment.Ioan.Cephal.in conſil.118.num.31. vol.1.
Federic.Scotus in conſil.14.ſub num. 6.lib.3. to-
mo 1. Hic locus me monet,vt pulchra hac de re
verba im medium afferam Senecæ, de Benefic.
lib.4.capit.35. Tunc (inquit) fidem fallam,tunc
inconſtantiæ crimen audiam, ſi cum omnia ea-
dem ſint,quæ erant, promittēte me, non præſti-
tero promiſſum, alioquin quidquid mutatur,li-
bertatem facit,de integro conſulendi,& me libe
rat. Et poſt pauca,idem Seneca ibidem.Omnia
eſſe debent, quæ fuerunt, cum promitterem, vt
promittentis fidem teneam. Quintum probatur
hæc opinio in c.Clericus, de iureiurando in quo
63 dicitur iuramentum non extendi ad ſtatuta no-
uiter edita;quam tenuit Ioan. Crottus,in conſil.
120.num.42.vol.1. ſequitur nouiſſimè Vincent.
Maucinus de iuramento parte 4.effectu 177.nu.
2.Vnde poſt D.Thom. de Aquino Dominic. de
Soto,de iuſtit.& iure,lib.8.q.2.artic. 2.in fine, in-
quit,Canonicum,vel Senatorem, iurantem ſer-
uare ſtatuta,intelligi de illis, quæ vſque illuc edi-
ta erunt,nec teneri edenda ſeruare;hoc idem vo
luit Angel.de Clauaſ.in Summa,§.iuramētum,
64 5.num.35. niſi † ex iuramento appareat etiam
futura,& facienda ſeruare voluiſſe, nam tunc te-
nebitur tantummodo illa obſeruare voluiſſe, nā
tunc tenebitur tantummodo illa obſeruare, quæ
tantum licita, & honeſta videbuntur. Angelica,
& Soto in locis allegatis.

An autem ſimile iuſiurandum a Magiſtratu
65 pręſtandum † tactus Sacrorum Euangeliorum,
vel Scripturarum exigatur. Quod requiratur
ſcripturarum tactus,voluit Gloſſ. in Clement.1.
§.porro,in verbo, Tactá,de Hęretic. Gloſſa,in §.
1.in verbo,quattuor,& in verbo,Teneo,vbi text.
in Authent. iuſiurandum quod præſtatur ab his,
Gloſſa 1.in c. 1. §. item Sacramenta, de Pace iu-
ram firm. vbi dicit ita hodie de generali conſue-
tudine obſeruari.Facit text.in c. Ad abolendam,
§.ſtatuimus,de Hæretic.c.Venerabilibus,de ſen-
tent.excomm.in 6.c.fin.de iuram. calum. c. hor-
tamur,3.q.9.Bart. in dicta Authent. Iuſiurādum
quod præſtat ab his, num.7. Bald. & Panorm. in
c.& ſi Chriſtus,de iureiur.Bal.Salic.Corn. Curt.
in Authent.Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ.
vendit.Ioan.de Imola,in c.cum contingat,de iu-
reiur. Iacobin. de Sancto Georgio, in prædicta
Auth.Sacramenta puberum,Lanfranc.de Oria-
no,in c.quoniam contra,in verbo,teſtium depo-
ſitiones,num.4. deprobat. Matth. de Afflict. in
Conſt.Puritatem,notab. 3. Andr. Tiraquellus,
de Legib. Connubial. in l. 15. gloſſ.7. num. 98.
Capell. Toloſ. in Deciſ.161.Carol.Ruin.in con-
ſil.103. num. 12. volum. 4. Barthol. Caſſanæus in
conſil.39.col. 20. Paul. Aemil. Verall.in Deciſ.
123.num.1.parte 2.Caballin. Milleloq. 586. poſt
alios complures Anton. Gabrielius in Cōmun.
Opin.lib.2.tit.de Minor.Concluſ.5. nu. 35. Gui-
do Papa in Deciſ.35.Didac. Couaru. in c. quam-
uis,§.1.nu.2.circa finem, de pact.in 6. Franciſc.
Marc.in deciſ.Delphin.674. nu. 4. & 11. volum.
1.Iacob.Philipp.Port.in conſil.36. num. 67. vol.
1.Anton.Scappius de iure non ſcripto, lib.3.cap.
51.num.19.cum multis, quos allegat Petr. Ce-
ned.Collectan.Iuris Canonici,108. nu.6.par.2.
66 Contrarium quod tactus † ſcripturarum non
exigatur,tenuit Andr. Alciat. in Rubr. extra, de
iureiur.num.29.quem ſequitur Iacob.Menoch.
in conſil.37.num.52.vol.1. dicunt eſſe Commu-
nem opinionem poſt Viuium, Emanuel Suarez
in Theſauro recept.Sentent. in verbo, Iuſiuran-
dum,num.329.Hippolyt.Bonacoſſ.in quæſt.cri-
min.§.Iuramentum,col.finali.Ioan.Baptiſt.Fer-
ret.in conſil.303.num.22.vol.2.

Poſſem multa ego ab vtraque parte deducere,
hoc tamen modo hanc controuerſiā diſtingue-
67 rem.† Si loquimur de iure diuino, ſufficiat quo-
uiſmodo iuratum eſſe Domino, abſque aliquo
ſcripturarum tactu,iuxta illud Numeri, cap. 21.
Viuo ego. Et Hieremiæ c.4. Iurabis, viuit Deus.
Quemadmodum Apoſtolus Paulus ſępe dixit.
Teſtor coram Deo, & hominibus, 1. Timoth.
cap.3.& iterum ad Romanos cap.1. Teſtis enim
eſt mihi Deus,& cap.2.Corinth.capit. 1. Ego au-
tem teſtem Deum inuoco, & ad Philippenſes
cap.1. Teſtis enim eſt mihi Deus, & pulchrè Sa-
muel lib.1.Regum capit.12.Teſtis eſt Dominus
aduerſum vos, & teſtis Chriſtus eius in die hac,
quia non inuenietis in manu mea quippiam. Et
dixerunt, Teſtis. Quouis enim modo iurando
ligatus erit DEO. Sic Phalaris Tyrannus ad
Hippolytionem inquit,quid refert, ad pietatem
iuſiurandum,ne fides frangatur. Vtrūque enim
animus confirmat. Aut loquimut de iure huma-
no,& tunc aut loquitut qđ iuretur,& debet præ-
ſtari in ſcripturis. Franciſc. Marc. in Deciſ. Del-
phin.674. Si vero loqueretur quod præſtetur iu-
68 ramentum † tactis ſcripturis, aut Sacroſanctis
Euangelijs,& tunc Scripturarum,vel Sacrorum
Euāgeliorum tactus fieri oportet, quia iſte actus
erit de ſubſtantia, & ſi omitteretur, vitiaretur a-
ctus,ac nulliter fieret,tamquam informis.c.quia
propter,de elect.l.qui Romæ,§.Flauius, ff. verb.
obligat.ſentit Gloſſa prima, in c.1.§. Item ſacra-
menta,de pace iuram.firman. & iſto caſu proce-
deret Gloſſa in d.Clement.1.in verbo, Tacta, de
hæret.quam ad hoc ſingularem appellauit Abb.
Panor.in c.tuis, col.finali, de teſtibus, & in c.fin.
de iuram.

de iuram.calum.& in dicto cap. Etſi Chriſtus,&
in Rubr.de iureiurando, dicit eam magiſtram.
Andr.Barbat.in dicto c.finali,col.3.& meliorem
de iure Iaſon,in d. Authent. Sacramēta puberū,
num.14.Couar.vbi ſupra,& Corſet. in d.q. 4. di-
cens, quod ſi lex requirit iſtos actus qualificatos,
69 † legi ſatisfactum non erit, ſi qualitates omnes
non interuenerint, arg. Gloſſæ in c. notificaſti,
33.quæſt.5.& per Pet.ū de Ancharano, in d.cap.
quia propter, de elect.in capit.ſignificaſti,il 2. de
homicid.

70 Hodie apud † nos Italos ſi tangatur ſcriptura
quælibet, ſufficit, vt dicit Gloſſa in d.verbo, Ta-
cta,in d.Clementina prima, quam ſequitur Cor-
71 ſet.in d.quæſt.4. tamē † in hoc Regno habemus
Conſt. Puritatem,quæ exigit tactum Euangelio-
rum,(ibi: Tactis corporaliter Sacroſanctis Euan
gelijs in publico) vbi Afflict.dicit, Euāgeliorum
tactum illo caſu,& omnibus, in quibus ille requi
ritur interuenire debere. Attamen Didac. Co-
uar.in d.c.quamuis, §. 1. dicit conſuetudine ob-
72 tentum, quod licet iuramentū ſuper † Euange-
lijs exigeretur, ſufficier tamē ſuper Crucis ſigno
præſtari,ex Gloſſa inſigni,in d.Auth. Vt iniuran
dum,cuius meminit Alex.in l.3.§.iurari,ff.de iu-
reiuran.Panorm.in conſil.68. volum. 2. & ipſam
conſuetudinem, vt ſupra diximus obſeruare, vt
cum tactus Sacrorum Euangeliorum requira-
73 tur,quarumlibet Scripturarum † tactum ſuffice
re; refert etiam Marcus Mantua, in d.Authen.
Sacramenta puberum,col. mihi 19. verſ. ſecūdo
ad idem quæritur.

74 In Arduis,† magniſq.negotijs, ac Pōtificum,
Imperatorum, Regum, aliorumq. Principum
actibus, ſuper libro Sacrorum Euangeliorum,
quandoque, & vt plurimū præſtari conſpicimus,
75 hinc † Leo III. Summus Romanus Pontifex,
ab ijs quibus exagitabatur calumnijs cum ſe pur-
gare coram Carolo Magno vellet, Ambonem
aſcendit,& contingens Euangelia,ſolemni iure-
iurando his verbis ſe innocentem pronunciauit.
Nota res eſt fratres chariſſimi, malos aduerſus
me homines ſurrexiſſe,meq.ac vitam meam gra
uiſſimis criminibus infamaſſe: cuius rei cogno-
ſcendæ gratia,Clementiſſimus hic, ac Sereniſſi-
mus Rex Carolus,vna cū Sacerdotibus,ac Prin-
cipibus ſuis ad hanc Vrbem ſe contulit,quam ob
rem ego Leo Pontifex Sanctæ Romanæ Eccle-
ſiæ à nemine iudicatus, neque coactus, ſed mea
volūtate impulſus,purgo me,præſentibus vobis,
coram DEO, & Angelis eius, qui cōſcientiam
nouit, & Beato Petro Apoſtolorum Pincipe, in
cuius conſpectu conſiſtimus, neque ſceleratas
res,quas mihi obijciunt,perpetraſſe,neque perpe
trari iuſſiſſe,Deum teſtans, in cuius iudiciū ven-
turi ſumus,& in cuius conſpectu conſiſtimus, &
hoc facio,non legibus vllis obſtrictus,neque hāc
conſuetudinem, & decretum in Sancta Eccleſia
ſucceſſoribus meis,& fratribus meis coepiſcopis
imponere cupiens, ſed vt certius, iniquis vos ſu-
ſpitionibus liberem. Cuius rei meminit Carolus
76 Sigonius,de Regno Italiæ,lib.4. Eodem† modo
ſuper Euangelijs iurat Imperator, ſe futurum de
fenſorem, & pugilem Romanæ Eccleſiæ, Cle-
ment.1.§.nos itaque,& §.porro,de iureiurando,
vbi Cardinal.& alij, & habetur in c. Tibi Domi-
no,63.diſtinct.& Mantua in loco allegato, cuius
text.vigore teneri Imperatorem iurare fidelitatē
Papę, tenet Auguſtinus de Ancona in tract. de
77 Poteſtate Papę,q. 38. artic.4. Iurat † autem tri-
bus vicibus; Prima dum à Pontifice approbatur;
Secunda, dum Italiam ingreditur; Tertia, dum
coronantur; vt dicit Martinus Laudenſ.de Prin-
cip.§.180.idq. iuramentum ſuper Euangelijs prę
ſtabitur,vt in d.Clement. 1. & latè Reſtaur. Ca-
ſtald.de Imperatore,q.17.& q.36.& q.38.num.2.
Iurant Epiſcopi ſecundum formam c.Ego N.de
iureiurando; Quinctilian. Mandoſ. in tract. de
Formul.commiſſ. form. 3.in verſic.recuperare.
Couar.in d.c.quamuis,par.1.§.1.num. 3. de pact.
in 6.Ioan.Firma.in tract.de Epiſcopo,parte 3.qui
78 libet etiam † cuiuslibet terræ rector iurare tene-
tur de ſeruando, ac ſeruari faciendo Conſtitutio
nes omnes Officij Sanctę Inquiſitionis,vt ex Cle
mente,Gregorio,Alexandro, & Innocentio Ro
manę Eccleſię Pontificibus,ſtatutum eſſe tradi-
tur in tractatu de forma procedendi contra Hę-
reticos,ſub Rubr.7.Iurant & Beneficiati,vt in c.
cum Eccleſijs,extra,de maior.& obed. c. nullus,
de iureiuran.Cardinal.in Clement. Quia contin
79 git,col.1.de Religioſ.domibus. In † hoc Regno
Neapolitano iurant Arbitri per Pragmaticam,
vt exactè diximus de Compromiſſ.§.3. Gloſſa 2.

80 Et dum reperitur † à Notario ſcriptum iuraſ-
ſe aliquem, eo caſu præſumitur iuramentum ſo-
lemniter,ac firmiter prę̄ſtitum, tactis ſcilicet Sa-
croſanctis Euangelijs, ſecūdum Ioan. ab Imola,
in conſil.56.Franc. Aretin. poſt Anton. de Butr.
in d.c.tuis,de teſtib.Marc. Mantua, Dialog. De
narrat.Claſſe 18.c.19.num.7. prę̄ſertim acceden
te Notariorum conſuetudine ita obſeruante, vt
inquit Andr. Alciat. in Rubr. de iureiur.in fine,
81 per † argumentum enim à generali conſuetudi-
ne,præſumuntur ſeruata ſeruanda,Bald.in l.fina-
82 li,in fine,C.ſi ex falſ. inſtrum.ſemper enim † cen-
ſetur Notarius rogatus,vt apponat in inſtrumen-
to Clauſulas de more regionis, & notariorū Cō-
ſuetudine ſolitas apponi.Ioan.de Imola, in l.filio
præterito,col.8.ff.de iniuſto,rupto,& irrito teſta-
mento, Alex.in conſil.125.Viſis, vol. 1. in conſil.
142.col.5.verſic.16.ſubdit etiam,vol. 2. arg. text.
quem ibi dicit Bald.meliorem de iure,in l.finali,
C.de fideiuſſ.Andr.Barbatia, in conſil. 6. in fine,
in conſ.54.col.pen.verſic. & ſi quiſpiam,vol.3.in
conſil.58.col.9.verſic.& ſi dicatur,vol.4.Ripa, in
l.Centurio,num.26.ff. de vulg. & pup.ſ. Decius
in c.cum M. Ferrarienſis,col.2.verſic.ex ſupradi-
ctis,de Conſt.Corn.in conſil.150.vol.3.in conſil.
195.vol.1.Hieronym.Grat.in cōſ. 112.col.3. vol.
2.Afflict.in Conſtit.Baiulos omnes, nu.16. Ma
xilla in Conſuetud.Barenſib.tit.de immunit.no-
ſtræ Ciuit.§.à ſeruitio galearum, num.25.& 31.

Quod autem diximus de Sacrorum tactu,&
Scripturarum in præſtatione iuramenti, in laicis
83 id ſibi locū vendicabit,† ſecus tamē in Epiſcopo
ac presbytero iurantibus, cum non cogantur
Sacra tangere,c.ſi quis presbyter,2.q.4.Gloſſa in
c.vt circa,de elect.in 6.c.fin. extra, de iuramento

calumniæ, quem ad hoc dicit singularē Panorm. ibidem, & Andr. Siculus, col. 4. Guido Papa, in Decis. 615. Corsetus in Rubr. de iureiur. q. 4. Et
84 † ipsos iurare in pectus, & ita vidisse obseruari in Francia scribit Petrus Rebuff. ad Const. Galliæ, in Proem. Glossa 5. num. 27. tomo 1. vbi dicit, quod si eo modo iurent, & contrauenian, periuri efficiantur, quia os, quod mentitur, occidit animam, etiam sine scripturarum tactu, c. Iuramenti, 22. q. 5. sed copiosius de his dixi de Præstantia Regis Catholici, cap. 64. nu. 96. & 97.
85 Si autem † per superioris Rescriptū, aut mandatum, vel prouisionē, cogeretur Officialis contrauenire Iuramento de seruandis Consuetudinibus, tunc is reatum periurij minime incurrit, per notata apud Rotam, in Decis. 294. Licet quis
86 iuret, in nouis, Semper † enim in iuramento intelligitur excepta superioris authoritas, c. veniētes, extra de iureiur. Inde iuramentum de non recipiendis, intelligitur, nisi superior contrarium præcipiat. Oldrad. in consil. 97. Factum tale est, quidam Abbas. Sequitur plura allegas Anton. Corset. in d. Rubr. de iureiurando, Iuramēti Priuilegio 23. quib. annecti possunt quæ scribit Ludou. Roman. in consil. 2. num. 2. facit c. ex parte, il
87 secundo de † clericis non resident: vbi iuranti de residendo, non obstat non residenti ex facto superioris. Octauian. Cacheran. in decis. Pedemōt. 92. num. 9. & nouissime alios allegans D. Consiliatius Fabius de Anna, in consil. 42. num. 27.
88 Sed an iuramentum pręstari debeat, super Veteri, vel Nouo Testamento, an super Altare, an super Sanctorum reliquijs: diximus plene de Regis Catholici Præstantia, capit. 64. num. 98. & 99. & postquam ea scripseram vidi Vincent. Mācin. de iuramento, parte 1. q. 4. num. 13. cum pluribus seqq. vbi tractauit plene, an præstans iuramentū possit aliquam formam iurandi præscribere iu-
89 ranti, & † an possit præstari ad Altare Sancti Antonij, vbi concludit hunc modum dici iuramentalem execrationem, & ex multis probat licitā fore, cum quo nunc pertranseo.
90 Quid si † Iuramētum præstitum fuerit, die feriato in honorem DEI, an eo casu, officialis iurans illo intelligatur obstrictu s? Lanfranc. de Oriano, in Repetit. c. quoniam contra, in princ. colum. finali, de probat. tenuit tale iusiurandum non tenere, & inualidum esse, arg. c. 1. extra, de ferijs, quem sequitur illum referens Thomas Ferratius Cautela 3. vbi pro officialis cautela, ne in Syndicatu de periurio teneatur, vt die festo iusiurandum præstet pro cautela, & securitate tradidit, quos sequitur Ioan. Petr. Surdus in consil. 87. num. 15. in consil. 112. nu. 5. vol. 1. Borgnin. in decisione 9. num. 31. vol. 1. Plot. de in lit. iur. §. 40. num. 755. Lambert. de contr. mulier. in fi. nu. 66.
91 Sed † tamen ea opinio vera non est, nisi in actib. iudicialibus, & qui fierent in forma iudicij, & iurisdictionis contentiosæ, vt illo casu, quemadmo
92 dum acta fieri nequeunt, eodem † modo, nec etiam iuramenti præstatio valida erit, feriæ enim inductę sunt quo ad actus iudiciarios coram iudice faciendos, vt non fiant iudiciarij strepitus, l. Diuus Traianus, ff. de ferijs, l. finali, C. eodem tit. Vnde cum hæc iuramenta præstari soleant potius per publicos actus extraiudiciales, corā Notarijs per instrumenta, & stipulationes, & hi Notarij cartularij iudices appellentur, & coram illis
93 possunt expediri ea, † quæ sunt simplicis cognitionis, & iurisdictionis voluntariæ, tamquam coram iudicibus municipalibus, l. rem non nouam vbi glossa in verbo, Facultatem, C. de iudic. Glossa & Bart. in l. fin. C. Vbi, & apud quem, Glossa, in
94 l. 1. ff. de iudic. Qui iudices † municipales, habent conficiēdorum actorum potestatem, vt habetur in l. 2. C. de Magistrat. Municip. Insuper illa quæ sunt iurisdictionis voluntariæ, possunt diebus serialibus expediri. Bartol. in d. l. Diuus, post Innoc. & Hostiens. in c. finali, de ferijs. Speculat. in tit. de ferijs, §. sequitur, vers. quid si in ferijs, Panorm. in c. conquestus, col. 5. de ferijs, & in c. finali, nu. 16. eod. tit. Robert. Maranta, in Speculo Aureo, parte 5 distinct. 16. num. 41. & 42. & parte 6. in verbo, Actorum editio, num. 17. cum pluribus seqq. qui dicunt posse die feriata in honorem Dei, fieri instrumentum. Bapth. Socin. in tract. Fallentiar. Regula 92. limitat. 9. Ioan. de Firmo, in tract. de Episcop. lib. 1. parte 1. colum. penult. versic. sed quęro, an instrumenta, Guido Papa, in decis. 215. Marcus Mantua, in Singul. 586. & in Singul. 587. Iacob. Menoch. de Arbitr. iudic. qq. lib. 1. quæst. 30. num. 14. Petrus Rebuff. de Priuileg. scholar. Priuileg. 75. qui expressim tenet contra Ferratiū. Sequitur nouissimè Hippolyt. de Bonacoss. in quæst. crimin. §. iuramentum, col. 5. De his Guido Papa, in Decis. 215. per totam, Adde nouissimè Anton. Corn. de absolut. a iur. par. 4. Casu 18.

Aduertant itaque Iudices, ac Magistratus, vt iuramenta ab eis præstita obseruent, quia & Dominus Deus apud Psalmistā inquit: Iurauit Do-
95 minus, & nō pęnitebit eum. Nam † & Summus Pontifex iureiurando ligatur, c. tunc quidam, 25. q. 1. Panorm. in c. quāto, nu. 8. de iureiur. Thom. Grammat. in consil. ciuil. too. num. 72. quanto magis inferiores alijs, qui potestatem non habēt Pontificiam.
96 Magistratus † qui iuramento præstito contraueniunt, infamiam incurrunt, cum iurent de futuro, quo casu infamia incurritur, ob quam officio, & dignitate priuantur, l. quoties, vbi hoc voluerunt Ioan. de Platea, & Bart. ante eos Andr. de Barulo, C. de dignitat. lib. 12. Angel. de Aret. in §. item si quis iurauerit. Instit. de Act. & latius concludit Francisc. Marc. in Decis. Delphin. 667. num. 1. & 2. & in Decis. 707. vol. 1.
97 Assessores † insuper Cameræ Imperialis, quāuis sint Consiliarij supremi Romani Principis, tenentur iurare de rectè iudicando, secundum Ordinem Imperialis Cameræ, parte 1. capit. 57. cōprobat Ieremias Setserus I. C. insignis, de iuramentis, lib. 3. num. 4. & 9. & per totum, vbi elegāter vidi multa quæ hanc materiam illustrant, longo tempore postquam hæc scripseram.

CAP.

CAP. XV.

ARGVMENTVM.

Magiſtratus cautionem, & fideiuſſionem de reddendis rationibus in Syndicatu dare cogitur.

COMPENDIVM.

1 *Officialis, & Magiſtratus de iure communi officialium adminiſtraturus, quid cauere debeat.*
2 *Intellectus Conſtit. Regni Humanitate.*
3 *Magiſtratus, & Officiales in Regno, an præſtare debeãt fideiuſſionem de parendo Syndicatui.*
4 *Intellectus Pragm. Caroli V. Cæſaris, Incip. Decet nos. ſub tit. de offic. iudic.*
5 *Fideiuſsor idoneus in dubio eſse debet.*
6 *Fideiuſsor quis idoneus non præſumitur.*
7 *Quo ad virtutes idoneus quis præſumitur; ſecus quo ad bona.*
8 *Pupillus ob ætatem pauper præſumitur.*
9 *Pauper is dicitur, qui ſic a iure appellatur.*
10 *Pauper quis dicatur, & num. 11. 12. 13. & 14.*
15 *Qui ſe fundat in idoneitate, diuitijs, vel paupertate, probare debet.*
16 *Idoneus non dicitur, qui immobilia non poſſidet.*
17 *Idoneus quis non reputatur in his quæ non inſunt a Natura.*
18 *Fideiuſsorem ſi ſemel dedit, & acceptatus fuerit, an poterit peti a Magiſtratu, vt alium præſtet, & num. 19.*
20 *Magiſtratus, & officialis ſi eſt diues an teneatur præſtare fideiuſſiones, & num. 21. & 22.*
23 *Magiſtratus iurans non habere fideiuſsores, non auditur.*
24 *In cauſis criminalibus, an requiratur cautio fideiuſsoria, & an iuratoria ſufficiat.*
25 *In quinquennali dilatione, ſiue moratoria, fideiuſſio exigitur.*
26 *Fideiuſſio vbi de iure requiritur, non poteſt per Principem tolli.*
27 *Magiſtratus offerens dare fideiuſſionem in alio loco, an audiatur, & num. 28.*
29 *Cautela, qua vtuntur Magiſtratum geſturi in hoc Regno Neapolitano ad præſtandam fideiuſſionem.*
30 *Fideiuſsor officialis exterus, iurare, ac renunciare debet ſui fori priuilegio.*
31 *Regnum Neapolitanum vna prouincia appellabitur.*
32 *Prouincia dicitur, quæ habet decem, vel vndecim Ciuitates, & vnum Regem, vel iudicem.*
33 *Ciuitates ſunt etiam apud Sarracenos, & hoſtes.*
34 *Fideiuſsor datus per Magiſtratum in principio officij, de reddendis rationibus, an teneatur pro refirmatione facta in officio.*
35 *Fideiuſsor videtur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*
36 *Fideiuſſio, & iuramentum ad incogitata non extenduntur.*
37 *Antonij Heringij I.C. laus.*

AXIOMA.

Magiſtratus fideiuſſores de reddendis in Syndicatu rationibus præſtanto.

1 Agiſtratus, † Iure Communi attento, iuratoriæ cautioni ſtare permittitur, dum officij adminiſtrati, ac antea geſti rationes in Syndicatu reddit; ita habetur in l. 1. poſt princip. C.
Vt omnes iudices, tam ciuil. quam militar. & voluit Gloſſa, in §. ſed hodie in verbo, promiſſioni,
2 Inſt. de ſatiſdar. Et quamquã habeamus † Conſt.
Regni, Humanitate, in qua ſtatutum eſt pro criminalibus cauſis dandos fore fideiuſſores, illam tamen non habere locum in Magiſtratibus, poſt Bartholom. de Capua, voluit Paris de Puteo, de Syndicatus offic. §. Fideiuſſor officialis, nu. 1. & 2. Matth. de Afflict. in d. Conſt. nu. 12. vbi retulit ſcripta eiuſdem Bartholomęi de Capua.
3 In Regno tamen Neapolitano, excluſis Magiſtratibus perpetuis, omnes Iudices præpoſiti Iuſtitiæ adminiſtrationi in principio Officij præſtãt fideiuſſionẽ de ſtando, & parendo Syndicatui in fine officij, & de ſoluendo iudicatũ, ac nouiſſimè
4 id cautum † eſt ab Imperatore Carolo V. per ſuã
Prag. Decet nos, ſub titulo de Officio iudicũ, & aliorum Officialium, ibi: quod officiales noſtri, ſicut argentum probatũ probentur, & nõ poſſint intrare officia, niſi pręſtiterint idoneam fideiuſſoriam cautionem de ſtando Syndicatui. Et iſto
5 caſu ex verbis dictæ legis nouiſſimæ, † fideiuſſo-
rem idoneum eſſe oportet, & ſi non eſſet expreſſum, adhuc idoneitas requiritur, Specul. in tit. de empt. & vend. §. 1. verſ. Primo autem, Bartol. in l. ſi vero, §. 1. num. 5. ff. qui ſatiſd. cogãt. Paul. Gril-
6 landus de relaxat. carcerator. q. 7. nu. 4. † Et talis
fideiuſſor idoneus non præſumitur, Bald. in l. pręcibus, col. 8. C. de impub. & alijs ſubſtit. Maximè quo ad bona idoneus quis non præſumitur, Bart. in d. l. ſi verò, §. 1. nu. 5. & alia quamplura allegãs. Andr. Alciat. in tract. præſumpt. Regula 3. præ-
7 ſumpt. 3. num. 5. vbi dicit, quo † ad omnes virtu-
tes, quem pręſumi idoneum, ſecus quo ad bona, quod dicit idem Bald. in d. l. precibus. Naſcitur enim quis nudus, & pauper, & ita præſumitur, c. ſicut, 47. diſt. & Frãciſc. Aretin. in conſ. 66. col. 6. Lucas de Penna, in l. 2. col. 6. C. Quando, & quib. quarta pars, lib. 10. Hinc Dauid Pſalmo 39. Ego autem mendicus ſum, & pauper.
Non idoneum autem, vel pauperem eſſe pro-
8 babitur, cum quis eſt † pupillus, ætatis enim ratio
ne, illum pauperẽ dici, & diuitem non appellari voluit Decius in l. prętor, in fine, ff. de iuriſd. om.
9 iud. & † vbicũque a iure quis dicitur pauper, pro-
bata dicetur paupertas. Abb. Panorm. & Felin. in c. 1. de Accuſ. Doctor. in c. Odoardus, extra, de ſo
10 lut. Cum † quis probauerit fideiuſſorem non ha
bere bona ſufficientia ad victum, & veſtitũ, vt voluit Aymo Crauetta, in cõſ. 199. col. 1. vol. 1. Aut
11 † quod quis pro debito ſteterit carceratus, vt di-
cit Cardin. Pariſ. in conſil. 50. col. penult. vol. 1.

12 Ex † coniecturis etiam, & animo, iudicis arbi-
trio. Philipp. Decius, in Conſil. 120. latè Iacob.
Menoch. de Arbitr. iudic. quæſt. Caſu 65. & Ca-
ſu 96. Idem Menoch. in conſil. 433. num. 32. vol.
5. Cornelius Beninca ſ. de priuileg. paupertat. q. 4.
& q. 6. num. 10. Lancelot. Gallia, in conſil. 71. nu.
32. vol. 1. Ioſephus Maſcard. de Probat. concluſ.
1155. nu. 33. Fabius Turretus, in conſ. 33. nu. 15.
vol. 1. Ioan. Baptiſta Baiard. in Pract. crim. q. 24.
num. 52. Ioan. Petr. Surdus de Aliment. titulo 7.
13 quæſt. 9. num. 10. Probatur † etiam ex publica vo
ce, & fama, Decius, in l. 1. num. 67. ff. ſi cert. petat.
14 Aymo. Crauetta, in conſil. 2. † Ex qualitate etiã
perſonarum, ac onerum Alexand. in conſil. 214.
col. 7. vol. 6. & diuerſimodè probabitur, vt dicit
Maſcard. in d. concluſ. 1155. latè Ioan. de Imola
in d. l. ſi verò, §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſatiſd.
cogant. Iaſon in l. ſi conſtante, num. 144. ff. ſoluto
matrim. Doctor. in Authent. Præterea, C. Vnde
vir & vxor, idem Alexand. in conſil. 180. volum.
2. in conſil. 74. volum. 5. Cardinal. Pariſ. in conſil.
29. colum. 1. volum. 1. in conſil. 67. vol. 3. in conſ.
163. col. 2. vol. 4. Riminald. ſenior. in conſil. 109.
num 9. volum. 1. & in conſil. 520. num. 11. vol. 3.
Gerardus Mazzol. in conſil. 102. num. 99. volum.
3. Roland. à Valle in conſil. 87. num. 56. vol. 2. cũ
infinitis propemodum, quos ad ſatietatem refert
Petrus Cenedo Collectan. Iuris Canonici, 133.
15 num. 2. parte 2. Qui †, enim ſe fundat in ido-
neitate, ſiue diuitijs, vel paupertate, qualitatem
illam probare tenetur Ludouic. Roman. in con-
245. num. 8. Alexand. in conſil. 37. volum. 7. Lau-
rent. Calcan. in conſil. 8. colum. 7. Bartol. Socin.
in conſil. 30. vol. 4. Franciſc. Purpurat. in l. 1. ff. ſi
cert. pet. Petr. Moncada ad Ioan. Crot. de Teſtib.
in princip. num. 24. Petr. Benintend. in Deciſ. Bo
nonien. 22. num. 11. & 13. Bernardin. Bombin. in
conſil. 31. num. 4. Didac. Couar. Variar. reſolut.
lib. 2. cap. 6. Ioſeph. Ludouic. in Deciſ. Peruſ. 33.
num. 20. Ioan. Stephanus Lambertengus de
contractibus. Gloſſa 1. num. 243. & Gloſſ. 12.
num. 47.
16 Idoneus † autem minimè dicetur in caſu iſto,
qui immobilia minimè poſſidet. Iaſon in l. 2. in
principio, ff. qui ſatiſdare cogant. & Communẽ
dicit Hippolyt. de Marſil. de Fideiuſſ. num. 228.
ſequitur Villalobos in Commun. Opin. §. fide-
17 iuſſor, num. 33. & concluſiue † in his, quæ non
inſunt à natura, quis non reputabitur idoneus, vt
dicunt Panorm. & Felin. in capit. finali, extra, de
præſumpt.
18 Quid autem ſi † Magiſtratus dederit fideiuſſo
rem non idoneum qui ſit ab Vniuerſitate, vel a-
lijs receptus, an iterum alium præſtare cogetur?
Si acceptatus ſemel fuit, & recipientes tacuerũt,
ſibi præiudicarunt, nec alium dare compellitur,
niſi officialis aſſeruiſſet illum eſſe idoneum, &
recipientes illi fidem præſtiterint, tunc enim de-
nuo præſtare, & idoneum dare cogitur. ita Paul.
de Caſtro, In l. qui ſatiſdare, ff. de fideiuſſ. idem
Caſtrenſ. & Angel. in l. prima, ff. ſi quis in ius vo-
cat. non ierit. Alexand. in conſil. 60. colum. 1.
volum. 5. Hippolyt. de fideiuſſ. num. 73. Andr.
Tiraquell. in l. Boues, §. hoc ſermone, in princip.
num. 19. & limitat. 6. per totum, ff. de verb. ſignif.
Roland. à Valle, in tract. ſuper ſtatuto de lucro
19 dot. quæſt. 14. nu. 26. Secus † erit ſi ab initio ido-
neum dederit, & aliquo caſu demum deterior,
ac pauperior euaſerit, quia alium dare minimè
debebit. Bartol. in l. 3. in fine, ff. de fideiuſſ. & in l.
Prætoriæ, la 2. ff. de prætor. ſtipular. Angel. in l.
quoties, ff. qui ſatiſd. cog. Petr. de Ancharano in
cap. ex reſcripto, de iureiurando, Hoſtienſ. in c.
cum olim, de Arbitr. Alexan. in dicto conſil. 60.
Marſil. & Tiraquell. in locis allegatis.
20 An officialis † dicens ſe diuitem, & pecunio-
ſum, ac poſſidentem bona quamplurima, nec te-
neri ad præſtandam fideiuſſionem, ſit audiẽdus?
Bartol. in l. quicſique, la 2. C. de fundo patrimon.
lib. 10. nihil allegans, dicit eius exceptionem ad-
mittendam fore, & ad ſatiſdationem non teneri,
ſed liberari præſtando cautionem Iuratoriam,
cum ſuorum bonorum hypotheca; & credo ſuã
opinionem fundatam fuiſſe ex his, quæ in prin-
cipio huius capitis diximus; & eum ſequitur Lu-
douic. Roman. in conſ. 67. num. 4. Caſtrenſ. &
Iaſ. in d. l. 1. ff. qui ſatiſd. cogant. & iidem Caſtr. &
Iaſ. in l. Diuortio, §. interdum, ff. ſoluto matrim.
Alexand. in conſil. 37. colum. 4. verſic. plus dixit,
volum. 2. Felin. in c. ad hæc, de ſent. excommun.
Hippolyt. de fideiuſſ. num. 228. & plenius per ſe-
ptem fundamenta hanc opinionem probauit
Ioan. Sainxon in Conſuetud. Turonenſium, tit.
Des Droictz de Vaſſe Iuſtice, Articulo 24. in ver-
bo, parlant, colum. 2. verſic. Pone quod Vaſſallus
eſt manifeſtè idoneus. Choppin. in Conſuetud.
Andegau. cap. 15. num. 3.
21 Contrarium † tenuit Franciſc. Aretin. in d.
l. Diuortio, §. interdũ, col. 2. verſic. vltimo addit,
vbi etiam Alexand. ff. ſoluto matrim. Idem Ale-
xand. in l. 1. ff. Qui ſatiſd. cogerit, quam enixè tue-
tur reſpondendo ad motiua Bartoli Ioan. Sado-
let. in d. l. 1. Et iſta opinio maximè in hoc Regno
præualet, in quo requiritur fideiuſſio præſtanda
ab officiali de ſubſtantia, quamquam de iure
Communi prima opinio, vt communiori calcu-
lo probata recipienda erit. Sed in caſu noſtræ
Pragmaticæ, controuertitur intereſſe ſubdito-
22 rum eidem Magiſtratui, quo caſu etſi † eſſet
opibus idoneus, adhuc ſua iuratoria cautio non
ſufficeret. Ad quæ faciunt quæ ſcribit Cardina-
lis Puteus in Deciſ. 117. lib. 1. Renat. Choppin. in
loco allegato.
23 Ex iam dictis ſequitur † non audiri Magiſtra-
tum, qui iuraret non inuenire fideiuſſores, quia
ſine ea non admitteretur, cum hæc idonea fide-
iuſſio de ipſius legis neceſſitate requiratur, & ſi
omittatur, vitiat argumen. eorum quæ dicit Lu-
dou. Roman. in conſil. 459. num. 10. maximè cũ
contra officialem in Syndicatu eſſe poſſent accu
24 ſationes, & inquiſitiones criminales, † quo in ca
ſu eius Iuratoria cautio non admittitur, ſed exi-
gitur fideiuſſoria. Bald. Caſtrenſ. & Alexand. in
d. l. 1. ff. Qui ſatiſd. cogant. Idem Bald. in l. 1. cir-
ca medium, ff. de vſu, & vſufruct. legato, dicẽs, in
officijs adminiſtrandis non admitti iuratoriam
cautionem. Sequitur eum Paul. Montan. de
iur. tutel. & curat. capit. 32. Regula 7. num. 13.
Angel.

Angel.de Aret.in tract.Malefic.§. fama publica,
q.10.vbi Auguſtin.Ariminenſ.in Apoſtillis,Frā-
ciſc.Marcus in deciſ.Delphin. 683. in fine, vol.1.
25 Ad hanc opinionē annecti poſſunt,quod † quin-
quennalis dilatio, ſiue moratoria,quæ per Princi
pem conceditur,requiritur fideiuſſio , aliàs con-
cedi nequit,l.quoties , & l.vniuerſa, vbi Accurſ.
Bald. & alij , C. de precibus Imperat. offerend.
Matth.de Afflict.in Deciſ.5.& in Deciſ. 378. nu.
1.Thom. Grammat. in deciſ.12. Marin. Frec-
cia,ſi is eſt,de præſentat.Inſtrum. par. 9.quæſt.3.
26 nu.9.Nec † talis fideiuſſio à iure requiſita,omit-
ti etiam Principis priuilegio,vel Reſcripto, pote
rit. Accurſ.in d.l.vniuerſa. Afflict. in dicta Deciſ.
378. Annibal Troyſius in Ritu 283. num.12.Cę-
ſar Vrſill.in Deciſ.288.num.1.Sed multoties per
Principem vidi fieri contrarium,concedi mora-
torias abſque fideiuſſione.
27 Si Magiſtratus † perquiſiuerit fideiuſſorē da-
re in loco officij deputato, non tamen repererit,
offert tamen ſe velle dare in alio loco, an admit-
tenda erit talis fideiuſſio? Videtur dicendum ad-
mittendam non eſſe, cum intelligatur ipſum da
re debere in loco,& Ciuitate,in qua officium ge
rendum erit, vt Communiter ſcripſerunt Bart.
Bald. Angel.Raph. Caſtrenſ.Alex.Iaſ.& ceteri in
l.ſi fideiuſſor,§.neceſſaria, ff. Qui ſatiſd. cogant.
Bartol in l.prætor,§.ſi quis paratus,ff.de oper.no
ui nunciat. qui dicit, debere manu ad locum fi-
deiuſſorem ducere, Angel.in l.ſi mora,col.1.ver
ſic.ſic, & qui debet , vbi etiam Paulus de Caſtro,
& Alexander,ff.ſoluto matr.Nicol. Boer.in De-
ciſ.99.num.3.& 4.
Quidquid tamē ſupra dicti Doctores dixerint,
28 in quæſtione propoſita,† contrarium dicendum
erit,argum.dictæ l.ſi fideiuſſor,§. ſi neceſſaria,ff.
Qui ſatiſd. cogant. vbi quando ſatiſdatio volun-
taria eſt,poteſt in loco præſtari, ſi autem neceſſa-
ria illa fuerit, & non poſſit facilè illam reus in lo-
co præſtare, poteſt audiri , ſi in alia eiuſdem pro-
uinciæ Ciuitate ſatiſdationem præſtare paratus
ſit.Ioan.de Imola,in l.cū non facile,ff. ſi cui plus
quam per leg. Falcid. Alexand. in conſil. 57.col.
penult.verſ.quantum verò ad dubium,vol.3.Idē
Boer.in Deciſione 124.num.32.Hippolyt. Rimi
nald.nouiſſimè in conſil.93.nu.16.vol. 1. quem
ſequitur Hippolyt. Bonacoſſ. in Cōmun. Opin.
Criminal.§.fideiuſſores, cum ad impoſſibile ne-
mo cogatur,l.impoſſibiliū,ff.de regul.iur.c. Ne-
29 mo poteſt,eod.tit.in 6. & † idcirco in Regno ino-
leuit obſeruatio,vt ſubiturus Magiſtratum, dubi
tans,fideiuſſorem non reperire in loco, in quem
iturus eſt,fideiuſſionem preſtat in Magna Curia
Vicariæ, cuius fidem facit Actuarius eiuſdem
Magnæ Curiæ, & cum ea ad officiū admittitur.
30 Et in caſu , quo admitteretur † officialis ad dan-
dam alibi fideiuſſionem,is fideiuſſor non obliga
bitur,vti alienæ iuriſdictioni ſubditus, niſi ſui fo-
ri priuilegio renunciauerit,l.1.ff.ſi quis in ius vo-
cat.non ierit. Ioan. Baptiſta Aſinius, in l.vel quæ
pater familias,§.exhæredatis,num.32.ff.de Reli-
31 gioſ.& ſumpt.funer.& ideo hoc caſu † Regnum
hoc Siciliæ , ſeu Napolitanum appellabitur vna
prouincia. Carolus de Tocco, in l. liber homo,
de furt.in Longobard. Afflict.in Conſtit.Regni,
Conſuetudinem prauam,nu.5.& in tract.de iure
32 protomiſeos, in princip.num.2. Licet † aliàs pro
uincia appelletur, quæ habet decem , vel vnde-
cim Ciuitates,& vnum Regem; vel Iudicem,c.
ſi duo,24.quæſt.4.& c.ſcitote,6. q. 3. & Ciuitas,
quæ Epiſcopum habet appellari conſueuit.Bart.
in l.ſi hęres, §. 1. ff. de leg. 1. & in Extrauag. Qui
ſint rebelles,in verbo, Longobardiæ, Bald. in l.ſi
aliquam,ff.de offic.Proconſul. Alberic.in Dictio
nario,in verbo,Ciuitas, Andr.Alciat. in l. pupil-
33 lus,§.vrbs,ff.de verbor. ſignific. Licet † antequā
eſſet Epiſcoporum conſtitutio, & apud Sarrace-
nos,& fidei Chriſtianæ hoſtes, ſint etiam Ciuita-
tes,c.Prouinciæ,98. diſtinct. & ſine Epiſcopis vr-
bes etiam eſſe contendit Rainaldus Corſus in-
dagat.iuris,lib.3.cap.3.
Diximus ſupra hoc eodem libro,cap.12. quan
do Officialis vltra annum refirmari in eodem
Magiſtratu poſſit; Nunc ex eodem fonte, viden-
dum erit , An eo caſu , data officij refirmatione,
34 fideiuſſor † pſtitus in principio officij , teneatur
etiā pro tempore refirmationis ? Bald.in l.ſi cum
Hermes,in princip.C.locati,tenuit quod non te-
neatur pro tēpore refirmationis. Sequitur An-
gel.in l.legem,in fine,C.eod.tit. Barthol. Cępol-
la,de ſeruit. Vrbanor. Prędior.tit.de furno,capit.
50.Marſil.de fideiuſſ.num. 94. & in Singul. 134.
Vincēt.Maxilla in Proęm. Conſuetud. Bari, nu.
155.quæ opinio eleganter ex multis comproba-
tur à D.Alexandro Raudenſi,de Analogis,lib.1.
c.11.per totum. Qui enim fideiubet, ac pro Of-
ficiali promittit,cenſetur promittere pro tempo
re congruo durante anni curſu,cum, vt diximus
in dicto c. 12. Annalis debeat eſſe Magiſtratus,
35 ita lege Regni diſponente , & † ideo cenſetur is,
qui fideiubet conformare ſe cum diſpoſitione
iuris communis,l.commodiſſimè, cum ſimilib.
ff.de liber.& poſthum. cogitauit enim anno du-
raturum officium,& pro illo promittere , nec eo
36 caſu † promiſſio ſua,eiuſq. iuramentum ad inco
gitata porrigetur,c.veniens,de Iureiur. cap.2.de
renunc. Federic.de Senis in conſ.208.arg.l. Ma-
ter decedens,vbi Bartol.ff. de inoffic. teſtament.
l.1.C.de pactis,Auth.At qui ſemel,C.de probat.
Paul.de Caſtro,in conſil.68.& in conſil.306.
Quo ad Magiſtratuum fideiuſſionem, quod
teneantur de vſu Regni Neapolis cauere de be-
nè adminiſtando, & ſtando Syndicatui, & de ſol-
uendo iudicatum , poſt Doctores huius Regni
relatos, nouiſſimè dum hæc prælo dantur,
37 ſcripſit eleganter † Antonius Herin-
gius,de fideiuſſoribus,cap.10.nu.
215. qui probatiſſimum la-
borem ſumpſit,quo ad
fideiuſſorum ma-
teriam,ita,vt
cuilibet
alteri ſuper ea ſcribendi
prouinciam ſu-
ſtulerit.

CAP. XVI.

ARGVMENTVM.

Officium,ac Magiſtratum geſturus,aliorum Magiſtratuum geſtorum liberationes oſtendere cogitur.

COMPENDIVM.

1 *Officialis,& Magiſtratus volens aliud officium adminiſtrare, aliorum officiorum liberationes oſtendat oportet.*
2 *Magiſtratus, & officialis ad aliud officium non admittitur,non oſtenſa liberatione aliorum Magiſtratuum.*
3 *Intellectus Conſt.Regni,Volumus.*
4 *Iudices iuſti acclamationibus collandādi ſunt,& num.23.*
Intellectus c.Regni.Veterum.Regis Roberti.
5 *Intellectus c.Regni.Item ſtatuimus,quod tam iuſtitiarij. Caroli II.Regis.*
6 *Intellectus Ritus.395.Reginæ Ioannæ Secundæ.*
7 *Intellectus Prag.Caroli V.Cæſaris.Incip.Volumus 5.tit. de Baronibus.*
8 *Intellectus Prag.Regis dignitati,Regis Ferdinandi.*
9 *Intellectus Prag.Philippi II. Regis.incip.Illuſtres.*
10 *Samuel Stetit Syndicatui, & rationem reddidit.*
11 *C.Gracchus quæſtor e Sardinia rediens rationem reddidit.*
12 *Antoninus Pius omnium quæ geſſit Imperij ſui tempore in Senatu rationem reddidit.*
13 *M.Curius ſpreuit Samnitorum aurum.*
14 *Valerianus ad Imperium aſcendit, ob laudabiles vitæ actiones.*
15 *Venetorum in Magiſtratu obeundo pulchra obſeruatio.*
16 *Apud Cēſores, quid in Magiſtratu quis geſſerit, edendū annotauit Cicero.*
17 *Athenienſium obſeruatio quo ad in eundos Magiſtratus,& num.18.*
19 *Dauid ſuæ adminiſtrationis rationem reddidit.*
20 *Ferdinandi Petrei Andradæ pulchrum facinus.*
21 *Bonus moleſtijs non eſt grauandus.*
22 *Præmia danda pro re optime geſta.*
24 *Boni longe,lateq. diu regnare debent.*
25 *Virtutibus præmia, vitijs ſupplicia propoſita ſunt,ex Legum præſcripto.*
26 *P.Rutilij hiſtoria.*
27 *P.Ventidij hiſtoria.*
28 *Statuæ Demetrio Phalaræo ab Athenienſibus erectæ, poſtea inuidia quorumdam deiectæ fuerunt, non virtutis eius & fama euerſa.*
29 *Litteræ Artaxerſis Perſarum Regis ad Hippocratem.*
30 *Victor quos ſubegit oſtendit, medicus, quos ſanauit ægrotos.*
31 *Virtutis omnis laus in actione conſiſtit, Ciceronis teſtimonio.*
32 *Finis quandoque in iure noſtro inſpicitur.*
33 *Honeſta mors,turpem præteritam vitam exornat.*

AXIOMA.

Magiſtratuum geſtorum liberationes oſtendito.

1 OMni eſt iuri, ac rationi cōſentaneum,
vt † adminiſtraturus officiū, ſi aliud
geſſerit, niſi prius rationes reddide-
rit,idq.docuerit, ad alium Magiſtra-
tum adminiſtrandum non admittatur; vt ſtatuit
Zeno Imperator,in l.1.C. Vt omn. iudic. tam ci-
uil. & in l. neminem, C. de ſuſcept. propoſ. &
arcar.lib.10.Hinc Vlpianus in l.Reſcripto,§.debi-
tores,ff.de munerib.& honorib.dicit, Rerum pu-
blicarum debitores ad honores inuitari non poſ-
ſe, niſi prius id quod debetur Reipublicæ, ſatisfa-
ciendo refuderint. Vnde communi vſu, ac ob-
ſeruantia receptum eſt, non admitti Magiſtratū
in ſui officij initio,niſi exhibeat fidem, & ſcriptu-
ram ſe fuiſſe liberatū ab officijs adminiſtratis.
Idcirco Bartol.in d.§.debitores, inquit, quod de
2 facto ſeruatur Piſis, † quod nullus Officialis exi-
ſtēs in aliquo Officio, antequam ſit Syndicatus,
& reddat rationem illius Officij, poteſt eligi ad
aliquod aliud officium; & in d.l.neminem,num.
1.dicit,quod non debet quis refirmari in Officio,
niſi prius fuerit Syndicatus. Idem Bartol. in d.l.
1.C.Vt omn. iud. ſequitur Bald. in l. mancipiat,
num.4.C.de ſeru.fugit. Et in Regno iſto Neapo
litano dicimus,quod exhibere debet Officialis
litteras liberatorias alterius Officij antea geſti,
3 quia vt dicit Federicus Imperator, in † Conſtit.
4 Regni,volumus,qui † iuſtiſſimi iudices fuerint,
publicis debent acclamationibus collaudari, ac
præmijs, & munificentia Principis decorari. Et
hoc cautum eſt pluribus alijs Regni iuribus, Ro-
5 berti Regis,c.Veterum.Caroli II. Regis,c. † Itē
ſtatuimus quod tam iuſtitiarij; & melius per Re-
6 ginam Ioannam Secundam † in Ritu 295. vbi
dicitur, Et niſi demonſtrent litteras ſui Syndica-
tus,non poſſunt aſſumi, nec admittātur ad aliud
7 officiū.Idē cauit Carolus Cęſar,in † Prag. Volu
mus, ſcilicet ſub Rubr.de Baronib.& eorū offic.
8 Sic ēt † Rex Ferdinādus per Pram. Regiæ digni-
tati eodem modo cauit † Philippus Secundus,
in anno 1566.per Pragm. incip. Illuſtres,in fine,
ibi: Al que fuere ſucceſſor nel officio,haia da to-
mar information ſecreta ex officio de come ſe
ha hauido nel ſu predeceſſor, y embiaroſla à
vos, ò al Vice Rey, que por tiempo fuere,ò al cō
ſejo collateral,a effetto, que ſe tengan entēdidas
las attiones di cadauno, prohibēdo que aſta quæ
eſto eſte hecco,no puodan ſer proueidos de otro
officio. Latè Doctores Regni, Affli. in d. Conſt.
Volumus. Niger,in d.c.Itē ſtatuimus, poſt Luc.
de Penna, & Sebaſtian. Napodan. ibi: Annibal
Troyſius in d. Pragm. Regiæ dignitati, & Pro-
ſper Carauita,in d.Ritu 295.num. 8. & ſeq. & la-
tius Paris de Puteo,in tract.confuſaneo Syndica
tus.tit.de modo,& forma procedendi, §.viſo per
totum.

Sed nobiliſſima non deſunt exempla, & præ-

ſertim

10 sertim in Scriptura Sacra, Samuel enim † sum-
mus Sacerdos indicat, qui cum iam senex esset,
& litibus iudicandis minus idoneus, constituto
Rege Saule, sese apud Israeliticum populum ex-
purgaturus Regum lib. 1. cap. 12. inquit; Ego au-
tem senui, & incanui, porro filij mei vobiscum
sunt, itaque conuersatus coram vobis ab adole-
scentia mea, vsque ad hanc diem, ecce præsto
sum loquimini de me coram Domino, & coram
Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim,
aut asinum; si quempiā calumniatus sum, si op-
pressi aliquem, si de manu cuiusquā munus ac-
cepi, & contendam illud hodie, restituamq. vo-
bis. Et dixerunt, non es calumniatus nos, neque
oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quip-
piam. Dixitq. ad eos. Testis est Dominus aduer-
sum vos, & testis Christus eius in die hac, quia
non inueneritis in manu mea quippiam, & dixe-
runt, Testis. De quo fit mentio etiam Ecclesiasti
ci c. 46. dum de eodē Samuele dicit. Et ante tē-
pus finis vitæ suæ, & sæculi, testimonium præbuit
in conspectu Domini, & Christi, pecunias, & vs-
que ad calciamenta, ab omni carne non accepit,
& non accusauit illum homo. Hoc idem hisce
verbis pulchre affirmauit Iosephus Antiquitat.
Iudaicar. lib. 6. dum alloquentem Samuelem in-
ducit. Adiuro vos (inquit) per maximum Deū,
qui vobis optimos illos fratres Moysem, & Aaro
nem misit, & Patres vestros ex Aegypto eduxit,
vt absque pudore, ac metu, omniue affectu alio,
libere dicatis, numquid contra ius, & æquum fe-
cerim, vel proprij lucri cupiditate, vel in alterius
cuiusquam gratiam. Coarguite me, si cuius vi-
tulum, aut ouem, aut aliud quid tale accepi, cum
tamen huiusmodi munuscula, quæ in quotidia-
num victum cedunt, ab vltro dantibus sumere,
vitio verti non soleat. Aut si iumento ad meas ne
cessitates vsus sum, in his, & similibus, si quem
offendi, nunc Rege præsente dicite. Acclamatū
est vno ore, nihil tale eū fecisse, sed sanctè, & iu-
stè Principatum gessisse. Tum ille. Gaudeo, nul-
las esse vestras de me quærelas, quia, vt inquit
Eusebius apud Stobæum sermone 44. Boni Prin
cipis hoc vnum proprium est lucrum, & instar
infinitorum aliorum, omnia sic facere, vt & in
ipso imperij tempore, & post id, iustitiæ, ab bono
rum omnium à subiectis testimonium habeat.
11 Notissimum est illud, † ac omni æuo memorabi
le C. Gracchi dictum, is enim ex Sardinia, in qua
Quæsturam gesserat rediens, dum Orationem
Romæ habuit, ita versatus (inquit) sum in Pro-
uincia, vt nemo posset verè dicere, assem, aut eo
plus in muneribus me accepisse, aut mea opera
quempiam sumptum fecisse. Biennium enim
fui in prouincia, si vlla meretrix domum meam
introiuit, aut cuiusquam seruulus propter me so
licitatus est, omnium nationū postremissimum
nequissimumq. existimatote. Cum à seruis eorū
tam castè me habuerim, inde potetitis conside-
rare, quo modo me putetis cum liberis vestris vi-
xisse. Quirites, cum Romę profectus sum, Zo-
nas, quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia
inanes retuli. Alij vini amphoras, quas vini ple-
nas tulerunt, eas argento plenas domum repor-
tauerunt, vt refert Aul. Gellius Noct. Acticarū,
lib. 15. c. 12. & Plutarchus in Gracchis, Antoni-
nus Pius Cæsar, inter multa suarum virtutum
12 præconia, † quod omnium, quę gessit, & in Sena-
tu, & per edicta, rationē reddidit, testatur Iulius
Capitolinus in eius vita. Romanorū enim om-
nium ferè, hoc proprium fuit, fortunas, ac diui-
tias, muneraq. contemnere, vt laudabilem vitæ
13 gloriam retinerent. Ea ex causa † M. Curius cū
ad focū sederet, magnumq. auri pondus ei Sam-
nitum Legati attulissent, repudiauit, non aurum
præclarum sibi videri dicens, sed aurum haben-
tibus imperare, vt est author Cicero in Catone
Maiore; de quo Valerius Maximus lib. 4. cap. 3.
Marcus (inquit) Curius exactissima norma Ro-
manæ frugalitatibus, idemq. fortitudinis perspe-
ctissimum specimen, Samnitum legatis, agresti
se in scamno assidentem, foco, ac ligneo catino
cenantem (quales epulas apparatus indicio est)
spectandum præbuit; Ille enim Samnitum diui-
tias contempsit. Samnites eius paupertatem mi-
rati sunt, nam cum ad eum, magnum auri pon-
dus publicè missum attulissent, benignis verbis
inuitatus, vt eo vti vellet, vultum risu soluit, pro-
tinusq. Superuacuæ (inquit) ne dicam, ineptę le-
gationis ministri, narrate Samnitibus, M. Curiū
malle locupletibus imperare, quam ipsum fieri
locupletem, atque istud preciosum, ita malo ho-
minum excogitatum munus refertote, & me-
mentote, me nō acie vinci, nec pecunia corrum-
pi posse. Trebellius Pollio de Valeriano Impe-
14 ratore ait. Valerianus † Imperator, nobilis gene-
re, patre Valerio, Cēsor antea, & per dignitatum
omnes gradus, suis temporibus ad maximum in
terris culmen ascendens, cuius per annos Ro-
mæ, vita laudabilis, in eam conscendetat gloriā,
vt per omnes honores, & Magistratus, insigniter
gestos, Imperator fieret, non vt solet tumultua-
rio populi cōcursu: nam, vt inquit Aurelius Cas-
siodorus Variar. lib. 6. cap. 4. Vis odium non reci
pere, studium a te gratificationis exclude. Publi-
cum Amorem necesse est habeas, si secretius ni-
hil promittas; Erit nimirum magnum, & singu-
lare præconium, si iudices nō accipiant, vbi sunt,
qui multum dare contendant. Vnde c. 21. dicit,
Quapropter esto solicitus, vt bonę actionis tuę
laudes potius audiamus, a nobis confidenter exi-
gis, quod remittis, quia tantum de remuneratio-
ne tua cogitamus, quātum te pecunias non quę-
sisse cognouimus. Hinc apud Romanos, qui gra
uioris alicuius sceleris esset insimulatus, suę in-
nocentiæ fidem decem laudatorib. facere opor-
tebat, vt est author Cicero in Verrem, Actione
15 septima. Quod & apud † Venetos seruari patria
lege, vt qui Magistratus sint, vel futuri erunt, affe
rant singuli Reipublicæ scribis fidem, quatuor
Magistratuum scripto cōfirmatam, se quod de-
beant persoluisse, qui non attulit, Republicæ vl-
lū Magistratū obire nequeat, vt refert Cardina-
lis Bembus Histor. Venet. lib. 12. Laudat † Traia-
num Imperatorem Plinius in Panegirico. Itaq.
(inquit) & abiturus Consulatu, iurasti, te nihil
contra leges fecisse. Idcirco statuit Cicero lib. 3.
16 de Legib. Apud Cēsores, qui Magistratu abie-
runt,

runt, edant, & exponant, quid in Magistratu
gesserint.
17 Pulchra quidē, ac memorabilis apud † Athe-
niēsium Rempublicam obseruatio, nam Thes-
mothetæ qui annuo, magistratu apud illos fun-
gebantur, priusquam Magistratum illum inirēt,
in omnem eorum vitam ante actam inquirebá-
tur, qui si in omnibus integri comperiebātur, eo
anno imperabant; post anno impleto, de eis iterū
quærebatur, & si eo etiam tempore probè, ac re-
ctè officio functos constaret, in Areopagitarum
Senatum allegebantur, vt in argumentum Ora-
tionis Demosthenis contra Andritionem retu-
lit Libanius. Et fiebat huiusmodi disquisitio
apud Scribas, & Logistas, qui publicarum ratio-
num Magistratus erant. Hi promouendi viri no-
men præconi edebant, & iubebāt his verbis pro-
18 clamare. † Quis vult talem tali Magistratu fun-
ctum, anteactæ vitæ accusare facinorib. quo edi-
cto quiuis, vt accusator probando admittebatur,
vt ex Aeschine contra Demosthenem, & Ctesi-
phontem cognosci potest, & de ementita legatio
ne, & nouissimè probat Carolus Sigonius de Re
publica Atheniensium, lib. 2. in titulo de Senatu
Areopagitarum, & lib. 4. cap. 1.
19 Dauid suæ vitæ rationem reddens, quā † opti-
mè gloriatur Psal. 7. Domine Deus meus si feci
istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi
retribuentib. mihi mala, decidam meritò ab ini-
micis meis inanis. Iesus Christus Dominus, &
suæ vitæ, antequam appropinquaret mortis tem-
pus, rationē reddere voluit, dum Ioannis c. 8. di-
xit, quis ex vobis arguet me de peccato. Optimū
20 exemplum obtulit † Ferdinandus Petreius An-
dradius, q missus Legatus a Lupo Soario Alua-
renga Indiarum Prætore, ad Sinas, ibidem mira
lęnitate, ac probitate cum ijs cōmercia instituit,
quam mirè auxit, ac suam existimationem pro-
mouit, quod dum discedere instituit per præco-
nem proclamari iussit, vt qui ab se, vel suorū quo
piam, crediti, commodati, vel quouis alio nomi-
ne repetere vellet, maturè repeteret, q̄ res apud
Sinas magni & innocentis animi argumentum
fuit, vt testatur Ioannes Petrus Maffeus Histor.
Indicar. lib. 6. Hinc dicit Cassiodorus lib. 11. cap.
9. Agite ergo laudes ad me potius vestræ perue-
niant, quam querelæ, maius commodum non
quæratis, quam si nihil venditis. Illa tantū sequen
da sunt lucra, quæ potest lętus offerre, & miles so
lemniter, securus accipere; Non censor, sed lau-
datot vester esse desidero. Cauete ergo, ne red-
datur infestus, qui vobis cupit esse beneficus.
Hic vsus omni ex parte, & ratione probabilis
est, quia si ex administrationis redditione malus
apparebit, non sic faciliter ad officiū aliud elige-
tur, quia ambigetur, ne adhuc malus perseueret.
21 Si bonus † non debebit molestijs grauari, vt di-
cit Andr. de Barulo, in d. l. Neminem.
Dignus autem est, vt qui benè se gesserit, alijs
præponatur, ac ad maiora promoueatur, & assue
scant alijs optimū nomen, atque famam sibi cō-
parare, & hoc mēte gerebat Philippus II. Rex in
dicta Pragm. ibi (de otro officio) idest, vt ad alte-
22 rum officium prouehatur, † quasi rei & admini-
strationis optimæ gestę præmia tribuantur, vt di-
cit Bald. in Auth. Habita, notab. 2. C. Ne fil. pro
23 patre. Officialis † enim, qui Magistratum bene
gessit, Syndicandus nō erit, sed laudibus efferen
dus. Idem Bald. in l. cum testamento, C. de Ma-
numiss. testam. Sic optimum administratorem
prēmijs afficit Christus Matth. c. 25. Euge serue
bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, su-
pra multa te cōstituam, intra in gaudium Domi-
ni tui. Ad hanc rem illustrandam pulchrè inquit
D. Augustinus de Ciuitate Dei, lib. 4. cap. 3. Vtile
24 est, † vt boni longè, lateq. diu regnent, neque hoc
tam ipsis, quam illis vtile est, quibus regnant, nā
quantum ad ipsos pertinet, Pietas, & probitas eo-
rū, quæ magna dona DEI sunt, sufficiet eis ad
veram felicitatē, qua, & ista vita benè agatur, &
postea percipiatur æterna. Nā & Cicero de Ora-
25 tore inquit † legibus prēmia proposita sunt vir-
tutibus, & supplicia vitijs. Portant idcirco initu-
ri nouum Magistratum, administrati alterius of-
ficij litteras, quas dicunt liberatorias, quę in eorū
laudes emergunt, qui iustam, rectamq. admini-
strationem confecerunt, vt his laudum stimulis
26 allecti, ad alia facilius promoueātur; Sic † P. Ru-
tilius, qui vt Publicanorum minister, tam seruili
quæstu victum quærendo, eo tamen vitæ, ac mo-
rum magnificentia ductus est, vt post Consulatū
optimè gestum, legumlatoris gradum virtutib.
conscendit, Siculis, leges ex Legatorum senten-
tia conscripsit, ac eamdem Insulam, prędonum
bello, atque impetu afflictam, tutam, pacatamq.
reliquit, vt scribit Valer. lib. 2. c. 5. Eodem modo
27 & P. Ventidius, qui apud Asculum Picentinorū
sordidè natus, patria a Gn. Pompei Magni patre
capta, bello sociali, & ipse in triumpho, ante illius
currum ductus, eius tamen moribus in c. Cæsa-
ris beneuolētiam cæcidit, cuius Patrocinio Tri-
bunus primum plebis, mox Prętor, inde Ponti-
fex, & Consul. Et qui primum curandis mulis
victum quęrebat, Partorum Triumphum in
Capitolio habuit, vt scribit Aulus Gellius No-
ctium Atticarum lib. 15. c. 4. de quo illi versi-
culi apud Romanos circumferebantur.

Concurrite omnes, Augures, Aruspices
Portentum inusitatum conflatum est recens,
Nam mulos qui fricabat, Consul factus est.

Non autem fortunæ id tribuendum, sed virtu
tibus, ob quarum præconia & laudes, quādoque
& Magistratus, ac honores collatos fuisse notum
28 est. † Hinc Demetrio Phalareo ab Atheniensib.
trecentæ statuæ erectæ, quas ob inuidiam cū au-
diuisset fuisse euersas, dixisse ferunt, At virtutes,
quarū gratia erexerant, non euerterunt, vt testa-
29 tur Cicero in Bruto. Hinc † etiam: Artaxerses la
borauit, vt Hippocratē secū ob laudum famā ha-
beret, cuius circūfertur hæc Epistola. Rex Regū
Magnus Artaxerses Hiscani Hellesponti præfe-
cto S. Hippocratis medici, Aesculapio nati ad
me fama peruenit, da igitur operam, vt aurū illi
tribuas, quantū cupit, aliaq. itē quorū indiget, &
ad me mitte, erit. n. par honore summis in Persi-
de viris; & si qsalins in Europa fuerit vir clarus,
hūc amicū nrę domui redde, nec parte pecunijs.
Attenditur enim tamquam corona, & trium-
phus

phus geſtę adminiſtrationis litterarum liberatoriarum, ac laudabilium exhibitio, ſic Medicus
30 † oſtendit inſigniores, quos ſanauit ægrotos, oſtentat victor ferociores, quos ſubiugauit hoſtes, vt inquit Paulus Palatius in Matth. cap. 1. Eſt decus maximũ quàm benè populos rexiſſe, quia
31 vt Cicero in Officijs inquit, virtutis † omnis laus in actione conſiſtit. Quaſi is quæſitarum virtutũ finis habeatur, & finis cum natura bonus ſit, Ariſtoteles Moralium Eudemior. lib. 2. c. 11. idcirco
32 in iure † noſtro plerũque finis inſpicitur, l. ſi quis alienam, l. ſi pupilli, in princip. ff. de negot. geſt. §. quia vero hactenus, in Auth. de Nupt. Gloſſ. 2. in c. ſcientes, extra, de cenſib. & in c. dudum, in verbo, Tempora, de elect. Florian. in l. ſed & ſi quis, §. interdum, ff. de vſufruct. dixi de compromiſſ.
33 §. 5. gl. 3. num. 2. Hinc † in fine, mors honeſta, prę teritam turpem vitam exornat, vt dicit Cicero, in orat. pro P. Quinctio. Et inter omnes cauſas, finalis principatum obtinet. Ariſtotel. de partib. Animal. lib. 1. c. 1. Vnde optimè quem nõ eſſe admittendum ad aliorum officiorum adminiſtrationem, niſi de aliorum officiorum Syndicatu oſtenderit liberationem, voluit Martin. Laudẽſ. de Officialib. Dominorum. §. 114.

CAP. XVII.

ARGVMENTVM.

Edictum, quid ſit? Prætores an ipſi iudicarent; quomodo edicta faciebant, ſupplebant, corrigebant, & adiuuabant ius ciuile.

COMPENDIVM.

1 *Nominum, qui ſunt ignari, paralogizant.*
2 *Edictum quid ex Dionyſio Halicarnaſſeo.*
3 *Edictum quid ex Luca de Penna.*
Ex Iacobo Cuiacio, num. 4.
Ex Iaſone, num. 5.
6 *Conſules edicta faciebant.*
7 *Tribuni plębis ſimiliter. Cenſores, num. 8.*
9 *Ediles Curules eodem modo.*
10 *Edicta faciebant Reges.*
11 *Edicta & Imperatores faciebant.*
12 *Proconſules edicebant.*
13 *Edicti deſcriptio ex authore.*
14 *Edicta non fiunt a priuato.*
15 *Edictum publicandum eſt.*
16 *Edicta durant officio durante.*
17 *Magiſtratuum, qui non habent perpetuam iuriſdictionẽ, actus, dicuntur ius Prætorium.*
18 *Decreta Magiſtratuum edicta dicebantur ex Plutarcho.*
19 *Prætores an legis condendæ poteſtatem haberent, num. 20. & 30.*
20 *Prætores inter Magiſtratus maiores relati Pauli Manutij Viri eruditiſſimi atteſtatione.*
21 *Prætoris poteſtas quæ.*
22 *Prætor dicitur viua vox Iuris Ciuilis.*
23 *Prætorum edicta Iuris Ciuilis appellatione veniebant.*
24 *Iacobi Menochij opinionem de Prætorum edictis & iudicijs, improbat author.*
25 *Prætores an iudicarent.*
26 *Prætores iudices etiam creabant.*
27 *Iuriſdictio in ſuo genere ſumpta quid ſit.*
28 *Iudices a Prętoribus creati qua formula creabantur.*
29 *Prætores in initio faciebant edicta, quibus toto anno ius redderent.*
30 *Ioannes Berengucius Senenſis I. C. authoris præceptor.*
31 *Saluius Iulianus I. C. Mediolanenſis, edictorum collector perpetuus.*
32 *Prætores quomodo ius ciuile ſupplebant. num. 36. & 37.*
33 *Prętores quib. modis addiuuabãt ius ciuile, n. 34. & 35.*
38 *Prætores quo pacto ius ciuile corrigebant.*
Draconis lex capitalis aduerſus legentes olera in horto alieno.
39 *Solonis lex aduerſus fures.*
40 *Decemuiri, quo ad furtum, quid decreuerint.*
41 *Prætores, quo ad furtum quid prouiderint.*
42 *Pœna præcipitationis ex Saxo Tarpeio ſublata.*
43 *Magiſtratus noſtri temporis in locum quorum Magiſtratuum Romanorum ſucceſſere.*
44 *Edictorũ propoſitione actus iuriſdictionis demonſtratur.*
45 *Magiſtratus quomodo adiuuabunt legem ciuilem.*
46 *Quomodo ſupplebunt eaſdem leges.*
47 *Quo pacto Magiſtratus corrigent, vel mitigabunt leges.*
48 *Domini in eorum iuriſdictione an edicta facere poterint.*
49 *Athenienſium Magiſtratus, & Prætores legem corrigẽdi, poteſtatem non habebant, ſed populus.*
50 *Romanorum Prætores ampliorem, ac maiorem poteſtatem habebant, quam Magiſtratus Athenienſium.*

AXIOMA.

Suſcepto regimine edicta proponunto.

SAtis hucuſque de præludijs, atque prę paratorijs ad edicta, actum fuit: nunc de ipſo edicto aliquid ſcribendũ erit, aliudq. agentes, illud adſcribendum eſſe duximus, ne quid ipſum nomen denotet,
1 omittentes erremus, † qui enim nominum ſunt ignari, paralogizant, vt dicit Ariſtoteles lib. 1. Priorum Analiticorum, & iterum lib. 1. Elenchorum. Nominis enim præcognitio neceſſaria eſt, ſine qua vanus eſt ſcholarum aditus, cum ſit noſtræ cognitionis fons, & origo, vt inquit Themiſtius in primo Poſteriorũ Analiticorum. Edictum itaque plures diuerſimodè deſcripſerunt.
2 Edicta † eſſe iuſtarum, ac iniuſtarum rerũ præ cepta, & præſcripta, docet Dionyſius Hallicarnaſſeus, lib. 5. dicens. Τὰ γὰρ ἐπιτάγματα καὶ τὰς διαγραφὰς τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, ἐδίκτα οἱ ῥωμαῖοι: Quæ ita ſonant. Præcepta enim, ac præſcripta rerum, iuſtarum, atque iniuſtarum, Edicta Romani appellant.
3 Lucas de Penna in l. locat. prędior. Ciuilib. lib. 11. dicit, quod edictum eſt Principis imperium, vel monitio extra dictum, vel publicatum. Quarum nulla facit ad rem, ex quo Dionyſius cum eſſet Græcus, declarat præſcripta, eſt præcepta, quæ mandant res iuſtas, & iniuſtas apud Romanos vocari edicta, non autem quod vere diffiniat edictum.

edictum. Et quæ traditur a Luca de Penna, ſimiliter, minimè ſubſiſtit. Quia ſi omnia, quæ diceret Princeps extra, eſſent edicta, etiã dicta ocioſa, & ad gubernandum minimè apta, eſſent edicta. Et inſuper voluit potius facere etymologiã vocabuli, quam diffinire.

4 Iacobus † Cuiacius in Præfat. ad Commentarios Nouellarum, dicit edicta eſſe leges generales, quæ omnes populos, & prouincias tenẽt. arg. l.3. C. de legib. Et hæc definitio, ex his quę ſtatim dicemus, ſi reſpiciamus ad leges, quæ fiunt per Principes ſupremos, puta Imperatores, poſſet hodie aliquanto ferri, ſecus ſi reſpiceremus ad tempora, quibus Romana vigebat Reſpublica.

5 Iaſon † in l.1. in princ. num. 7. ff. de oper. nou. nunt. tradidit diffinitionem his meliorẽ. Quod edictũ ſit lex prętoris, publico pręconio, in albo deſcripta, aliquid mandans, vetanſue, arg. l.2. §. eo autem tempore. ff. de orig. iur. quam amplectitur Ioan. Baptiſta Aſinius in l. liberum, in princ. num. 8. ff. de Religioſ. & ſumptib. funer.

Hæc definitio, & ipſa nõ eſt vera, cum non cõpetat ſoli definito, non enim ſoli Prætoris legi

6 conuenit, nam † etiã Conſules Romæ edicta faciebant, hinc Conſul Gabinius, edictum fecit, vt Lucius Lamia Eques Romanus, Vrbe abeſſet millia paſſuum ducenta, vt eſt author Cicero in

7 orat. pro Sext. Edicebãt † Tribuni plebis, ne quis Romæ eſſet, qui rei capitalis eſſet dãnatus, teſtatur idem Cicero in Verrem Action. 4. Edicebãt

8 Cenſores, ſibi nõ placere Latinorum Rhetorũ, ſcholas, vt ſcripſit Aulus Gelli. Noct. Attic. lib.

9 15. c.2. Edicebãt † Aediles Curules, vt in l.1. & to

10 to tit. ff. de edil. edict. Edicebant † Reges, vt habetur Eſdræ lib.1. c.8. ibi: Dederunt autem Edicta Regis Satrapis. Hinc Dionyſius contra vinũ bibẽtes edictum pęnale conſtituit, vt dicit Diodo-

11 rus Siculus lib. 4. Edicebãt † etiam Imperatores iuxta illud Lucæ, c.2. Exijt edictum a Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus Orbis. Edicta

12 † etiam faciebant Proconſules, aliiq. Magiſtratus, vt ex Halicarnaſſeo, Cicerone, Plinio iuniore, Macrobio, Gellio, & alijs refert Aſinius in d.l. liberum, ad Principum perſonas ſpectat etiã definitio, quam tradit Theophilus, in §. ſed quod Principi, Inſtit. de iure natur. gent. & ciuili, dum ait: Edictum eſt, quod Princeps proprio motu ſtatuit ad honeſtatem, & vtilitatem ſubditorum.

Vnde eum in iure definitio omnis periculoſa ſit, aptando ad Magiſtratus noſtri tẽporis, de quibus loquimur, ſic breuiter illã deſcribimus, quãuis & illa cauillis ſubdita ſimiliter remaneat.

13 Edictum † eſt lex a Magiſtratu, poteſtatem habente, publicata, aliquid pro tempore mandans. Quam ſic declaramus, & tuemur; eſſe (legem) quia aliquid iubet, vel prohibet. Sequuntur alia verba (à Magiſtratu poteſtatem habente) qui

14 non poteſt fieri à priuato, vt diximus ſupra hoc

15 eodem lib.1. c.1. Diximus (publicatur) quia† inter alia edictum exigit, quod publicetur, vt dicemus infra, lib.2. cap.11. Diximus (pro tempore) ex quo

16 tantum † durabunt, donec officiũ durabit, vt di-

17 ximus ſup. eod. lib.12. In his † etenim Magiſtratibus, qui perpetuam nõ habent dignitatẽ, quid-quid ſtatuitur, ius Prætorium appellabitur. l. ius autem ciuile, §.1. ff. de Iuſt. & iure Bart. & alij, in l.5. in princ. ff. de obligation. ſequitur Roland. à Valle, de Lucro Dotis, q.3. nu.11. & 13. deſcribit etiam edictum, dum differentiam ponit Edicti, & Interdicti. Sebaſt. Medices de legibus, & ſtatutis, par. 4. queſt. 32. Sed Plutarchus in Marcello

18 inquit, quod † quæ decernebant Magiſtratus, Edicta Romani vocabant.

Magiſtratus itaque, & noſtri temporis Poteſta

19 tes, Edicta facient in ſui officij principio, † antiquos Romanæ Vrbis Prætores imitando, qui licet, condendæ legis poteſtatẽ non haberent, vt notatur in l. Programma, C. comm. vel epiſt. & in §. quos autem, Inſtit. de Bonor. poſſeſſ. vbi prætor hæredem facere non poteſt, per leges enim tantum, vel legi ſimilem iuris conſtitutionẽ, hæredes fiunt; & notãt Doctor. in Rubr. C. Qui admitti, Rainald. Corſus Indagationum Iuris lib. 3. c.4. Ferdinand. Vaſquius de ſucceſſ. reſolut. lib. 1. c.10. nu. 22. & omniũ elegantiſſimè Vaconius à Vacuna, Declaration. Iuris Ciuilis, lib.3. c.48. num.6. vbi intellectum dicti §. quos autem, nota dignũ tradidit; & declaratione 104. Fortun. Garzia, in l. iuris gentiũ, §. prætor ait, nu.8. ff. de pact. Andr. Alciat. lib.3. Parergon. c.3. Nicolaus Bellonus, lib.1. Supputation. c.10. & lib.4. c.19. Ita in-

20 telligere oportet quę † Paulus Manutius Venetus Vir grauis & eruditiſſimus, in libro Legum Romanarũ ſcripſit, quod maiores Magiſtratus leges ferebant, inter quos Prætores collocat, vt de edictis, tantum cẽſuerit, non quod perpetuas leges facere potuerint.

Opinio ſane noſtra, modica antiquitatum narratione cõtenta eſt, qua poſita, & pręnarrata, definitio firma remanet. Exactis à Populo Romano Regibus, & creatis Conſulibus, fuit facta Prætoris Vrbani creatio, eiq. lata a populo ipſo lege,

21 poteſtas tributa, dũ dixit: Iuris † diſceptator, qui priuata iudicet, iudicariuè iubeat, Prætor eſto, Iuris Ciuilis cuſtos eſto; Huic poteſtati parento, vti refert Aymarus Riuallius Hiſtoriæ Iuris Ciuilis, lib.2. Alexander ab Alexãdro Dierum Genialium lib.2. c.15. lib.6. c.23. Andr. Alciatus vbi ſupra, Parergon lib.3. c.3. Franciſc. Duaren. Anniuerſar. Diſputat. lib.1. c.49. Petrus Conſtalius Aduerſariorum iuris, leg.1. ff. quod quiſque iu-

22 ris. Et † ideo dicitur viua vox Iuris Ciuilis, vt dicit Roland. a Valle, in conſil. 86. num. 4. vol.1. &

23 ideo Iuris Ciuilis appellatione, veniebãt Prętorum edicta, vt ex Cicerone in Topicis, refert Petrus AErodius Decret. lib.1. titulo 1. cap.2.

24 Hinc arbitror † Iacobi Menochij viri alioquin eminentiſſimi, & antiquitatum ſcrutatoris diligentiſſimi, in tract. de Arbitrar. Iudic. qq. lib.1. q. 2. num.10. opinionem vndequaque veram non eſſe, dũ cẽſuit Prætores minimè ipſos iudicaſſe, niſi in quibuſdam caſib. ſed iudices tantũ creaſſe ad iudicandum. Nam ex ſupra notata lege appa-

25 ret, † ipſos Prętores iudicandi poteſtatẽ habuiſſe ac iudicaſſe. idemq. cenſuerunt nõ ſolum Eguinarius Baro, & Ludouic. Charondas in libris de iuriſdictione, & Robertus Aurelian. Sentẽtiarũ iuris lib.4. c.23. ab eodem Menochio allegati, ſed

ante

ante eos idem tenuit Fenestella de Magistratib.
c.19. Liuius lib.7. in princ. vbi inquit. Prætorē qui
eam etiam iura reddentem testatur etiam Blon
dus de Roma Triumphāte, lib.2. Pōponius I.C.
in l.2.§.cumq. Cōsules, ff. de origin. iur. vbi cum
finitimis bellis Consules auocarentur, neque es-
set, qui in ciuitate ius redderet, factum est, vt Prę-
tor quoque crearetur, qui Vrbanus appellatus
est, eo quod in Vrbe ius redderet. Vnde quasi in
Consulum locum successit, qui non ambigitur,
quod ius redderet; quod nos comprobauimus su
26 pra, c.12. Sed † non negauerim quòd Prætores
etiam Iudices aliquos ad iudicandum crearent,
hoc autem erat, ob causarum tum multitudinē,
tum etiam ad relaxandos eorum quotidianos la-
bores, maximè cum idcirco creuerit illorū nu-
merus, & post auctum illorum consessum, di sere
tę etiam sunt causarum qualitates, & facti, qui de
fideicommissis, qui de causis capitalibus, ac de di
uersis cognoscerent. Proprium tamen illorum
munus erat iudicare, quia cum dicerent ius, nil
27 aliud erat, nisi ius reddere, quia † inde iurisdictio
quæ in suo genere sumpta est potestas de publico
introducta, cū iuris dicendi, & æquitatis statuen-
dæ necessitate. Doctor. in l.1. ff. de iurisd. om. iud.
Hinc soluebat Prętor suam Iurisdictionē manda
re, & aut omnem, aut speciem vnā, vt dicit Vlpia-
28 nus in l. solet, ff. eod. tit. Hi † autem iudices, qui à
Prætoribus creabantur, secundum præscriptam
ab illis formulam condemnabant, vt supra allega
ti scriptores tradidere; & multa nouissimè Sigo-
nius de antiquo iure Ciuium Roman. c.20. quia
ius dicentis officium latissimum est, cum valeat
ipse ius dicere, & iudices litigantibus dare, l.1. ff.
eod. tit. Hoc idē nouissimè ex plurib. iurib. quod
Prætores poterant iudicare licet non cogerētur,
tenet Gul. Forner. in l. pronunciatū, 46. in princ.
ff. de verb. signific.
29 Solebant † itaque Romæ Prætores, in Prouin
cijs Præsides, inito statim Magistratu, multis va-
rijsq. de reb. edicta proponere, secundum quæ to-
to anno ius redderent, vt testatur Cicero in Ver-
rē, Actione 3. Franc. Hotoman. in d.§. quos autē.
Et quę cōminiscitur Paul. de Castro, in Rubr.
C. Qui admitti, & alij qui eū sequuti sunt, dicens
Prætores absque dubio, habuisse quidem potesta
tem legis condendæ per posterius, non per prius,
idest, postquam edicta fuerunt à populo approba
30 ta. Hoc totum mihi videtur impostura, quia † dū
legeret Salerni eamdem Rubricam Ioannes Be-
rengucius Senensis Præceptor, ac Paulum Ca-
strensem sequeretur, tunc in principio Scholarū
mearum legalium respondebam, illud intelligi,
vt communiter nostri tradiderunt, & per poste-
31 rius intelligatur postquam † edicta fuere in vnū
congesta per Saluiū Iulianū Iurisconsf. Mediola-
nensem, vt diximus supra c.12. & ita declaretur,
§. Prętorū, Inst. de iure natur. gentium & ciuili, &
voluit Cagnol. in l. vnica. num.4. in fine, C. Quād.
non petent. part. & ante id Prætorib. non licuisse.
Quinimmò, nec istud probare, quod per poste-
rius Prætores legis condendæ potestatem habue
rint. Sed tantum, ex quo facta coaceruatione edi
ctorum à Saluio Iuliano iussu Adriani Principis
ex tunc illa edicta facta per prius, fuerunt declara
ta perpetua, sicuti prius annua erant, ab eoq. tan-
tum posteriori tempore sic appellata; ex quo non
sequitur. Quod Adrianus dederit Prætorib. legis
condendæ authoritatem; vt non mirum sit Insti
tutionum compilatores qui Iustiniani Principis
tempore fuere, istud asseruerint, longo interual-
lo post Adriani tempora, cum Saluium Iulianū
id fecisse sub Adriano referat Eusebius, & licet
Eutropius Rerum Roman. lib.10. in Didio Iulia-
no, dicat hoc fecisse Saluium Iulianum sub An-
tonino Pio, melius tamen hoc sciuit Iustinianus
Imperator, qui in l.2.§. si quid igitur, C. de vet. iu-
re enucleando inquit, Et hoc non primum à no-
bis dictum est, sed ab antiqua descendit prosapia,
cum & ipse Iulianus, legū & edicti perpetui sub-
tilissimus conditor, suis libris hoc retulerit, vt si
quid imperfectum inueniatur, ab Imperiali san-
ctione hoc repleatur. Et non ipse solus, sed, & Di-
uus Adrianus in compositione Edicti, & Sena-
tusconsulti, quod eam sequutum est, hoc apertis-
simè definiuit. Et idem Iustinianus in l. si quis ser
uum, C. de condict. indebiti, inquit. Et huius sen-
tentiæ subtilissimum testem adducit, Saluiū Iu-
lianum, Summæ authoritatis hominem, & Præ-
toriani edicti ordinatorem. Et non mirum si Eu-
tropius in loco allegato dixerit, sub Antonino,
Pio fecisse perpetuum edictum, quia is Saluius
Iulianus sub Adriano, Antonino Pio, & Diuis
Fratrib. quib. charus fuit, vixit, & ideo sub omni-
bus his Principibus facta dicuntur edicta perpe-
tua. Aymar. Riual. Historiæ Iuris Ciuilis lib.5.
Ex his liquet, aliud esse, quod edicta annalia fue-
rint facta perpetua, & aliud, quod Prætores legis
condendæ potestatem habuerint, quia hæc argu-
mentandi forma non sequitur.
Pretores itaque (vt ad propositū Axioma re-
uertamur) quamquam condendę legis potestatē
32 non haberent; Potestatem † tamen habebant
adiuuandi, supplendi, aut corrigendi Ius Ciuile,
duodecim Tabularum, in his, quæ fortè nimiam
duritiē continerent, vt voluerunt Nicol. de Ma-
tharell. Bald. Paul. de Castro, Philipp. Dec. Mar-
cell. Berenguc. Ioan. Bolognettus Præceptor, &
alij, in d. Rubr. C. qui admitti. Vaconius à Vacu-
na Declaration. Iur. Ciuil. lib.3. c.48. nu.13. Exem
pla quam plura in promptu se offerunt.
Adiuuabāt † Prętores (vt singula tangam) Ius
33 Ciuile, † vt est Author Riuallius, lib.3. quia cum
Ius Ciuile daret institutis hęreditatis petitionē,
eisdem Prętor bonorum possessionem secundū
tabulas tribuebat, vt in toto tit. de bonor. posses.
34 secūdum tabulas † In commodato, actio est de
Iure Ciuili vti habetur in l. In commodato, §. si-
cut, in verbo, Actionesq ciuiles, ff. commodati.
35 Sed † adiuuante Prętore, datur etiam Prętoria
actio, l.1. vbi Azo, ff. eod. tit. omittuntur alia plu-
ra similia, quæ adduci possent.
36 Supplebant † Prętores Iuris Ciuilis defectum,
cum in nonnullis Casibus, in quibus Iura Ciuilia
statuere omiserant, ipsi pro publica vtilitate sta-
tuerunt, vt specialiter in successione apparet, Nā
cum per Ius Ciuile nulla cognatorum in succe-
dendo ratio haberetur, eosdem † tamen Prætor,
post

post suos, & legitimos succedere voluit, vt demũ post Caium, & Vlpianum, à Diocletiano, Maximiano, & Iustiniano factum fuisse, refert idem Riuallius lib. 3. Idem etiam in Actione. Quod metus causa, & in titulo de Dolo, & alijs plurib.

38 Corrigebat† verò Prætor Ius Ciuile, dum nimiam illius sæuitiam coercebat; Nam, vt exempla proferam, cum Draco Atheniẽsium primus legislator, legem fecisset, vt quis ab alieno abstineret, vt voluit Alexander ab Alexandro Dierũ Genialium lib. 6. capit. 10. Et idcirco, qui olera, ac fructus mollioris corticis surripuissent, tamquã sacrilegi, & homicidæ punirentur, vt in Dracone Plutarchus est author. Vnde Horatius lib. 1. Sermonum.

Nec vincet ratio tantumdem, vt peccet, idemq.
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus Diuum Sacra legerit.

39 Quam demum† molliuit Solon, dupli pęna damnans, & si noctu furaretur, quod liceret occidere, & in persequendo vulnerare, ac alia, quæ inducit Pardulphus Pratæus Iurisprudentiæ veteris lib. 2. l. 76. & l. 77. Solonis, post Aulum Gelliũ in Noctibus Atticis, lib. 11. c. 18. quod etiã refert Aymarus Riuallius lib. 3. Ludou. Charõdas in legib. antiquis, & in specie, 12. tabul. l. 75. & nouissimè Carolus Sigonius de Repub. Atheniẽs. lib.

40 1. c. 5. † Decemuiri super eadem re ita cauerunt. Furẽ, qui manifesto furto prehẽsus esset, tum demum occidi permiserunt, si aut cum faceret furtum, nox esset, aut si inter diu, cum prehenderetur, se telo defenderet, si eum aliquis occiderit, iure cęsus estò. Ex ceteris manifestis furibus, liberi verberantur, & ei, cui luci factum fuerit, furtũ erit, si telo non se defendat, addicuntur; serui verberib. affecti è Saxo Tarpeio pręcipitãtor. Riuallius, & Charondas vbi supra de hac videtur verba fecisse Ciceronẽ in Oratione pro Milone. Duodecim Tabulæ nocturnum furẽ quoquo modo, diurnũ autẽ si se telo defenderet, interfeci impunè voluerũt. Et D. August. super Exodum, q. 11. Hoc (inquit) & in legib. sæcularib. antiquis inuenitur impune occidi nocturnũ furẽ quoquo modo, diurnum autem si se cum telo defenderit. Et hanc eamdem legem, sub alia tamen verborum structura, retulit etiam Macrobius Saturnalior. lib. 1. c. 6. & bene Francisc. Hotoman. in Cõmen-

41 tar. ad leges 12. tabul. lib. 3. Prætores† verò rigiditatem fugientes, sectando æquitatem, pro publica vtilitate statuerũt, pro furto manifesto quadruplum pendi, §. quadrupli, Instit. de Act. §. sunt autem, Inst. de noxalib. act. §. pęna, Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. Riuall. & Charond. in loco al-

42 legato, Penam† autem præcipitationis è Saxo Tarpeio, suo tempore sublatã fuisse, refert Modestinus, in l. si diutino, ff. de pœnis. Vide aliqua per Ioan. Crispum de Montibus, de Formulis actionum, §. 34.

Quemadmodum autem his modis Prætores illi, per eorum edicta prouidebant; sic facere po-

43 terunt† Pręsides, Rectores, Potestates, Magistratus, & Officiales nostri temporis, quos in locum Pręterum, ac Præsidũ successisse scripsere Bald. & Frãc. Aretin. in d. Rubr. C. Q. admitti. Quod cũ sit alioris indaginis, modo omittimus. Videmus autem sic obseruari ferè in omnibus Magistratib. suscepto enim officij onere, quædam pœ-

44 nalia edicta proponunt.† quo actu iurisdictionis plenitudo monstratur. Innoc. in c. Dilectus, col. 1. in fine, de Capell. Monachor. Bald. in l. 2. n. 54. C. de seruit. & aqua. Petr. de Anchar. in c. fine possessione, col. 2. de Regul. iur. in 6. quos refert, & sequitur Iacob. Mandell. in consi. 64. nu. 10. vol. 1.

45 † Adiuuare poterunt legem antiquam, addendo nouam pœnam. Gloss. in Clem. 2. vbi Paul. de Leazar. & Petr. de Anchar. de elect. Matth. de

46 Afflict. in Prologo Cõst. Regni, q. 7. in fine. † Supplebunt casus relictos a lege, de quib. si legislator interrogatus extitisset, idem statuisset, arg. l. tale pactum, ff. de pact. gl. in Clem. 1. in verb. Præsidẽtes, de rescript. & in c. 2. in verb. Reus, de Cõfess. in 6. Alex. in cons. 24 col. 2. vers. Insuper, vol. 2. faciunt notata per Andr. de Isern. in Const. Regni Intentionis, & Const. Si quis aliquem. Ioan. de

47 Arnon. Epit. 34. † Corrigent autem vel mitigando, aut ex causa, maiorem, vel alteram pœnã addendo, iuxta dictum Innoc. in c. 1. de Constit. & exemplum traditum à Bart. in l. quod ad præsens, num. 4. C. de Murilegul. lib. 10. de quib. latius ali-

48 qua dicentur inferius lib. 2. c. 8. Vnde † Domini, ac illorum Magistratus, & Officiales, iurisdictionem habẽtes, similia statuta, atque edicta facere poterunt, iuri tamen, ac honestati minimè contraria; quod & voluit Stephan. Bertrand. in cons. 136. n. 6. vol. 1. Rolan. à Valle, in cons. 42. vol. 2. in cons. 4. num. 31. vol. 3. Marc. Mantua, Dialog. Denarrator. 31. Classe 11.

Potestatẽ itaque etsi apud Romanos Pretores haberent corrigendi, supplendi, adiuuãdi, atque

49 emendandi, non autẽ id permissum erat† Prætorib. apud Athenienses, qui corrigendi, & actus similes faciendi, populo tribuebant, & ideo Aristoteles lib. Politic. 3. c. 11. rectè censuit, legis defectũ non a populo, sed a Magistratu decerni oportere. Rationes nonnullæ afferri possunt, quã periculosum sit hæc populo cõmittere, de quibus latè in meis Cõmentarijs de Catholici Regis præ-

50 stantia, plurib. in locis prædixi. Melius† itaque Romani, hanc authoritatem Magistratui dederunt, quã populo. Sed dum hæc imprimi curantur, hoc idem pulchre nouissimè disseruit Antonius Clarus Syluius Parisiensis in Cõmentarijs Iuris Antiqui Romanorum, in Præfatione, c. 2. qui hanc eamdem opinionem firmauit.

Hæc de Magistratuum personis, qui Edicta faciunt sunt, hucusque dicta sufficiant; Reliquum est, vt expleto personarum tractatu, ad res veniamus, nempe ad edicta, & quæ in ijs conficiendis exigantur, de quib. sequenti libro differẽdum est. Sãctissimæ Trinitati sit Laus, Honor, & Gloria. Sãctissimæ, & Gloriosissimæ Mariæ semper Virgini, Sancto Michaeli Angelorum Principi, omnibusq. Cælestium Spirituum ordinibus, omnique Sanctorum, & Sanctarum Cohorti, Grates amplissimæ. Amen.

Finis Libri Primi.

CAMILLI BORRELLI
I. C. EQVITIS AVRATI ET PALATINI COMITIS.
De Magistratuum Edictis.
LIBER SECVNDVS.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Edicta Iuri Naturali, ac Iure Diuino contraria fieri nequeunt.

COMPENDIVM.

1 *Natura ex Aristotele quid sit, & num.2.*
3 *DEVS naturarum conditor.*
4 *Natura naturans, & creata quid sit.*
5 *Ouidij versus de natura declarantur.*
6 *DEVS vnus Natura, & omnium creator.*
7 *DEI consilio reguntur omnia.*
8 *Natura ex Seneca quid.*
9 *DEVS omnium bonorum author & clausa ex Platone. Plinio, Auerroe, & num.seq.*
10 *DEVS secundum Aristotelem quid.*
11 *Ius Naturale est ius Diuinum, ex Accursio.*
12 *Natura vnde dicatur ex Lactantio.*
13 *Natura est DEI inuentum ex Augustino Steucho.*
14 *Naturæ opera, sunt opera Dei.*
15 *Principatuum pluralitas non datur.*
16 *Multitudo omnis ab vnitate trahit initium.*
17 *DEVS quis sit ex Piperono.*
18 *Minor in maiorem non habet imperium.*
19 *Edictum Iuri Naturali contrarium est inualidum, & num.22.& 27.*
20 *Iura Naturalia, quæ sunt firma, & immutabilia.*
21 *Quæ contra naturam sunt, imbecilla sunt.*
23 *Naturali Iuri, quæ sunt aduersa, vana, & irrita sunt.*
24 *Edictum contra Ius Diuinum irritum est.*
Consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato obseruari nequit. sub eod. num.24.
25 *Legem, vel Edictum contra ius diuinum faciens, dicitur errare.*
Et huiusmodi legi latæ, aut promulgatæ edicto subditi parere non tenentur, & num.seq.
28 *Flagitia contra naturam semper & vbique euitanda sunt.*
29 *Contra Ius Diuinum non facile dispensatur.*
30 *Diuini Iuris norma inflexibilis est.*
31 *Papa, an dispenset cum bigamo.*
32 *Princeps generalem legem condere nequit quod credatur testibus singularibus.*
33 *Edicta, & leges duellum permittentes sunt inualida.*
34 *Intellectus Const. Regni. Monomachiam.*
35 *Princeps, an concedat locum pro singulari certamine vel duello.*
36 *Intellectus cap. detestabilis, Concilij Trident. sess. 25. cap.19.*
37 *Duellum concedentis & committentis pœna.*
38 *Bellum, ac Duellum gerere in articulo mortis esse dicitur.*

AXIOMA.

Edicta Iuri Naturali, & Diuino contraria ne faciunto.

ARistoteles lib.2. Physicorum.3.& alibi
1 pluries, dixit, † Naturam esse princi-
piũ motus & quietis, eius, in quo est, primum, & per se. Tamen huius naturæ definitionem ab Aristotele traditam, esse malam, motum, cum quiete tangendo, cum corpora cælestia naturalia sint; & numquam quiescãt; & ignis semper moueatur, vt inquit Ioannes Frãciscus Picus Mirandulanus in Examine vanitatis Doctrinæ Gẽtium, lib.6.cap.2. Siquidem melius dixit alibi idem Aristoles lib. 1. Politicorum
2 Naturam esse perfectionem cuiusque rei.

At nos, qui Christianam Philosophiam colimus, & Theologorum atque Sanctorum Ecclesiæ Doctorum secreta rimamur Naturã dicimus
3 † DEVM ipsum Omnipotentem, omniũ creatorem, quem idcirco Naturarũ conditorem appellauit D. Augustinus, in lib. de vera innocẽtia, cap.283. Et alibi, DEVM appellat naturam nõ creatam, sed creatricem. Idem Augustinus de
4 Ciuitate Dei. lib.11 cap.17. Et definitio illa † prima Aristotelis supra relata, intelligitur de Natura, vt dicunt, naturante, & creata à DEO, vt declarat Petrus de Apono, in lib. Conciliatoris, differentia 9. Quod ante ipsũ placuerat Themistio in Paraphrasi Physicorum, lib.2. vbi ad illam definitionem ait: cæleste, & diuinũ corpus excipio, in quo natura est principium ciens sempiternum motum, non etiam causa, aut principium quietis sequitur Auerroes ibidem in media expositione & idem Auer. in lib.2. de Cælo, 84. & lib.9. Meta-

physic. 13. & ita intelligere oportet illud Ouidij lib. 1. Metamorphoseos.

Hanc DEVS, & melior litem natura diremit.

5 Vt declaratiuè † potius stare videatur, nam de
Deo tantum dicere voluisse Ouidium, quod illã
Elementorum mixtionem dissecuerit, apparet
ex verbi post pauca ibidem dum inquit,

Summaq. locum sibi legit in Aree.

Et inferius etiam ait:

Sic vbi dispositam, quisquis fuit ille Deorum,
Congeriem secuit, sectamq. in membra redegit.

6 Vnius † igitur Deus, & Naturæ, & rerum om-
nium sator, ac gubernator existit; quod & fateri
coacti etiam Ethnici fuere: nam, & Horatius lib.
1. Ode 12. inquit:

Qui res hominum, ac Deorum,
Qui mare, & terras, varijsq. mundum
Temperat horis.

Et iterum Ode 4. libri 3. ait,

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum, & Vrbes, Regnaq. tristia,
Viuosq. mortalesq. turbas
Imperio regit vnus æquo,

Et Manilius lib. 1. Astronomicorum dixit:

Hoc opus immensi constructum corpore mundi
Membraq. Naturæ diuersa condita forma,
Aeris, atque ignis, terræ pelagiq. iacentis
Vis animæ Diuina regit, sacroq. meatu
Conspirat Deus, & tacita ratione gubernat,
Et multa in cunctas dispensat fœdera partes,
Altera, & alterius vices, faciatq. feratq.
Summaq. per varias, maneant cognata figuras,

Et Virgilius lib. 4. Georgicon,

Deum namque ire per auras
Terrasq. tractusq. maris, cælumq. profundum,
Hinc pecudes, armẽta, viros, genus omne ferarum,
Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas,

Et idem Manilius lib. 2. inquit

Motus alit, non mutat opus, sic omnia toto
Dispensata manent Mundo, dominumq. sequuntur,
Hic igitur Deus, & ratio, quæ cuncta gubernat,
Ducit ab æthereis terrena Animalia signis,
Quæ quamquam longo cogit submota recessu
Sentiri tamen, vt vitamq. ac fata ministrent
Gentibus, ac proprios per singula corpora mores,
Nec minus est quærenda fides, sic temperat arua,
Cælum, sic varias fruges, redditq. rapitq.
Sin Pontum mouet, & terris immittit, & aufert.

Sed pulchrius, & elegantius Claudianus in Ruffinum, lib. 1. inquit:

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent superi terras, an nullus inesset
Rector, & incerto fluerent mortalia casu,
Nam cum dispositi quæsissem fœdera mundi,
Præscriptosq. maris fines anniq. meatus,
7 *Et lucis, noctisq. vices, † tunc omnia rebar*
Consilio firmata Dei, qui lege moueri
Sidera, qui fruges diuerso tempore nasci,
Qui variam Phœben alieno iusserit igne
Compleri, solemq. suo, porrexerit vndis
Littora, Tellurem medio librauerit Axe.

Et Lucanus lib. 9. Bellorum Ciuilium.

Estq. Dei sedes, nisi terra, & pontus, & aer,
Et cælum, & virtus superos, quid quærimus vltra.
Iuppiter est, quodcũque vides, quodcũque moueris.

Et Seneca in Hippolyto.

Prouidit ille maximus mundi parens
Cum tam rapaces cerneret Fati manus,
Vt damna semper sobole repararet noua.

Et Sillus Italicus Belli Punici lib. 6.

Iustitiæ rectiq. dator, qui cuncta gubernas.

Boetius de Cõsulatu Philosophico, libro 4. Metro 6. inquit:

Sedet interea conditor Altus,
Rerumq. regens flectit habenas,
Rex, & Dominus, fons, & Origo.

Et lib. 3. Metro 9.

O qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum, cæliq. sator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, stabilisq. manens, das cuncta moueri.

Et Statius lib. 5. Siluarum

Vidit, qui cuncta suorum
Nouit, & inspectis ambit latus omne ministris,
Nec mirum, videt ille ortus, obitusq. quid Arctos,
Quid Boreas hibernus agat, Foriq. Togaq.
Consilia, atque ipsam mentem probat.

Boetius lib. 3. Metro 6.

Vnus enim rerum pater est,
Vnus, qui cuncta ministrat,
Ille dedit Phœbo radios,
Dedit & cornua Lunæ,
Dedit & sidera cælo.

Claudant itaque ora, qui dicere voluerunt, Naturam DEO authori similem, audiantq. Ethnicum Horatium lib. 1. Ode 12.

Vnde nil maius generatur ipso
Nec viget quidquam simile, aut secundum.

Et cuius verbis apparet, nõ dari maius aliquod
non simile, non secundum, Vnde bene Seneca
8 de Beneficijs, lib. 4. cap. 7. Quid † enim aliud (in-
quit) est Natura, quam Deus, & Diuina ratio to-
ti Mundo, & partibus eius inserta. Et paulo post.
Ille est prima omnium causa, ex qua ceteræ pen-
dent, quęcunque voles illi nomina proprie apta-
bis, vim aliquam, effectumq. cælestium conti-
nentia, tot appellationes eius possunt esse, quot
munera. Hæc Seneca. Nam, & Plato in Epino-
9 mo, siue Philosopho dicit, † Deum omnium
bonorum, authorem, & causam esse, & idem
Plato de Legib. Dialogo 4. inquit, Deus ò Viri,
sicut antiquus quoque sermo testatur, Princi-
pium, finem, & media rerum omnium conti-
nens, recta peragit. Et nouissimè Stephanus
Theupolus Academicarum Contemplationũ
10 lib. 1. cap. 7. inquit, † Deum esse actuum simpli-
cissimum, principium, & finem actum om-
nium, à quo (inquit Aristoteles lib. Physicor. 8, & Metaphys. 12.) cælum, & tota natura dependet. Hinc Auerroes in lib. decimo Metaphysices dicit, quod scientia Dei causat res, & Natura causatur à rebus. Et Plinius Historiæ Naturalis lib. 2. cap. 7. dicit, Deum, & Naturam idem esse, quod & fatetur idem Plinius lib. 27. cap. tertio. Et idem Plato in Timæo, dixit, Deum esse summum bonum, & super omnem

substan-

ſubſtantiam, omnemq. Naturã. Quod altè ſcru-
tatus eſt noſter Accurſius, qui idcirco appella-
11 uit, Ius † Naturale, Ius Diuinum. Inſt. de oblig.
quæ ex delict. naſcunt. ibi: lege naturali, id eſt Di-
uina. Sequitur Franciſc. Tertius Cremenſis, in
Allegatione pro teſtamento Vidæ Iudæi. num.
101. Hoc aperte dixit Cicero in Somnio Scipio-
nis, dum ait: Nouem tibi orbibus, vel potius glo-
bis connexa ſunt omnia, quorum vnus eſt cæle-
ſtis extimus, qui reliquos omnes complectitur,
ſummus ipſe Deus, arcens, & continens ceteros,
in quo infixi ſunt illi, qui voluntur ſtellarum cur-
ſus ſempiterni, cui ſubiecti ſunt ſeptem, qui ver-
ſantur retro contrario motu, atque Cælum. Vn-
de in Ode poſt cibum Aurelius Prudentius in
Cathemeri ait:

Hic eſt quem Zebaoth Deum vocamus.
Expers Principij, carenſq. fine,
Rerum conditor, & repertor Orbis.

Quis enim tam veſanæ mentis erit, vt non re-
ctà ratione conſideret, dari non poſſe, niſi vnum
principium? à quo non ſolum natura rerum ipſa
creatarum, ſed quidquid ſenſu percipi poteſt,
creatum ſit. Inde Lactantius Firmianus Diui-
narum Inſtitutionum lib. 2. cap. 7. de Natura ait:
Quam vim potuit habere nullo dante? quam na-
turam nullo generante? ſi habuit vim, ab aliquo
eam aſſumpſit. A quo autem ſumere, niſi à Deo
12 potuit? Porro, ſi habuit naturam, † quæ vnque
à naſcendo dicitur, nata eſt; à quo autem, niſi a
Deo potuit procreari? Natura enim, qua dicitur
orta eſſe omnia, ſi conſilium non habet, efficere
nihil poteſt. Hæc Firmianus. Vnde Marſilius Fi-
cinus in Platonis Philebo, lib. 1. cap. 2. dicit, quod
Natura, vel Dei ars eſt, vel Dei artificioſum or-
ganum. & alibi in Timæo, cap. 1. dicit, Naturam
eſſe Diuinitatis inſtrumentum, ac Diuinæ proui
dentiæ, idem Ficinus in Plotinũ, Enneade 3. lib.
13 3. cap. 5. Et † Dei inuentum eſſe naturam, ſcribit
Auguſtinus Steuchus de Perenni Philoſophia,
lib. 7. cap. 15. Et idem Plato dixit: Naturam eſſe
vitalem, ſeminariamq. virtutem, ab Anima mun
di infuſam materiæ. Et proinde Plotinus dixit, id
ipſum eſſe Naturam, quod ab Anima mundi eſt
ordinatum. Vnde rectè iſta enucleãs Stephanus
Theupolus Academicarum Contemplation.
lib. 7. c. 2. inquit, vt Mens à Deo, Anima à Men-
te, ita Natura pẽdet ab Anima. Inſuper, vt Mens
à Deo Ideas recipit, Anima recipit rationes à
Mente, ita Natura recipit ſemina ab Anima. De-
mum, vt Mens à Deo, ita Anima à Mente, itaq.
Natura ab Anima regitur, & dirigitur. Ex qui-
bus Primò conſpicuum eſt, quomodo rerũ gra-
dus nectantur, pendeant, & dirigantur. Conſtat
14 inſuper Naturæ opera, verè eſſe opera Dei, cum
primo ab eo omnia proficiſcantur, & dirigantur.
Hæc bene Theupolus.
15 Abſit autem, vt dici valeat, † dari principatuũ
pluralitatem, quod abhorruit Ariſtoteles Meta-
phyſic. lib. 12. DEVS enim ab aliquo princi-
pium non habet, ſed ipſe eſt Alpha, & Omega.
Videatur Cicero in Somnio Scipionis. Princi-
pio autem (inquit) nulla eſt origo, nam ex princi-
pio oriuntur omnia, ipſum autem nulla ex re fie-
ri poteſt, nec enim eſſet hoc principium, quod
ſi nũquam oritur, nec occidit quidem vnquam.
Hæc Cicero. Hinc optimè Lucanus Bellorum
Ciuilium lib. 8. cecinit.

Si numina naſci
Credimus? Haud quenquam, fas eſt cœpiſse Deorum

16 Concludendum eſt itaque, quod cum † om-
nis multitudo, teſte Dionyſio, ab vnitate trahat
originem; ergo neceſſe eſt, omnis multitudinis
vnum eſſe principium. Ordo enim omnis prius
habet, & poſterius, oportet quod principium
vnum habeat. Omne ideo imperfectum, ſecun-
dum Boetium, ab aliquo ſimpliciter perfecto tra
hit originem, & hoc eſt DEVS noſter, vt ſequi-
tur, & comprobat Albertus Magnus in Com-
pendio Theologiæ, lib. 1. cap. 3. Nouiſſimè bene,
& perfectè cenſuit Ioannes Antonius Pipero-
17 nus, de omni vero officio, lib. 1. cap. 2. Eſt † igi-
tur (inquit) Deus, & cauſarum cauſa, ſimpliciſſi-
ma vnitas, ineffabilis veritas, ſumma bonitas, &
indeterminata poteſtas, & id, quo nec maius,
nec melius poſſit excogitari. Vnitatem Diui-
nus Theologus, Principium vocat, veritatem
principij rationem, bonitatem rationabilis prin-
cipij amorem, in vnitate cuncta implicat, expli-
cat in veritate, effundit per bonitatem, vnitas ve-
ra bona, bonitas vna vera, veritas vna bona, qui,
vt ita dixerim, circulus eſt ſpiritalis, omnem
multitudinem ſponte reducens, cuius centrum
eſt vbique, circumferentia nuſquam. Hęc Pipe-
ronus.

Vt aliquid extra materiam, vel rei propoſitæ
terminos, alienum à nobis effuſum minimè vi-
deatur, ex tam profundo iacto fundamento, ad
noſtræ tractationis Scopum accedentes, conclu-
dimus; Si Natura ipſa aliud nihil ſit, quam ipſe
Deus omnium rerum origo, fons, Principium,
cauſa prima, motor primus, ſolus, abſque princi-
pio, cuius conſiderationem minimè capit mor-
talium animus, (vt Simonides Hieroni interro-
ganti reſpondit) mirum non videtur, ſi Princeps,
aut Magiſtratus quiſpiam contra Ius Naturale,
Legem, edictumue, condere nequeant, quia
18 † cum minor in maiorem nõ habeat imperium,
cap. ſolitę, de maiorit. & obedient. quo modo po
terit Princeps, aut Magiſtratus contra legem ſui
ſuperioris aliquid ſtatuere? Ius Naturale ani-
malia omnia docuit, §. Ius autem Naturale, In-
ſtit. de iure natur. gent. & Ciuili. Natura autem
eſt ipſe Deus, ergo idcirco Edictum Iuri Natura
li contrarium fieri nequit, vt quod contra om-
nium Dominum ſuperiorem, atque Opificem
fieret, quod abſurdum eſſe, nemo ambi-
git.

Axioma igitur verum erit, nec Legem, nec
19 † Edictum, aut Reſcriptum aliquod fieri poſſe à
Principe, vel Magiſtratu, quod ſit Iuri Naturali
contrarium, vt poſt Gloſſam ſingularem in l. fi-
nali, C. ſi contra ius, vel vtil. public. Panorm. Fe-
lin. Dec. & alij, in c. Quę in Eccleſiarum, extra, de

Constitut. Bartholom. Socin. in consil. 273. col.
5. vers. Secundo respondetur, vol. 2. Iason in cõs.
1. num. 4. volum. 1. cum multis allegatis per Lan-
celott. Conrad. in Templo omnium iudic. lib. 1.
§. 4. capit. 1. in verbo, ius naturale, & gentium, vbi
amplè tractat, an, & quando Principi liceat con-
tra Ius Naturale, vel Diuinum statuere; Martin.
Laudens. de Principe, §. 28. Dominic. de Soto,
de iust. & iure, lib. 3. quæst. 5. articulo 1. & latius
prosequitur idem Soto, lib. 1. quæst. 4. artic. 5. vbi
diffusè tractat, an lex Naturæ, & quando muta-
ri possit, Quod & nouissimè tractauit Michael
Salon. de iust. & iure, quæst. 57. articulo 2. quæst.
vltima.

Hinc declarandæ sunt Doctorum authorita-
tes, dum reddere conantur rationem, cur fieri
nequeat à Principe Lex contra Ius Naturale? re-
spondent, ex quo iura naturalia sunt immutabi-
lia, & firma, § finali, Inst. de iure natur. gent. & ci
uili, quæ autem natura firma existunt, mutari mi
nimè possunt, nec fieri contra ea iri, vbi Fran-
cisc. Hotoman. & idem Soto vbi supra, lib. 1.
20 quæst. 4. artic. 2. Tu supplendo dicas, † quare im-
mutabilia, & quare firma? quia a Natura; est
autem Natura ipse Deus, qui dixit: Ego Deus, &
non mutor, vt patet Malachiæ cap. 3.
21 Imbecilla † etiam sunt omnia quę contra Na-
turam sunt vt dicit Aristoteles Problemate 30.
Sectione 10. Omne igitur Edictũ, aut Lex Prin-
cipis cuiusque contra naturam factum, imbecil-
lum erit, & reijciendum.

Constans itaque, & firma Cõclusio erit, Le-
gem, Edictumq. Iuri Naturali, & sic Diuino
contrarium, fieri minimè posse. Sic Augusti-
nus in Epistola ad Casulanum, inserta in c. fin.
9. Distinct. pulchre inquit: Cum ergo in Natura-
li iure nihil aliud præcipiatur, quam quod Deus
vult fieri, nihilo. aliud vetetur quam quod Deus
prohibet fieri; Denique cum in Canonica Scri-
ptura, nihil aliud, quã quod in Diuinis Scriptu-
ris, & Legibus inueniatur: Diuinæ vero leges, na
tura consistant, patet, quod quęcumque Diuinæ
voluntati, seu Canonicæ Scripturæ, seu Diuinis
Legibus postponenda censentur, eisdem Na-
22 turale ius præferri oportere. † Constitutiones er-
go, vel Ecclesiasticæ, vel sæculares, si Naturali
iuri contrariæ probantur, penitus sunt excluden-
dæ. Hæc Augustinus. Vnde Gratianus in cap.
quo iure, in fine, 8. distinct. ait: Dignitate verò
Naturale ius, similiter præualet consuetudini, &
constitutioni. Quæcumque enim, vel moribus
23 recepta sunt, vel scripturis comprehensa, si † Na
turali iuri fuerint aduersa, vana, & irrita habenda
sunt. Francisc. Gratianus in Compendio Iuris
Canonici, parte 1. distinct. prima, §. Diuinæ vo-
luntati, & Sebastian. Medices in Summa Decre-
ti. distinct. octaua, articulo tertio, & distinctione
nona.
24 Nulli dubium, quod si † Edictum esset aduer
sum Iuri Diuino, tamquam peccati nutritiuum
nullum erit, cum generaliter sit omni constitu-
tioni, & consuetudini derogandum, quæ absque
mortali peccato non potest obseruari, capit. fin.
de præscription. Speculat. de Dispensat. §. porro,
& Edictum, siue Bannum nutriens peccatum,
est ipso iure nullum, nec irritatione indiget, quia
25 non potest lex appellari, qui enim talem legem
promulgat, tamquam contra ius Diuinum, con-
uincitur de errore, & errare potius, quam legem
condere dicitur, capit. sunt quidam, 25. quæst. 1.
26 Nec eidem legi subditi parere debent, ne obedi-
re dicantur inferiori contra legem superioris,
scilicet Dei, capit. qui resistit, cap. Iustinianus, 11.
quæst. 3. vt concludit Panorm. in dicto capitulo,
finali, num. 2. Et hoc intelligendum est de pecca-
to mortali, secus autem de peccato veniali, quo-
rum inter se magna est, & pulchra distinctio in
cap. vnum, 25. distinct. Sed tamen etiam in pec-
cato veniali procedere notatur ex glossà, in Sum-
ma, 14. distinct. & Clarius in cap. quod ait, in ver-
bo, periculosissimè, eadem distinct. & voluit Pa-
norm. in dicto capitulo finali, numero secundo,
in fine, de præscript. Quod ego intelligerem, si
crebro venialia peccata committerẽtur, vel per-
mitterentur, quia ex multis, vel iteratis veniali-
bus fiunt mortalia, siue capitalia, vt pulchrè do-
cet Augustinus in capit. Tres autem, de pęnit. di-
stinct. 1. Si itaque Edictum peccatum vnum ve-
niale cõtineat, non idcirco inualidum erit, quia
huius peccati intuitu, nemo iustus est, vnde Iob
cap. 9. Si iustificare me voluero, os meum con-
demnabit me, si innocentem ostendero, pra-
uum me comprobabit; & multa ad hunc finem
habentur in capit. si enim, de pęnitent. distin-
ctione 2.
27 Quod † Edictum Naturali, ac Diuinæ Legi
contrarium, fieri nequeat tenuit similiter Tan-
credus de Corneto in Compendiosa, titulo de
28 Quæst. circa sentent. quæst. 8. † Flagitia enim
quæ sunt contra Naturam, vbique, & semper re-
pudianda sunt, capit. flagitia, 32. quæst. 7. Idem
Tancredus in tit. de Quæst. circa statuta, quæst.
24. & quæst. vltima, asserens statutum contra Ius
Naturale, inualidum esse; quod & post Alexan.
comprobat Iacobus Philippus Portius, in consil.
88. num. 8. qui promiscuè loquuntur etiam de
statuto, quod fieret contra Ius Diuinũ, quod mi
nimè validum esse tenuit, & amplè prosequitur
idem Tancredus in loco allegato, & latius Fer-
dinand. Vasquius Controuersiarum illustrium,
libro primo, cap. vigesimonono, num. vigesi-
mo, cap. 46. num. secundo, cap. 50. num. quin-
29 to, cap. 55. numero decimo. Hinc † contra
Ius Diuinũ dispensari non facile potest, vt habe-
tur in cap. finali, §. Moralia autem, 6. distinction.
Abb. Panorm. in cap. Quæ in Ecclesiarum, num.
30 nono, de Constit. † Iuris enim Diuini norma in-
flexibilis est, cap. Sunt quidam, 25. quæst. prima.
capit. litteras, de restitutione spoliatorum, Glos-
sa, Hostiens. Ioan. Andr. Aegidius, Anton. de Bu-
trio, & Panorm. in dicto c. litteras, quod quomo-
do procedat, ponit Cardin. Paris. in consil. 69.
volum. quarto. Portius, in consil. vigesimo sex-
to, num. quarto. Beatus Ioannes de Capistra-
no, in tractatu de Authoritate Papę, Concil.
& Eccles. parte secunda, secundæ partis, in
principio, vbi amplè tractat in ea quęstio-
31 ne, † an Papa dispenset cum Bigamo? Latè
etiam

etiam Conſtantinus Rogerius de Legis Poten-
tia, §. 2. num. 36. vſque ad finem. Ideo dicunt,
32 † Principem legem generalem facere non poſſe
quod credatur teſtibus ſingularibus, vt in capit.
Indicas, 3. q. 9. & voluit Ludou. Roman. in Sin-
gul. 707. incip. An Papa, quem refert, & ſequitur
Felin. in c. conſtitutus, ſub num. 23. de reſcript. &
in c. ſicut, num. 3. de ſentent. excommun. & in c.
veniens, il 1. in fine, de Teſtib. Matth. de Afflict.
in prelud. Conſtit. Regni, q. 12. nu. 15. verſ. Quar-
tum exemplum, Iacob. Philipp. Portius in tract.
Commun. Opin. lib. 1. concluſ. 1. num. 5. & nouiſ
ſimè Ferdinand. Vaſquius de ſucceſſ. creat. lib. 2.
§. 12. Requiſito 2. nu. 5. quia in Lege Diuina ſta-
tutum eſt, in ore duorum, vel trium ſtare omne
verbum. Quæ omnia recipiunt aliquas declara-
tiones, quæ à præfatis accommodatæ conſpi-
ciuntur.

33 Ex eodē fonte manat, † quod Leges, aut Edi-
da duellum, vel ſingulare certamen permitten-
tes non valeant, cum ſint contra Ius Diuinum, vt
voluit Paris de Puteo, de re militari, lib. 1. cap. 9.
34 vbi aſſerit, quod † Conſtit. Regni Monomachiā,
per binas Papę Honorij ſententias fuit ſublata,
quia in quibuſdam caſib. duellum permittebat,
quod prohibitum eſſe de Iure Diuino, Canoni-
co, Gentium, & Ciuili, voluit Ioan. de Lignano,
35 de duello, §. 1. & §. 2. Nec Regem, † aut Principē
debere locum concedere, vbi tale certamen fa-
ciendum eſſet, aut pro eo faciendo conſenſum,
& licētiam præſtare. Iaſon in l. ex hoc iure, num.
31. ff. de iuſt. & iure, poſt D. Thomā de Aquino,
in ſecunda ſecundæ, q. 25. Idem Iaſon in conſil.
114. volum. 2. vbi dicit hāc eſſe Commum Opi-
nionem. Decius in conſil. 486. Iulius Ferrett. in
conſil. 1. in conſil. 8. in conſil. 18. in conſil. 20. in
36 conſil. 21. Idcirco † nouiſſimè Concilium Tri-
dentinum Seſſ. 25. capit. 19. incip. Deteſtabilis,
Principes, aut quicumque locum ad Monoma-
chiam faciēdam cōcedentes inter Chriſtianos,
37 declarat eo † ipſo excommunicatos, & Domi-
nio, & Iuriſdictione Caſtri, vel loci apud quem
duellum conceſſerint, quę ab Eccleſia obtinent,
fore priuatos, & directis dominis aperiri; Com-
mittentes verò pugnam, & eorum Patrinos eſſe
excommunicatos, ac omnium bonorum pro-
ſcriptione, & perpetua infamia notatos, & vt ho-
micidas iuxta Sacros Canones puniendos, & ſi
in illos conflictu decederent, eos perpetuo care-
re Eccleſiaſtica ſepultura, vt ibi latius; & latiſſi-
mè Martin. Nauar. in Summa, cap. 11. num. 39. c.
15. num. 9. verſ. decimo, Simon Maiolus de irre-
gularit. lib. 3. capit. 23. num. 20. & cap. 25. num. 3.
& lib. 5. capit. 18. num. 1. Petrus à Nauar. de reſti-
tut. ablat. lib. 2. capit. 3. num. 280. tomo primo, la-
tiſſimè Marian. Socin. Nepos, in conſil. 122. vo-
lum. 2. in conſil. 82. num. 14. volum. 3. Curt. iun.
in conſil. 172. Franciſc. Hotoman. in Diſputati
Feudiſtica, capit. 45. Franciſcus Sonsbecius de
vſu feudorum, parte 15. num. 75. cum pluribus
ſequentibus. Cardinal. Pariſ. in conſil. 31. volum.
primo. Lancelott. Conrad. in Templo iudicum,
lib. 1. c. 1. §. 3. in verbo, duellum, vbi ampliſſimè,
Emanuel Suarez, in Theſauro Recept. ſentent.
§. Duellum, num. 377. Hippolyt. Bonacoſſa, in
Commun. Opin. crimin. §. duellum, Ioſeph. Lu-
doiuc. in Deciſ. Lucenſi 11. plenè Petrus Grego-
rius Syntagmat. iuris vniuerſi, lib. 48. c. 16. & no-
uiſſimè ad ſatietatem plures allegans Petrus Ce-
nedo. Collect. Iuris Canonici, parte 2. cap. 117.
Conſtantinus Rogerius, de ſummo bono, §. 14.
Barth. Bertazol. in conſil. crimin. 152. num. 17.
volum. primo, vbi optimè Claudius filius. Baiar-
dus in Practica crimin. q. 63. num. 6. Petr. Bellu-
ga in Speculo Principum, Rubr. 27. num. 2. 4. &
6. vbi dixi. Angel. Mattheatius de via, & ratione
iuris, lib. 1. cap. 32. num. 16. & ſequentib. & lib. 2.
cap. 22. ſub num. 13. Eruditiſſimus Alexander
Raudenſis in Deciſ. Piſana 36. num. 266. pulchre
Renatus Choppinus de Doman. Franciæ, lib. 3.
titulo 26. num. 14. & ſeq. & in Conſuetud. Ande-
gauenſ. lib. 1. titulo 3. cap. 42. num. 19. ex quibus li-
38 quet verum eſſe, quod † Duellū, ac Prælium ge-
rere, in Articulo mortis eſſe, aſſerendum eſt, vt
eruditiſſimè probat Polydorus Ripa, de Actis in
mortis Articulo, cap. 1. num. 25.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Edicta iniquitatem continere non debent, ſed iuſta illa eſſe oportet.

COMPENDIVM.

1 *Edicta continere debent quæ requiruntur in lege condenda.*
2 *Ius non eſt, ſi iuſtum non ſit.*
3 *Lex non dicitur, quæ iuſta non eſt.*
4 *Lex iniuſta tā localis qualis eſt Edictum, quam generalis etiam ſi ex certa Principis ſcientia facta ſit, eſt inualida.*
5 *Aegyptij de optimis gloriantur legibus.*
6 *Priamus, & Philaus Reges, ob Iuſtitiæ cultum creati laudantur.*
7 *Ageſilaus, vt iuſtus laudatur a Plutarcho.*
8 *Abraha ob iuſtitias facta eſt a DEO promiſſio cæleſtium, & terrenorum, & num. ſeq.*
10 *Iuſtiſſimas leges fecit Veſpaſianus.*
11 *Probus Imperator iuſtitiam coluit.*
12 *Autharis Longobardorum Rex ob iuſtitiam laudatus.*
13 *Aegyptiorum Sacerdotes Regi iuſtitiam colenti, bona precabantur.*
14 *Iuſtitia Ciuitatis eſt anima.*
15 *De Thraſeæ iuſtitia Neronis dictum.*
16 *Honeſta ſola ſunt honeſta, & iuſta iuſta ſecundum Antigonum Regem.*

17 *Principi iusta magis sunt optima.*
18 *Personarum distantia facienda non est in iustitia facienda secundum Mosem.*
19 *Index ad alteram partium non declinet.*
20 *Principi positus, vt iustum faciat.*
21 *Operantes iustitiam, exaltabuntur.*
22 *Consuetudo iusta & rationabilis esse debet.*
23 *Consuetudo contra ius gentium non valet, & nulla est.*
24 *Consuetudo in his, quę contra iustitiam vsurpantur, non prodest.*
25 *Contra legem scriptam consuetudo nulla est.*
26 *Statutorum primum, an nouissimum attendendum,*
27 *Statutum iustius & æquius quod est, attenditur.*
28 *Intellectus c. Regni, Adhoc. &c.*
Intellectus c. Regni. Tormentis.
29 *In furto minimo non habet locum tortura.*
30 *Data licentia statuendi, intelligitur de statutis iustis.*
31 *Statutorum iniquorum conditores ad quid teneantur.*
32 *Princeps confirmans statuta vel priuilegia, censetur confirmare iusta.*
33 *Statutum, quod pro homicidio imponatur pęna pecuniaria inualidum.*
34 *Sententia notorie iniqua, non est exequenda.*
35 *Sententia iniqua qui vtitur peccat.*
36 *Nullitati æquiparetur iniustitia & iniquitas.*
37 *Decretum iudicis iniquitatem & iniustitiam continens, inualidum est.*
38 *Statutum, quod spurius succedat, inualidum est, & num. 49. sed vide contrariam Card. Paleoti opinionem ibidem impugnatam.*
39 *Legitima, an per statutum tolli possit in totum, vel in partem, & num. 40.*
41 *Legitima, an debeatur iure naturæ, & nu. 42. 44. & 45.*
43 *Legitima pars est hæreditatis.*
45 *Legitimæ quantitas, an Iuris Ciuilis sit inuentum.*
46 *Matrimonium ad quid institutum.*
47 *Spurij iuri naturali odiosi.*
48 *Matrimonio instituto, spurij odio habiti. & num. seq.*
50 *Voluptatis nimia appetentia infamiam generat.*
51 *Legis Voconiæ iniquitas.*
52 *Statutum, quod credatur scripturis Hebræorum contra Christianum, est iniustum.*
53 *Causæ continentia non diuiditur, & num. 54.*
55 *Summus Pontifex in terris vices DEI gerit*
56 *Pontifex summus in Ecclesia potestatis plenitudinem habet.*
57 *Pontifex habet liberam potestatem disponēdi super beneficijs.*
58 *Pontifex omnia potest quæ Deus ipse, claue non errante.*
59 *Pōtifici nemo dicere potest, cur ita facis, & quomodo id intelligatur num. 60.*
61 *Pontifex debet disponere tamquam bonus paterfamilias cum discretione.*
62 *Princeps non solet dispensare sine iusta causa.*
63 *Voluntas testatoris pro lege seruatur, dum tamen iusta illa sit, & dispositioni iuris non contradicat, vt numero 64.*
65 *Nominatio an constituat aliquem in quasi possessione filiationis, & num. 66.*
67 *In bello iusto licet militibus prædari non vero in iniusto.*
68 *Capta in bello iniusto, an sint capientium.*
69 *Bella non sine magna & praua consideratione facienda*
70 *Octauiani Augusti pulchrum dictum.*
71 *Atheniensium pulchrum facinus.*
72 *Ex bello quæ mala nascantur.*
73 *Bellorum successus non omnibus sunt noti.*
74 *Bellum dulce inexpertis.*
75 *Quæ aduertenda antequam quis bellum gerat.*
76 *Lucanus bella geri auaritiæ opumq. cumulandarum causa conqueritur.*
77 *Vsus est humanarum rerum optimus ac sapientissimus magister.*
78 *Haraldi Daniæ Regis motus ad bellum aduersus Suecos ex vana relatione exorti.*
79 *Pro iusto bello quæ requirantur.*
80 *Iustum bellum est, quod a Pontifice Summo mouetur.*
81 *Iustum, vt appellari possit bellum, quæ, & quot requirantur.*
82 *Bellum, vt iustum sit, ab vtraque parte quæ requirantur remissiue.*
83 *Fortitudo sine iustitia non est laudabilis.*
84 *Duellum priusquam fiat, quæ consideranda.*
85 *Duellum iniuste suscipientes malum exitum faciunt.*
86 *Duellum Caroli Valesij & Petri Aragonij Regum, quale.*
87 *Falso adulterij insimulata Gundeberga Langobardorum Regina.*
88 *Duellum inter Hundingum Saxoniæ, & Roaz Daniæ Reges.*
89 *Haldani Daniæ Regis senis Duellum cum iuuene ob sponsam initum victoriosum & aliud eiusdem duellum memorabile, num. seq.*
91 *Duellum Italorum, & Gallorum tredecim ab vtraque parte concurrentium.*
92 *Metus debet esse iustus.*
93 *Gabellam fraudare quando liceat, & num. 94.*
95 *Decretum iudicis factum in alienatione rerum minoris, debet esse iustum.*
96 *Statutum non licere mulieri sine consensu contrahere, an causa debeat esse iusta.*
97 *Vt princeps subditos perangarios faciat debet esse iusta causa.*
98 *Promissa quando seruanda sint, & num. 99.*
100 *Iurans seruare laudum intelligitur de iusto.*
101 *Principis sæcularis lex quomodo obliget.*
102 *Edicta iniusta reuocanda.*
103 *Ergamenes Rex Aegyptius iniustam legem sustulit.*
104 *Minus iniquum eligendum.*
105 *Iudex tunc dicitur cum iustus.*
106 *Iudex iniustus inter bruta connumeratur.*
107 *Helias damnauit Achaz, quod contra ius calumniose accidi fecerat Naboth.*
108 *Principis præceptum notorie iniquum non est exsequendum.*
109 *Aegyptiorum lege cauebatur, vt iudices iurarent, ne quid iniuste agerent, etiam Rege imperante.*
110 *Philippus Macedo, cum dormiens Machetam condemnasset iniuste, cum ad eumdem Regem non dormitantem appellasset, iudicium Regium non peruertit, tamen Macheta litis æstimationem persoluit.*
111 *Iustæ leges, vt claudunt malis moribus, sic bonis aperiunt actionem.*

AXIO.

AXIOMA.

Iusta illa sint, ac iniquitatem minime continentia decernunto.

1 QVAE in leges† condenda requiruntur, hæc eadem & in edicto faciendo
necessaria erunt, de quibus in c. erit
autem lex, 4. distinct. vt censuit Bald.
in l. 1. C. commin. vel epistol. Iustam vero legem
esse oportere notatur in eodem loco, vt quæ iniquitatem,
& iniustitiam abhorreat, vt comprobat Sebastian. Napodan. in Proœmio Cōsuetud.
Neapolis, §. vt igitur, in verbo, supplantare. Ius
2 † enim non esset, si iustum non foret, c. ius, 1. distinct. Ioan. Andr. in cap. ea quę, de re iudic. Lex
3 † etenim minimè dicitur, quæ iusta non est, vt ait
Augustin. de libero arbitrio, lib. 1. & habetur in
c. forus, §. finali, de verbor. signific. & in cap. 1. 23.
quæst. 2. Prateius in Iuris prudentia veteri, de Legibus Solonis, l. 48. Portius in consil. 21. num. 21.
Cornel. Benincasius, de Constit. quæst. 8. num.
4 47. Et † ideo tam localis (vt est edictum) quam
generalis Lex, si non est iusta, etiam si ex certa
Principis scientia facta esset, censetur inualida.
Innoc. & alij, in c. 1. & in c. quia plerique, de immunit. Eccles. Cin. in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscript. Ludou. Roman. Felin. Iason.
Loazes, Marsil. & Pignolata, quos allegat Ferdinand. Vasq. Controuers. illustr. lib. 1. capit. 31. nu.
35. lib. 2. cap. 51. num. 41. Menoch. in consil. 350.
volum. 4. Anton. Sola in Decretis Sabaudiæ in
Proœm. Glossa a. num. 27. Constant. Rogerius de
iuris interpretat. §. 1. num. 13. & 16.

Ad Id optimè Salomon Prouerbior. cap. 8. inquit, Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Iusti, & pij Viri perpetuò
Deum propitium, atque auxiliatorem habent,
vt de Iosaphat legitur apud Flauium Iosephum
5 Antiquit. Iudaicarum lib. 8. cap. 9. Hinc † Aegyptij gloriantur, quod optimas leges instituerint
vt tradidit Diodorus Siculus lib. 2. Hesperus
Athlantis filius tanquam pietatis, & iustitiæ cul-
6 tor laudatur, & † Phileum, ac Priamum Reges
factos, Regnaq. ob iustitiæ cultum adeptos scribit idem Diodorus lib. 4. & lib. 5. Sic Saturnum,
7 & Iouem lib. 6. & in † Laconicis, Agesilaum vti
8 iustum laudat Plutarch. Apophtegmat. 2. † Patri
Abrahę Cælestium, & Terrenorum factam pro
9 missionem, & † multarum gentium constitutū
fuisse patrem ob Iustitiam, tradunt Sacræ litteræ
Genesis c. 15. testaturq. Marcus Mantua Dialog.
10 Histerolog. 45. Classe 2. † iustissimas tulisse leges
11 Vespasianū, & Iustitiā coluisse † Probus scripsit,
Eutropius rer. Romanar. lib. 9. & lib. 10. summis
12 effert laudibus † Autharim Longobardorum
Regem, quòd Iustitiam coluerit, Carolus Sigo-
13 nius de Regno Italiæ lib. 1. Hinc † de Regibus
Aegyptiorum Diodorus Siculus lib. 2. Mos erat
(inquit) Sacerdotum Principi, iuxta Aram, hostijs deductis, astante Rege, magna voce, Populo
audiente, valitudinem prosperam, omniaq. bona precari Regi in subditos iustitiam exercenti;
Inde etiā Nicoclem Cypri Regem, monet Isocrates Oratione 2. vt leges quærat prorsus iustas.
Iustitiam enim qui facit, Ciuitatē conseruat,
14 cum, † & ipsa Iustitia Ciuitatis sit Anima, vt ex
multis concludit Martin. Laudens. de Principibus, §. 57. Iusta itaque edicta constituenda fore, scribit Coriolanus Martiranus Episcopus
Sancti Marci in Phœnissa dum ait:

Non si nefanda, iniqua edicta perperam.

Rectè itaque ante eum admonerat Aurelius
Prudent. us in Amartigenia dum inquit:

Sed moneo iniustum fugias, iustumq. sequaris.

Et Cicero lib. 2. de Legibus ait: Ex quo intelligi par est, eos, qui perniciosa, & iniusta
populis iussa descripserint, cum contrafecerint, quam polliciti, professiq. sint, quiduis potius tulisse, quam leges. Res iustas coluisse nefarios etiam homines legimus; cuidam enim dicēti, Thraseam Neronis inimicum perperā in sua
15 causa iudicasse, respondit † Nero: Vtinam tam
me Thraseas diligat, quam iudex æquus, & rectus est, vt de illo dicit Plutarchus in Politica.
16 Et † Antigonus Rex, dum ei quidam adularetur dicens, Regibus omnia esse honesta, ac iusta,
respondit, per Iouem Regibus Barbarorum, sed
nobis sola honesta sunt honesta, & iusta sola iusta, vt scripsit idem Plutarch. in Apophtegmat.
17 Regum, & Imperat. 28. Optima † esse homini
priuato, & tum magis Principi, quæ iusta sunt,
inquit Agis nouissimus Lacedemoniorū Rex,
vt est author idem Plutarchus in Laconicis
Apophtegmate 7.
18 Moses † Principis officium constituens Deuteronom. cap. 1. inquit: Audite illos, & quod iustum est iudicate, siue ciuis sit illo, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum, ita paruum
audietis, vt magnum, nec accipietis cuiusquam
personam, quia Dei iudicium est. Et Deuteron.
cap. 16. Iudices, & Magistratus constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas, vt iudicent popu
19 lum iusto iudicio, nec † in alteram partem declinent. & Leuitici cap. 19. Nō facies quod iniquū
est, nec iniustè iudicabis, Et Ioannis cap. 7. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudi-
20 cium iudicate. Est † enim Princeps positus, vt iustitiam, ac iustum iudicium faciat, vt ex ibidem
allegatis inquit Afflict. in Rubr. de Pace tenēda,
& eius violat. num. 3. Principis est enim iustitiam
facere, & illam colere. Roland. à Valle in consil.
15. nu. 17 volum. 4. Inde Salomon Sapient. cap.
1. inquit, Diligite iustitiam, qui iudicatis terram,
21 qui † enim illam operatur exaltabitur Ecclesiast.
c. 20. Benedictio namque Domini super caput
iusti. Salomon Prouerb. cap. 10.
22 Consuetudo † etiam ipsa iusta, ac rationabilis
esse debet, vt multis comprobat Alexand. in cōsil. 80. colum. 3. volum. primo, cum alijs quos allegat Gaspar Caballin. Milleloq. 558. num. 1. &
alias qualitates ad consuetudinem requisitas deducit Roech. de Curte, in c. finali, de Cōsuetud.
& post eum Ioan. Maria Riminald. in cons. 443.
num. 13.

num.13.vol.3.Gerard.Mazzol.in conſil.118.nu.
52 volum.1. Proſper Paſethus in conſil.102.nu.
4.Roland.à Valle, in conſil.9. num.6. vol.... vbi
23 ait,† conſuetudinem contra ius gentium non va
lere;allegat Panorm.in d.c.finali,de Conſuetud.
24 Idcirco † non prodeſſe conſuetudinem in his,
quæ contra Iuſtitiam vſurpantur, ſcribit Lucas
de Penna,in l.litibus, colum.3. C. de Agricol.&
cenſ.lib.11.refert,& ſequitur Roland.à Valle,in
25 conſil.13.num.49.vol.3.Nec valere conſuetudi
nem iniuſtam, contra legem ſcriptam voluit ex
l.2.C.quæ ſit longa conſuetudo. Franciſc.Com.
Commentar.Iuris,lib.1.capit.10.num.9.vbi ele-
gãter hoc diſſeruit, & Iacob.Cuiacius. Feudor.
lib.2.in principio. Sed alta eſt hæc controuerſia,
quæ Principum declaratione indiget.
26 Statuta etiam † vbi duo adinuicem pugnant,
& ſunt contradictoria,licet attentari poſſit,atten
datur ne primum,vel nouiſſimum, arg. l. ſed &
poſteriores,ff.de legib. & quod habetur in l.ſi ti-
bi,in fine,ff.de reb.credit.& per Felin.in c.gratũ,
27 in principio,de offic.deleg. Tamen † attendi de-
bet potius,quod æquius,ac iuſtius eſt, Bald.in c.
cum olim,in princip.de Conſnetud. Alexand.in
conſil.50.volum.4. Hippolyt. de Marſil. in l.1.§.
ſi ſerui,num.29. ff. de quæſt. alter Hippolyt.Bo-
nacoſſ.in quæſtion.crimin.§.ſtatutum,colum.7.
verſ.ſtatutũ quod eſt iuſtius, & Tobias Nonius,
in conſil.9.num. 8. Quorum authoritate in hoc
Regno annotauit Ioan.de Arnono,in Commẽ-
28 tar 133.† quod non obſtante diſpoſitione c. Re-
29 gni, Ad hoc, & alterius c. Tormentis, quod † in
furto minimo locum non habet tortura, atten-
30 dẽdo id,quod iuſtins eſt. Data † inſuper ſtatuen-
di licentia,cenſetur conceſſa,vt faciat iuſta,& nõ
iniqua ſtatuta,Bald.in l.1.C.de Monopol.Matth.
de Afflict.in Deciſ.Neap.307.num.20.Quinim-
31 mo † ſtatuentes, & iniquorum ſtatutorum con-
ditores, tenentur ad damnorum omnium refe-
ctionem, S.Anton.Florentin.in Summa,in titu-
lo,de Rapina,§.12.& Luc.de Penna, in l.prouin
cialium,C.de erogat.milit.annonæ lib. 12. Quia
talia contra ius ſtatuta condere minimè poſſent.
Ludouic.Gomez.in §.ſed iſte, num.13.Inſtit.de
action. Roland.à Valle, in conſil. 86. num.10.
volum.1.
32 Princeps etiam dum † ſtatuta, aut priuilegia
confirmat,cenſetur confirmaſſe iuſta, nõ autem
iniqua, Bald.in l.1.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alieni
iur.Philipp.Decius,in conſil.71.in fine,reddit ra-
tionem Corn.in conſil.9.colum.2. vol.3. quem
ſequitur Card.Pariſius in conſil. 33. & in conſil.
106.volum. 3. quia ſtatutum ſine iuſta cauſa fa-
ctum,eſt inualidum, vt vt probat Chriſtophor.
33 de Caſtellion.in conſil.9.num. 10. Vnde † ſtatu-
tum, quod pro homicidio imponatur pœna pe-
cuniaria,non valet, Archidiac.in c.duo, 23.q.4.
Panorm. Felin. Decius Gemin. Roch. de Cur-
te, relati à Caballino in Milleloq. 430. ex
quo pęna non commenſuratur illi delicto, quia
inſuper potentibus, & diuitibus eſſet plana
via delinquendi, vt ſupradicti voluerunt. Et
quamquam Alberic. in ſecunda parte ſtatu-
torum, quæſt.122. teunerit Contrarium, quod
ſtatutum valeat,quem ſequitur Cardinal.Paleo-
tus in tractatu de Nothis, & ſpurijs,cap.54.num.
11.Supradictam tamen primam opinionẽ, quod
non valeat dicit veriorem,& communem Clau-
Battandier in Regul.crim.87.Bonacoſſ.in Quæ-
ſtionibus Criminalibus,§.Homicidium,colum.
fin.& ſeruari ſolitam in vſu practico,poſt Ioan.de
Anania, Aymon. Publicium, Ioannem Igneum,
& Sebaſtianum Sapiam,concludit Iulius Clarus
in Pract.§.Homicidium,num.17. Roland.à Val-
le,in conſil.98.num.26.vol. 1. & in conſ. 111.nu.
39.vol.2.quæ tamen procedere debent in homi-
cidio doloſo,vt per Laurentium Chirchouium,
concluſ.63.Centuria 4.
Sententia etiam omnis, licet præſumatur ha-
bere paratam (vt dicunt) ac promptam exequu-
tionem,vt voluit Innocent.in c. 1. de confirmat.
vtil.vel inutil. & alij, quos refert Ioſephus Cu-
34 mia,in Ritibus Siciliæ,cap.7.num.20.† Non ta-
men exequenda eſt, vbi apparet notorie iniqua,
& iniuſta, Philipp.Franc.in Rubr.de Appell. col.
3.Hippolyt.de Marſil.in Pract.crimin §.ordine,
num.15.Curt.iunior,in conſil.124.num.14.Car
din.Pariſius,in conſil.51.num.49.vol.4. & Ioan.
Cephal.in conſil.241.num.47. vol.2. quinimmò
35 † eadem iniqua, atque iniuſta ſententia, ſi quis
vtitur,mortifero peccato irretitur, vt cẽſuit Di-
dac.Couar.in Epitome, de ſponſ.cap.finali, §.vl-
timo,nu.19.ſequitur Emanuel Suarez, Recept.
Sentent.§.ſententia,num. 34. Sicuti enim nulli-
36 tas reddit ſentẽtiam inualidam, ſic † & iniuſtitia,
ac iniquitas,quæ, & ipſæ nullitati æquiparantur,
vt poſt multos voluit Ioan.Cephal. in conſil. 77.
37 num.66.vol.1.† Decretum etiam iudicis, iniqui-
tatem,& iniuſtitiam continens, inualidum eſt,
Roland.à Valle,in conſil.7.num.68.vol.3.
38 Eadem ratione,† ſtatutum permittens ſpuriũ
ſuccedere, inualidum eſt, vt poſt Hoſtienſ. Batt.
Decium, & Rochũ de Curte, voluit Caballin.
Milleloq.767.In qua ſpecie Contrarium cenſuit
Cardinalis Palçotus, d.tract. de Nothis, & Spu-
rijs,cap.54.per totum,vbi ſuam hanc opinionem
multis argumentis tuetur. Sed contra Cardina-
lem Palçotum laborat Communis Doctorum
ſententia,& vltra ſupra allegatos,tenuit Federic.
de Senis,in conſil.225.Caſus,& in conſ. 277. Fa-
ctum.Decius,in c.In pręſentia,col.17.de probat.
poſt Caſtrenſ. Petr. de Ancharano, & Alexand.
Auguſt.Berous in conſil.164.num.10. vol.2.Di-
lect.Durant. de Arte teſtandi, titulo 1. Cautela
14.num.1. Henric. Botęus de Synodo, parte 3.
artic.1.n.33.Io.Baptiſt.Villalob. Opin. Cõmun.
§.ſpurij,nu.96. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.
127.num.9.Hieronym.Gabrielium,in conſ.140.
num.25. vol. 1. & referens Palçotum, ab hac ta-
men opinione minime eſſe recedendum ſcribit
Franciſc.Viuius,in Com.Opin.§.ſtatutum, Lu-
douic.Roman.in conſil.102.ſub num.2.alios in-
ducens.Idem Boer. in Conſuetudin. Biturig.tit.
Des coſtumes concernans teſtam. §. 7. colum. 2.
verſ.ſed an valeat, & Petr. Rebuff.ad Conſtitut.
Galliæ,tomo 2. titulo de litter. natural. articulo
33.Gloſſ.1.num.6.
Illuſtriſſimi Cardinalis Palæoti argumenta
facili-

faciliter euacuantur,quia ptimum dum facietil-
lationem à Legitima,quæ minuitur per ſtatutũ,
& quandoque in totum tollitur., eodem modo
poteſt per ſtatutum auferri hęreditas ſuccedenti
bus,& dari ſpurijs. Reſpondeo,quod etſi nonnul
39 li teneant tolli † in totũ poſſe Legitimam à Sta-
tuto,vt cenſuit Paul.de Caſtro,in Authent. No-
uiſſima,C.de inoffic.teſtam. & poſt Dinum, Ci-
num,Bart.Bald.Angel.Oldrad.Alex.Corneum,
Roman.Ioan.Andr.Abb. Panorm. Anan. Lap.
Decium, & alios, voluit Ferdin. Vaſq. de ſuc-
ceſſ.creat.tomo 1.lib.2.§. 20. parte 2. Requiſito,
42.num. 296. Albert. Brun. Stantibus maſculis,
articulo 6.q.1.Portius in conſil.163.num.11.Sil-
ueſter Aldobrandinus,in conſil.2.num.82. vol.
primo.M.Anton.Natta,in conſil.210. volum.1.
Hieronym. Gabriel. in conſil.11.num.1.vol.1.
Tiber.Decian.in conſil.54.num.1.lib.1.Thomas
Grammat.in Deciſ.101.num.61.Cappell. Tolo-
ſana,in Deciſ.438.Nicol.Boer. in Deciſ. 188.nu.
6.Barthol.de Caſſan.in Conſuetud. Burgundiæ,
tit.*des ſucceſſi ns*.§.2.gloſ. 4. Ioachim Mynſinger.
Obſeruat.41.Centur.5.Fabius Turret.in conſil.
31.num.32.vol.1.
40 Tolli tamẽ non poſſe cenſuere quamplurimi,
quos in principio allegauimus,& illis adde Bald.
in l.cunctos populos,num.12. vbi Aretin. nu.15.
Ioan.Baptiſt.Caccialupus,num.170.C. de Sum-
ma Trinit. Aretin. in l. teſtamenti factio, ff. de
teſtament.Iaſon in l.ait prætor, in princip.nu.12.
ff.de iureiur. Idem Bald.,in l.eam quam,colum.
12.C.de fideicomm. Nicol.Boer.in Conſuetud.
Biturig.tit. *Des coſtumes concernans teſtam.* §. 7.
gloſ.1.Gulielm.Benedict.in c.Rainutius, in prin-
cip.num.39.de teſtament.Ioan. Neuizan.in cõſ.
34.num.1. Didacus Couar. in Epit. de ſponſalib.
§.1.num.6.Petr.Duenn.Regula 366.Ampliat.1.
Matth.Gribald.in Commun.Opin.§.ſpurius, in
fine.Emanuel Suarez in Theſauro recept. ſent.
§.ſpurius,num.169.Cardinal. Albanus,in Auth.
Ex cõplexu, C.de inceſtis nupt.Roland.à Valle,
in conſil.3.num.37.volum.2.Michael Craſſus in
Com.Opin.lib.1.capit.4.tit.4.& lib.2.c.15.quæſt.
14.alijq.nonnulli quos omitto. Et iſta opinio poſ
ſet magis ſuſtentari in iure.
41 Primò,quia Legitima ſi debetur iure naturæ,l.
cum ratio,ff. de bonis damnator.l.ſcripto,ff.Vn-
de liberi,& §.primum, in Authent. de hæred. &
Falcidia, & cum alijs quæ diximus in conſil....
42 num....Centuria 1.quæ † autem Iure Naturę de
bentur,illa aut tolli, aut mutari minimè poſſunt,
vt latè diximus hoc eodem lib.2.cap.1.& idcirco
per ſtatutũ tolli,aut minui nequeũt. Si igitur Le-
gitima ſecundum hanc opinionem tolli non po-
43 teſt, & tamen † pars eſt hęreditatis §. 1.in Auth.
de triente ſemiſſe, quanto magis ſtatutũ præfatũ
quo ad totam ſucceſſionem hoc permittere non
poteſt, vt ſpurijs deferatur.
44 Quinimmò,etiam † ſi mediam opinionem te
neamus,qua nec in totum tolli poſſe per ſtatutũ,
cenſuere legitimam,inter quos eſt Bartol.in l.Ti
tio centum,§.Titio genero, ff. de condit. & de-
monſtr. Rota in nouis,in Deciſ.1.de Conſuetud.
Mynſinger.& Caſſanæus, in locis allegatis, Nat-
ta in conſil.308.vol.2.& poſt alios multos allega-
tos voluit Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.in loco ſupra
allegato,num. 296. Adhuc etiam reſpondemus,
minimè concludere, cum Legitima tamquam
pars ſucceſſionis, negari nequęat ab omnibus eſ-
ſe Iuris Naturalis, vt diximus, & idcirco ſtatutũ
eſſet contra Ius Naturale, & inualidum, ſi tolle-
45 ret, aut minueret Legitimam. Et † quamquam
aliqui velint quantitatem Legitimæ eſſe Iuris
Ciuilis inuentum: ego vt verum fatear, non poſ-
ſum ex hoc non riſum effundere, quia, & in cõſ.
49.n.65.Cent.1. hoc idem ego dixi, nõ & tamen
facit ad rem; quia eſt Legitimæ taxatio inuẽtũ
Iuris Ciuilis, ergo poteſt per ſtatutum minui, nõ
eſt probabilis hæc conſequentia, ſed continet fal
laciã, uam ſi minuatur quantitas p ſtatutũ, non-
ne: & illa quantitas diminuit inuentum Iuris Na
turalis? nõne per indirectũ minuitur Legitima?
cum præſertim ſtatutum hoc ſi inuitaret ſpurios
ad ſuccedendum, repugnet Iuri Naturali primę-
46 uo, cum † maris, & feminæ cõiunctio, ac prima
matrimonij inſtitutio, in ſpuriorum, & nefarię
coniunctionis odium inſtitutum fuerit, vt latiſ-
ſime vltra alios differui de Regis Catholici Prę-
47 ſtantia, cap.16. Quod & tenuit † ſpurios Iuri Na-
turali odioſos, poſt Richardum Malumbram, &
Bartol. idem Cardin. Palçot. in d.tract. de Noth.
& Spur.c.1.† Inſtituto namque matrimonio, ſta
tim ſpurij cępere odio haberi, & a iuſtis filijs eſſe
ſecluſi, vt ipſemet Palæotus teſtatur in eodem
tractatu, cap.2.num.6. At conſiderandum etiam
videtur in illo argumenti genere, quod etſi per-
mitteretur ſtatutum poſſe legitimam tollere, vel
minuere, illa pars ſublata eo caſu legitimis ſuc-
ceſſoribus applicatur, non extraneis, vel perſonis
turpibus, datur illis, qui forte ſunt de ſuis, argum.
l.in ſuis, ff.de ſuis, & legitim. vel forte agnatis, vel
cognatis; ſed in caſu propoſito eſt aduerſum,
quia admitteretur ſpurius in pręiudicium eorũ
qui de iure ad ſucceſſionem admitterentur. In
uitarentur præterea homines ad odium matri-
moniorum, ad tenendas concubinas, & pellices
amplectendas, & ſpurios ſuſcipiendos, matrimo
nijq. ſtatus maculis aſperſus, ad nihilum deduce-
retur; vnde vltra ſupra allegatos Doctores recte
etiam Bal.in l. 1. Oppoſ.4.C.de his quæ pęnę no-
45 mine, dixit, † non poſſe ſtatutum facere ſpurios
ſucceſſibiles, quia eſſet contra Ius Diuinum, &
contra bonos mores; quem ſequitur Gulielmus
Benedictus in c.Rainutius, in verbo, Rainutius,
num. 38. de teſtament. & aliud agens tenet Ro-
land.à Valle, in conſil.92.num.5. vol. 1. Conclu-
dendum itaque cenſeo, ab his ſtatutis abſtinen-
dum fore, ex ſupradictis, & alijs, quæ ſcribit La-
ctantius Firmianus, Diuinarum Inſtitutionem
cap.3.dicens. Libido extra legitimum torum nõ
euagetur, ſed creandis liberis ſeruiat, † appetẽtia
enim nimia voluptatis, & periculum parit, & in-
famiam generat, & (quod eſt maxime cauen-
dum) mortem acquirit ęternam: Nihil eſt enim
tam inuiſum Deo, quam mẽs inceſta, & animus
impurus. Hęc Lactantius. Et cum eo, huic quæ-
ſtioni pro ea temporis anguſtia, qua nũc teneor,
finem imponam.

Pro-

Prosequendo Axiomatis propositi terminos,
quod edicta ab iniquitate, & iniustitia aliena esse
51 debeãt, occurrit illud, quod aduersus † Voconiã
legem scribit Augustinus de Ciuitate Dei lib. 3.
c. 21. & lib. 4. cap. 4. Nam tunc (inquit) lata est illa
lex Voconia, ne quis hęredem feminam faceret,
nec vnicam filiam, qua lege quid iniquius dici,
aut cogitari possit, ignoro. De qua Liuius lib. 4.
& post Ciceron. in Verrem Actione 3. Dio lib.
56. & Aulus Gellius Noctium Atticarum lib. 1.
cap. 21. lib. 17. cap. 5. Alexander ab Alexand. Dierum
Genialium lib. 5. cap. 15. & post Aymarum
Riuallium, Zasium, Charondam, Hotomanum,
ac Manutium dixi in consil. 22. num. 30. Centuria
prima.
52 Statutum † quod credatur Hebræorum Scripturis
contra Christianos, tamquam iniustum,
atque iniquum, non valere, post Alexandr. &
Franc isc. Purpuratum, voluit Aymo Crauetta,
de antiquit. tempor. versic. Viso de verbis, num.
28. & sequenti.
53 Causæ † etiam continentia diuidi nequit, l.
nulli prorsus, C. de Iudic. Afflict. in Decis. Neap.
354. num. 4. solum modo ex causis iustis diuidi-
54 tur, nõ ex iniustis † post alios Marian. Socin. Nepos,
in consil. 136. num. 6. volum. 2. quem sequitur
Menoch. de arbitr. iudic. quæst. lib. 2. Centur.
4. Casu 371. num. 26. ad materiam Felin. in c. fin.
de iudic. Capic. in Decis. Neap. 122. num. 4. & 5.
Bernardinus Alfanus in Collectaneo Iuris Ciuillis.
230.
55 Summus † præterea Pontifex, Vices Dei dicitur
gerere in terra, Abb. Panorm. in c. per venera-
56 bilem, num. 4. extra Qui fil. sint legit. † habetq. in
Ecclesia potestatis plenitudinem, D. Thomas,
in tract. contra errores Græcorum, c. 68. & hinc
57 † apud ipsum libera potestas est disponendi de
beneficijs, cap. 2. de præbend. in 6. Clement. 1. Vt
lite pendente. Ioan. Staphil. de litter. grat. titulo,
de Gratijs, & expectatiuis, §. quia omnis, num. 5.
6. & 7. Hieronym. Paulus de Pension. Ecclesi. cap.
4. num. 1. & 4. Aeneas de Falconib. in tract. reseruat.
Prælud 2. num. 2. Alfonsus Aluarez in Speculo
Roman. Pontific. cap. 7. & cap. 13. versic.
58 Oportet etiam; Et † Claue non errante omnia
potest, quæ potest ipse Deus Panorm. in c. proposuit,
num. 12. de concess. præbendar. Et ita omnia
59 potest, vt nemo † illi dicere possit: cur ita facis,
Speculat. in titulo, de legat. §. nunc ostẽdendum,
vers. 24. Panorm. in c. fin. num. 12. de confirmat.
vtil. vel inutil. Augustin. Berous in consil. 88. nu.
21. vol. 1. Marian. Nepos in consil. 140. num. 4.
vol. 2. Ioan. de Capistrano, in tract. de Papæ, Concil.
siue Eccles. author. parte 3. secundæ partis, §.
60 sed ad clariorem. † Intelligitur tamen id procedere,
si iustis causis id faciat, cap. Quodcumque,
24. q. 1. cap. Si quis non in recto iudicio, 24.
quæst. 3. Glossa in c. Relatum, de Præbend. Ioan.
de Selua, in tract. de Benef. par. 2. quæst. 1. col. 5.
versic. Item concessio, Alfonsus Aluarez in dicto
Speculo, Roman. Pontific. cap. 13. Ioan. Paulus
Lancelott. Instit. Canonic. lib. 2. titulo de Di-
61 uort. §. sed & si inter. Debet † enim disponere tã-
quam bonus paterfamilias cum iudicio discretionis,
vt voluit post Panorm. Ioan. Baptist. Ferrett.
in consil. 279. num. 6. vol. 2. Hinc statuere nõ
potest, quod hæreticus de heresi non puniatur,
quia sequeretur inde Ecclesiæ, & totius Christianitatis
iniqua, & iniusta periclitatio, vt inquit Ludouic.
Carrer. in Pract. crimin. titulo, de Heres.
num. 100. Hippolyt. Bonacoss. in quæst. crimin. §.
62 Hæresis, quia † Principes dispensare non soleat
absque iusta causa, vt scribit Ferdinand. Vasq.
Controuers. illustr. lib. 1. cap. 41. nu. 28. Et dispensatio
quælibet etiã generalis, interpretatur, quod
iniquum quid minimè contineat. Iacobus Philipp.
Portius, in consil. 3. num. 32.
63 Testatoris † voluntas pro lege seruanda est, §.
disponat, Authent. de Nupt. Illud tamen intelli-
64 gitur, dum † tamen illa iusta sit, nec dispositioni
iuris contradicat, l. nemo potest, vbi Doct. & Iason,
num. 2. ff. de legat. 1. Idem Iason in l. filiusfamilias,
§. Diui, num. 12. in secunda lectura, ff. eod.
tit. Guido Papa, in decis. 515. Iulius Clarus in §.
testamentum, q. 61. & Portius Imolens. in consil.
163. num. 12.
65 Nominatio † etiam licet constituat quem in
quasi possessione filiationis, vt concludit Bartol.
in l. 2. §. 1. ff. de liber. agnosc. cum relatis ab Augustino
Beroo, in consil. 161. num. 5. & 21. volum. 2.
voluit Marian. Nepos in consil. 8. num. 8. volum.
3. Card. Paris. in consil. 13. vol. 2. Portius, in cons.
39. num. 17. Marc. Anton. Natta. in consil. 473.
num. 14. vol. 2. alios copiosè allegans Francisc.
Bursat. in consil. 17. num. 1. vol 1. Hieronymus
Gabriel. in cons. 25. num. 3. vol. 1. Simon de Pretis
in consil. 134. num. 11. in consil. 136. num. 14.
66 vol. 1. Id tamen † sibi locum vendicabit in filiatione
iusta, nempe legitima, & naturali, Angel.
in consil. 191. & Iason in consil. 102. col. 2. in fine,
volum. 4. Gerard. Mazzol. in consil. 89. num. 27.
& seq. volum. 1.
67 In bello † iusto, militibus licitum est prædari,
secus autem in bello iniusto, vt concludit Alfonsus
Aluarez in Specul. Roman. Pontific. cap. 47.
per totum. Dominic. de Soto, de iustitia & iure,
lib. 5. q. 3. artic. 5. col. 2. & ante eos Roderic. Sanctius
Episcopus Zamorens. de Origine Principatus,
parte 1. vers. Tertio acquisita, & dixi de Regis
Catholici pręstantia, c. 47. vbi egi, an, & quãdo
capta in bello fiant capientium. Sed contrarium
in indiuiduo tenuit Ferdinand. Vasquius,
Controuers. illustr. lib. 1. cap. 9. num. 20. & cap. 10.
68 num. 2. vbi tenuit † quod etiam capta in bello
iniusto, sint capientium. Primam tamen opinionem
ego amplectetur, tamquam veriorem, &
pro anima tutiorem.
69 Bella † autem, non sine magna, & pręuia considetatione
fieri debent. Nam Cicero Officior.
lib. 1. inquit, Bella, non nisi iustis de causis suscipiantur,
ne inferantur, nisi rebus repetitis, nisi solemniter
denunciata, ne sęuiatur supra modum
in victos. Hinc Plutarchus in Vita Annibalis dicit,
sapientes viros, & optimos rerum publicarũ
gubernatores, finem magis in rebus humanis,
quam initium spectare, & priusquam ad arma,
bellaque prorumpant, experiri omnia consilio
70 decet. Vnde † Octauianus Augustus dicebat

Iactantis

Iactantis ingenij, & sæuissimi esse, ardore triumphandi in discrimen per incertos euentus certaminum, securitatem Ciuium præcipitare, neque Imperatoribus bono quidquam minus, quam temeritatem congruere, vt testatur Sextus Aurelius Victor, in Augusto, & Eutropius rerum Ro-
71 man. lib. 7. Vnde Thebani, & Lacedæmonij, dũ inter se bellum gerere vellent, ab vtrisque per legatos, vt opem ferrent Atheniensibus requisitis, responderunt, Neutri ipsorum auxilia fore præstanda, vt dicit Aristides in Oratione Leuctrica 5. tomo 2. & assignans rationes, omissis alijs, in-
72 quit: † E bellis omnia nascuntur, rerum publicarum euersiones, contentiones, clades omnis generis, nec opinatæ, quas nos, si q quã alij, satis experti cum simus, merito nobis caueamus. Hinc Marius Salomonius de Principatu, lib. 4. inquit: Nihil Principi magis in votis esse debet, quam vt suos incolumes, & florentes videat, in bello autẽ, subiectos periculis obijcere cogitur, & vna sæpe hora tot orphanos, tot viduas, & tot orbos senes, tot mẽdicos, tot infelices reddit. Præclarè itaque Tucydides de Bello Peloponesiaco lib. 1. in Concione Atheniensium inquit, quam temerarij, & repentini sint belli casus, prius quam ingrediami ni considerate, solet enim eius mora diuturnior in diuersam plerumque fortunam abire. Et paulo post in Concione 3. Corinthiorum inquit, Bellum enim minimè certum, aut præscriptum aliquid habet, sed ipsum per se multum machina
73 tur pro re nata. Non enim † omnes bellorũ successus, omnibus sunt noti, cum ex tẽpore diuersi plerumque exitus fiant; Idcirco Homerus in Illiade ait:

Inhumanus, impius, & ferus est ille,
Qui bellum cupit in populo detestabile.

74 Nam, vt ait Aratus in Hyporchematis, † Dulce bellum inexpertis, expertis vero accedens ei animo vehementer horret. Quæ autem, nisi à Deo potest belli finis præuideri? Cum apud homines ambiguus, atque incertus habeatur. Vnde Virgilius Aeneidos lib. 10. inquit.

Hic Magnus sedet Aeneas, secumq. volutat.
Euentus belli varios.

Et Ouidius lib. Metamorphoseos 7.

Et pendebat adhuc belli fortuna, diuq.
Inter vtrumque volat, dubus victoria pennis.

Et idem Ouidius lib. 1. de Arte amandi, inquit

Mars dubius, nec certa Venus, victiq. resurgunt,
Quosque neges vnquam posse iacere, cadunt.

Et Annæus Seneca in Thebaide

Nunc belli mala
Trabone, dubias Martis incerti vices,
Licet omne tecum Regis robur trahas,
Licet arma longe, miles ac late explicet,
Fortuna belli semper ancipiti in loco est.

75 Quæ † autem non diligenter prospicienda erũt, antequam quis ad bellum prosiliat? in quo tam magna nasci incommoda conspicimus, de quibus Augustinus de Ciuitate Dei, lib. 1. cap. 5. Commemorare (inquit) non permittit, Rapi virgines, pueros, diuelli liberos à parentum complexu, matres familiarum pati quæ victoribus collibuisset, Fana, atque domos spoliari, cædem, & incendia fieri, postremo armis, cadaueribus, cruore, atque luctu omnia repleri. Et idem Augustlib. 3. cap. 18. inquit: Iam vero Punicis bellis, cum inter vtrumque imperium, victoria diu anceps, atque incerta penderet, populiq. duo præualidi impetus in alterutrum fortissimos, & opulentissimos agerent. Quot munitiora Regna contrita sunt? quæ vrbes amplæ, nobilesq. deletæ? quot afflictæ? quot perditæ Ciuitates, quam longè lateq. tot regiones, terreq. vastatæ sunt? quoties victi hinc, atque inde victores? Quid hominum consumptum est, vel pugnantium militum vel ab armis vacantium populorum? Quanta vis nauium marinis etiam prælijs oppressa? Et diuersarum tempestatũ varietate submersa est?
76 Hinc † auaritiæ, opumq. causa bella geri conqueritur Lucanus Bellorum Ciuilium lib. 1.

Hinc vsura vorax, auidumq. in fœnore tempus,
Et concussa fides, & multis vtile bellum.

Et Tibullus lib. 1. Elegia 10. pulchrè inquit,

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?
Quam ferus, & vere ferreus ille fuit?
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via est.
An nihil ille miser meruit, ad nos mala nostra
Vertimus, in sæuas quod dedit ille feras.
Vitium, hoc vitium est auri, nec bella fuerunt
Faginus astabat cum cyphus ante dapes.
Non Arces, non vallus erat, somnumq. petebat,
Securus varias Dux gregis inter oues.

Hinc Iouinianus Pontanus Belli Neapolitani lib. 1. inquit, qui dominari in bello fortunam dicunt, non temere illi quidem mihi, & sentire videntur, & dicere, propter ea, quæ repente accidunt, quæ nunquam satis percipi possunt, lon-
77 gissimo † rerum vsu. qui humanarum actionũ optimus, ac sapientissimus magister est, animaduersum est a me non semel, etiam læuissimum casum ex victo victorem, ex victore victum exercitum reddidisse. Hæc Pontanus. Nec enim læuiter bella conferenda sunt, illieoq. minimis etiam ex causis ad illud animum, viresq. diuertere,
78 † nam & Haraldum Daniæ Regem, in Sueciam, & è contra, maximos bellorum tumultus, sola vana, & inani verborum relatione, excitauit, vt testatur Albertus Crantius In Dania, lib. 2. cap. 2. Hinc non satis grauium causarum principia fuisse discordiarum, & bellorum inter Florentinos, scribit Ioannes Michael Brutus Histor. Florentinæ lib. 1. Rectius facient, si non pro quauis causa bellum suscipiatur, dicente Nicolao Biesio, de Republica lib. 4. Non igitur propter quamuis vtilitatem sed vt nostræ Reipublicæ dignitatem tueamur, & insignia finitimorum vitia tollamus, iure bellum à nobis suscipi potest; & hinc est, quod aduersus hostes fidei Christianæ, modo spes victoriæ sit, fuerit semper laudatum. Sed Hieronymus aduersus Iouinianũ lib. 2. conqueritur, quod bella non satis iusta causa fiant, dũ ait: Diogenes, Tyrannos, & subuersiones vrbiũ, bellaq. vel hostilia, vel similia, non pro simplici victu olerum, pomorumq. sed pro carnibus, & epularum delitijs asserit excitari.
79 Quæ † autem concurrere debeãt, vt sit iustum bellum,

bellum? Dinus Thomas de Aquino in ſecunda
ſecundæ, quæſt. 40. dicit exigi tria, Authoritatem
Principis; cauſam iuſtam; & rectam intentionẽ.
Quem refert, & ſequitur Syluester de Prierio, in
Summa, §. Bellum, il primo q. 1. Alia eſt opinio,
80 illud † dici iuſtum bellum, quod à Summo Pon
tifice decernitur, vt ſcripſit Felin. in cap. petitio,
extra, de homicidio. Alia vero opinio traditur,
quod ſit notoriè pro ſtatu Eccleſiæ, vel pro fide
Catholica, quod exerceatur per laicos, vel per
Clericos in ſubſidium, & quod decernatur per
Papam cum Concilio Cardinalium, cũ quibuſ-
dam conditionibus, & modis traditis per Cardi-
nal. & Ioan. de Anania, quos refert, & ſequitur
Simon Maiolus de irregul. lib. 5. cap. 49. num. 7.
81 Alia autem opinio, quod † vt bellum poſſit iuſtũ
appellari quinque requirãtur, Perſona, Res, Cau-
ſa, Animus, & Authoritas. Perſona, vt ſit ſæcula-
ris, non Eccleſiaſtica, c. Clerici, 23. quæſt. 8. Niſi
in neceſſitate ineuitabili. Clemẽt. 1. de homicid.
Res, vt fiat pro rebus repetendis, & pro patrię de-
fenſione, c. 1. 23. q. 3. Innocent. in cap. Dilectus, de
teſtit. ſpoliat. Cauſa, vt propter neceſſitatem pu-
gnetur, quod per pugnam pax acquiratur, c. No-
li, 23. quæſt. 1. Animus, vt nõ fiat propter odium,
vel inſatiabilem cupiditatem, ſed propter charita
tem, Iuſtitiam, & obedientiam, vt viuatur in ſecu
ritate abſque perturbatione, c. quid culpatur, 23.
quæſt. 1. Bald. in conſ. 439. vol. 5. Authoritas, quia
ſine ſuperioris authoritate bellum nõ mouetur,
l. hoſtes, ff. de captiuis & poſtlim. reuerſ. Bald. in d.
conſil. 439. Sebaſtian. Medic. de Caſib. fortuit.
lib. 2. q. 1. num 51. Lancelott. Conrad. in templo
omn. iudic. lib. 1. §. 3. cap. 1. in verbo, Bellum. Et
85 † quãdo ab vtraque parte bellum dicatur iuſtum
& alia multa, ſcribit Ferdinan. Vaſq. de ſucceſſ.
orig. lib. 1. §. 1. num. 43. & ſeq. lib. 2. §. 17. num. 13.
Requiſito 22. tomo 1. Dominic. de Soto, de iuſt.
& iure, lib. 5. quæſt. 1. artic. 7. Nicol Bieſi. de Re-
publ. lib. 4. Franciſc. Hotoman. in diſputatione
Feudiſtica, in præfat. col. 1. & latius ego dixi de
Regis Catholici præſtantia, cap. 32. & cap. 67. in
quibus amplè hanc materiam agitaui.
83 Nequaquam † etiam fortitudo laudabilis eſt,
ſine iuſtitia, §. 1. in Authent. Vt omnes obed. iu-
dici prouinc. ſicuti etiam dicitur, Fruſtra eſſe ar-
ma foris, niſi ſit conſilium domi, vnde pro-
pertius.

Frangit, & attollit vires in milite cauſa,
Quæ niſi iuſta ſubeſt, excutit arma pudor.

84 In duello † itaque & ſingulari certamine ſuã
quiſque põderare iuſtitiam debet, priuſquam ad
Duellum proſiliat, vt iuſtè prouocatus, non vltro
veniat. Andr. de Iſern. in cap. 1. §. ſi quis hominẽ,
quo tempore mil. Bald. in l. 1. C. de ędil. action.
Paris de re militari, lib. 1. cap. 3. Andr. Alciat. de
ſingular. certam. cap. 7. Lancelott. Conrad. de
85 Duello, parte 1. concluſ. 6. Hinc † Duellorum
iniuſti ſuſceptores, malo plerumque exitu, vel
86 infamiæ nota, vel diſcrimine vitę affecti, Et † in
ſpecie optimum ex vtraque parte finem habuit
Duellum Caroli Valeſij Comitis, ac poſt modũ
Neapolitani Regis cum Petro Aragoniæ Rege,
qui cum conueniſſent, vt ad ſingulare certamen
cum centum equitibus pro vtraque parte, deſcẽ-
derent, Electa Burdegalenſi Ciuitate in Aquita-
nia, quo loci Carolus à mane vſque ad ſolis occa
ſum ſtetiſſet, & Petrus non comparuiſſet, diſce-
dens, Petrus comparuit, facto in campo rei teſti-
monio, abiens ex Martini IIII. iudicio, Petro vi-
cto, fuit Carolo Regnum aſſignatum, vt eſt au-
thor Michael Ritius Hiſtor. Neapolitanæ lib. 3.
& S. Antoninus Florentin. parte 3. titulo 20. cap.
4. §. 8. Pandolfus Collenucius Hiſtor. Neapolita-
næ lib. 5. Quamquã, id duellum à Rege Anglię,
vtriuſque illorum affine, adiuuante Pontifice
fuiſſe diręptum, narret Baptiſta Platina in Mar-
tino IV. Quinimmò Petrum tota die per campũ
excurriſſe, & Carolum poſt ſolis occaſum veniſ-
ſe cum Petrus diſceſſiſſet, cum teſtium, & inſtru-
mentorum diplomate in Caroli contumaciam
obtentorum, ſcripſerit Lucius Marineus Hiſtor.
Hiſpanicæ, lib. 11. cap. 12. cuius etiam opinionis
eſt Thomas Fazellus Hiſtor. Siculæ Decade 2.
87 lib. 9. † Falſo etiam de adulterio dum eſſet impu
tata Gundeberga Rhodoaldi Longobardorum
Regis vxor, & ob id triennio detenta in arcto
Monaſterio, ſeruus eius Carellus nomine, dum
pro cõteſtatione caſtitatis Reginæ ſingulare cer
tamen inijſſet, & dum criminatorem populo a-
ſtante ſuperaſſet, & poſt factum Regina ad priſti-
nam dignitatem redijt, vt narrat Paulus Diaco-
nus de Geſtis Longobardorum, lib. 4. cap. 16. in
fine. Hanc autem Gundebergam Arioaldi Re-
gis Longobardorũ fuiſſe vxorem, & Adaulſum
fuiſſe criminis delatorem & Pittum occiſorem
temere accuſantis, quem Paulus Carellum vo-
cat, exactè narrat Carolus Sigonius de Regno
Italiæ, lib. 2. & deſcribit etiam Bernardus Saccus
Hiſtorię Ticinenſis lib. 9. cap. 9. Sicuti etiam per-
peſſus eſt Conſtantinus Armenus, dum cum Eu-
ſtratio Macedone venit in certamen, ob maledi-
cta in Imperatorem congeſta, de quibus pulchrè
Nicetas Choniata, Annalium Conſtantinopoli
88 tanor. in Ioanne Comneno, lib. 1. Sic in † duello
inter Hũdingum Saxonię, & Roe Daniæ Reges,
& altero inter Atislum Succiæ, & Frouuinum
Iutię Reges, de quibus ex Crantio Hotoman. in
diſput. Feudiſtica, cap. 45. vbi alia exempla tradi-
dit, quæ ex profeſſo omitto; Sic Toſto fortunæ
humilioris homo, audax tamen, qui temerario
auſu Regem prouocat, ac ab illo conditione ac-
cepta, occiſus occubuit, vt dicit Crantius in Sa-
xonia, lib. 1. cap. 3. Sic memorabile illud eſt inter
89 Haldanum † Daniæ, & Noruegiæ Regem, qui
pro ducenda coniuge, iam ſenex cum Grimmo
iuuene ad Duellum ingreſſus, iuuenem proſtra-
90 uit. Crantius in Damia, lib. 2. c. 3. † Sed celebrius
eſt eiuſdem Haldani, qui ęgre ferens Vnguinum
Gothorum Regem deſpondiſſe filiam in matri-
monium Ebboni cuidam viro plebeio, Pyratarũ
principi, latrocinijs, inſigni, indignitatem hanc,
quod minis procuraſſet homo plebeius cum Re
gio ſanguine, clam itineri accinctus, veſte Regia
abiecta, ac ſũpta ruſtica, corã Rege patre puellę,
& viro deſignato conſtitutus, Ebbonem ad ſin-
gulare certamen prouocauit, qui licet eo onere

multis se causis excusare procurasset, nim maxime, quod cum nox esset, die pugnaturum se diceret, ac ille respondisset, satis eis esse sub lustris Lunæ, speculo luminis esse ad pugnam, ad quam procedentes extemplo Haldani armis Ebbo victus occubuit, nuptiasq; vertit in funus, vt dicit idem Cranzius in Dania, libro secundo, cap. quarto. Multa etiam alia possem grauia singularium certaminum exempla afferre, sed illud pro com-
91 plemento sufficiet, † Tredecim Gallorum virorum cum Tredecim Italis Duellum gestum in Apulia factum inter Barolum, & Andriam, quo Galli succubuere, vt scribit Paulus Iouius de Cõsaluo Fedinando, libro secundo, Francisc. Guicciardin. Histor. libro quinto, licet aliter scripserit Arnoldus Ferronus Præses Burdegalensis Gallicarum Histor. libro quarto, plura traderem, ac diuersa exempla, quæ laboris, non ingenii essent. Sed miror, Iodocum Damhouderium Philippi secundi, Regis Catholici Consiliarium, qui in Enchiridio Criminalium, capit. 47. in fine, dicit, licitam esse pugnam cum bestia pro vtilitate Rei publicæ, arg. l. primę. §. sed & si operas, ff. de postulan. tamen ex illo textu percipitur, illud non esse duellum, & consequenter cum tractemus de bestia, ab initio illæ hominibus subditæ ceatæ fuere. postq̃ hęc scripseram vidi Ieremiam Setserum de iuramentis, lib. 3. cap. 11. nu. 57. cum pluribus sequentibus.

92 Metus etiam † licet alleganti prosit, toto tit. ff. de eo quod met. caus. debet ille tamen iustus esse, vt illum allegans admittatur, vt plene scribit Ioan. Cephal. in consil. 295. vol. 2. Iosephus Cumia in Ritibus Siciliæ, cap. 40. nu. 19. cum pluribus seqq. & ego latissime dixi in consil.... per totum. Centur. 2.

93 Gabellam † pręterea fraudare, licet peccatum sit, vt authoritate Panormitani, Bertachini, Prierij, Couarruuiæ, Ioannis de Medina, Alfonsi de Castro, & Dominici de Soto comprobat Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. quæst. lib. 2. Cent. 4. Ca
94 su 397. † tamen procedit, dum modo Gabella sit iusta, vt voluit Ioan. de Selua, de Benefic. parte tertia, quæst. duodecimo, numero sexto, Andr. Tiraquell. de Retractu Consang. in præfat. num. 69. refert idem Menoch. vbi supra, numero 5.

95 Sic in † decreto iudicis decernentis alienationem rei minoris debet iusta causa subesse, l. magis puto, §. ne passim, ff. De reb. eor. Matth. de Afflict. in Decis. Neapol. 249. Cardin. Paris. in consil. 85. numero 27. volum. tertio, Roland. a Valle, in consil. 54. numero 30. volum. secundo, & ad societatem Octauian. Simoncell. de Decret. Minor. lib. 1. tit. 1. numero 18. & 19. & per totum.

Hinc Bartol. in l. si cum dotem, §. eo autem tẽ
96 pore, ff. soluto matr. dicit, † quod in statuto exigente consensum propinquorum in muliere cõtrahente, si tales propinqui recusauerint consentire, quod iudex debet causam contradictionis examinare, & si illam recusationis causam iniustam repperiret, debet decernere licere mulieri absque illorum consensu contrahere. Quem sequitur ibidem Alexand. Voluit etiam Paul. de Castro, in l. 1. C. Vnde vir, & vxor. Bald. in l. 1. & in l. viduæ, C. de nupt. idem Bald. in c. 1. in princ. nu. 7. vbi Matth. de Afflict. nu. 25. de consuetud. recti Feudi, Philipp. Corn. in consil. 242. littera E, volum. 4. & antea voluerat in consil. 167. littera E, vol. 2. Roland. a Valle, in consil. 1. num. 181. volum. 2. Panormitan. in consil. 65. num. 3. vol. 2. & in c. tuæ fraternitatis, num. 3. in fine, de Cleric. non resid. Lud. Roman. in consil. 36. num. 1. Ioann. de Amono in Singul. 21. & in epitome 10. Vincent. Maxilla in Consuetud. Bari. sub rubr. si mundualdabesse contigerit, §. cum mundualduni, num. 2.

97 In Rege ac Principe volente suos subditos Perangarios facere, iusta causa requiritur. vt voluit Matth. de Afflict. in Rubr. Quę sint Regalia, nu. 78. refert, & sequitur Roland. a Valle, in consil. 91. num. 26. volum. 2. Quid autem sit Perangaria, latissime ego dixi ad Bellugam, in Speculo Principum, Rubr. 46. §. donum, in verbo, Perangaria, & de Regis Catholici Pręstant. cap. 18. nu. 3. & cap. 19. num. 79. & cap. 30. num. 20.

98 Promissa † etiam, quamquam seruanda sint, l. 5. §. stipulatio, ff. de verb. obligat. & Inst. eod. tit.
99 in principio, intelligitur † tamen de promissionibus iustis, non autẽ iniustis, vt refert Plutarch. in Apophtegmat. Lacon. 2. & huc spectat, quod implere iuramentum de re, iniusta, peccatũ est, vt probat Dominic. de Soto, de Iustit. & iure, lib.
100 2. quæst. 4. Articulo 3. & † qui iurauit non contrauenire laudo ex quauis causa, intelligitur si laudum sit iustum, non si iniquum. Ioan. Ceph. in consi. 115. num. 7. vol. 1. Et ego dixi de compromiss. §. 7. glossa 2. num. 24. & §. 8. glossa 1. num. 7. & seq. quod meum dictum retulit, & sequitur Borgnin. Caualcanus in Decis. Fiuizan. 9. num. 3. & 42. parte 1.

101 Quinimmo et † temporalis lex, ac sæcularis Principis obligat ad eius obseruantiã regulariter si iusta est, aliàs peccat, qui illã nõ obseruat. Adrianus Papa, q. 6. Andr. Barbatia in cõs. 43. n. 20. vol. 1. latius, & accuratius Dominicus de Soto, de Iustit. & iure, lib. 1. q. 6. artic. 4. Alfons. de Castro, de Potestat. legis pœnal. lib. 1. c. 5. & pluries. Ferdin. vasq. de success. creat. in pręfat. n. 78. & 90. cũ pluribus seqq. & lib. 1. §. 10. nu. 66. tomo 1. & §. 30. nu. 86. tomo 2. post D. Thomã, Gomez, & alios, voluit Lud. de Molina, de Hispanor. Primogen. lib. 2. c. 1. nu. 7. vol. 1. Adeoq. ex edicti, aut legis parte iustitia exigitur, vt donec videantur, iusta ne sint, vel iniqua, semper Iusta præsumuntur, vt voluit Andreas Tiraq. de Retractu Consanguin. in Pręfat. nu. 73. quem refert, & sequitur Vasquius, de success. creation. lib. 1. §. 2. nu. 8. tomo primo.

Concludit itaque potest, edicta, ac municipalia statuta iusta esse debere, ita vt si a princio iusta fa
102 cta fuissent, & † temporis curriculo degeneren tur iniqua, adhuc iudicis officio reuocanda venirent. cap. quanto, de Censib. Aymo Crauetta in consil. 95. num. 4. Roland. a Valle in consil. primo, numero 165. & seqq. volum. 2. omnis enim lex iniqua, mala est, prout illa, quam in quadam Insula Indiæ esse, vt febricitãs, aut eger corpore, mori cõpellatur; Cuius meminit Diodorus Siculus,

103 lus, lib. 3. Hinc † Ergamenes Legem sustulit,
qua apud Aegyptios Sacerdotes creabāt Reges,
qui dandæ, ac tollendæ vitæ potestatem habe-
bant, vt dicit idem Diodorus lib. 4. Et ideo quod
104 minus † iniquum fuerit, eligendum erit, inquit
Roland, a Valle, in consil. 95. num. trigesimo
quinto, volum. secundo. Omne enim, quod
iniquum est clemens detestatur auditus, vt di-
cit Aurelius Cassiodorus Variar. libro secundo,
105 cap, 19. Hinc † tamdiu quis iudex appellatur,
quamdiu iustus est. Idem Cassiodorus lib. ter-
106 tio, cap. 27. Iniustus † enim Index inter bruta
potius animalia connumerabitur. Roland. a Val-
le, in consil. 12. num. secundo, volum. tertio. Ini-
quitas idcirco omnis reijcitur, Ioan. Cephal. in
107 consil. 247. num. 44. vol. secundo. Helias † Pro-
pheta damnauit Regem Achab, quod contra
ius per calumniam interimi fecerat Naboth; de
quo Regum lib. 3. cap. 21. Ioseph. Antiquitat. Iu-
108 daicar. lib. 8. cap. 7 Vndè † Principis preceptum
notorie iniquum, non est exequendum, vt con-
cludit Ferdinand. Vasquius Controuers. illustr.
109 lib. primo cap. secundo, num. 12. Optimè † igi-
tur Aegyptiorum lege cauebatur, vt adiurēt iudi
ces, ne quid iniustè, etiā Rege imperante iudica-
rent. Cuius meminit Plutarch. Apophtegmate
Regum 11. Quam intrepidus index ille fuit, qui
cum litem coram se haberet à Menalippo quo-
dam introducta in quendam Phalaridis Tyran-
ni, tunc Siciliæ imperantis amicum, quam Ty-
rannus auertere per minas Menalippo factas pro
curauit, à qua nolens ille discedere, vitæ discri-
mine, & minis non territus, litem ipsam pro-
sequitur, litis iudex pro Menalippo, contra Ty-
ranni amicum, litteras, ac minas iudicauit, vt
narrat Aelianus variæ Histor, lib. vndecimo. Phi-
110 lippus † Macedo, cum dormitans contra Ma-
chetam iudicasset, itque ad eumdem Philip-
pum non dormitantem appellasset, iniustè il-
lum Rex condemnasse prospiciens, iudicium
Regium non peruertit, litis tamen æstimatio-
nem Machetæ persoluit, vt est Author Plu-
tarchus Apophtegmat. Regum 25. vti-
nam apud omnes sic hodie fieret, quia
malis via præcluderetur, & bo-
111 ni esset aperta. Nam † &
iustissimæ leges, vt bo-
nis aperiunt, ita
claudunt ma
lis mori-
bus
aditionem, vt dicit Cassiodorus
Variarum, libro no-
no, capit deci-
moquin-
to.

CAP. III.

ARGVMENTVM.

Irrationabiles Leges, atque Edicta, quæ non sunt rationi conformia reijcienda sunt.

COMPENDIVM.

1 *Lex quid sit.*
2 *Lex est vera gubernandi ratio quæ per commoda media ad finem optimum gubernatum dirigit.*
3 *Lex est recta a Deorum numine tracta ratio.*
4 *Lex est rationis ordinatio ad quoddam commune bonum.*
5 *Legis authoritas a ratione deducitur.*
6 *Ratio Naturalis est legis Clypeus.*
7 *Legis vigor in ratione consistit.*
8 *Lex omnis rationabilis præsumitur.*
9 *Naturalis sola ratio pro lege sufficit.*
10 *Ratio in lege expressa est lex ipsa, & vide infr. nu. 49.*
11 *Ratio est legis mens, spiritus, & anima, verba sunt corpus, & vide infra num. 28.*
12 *In Statutis ratio attenditur vt anima.*
13 *Ratione deficiente, deficit lex.*
14 *Lex non cessat, si plures habens rationes, illis aliquot deficientibus illarum vna saltem remanserit.*
15 *Mens, & ratio in dispositione qualibet attenditur, quia substantialis est legis ipsius neruus.*
16 *Ratio legis eius verbis præfertur, & ideo eius dicto est potior.*
17 *Ratio Doctorum authoritati præfertur.*
18 *Opinioni communi ratio prævalet.*
19 *In disputando rationum momēta potius quærenda quam authoritates attestatione Ciceronis.*
20 *Naturalis ratio Iuris ratio sequenda est lege positiua potentior est sub eod. num. 19.*
21 *Aegyptiorum iudicia, quia ratione non casu fierent, laudantur.*
22 *Ratio dispositiones moderatur, sicut gubernacula naues, ac fræna equos.*
23 *Consuetudo irrationabilis reprobatur, etiam si immemorabilis fuerit, & num. 24.*
25 *Consuetudo superioris legem corrigens, inualida est.*
26 *Cōsuetudo quod solutio gabellæ rerū, quæ pro vsu proprio asportantur fieri debeat, vti irrationabilis refutatur.*
27 *Statutum rationē continere debet ita vt a sapiente redargui nequeat alias nullum est & inualidum.*
28 *Sicut corpus regulatur per animam, sic statutum mente, & ratione.*
29 *Statutum irrationabile, faciens mentionem de masculo, an feminam comprehendat.*
30 *Superior confirmans statutum, rationabile non autem irrationabile confirmare censetur.*
31 *In dispositionibus ratio, & mens attenditur.*
Bonus vir rationi se conformare debet sub eod. nu. 31.
Dispositio rationabilis dicitur, quando non ex voluntatis libello, sed ad eum quis facienda ratione mouetur sub eod. num. 31.
32 *Apostasiæ crimen non incurrit, qui ex rationabili iustaq. causa a Religione se subtrahit.*

Trin-

33 *Princeps ſuperindictum abſque rationabili cauſa imponere nequit.*
34 *Princeps Vaſſallos ac ſubditos ſuos Angarios, et Perãgarios ſine cauſa rationabili facere nequit.*
35 *Ex ſola lucri cupiditate Princeps gabellas non imponit, ſed ex rationabili cauſa.*
36 *Principis mandatum, ſeu præceptum contra Cancellariæ Stylum, ac formam irrationabile præſumitur.*
37 *Teſtis dictum abſque ratione prolatum infringitur.*
38 *Principis omnimoda poteſtas, quomodo intelligatur, & num. 39.*
39 *Non decet Principem irrationabile aliquid facere.*
Nemo dum ratione vtitur errat teſtante Philoſopho ſub eod. num. 39.
40 *Errat, qui rationem omittit.*
41 *Hominis excellentia in eo potiſſimum conſiſtit quod rationis ſit particeps.*
42 *Ratione nihil eſt præſtantius.*
43 *Homo ſecundum rationẽ debet operari, & viuere, cum in hoc virtus conſiſtat ex Philoſopho.*
44 *Vir magnificus ille eſt, qui agit cum comitate, & cui eſt vera ratio ſenſibus inſita.*
Ira ſcribẽda lege ratio præ oculis habenda authore Seneca ſub eod. num. 44.
45 *Dijs proximus, qui non ira, ſed ratione mouetur.*
46 *DEVS in capite rationem poſuit, vti membro præſtantiori, & ſublimiori.*
47 *Rationi magis quam experientiæ credendum eſt.*
48 *Irrationabile quid fieri quando dicatur?*
48 *Lex rationabilis appellabitur, licet ratio demonſtrari nequeat.*
51 *Amor laſciuus ratione caret.*
52 *Amantes rationis expertes ſunt.*

A X I O M A.

Rationi conſona, conformiaq. ſtatuunto.

ARiſtoteles in Proœmio Rhetoricorũ
1 ad Alexandrum, inquit, quod † Lex
eſt ratio quædam, quæ communi Ciuitatis
conſenſu definita, iubet quo
pacto vnumquodque agendum ſit. Et ex Platone
in Minoe Marſilius Ficinus hanc legis defini-
2 tionem collegit: † Legẽ eſſe veram gubernandi
rationem, quæ per commoda media, ad finem
optimum gubernatã dirigit. Et Cicero Philippi-
3 ca. 11. inquit: Lex † nil aliud eſt, niſi recta, & a nu
mine Deorum tracta ratio. Diuus Thomas lib.
4 2. q. 90. inquit: † Lex eſt quædam rationis ordinatio
ad bonum commune. Ideo dicitur Legẽ eſſe
5 quod in ratione conſiſtit, & † Legum authoritas
ab ipſa ratione deducitur, c. conſuetudo, prima
Diſtinct. Vnde dictum rationabile, ita monere
iudicem debet, ſicut lex ſcripta, vt dicit Andr. de
Iſern. in Præfat. Feudor. Pace Scala, de conſil. ſapientis,
lib. 3. cap. 12. & ante eum Iaſon, in l. Illam,
col. 3. C. de Collat. Petr. Rebuf. in Proœm. Concordator.
Frãciæ, in verbo, Iura citare. Sebaſtian.
Medices, de Legib. & Statutis, parte 3. quæſt. 9.
6 num. 6. dicens, Legem Clypeum habere rationẽ
naturalem; allegans Bartol. in l. 1. C. de caduc. tollend.
Paris de Puteo, de re militari, lib. 1. cap. 2.
Et ideo lex, quæ caret ratione, dicitur iniqua, vt
voluit Claud. Cantiuncula, de offic. iudic. lib. 1.
7 cap. 4. † Legis namque vigor in ratione cõſiſtit,
l. ſcire, ff. de legib. c. finali, de regul. iur. in 6. Panormit.
Felin. Decius, & Berous, in c. 1. de Conſtitut.
Portius in conſ. 16. num. 6. Quidquid enim in ratione
conſiſtit, Lex eſt; alia allegans Carolus de
Guarnacijs, in Rubr. ff. de leg. 1. col. 2. verſ. quin-
8 to, & poſtremo. Propterea † Lex omnis rationabilis
præſumitur. Bald. in l. quod vero, in principio,
ff. de legib. Simon de Pretis in conſil. 163. nu.
2. volum. 1. Et ſola ratio quodammodo pro lege
habetur. Hieronym. Gabriel. in conſil. 83. nu. 29.
9 volum. 1. Ita vt ſola † naturalis ratio pro lege ſufficiat.
Ioan. Andr. in c. ex eo, de elect. in 6. Brunorus
à Sole, in conſil. crim. num. 34. Guidus Pan-
10 cirol. in conſil. 116. nu. 16. volum. 1. † Ratio enim
in lege expreſſa eſt lex ipſa. Andr. Tiraquel. in tractatu,
ceſſante cauſa, parte 1. num. 135. & de reuocand.
donat. in verbo, Libertis, nu. 45. Ferdinand.
Vaſq. de ſucceſſ. creat. tomo 1. lib. 2. §. 12. num. 43.
tomo 2. lib. 1. §. 1. num. 134. & Controuerſ. illuſtr.
lib. 1. cap. 37. num. 4. lib. 2. cap. 57. num. 15. c. 85.
11 num. 3. cap. 97. num. 6. cap. 106. num. 4. Eſt † enim
ratio ipſius legis, mens, ſpiritus, & anima, verba
ſunt corpus. Bald. in l. ſi quis ſeruo, C. de furt. in l.
fin. C. de hered. inſtit. Alexand. in conſil. 52. num.
9. vol. 3. Sebaſtian. Medices, de Legib. & Statut.
parte 2. quæſt. 9. num. 9. & parte 3. q. 9. num. 4. Auguſtin.
Berous, in conſil. 40. num. 17. vol. 1. Por-
12 tius in conſil. 183. num. 23. & ſeq. Et in † Statutis
ratio attenditur vt anima, vt dicit Cardinal. Pariſius
in conſil. 16. col. 4. vol. 3. Marian. Socin. Nepos,
in conſ. 15. col. 5. vol. 1. Quemadmodũ enim
homo ex corpore, & anima conſtat, ſic & Lex
verbis, & ratione, vt verba corpus, ratio animam
deſignent; vnde ſicut deficiente anima in homine,
neceſſe eſt corpus deficere, & conſequenter
13 hominem, ſic † deficiente ratione, & legẽ ipſam
deficere oportet, vt optimè inquit Chriſtophor.
de Caſtellion. in conſil. 19. nu. 5. Idem Portius in
conſil. 65. num. 35. Nicol. Boer. in conſ. 26. nu. 21.
Roland. à Valle, in tract. de lucro dotis, q. 5. num.
17. Sebaſtian. Medices, in tractatu Mors omnia
ſoluit, parte 3. num. 140. quamquam non in totũ
ceſſare, ſed dormire interim dicit Vaſquius de
ſucceſſ. progreſſ. lib. 2 §. 17. num. 54. tomo 2. Et ſi
14 † ſunt plures rationes in vna lege, reliquis deficiẽtibus,
ſi ſaltem vna illarum viguerit, legem non
ceſſare, voluit Alfonſus de Caſtro, de poteſtate
legis pęnalis, lib. 1. cap. 5. Documẽto 3. quem refert,
& ſequitur Ferdinand. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ.
in præfat. num. 96. tomo 2. & ibidem §. 7.
num. 40. Minadous in Rep. Conſt. In aliquibus,
15 Notabili 3. num. 43. Et in † qualibet diſpoſitione
mens attẽditur, & ratio, vt multis cõprobat Ioã.
Cephal. in conſil. 16. nu. 7. vol. 1. Quia eſt ſubſtantialis
ipſius legis neruus, c. quia in tantum, de Simon.
Din. in c. fin. de regul. iur. in 6. Port. in conſ.
3. n. 46. in conſ. 8. nu. 56. in conſ. 38. nu. 29. in conſ.
16 139. nu. 14. Et † ratio pfertur ipſi legi, ac verbis, &
ideo eius dicto eſt potior. c. Marchion Baſilides,

1.q.1.Archidiac.in c.vbi periculum.in princip.su
per verb.Ratio,de elect.in 6.Portius in consil.36.
num.70.Bartol.de Cassanço in Consuetud.Bur-
gund.Rub.6.in verb.Si par le pere.num.10.& Ga
17 spar Caballin.in Milleloq.548.Hinc † eadē ratio
præfertur Doctorū authoritati, Doct.in c.1.in c.
ne innitaris, de Constit.corroborat Ant.Maria
Coratius de Comm. Doct.opin.eligēd.lib.2.titu
18 lo 9.Casu 22.nu.120.cum pluribus seqq.† Ratio
etiam prævalet Opinioni Comm.Portius in cōs.
8.n.57.& in cons.85.n.21.Pace Scala, de Cōsilio
Sapientis,lib.4.c.24.in fine. Hinc Cicero de Na-
19 tura Deor. lib.1.dixit,non † tamquam authores
in disputando, quam rationum momenta quæ-
renda, Cui concinit Plin. Nepos lib.1.Epistol.
19.Rectius arbitror(inquit)ratione potius quam
authoritate superari. Vnde naturalis ratio lege po
sitiua potentior est,& effi cacior, c.Intelligentia,
de verb.signific.Portius in cons.76.nu. 9.in cons.
107.nu.32.quinimmo,ēt si lex deficiat, ratio suf-
ficit.Glossa,in c.ex eo,de elect.in 6. Iason.in l.De
di,§.si liber,ff.de cōdict.ob caus. & in l.illam, C.
de collat.Bart.de Cassanço, in Consuetud. Bur-
gund.in fine,scilicet,in conclusione, & approba-
tione consuetudinum,in verbo, *Interpretees selon droict*.nu.5.Vt etiam non omittatur & sine ratio-
ne lex ipsa,& nuda remaneat, potius ratione etsi
fatua,tueri debet,vt dicit Ludou.Gomez,in Re-
20 gula,de triennali,fol.324.littera E. Et ideo † ip-
sius iuris ratio sequēda est,c.Iustitię,25.q.1.& pla
cuit Ciceroni in Oratione p Aulo Cecinna. Vn
21 de † Ægyptios laudat,quod ipsorum iudicia, nō
casu,sed ratione fiebant, Diodorus Siculus, lib.2.
22 quia † ratio moderatur dispositiones,sicut guber
nacula naues,& fręna equuos, vt inquit Portius
allegans alios in consil.6.num.41. Roland. a Val-
le,similiter plura inducens,in consil.5.nu.17.vol.
23 4.Hinc † consuetudo etiā rationabilis esse debet,
aliàs reprobanda,vt plura cōgerit Ioan.Lecerier
de Primogenit. lib.2.q.11. num.7.& 8. Caballin.
24 Milleloq.558.etiam † si talis consuetudo irratio
nabilis hominum memoriam excederet, adhuc
inualida esset,& nulla, Roland.a Valle, in consil.
3.num. 46.volum. 2. Ferdinand. Vasq. contro-
25 uers.illust.lib.2.cap.51.num.41. Vnde † irrita,ac
nulla est consuetudo, quod inferior corrigat su-
perioris legem,tamquam cōtra rationem,voluit
Natta, in consil.179.num.21.volum.1.allegans,
Ludouic.Roman.in consil.218.Et similiter con
26 suetudo, † quod fiat solutio Gabellæ pro rebus,
quæ ad proprium vsum asportantur,vt irrationa
bilis refutatur,vt scribit Hostiens.in Summa,tit.
de cēsib.&;exact.§.ex quibus,& in c.super quibus
dam,de verb.signific. Henricus Boic, in c.insi-
nuamus, num.4.de Censib. Ioan. Fabri in l.vni-
uersi,C.de vectigal.& commiss. Bonifacius Vita
linus in Clement præsenti, in princ. notab. 1.de
censib.Ang.de Clanas.in Summa,§.Pedagium,
nu.3. Tabiena,in §.Pedagium,nu.3.
27 Statutum † ipsum rationabile esse oportet, a-
lias erit inualidum,a;continere enim debet ratio
nem, ita vt a sapiente redargui nequeat, vt plu-
ra allegando voluit Ioan. Cephal.in cons.13.nu.
28 12.vol.1.quia † mens,& ratio statuentium regu-
lat statutū, sicut corpus per animam regulatur.
Marian.Socin.senior,in cōs.15.n.24.vol.1.& his
cōcurrentib.illi inhęrēdum esse,alias ab eo rece-
dendū. Idem Marian.senior,in cons.4. nu.4.vol.
1.Card.Parisius in cons.44.nu.15. vol.1. in cons.
85.nu.9.vol.2.in cons.110.nu.12.vol.3.& in cons.
20.nu.2.vol.4.Roland.a Valle in cons.72. nu.42.
29 vol.3.Vnde † irrationabile statutū,faciens men-
tionem de masculo, feminam non comprehen-
dit,l.quisquis,§.filiarum.C.ad leg.Iul. Maiest.Si
gnorol.Homod.in cons.173.col. 2. Alex.in con-
sil.84.vol.2.in cons.80.vol.4.in cons.234.col.fina
li,vol.6.Corn.in cons.255.col.3. vol.1.in cons.95.
vol.2.in consil.96.col.1.in fine,vol.3.in cons.171.
col.4.vol.4.Philipp.Decius in cons.64.vol.1.Lau
rent.Calcan.in consil.48.col.1.,Carolus Ruin.in
30 consil.22.col.4.vol.3.Ideo † dum superior Statu
tum confirmat, censetur rationabile confirma-
re,non autem irrationabile. Bald. in consil.134.
vol.3.Paul.de Castro, in consil.343. col.1. vol.2.
Decius, in consil.17.col.1. Aymo Crauetta, in
consil.168. num.9. quod facit pro Dominis, ac
Magistratibus prima vice ingredientibus;qui iu-
rant se seruaturos statuta, vt iuramētum ad ratio
nabilia tantum statuta extendatur.
31 In † dispositionibus etiam, ratio, ac mens at-
tenditur, Portius,in consil.112.nu.16.nam bonus
vir rationi se conformare debet, Ioan.Cephal.in
consil.28.nu.41.vol.1.dicitur vero dispositio ra-
tionabilis, quando non ex voluntatis libito, sed
ad eam faciendum quis ratione mouetur. Cle-
mentina vnica, in principio, de excess.prælat.&
Gulielm.de Monteferrato,in Pragmatica sanct.
parte 4.& Petr. Rebuff.in Concord.Franc.tit.de
Reg ad prælat. nominat. in princip.in verbo, ra-
tionabilis causa.
32 Hinc Religiosus, † qui a sua religione se subtra
hit,ex rationabili, iustaq; causa, Apostasię cri-
men non incurrit,c.Deus qui,c.clerici,vbi Glos
sa,extra,de vita,& honest.cleric. vbi hoc annota-
runt Innoc. Hostiens. Ioan. Andr. Ant. de Butr.
Petr. de Ancharano, Card.& Panorm.,& tenuit
etiam Diuus Thomas, in 2.2.quæst.3. Articulo
2.& ad longū in specie consuluit Portius in con-
sil.84.per totum.In tantum enim ratio operatur,
quod quæuis generalitas verborum, ad eiusdem
rationis limites reducitur, vt voluit Aymo Cra-
uetta,in cons.3.Io.Ceph.in cons.76. nu.88.vol.1.
in cons.446.nu.15.vol.3.in cons.521.nu.30.vol.4.
33 Et licet † Principis sit suprema potestas, non
tamen poterit imponere superindictum absque
rationabili,& iusta causa,vt inquit Matth.de Af-
flict.in titulo,quę sint Regalia, nu.78.dicēs etiā,
34 non posse † Principem facere vassallos,ac subdi-
tos Angarios,& Perangarios, sine causa rationa
bili.Bart.& Lucas de Penna, in l.1.col.3.C.de su
35 perindict,lib.10.Sicuti etiam ex sola † lucri cupi
ditate Gabellas imponere nequit absque rationa
bili causa. Hubertin.Zuchard.in rep.l.fin.nu.6.
C.de edicto Diui Adriani tollēdo Iulius Ferretr.
36 de Gabellis,& vectig.n.233.Nec † mādatū ipsius
Principis,vel præceptum,quod est irrationabile,
& contra stylum, ac formā Cancellariæ.Bart.in
l.1.C.de Mand.Princip.Portius in cons.96.nu.6.
Simi-

37 Similiter, † & testis congruentem sui dicti rationē reddere debet, aliàs dictum ipsius absque
ratione prolatum infringitur. Bald. in l. Data opera, C. de Accus. in l. conuenticulam, C. de Episc.
& Cleric. Alexand. in consil. 120. num. 6. vol. 5.
Catellian. Cotta, in Memor. in verbo, testis facit.
Nouellus ad Duennā Regula 216. nu. 38. Afflict.
in Decis. 277. num. 4. in Decis. 361. num. 34. Robert. Marantha, in consil. 69. nu. 4. Corn. in cons.
127. num. 8. vol. 4. Marian. Socin. Nepos, in cons.
69. num. 15. vol. 1. Rolandus a Valle, in consil. 11.
num. 15. in consil. 32. num. 34. vol. 4.
38 Nec oberit, si opponeretur, † quod princeps habeat omnimodam potestatem, nec ei quis dicere valeat, cur ita facis, cum in illo sufficiat pro ratione voluntas, ex vulgatis; Nam respondetur,
39 non decere † Principem aliquid irrationabile facere; Hinc in Theodorici Regis persona Cassiodorus lib. 1. Variarum, cap. 2. Et quamquam (inquit) potestati nostræ, Deo fauente, subiaceat
omne quod volumus, voluntatem tamen nostrā ratione metimur, vt illud magis æstimemur elegisse, quod cunctos dignum est approbare; Ne cōtingat Principem sine ratione operantē aberrare: nam, vt inquit Aristides in Oratione Platonica 1. siquidē nemo, dum ratione vtitur, errat,
40 verū † simulatque rationem omisit, errat, hāc. n. habet vim ratio, vt nūquā erret; & huic; concinit illud Manilij, lib. 2. Astronomorum.

Nam neque decipitur ratio, nec decipit vnquam.

41 Vnde annotatur † hominis excellentia supra cetera animalia, quod rationis sit particeps, vt dicit Rainaldus Corsus post antiquiores, Indagation. lib. 1. cap. 10. in fine. Quod antea meminerat Cicero de Natura Deorum lib. 1. Quid (inquit) potest esse in rerum natura homine melius? in eo
42 enim solo † ratio est, qua nihil potest esse præstātius. Et idem Cicero lib. 1. de Legibus. Solum est
enim ex tot animantium generibus, atque naturis, particeps rationis, & cogitationis, cum cetera sint omnia expertia, quid autem nō dicam in homine, sed in omni cęlo, atque terra, ratione diuinius? quæ cum adoleuerit, & perfecta est, nominatur ritè sapientia. Hinc Aristoteles lib. 2. Mora
43 lium Nicomachior. dicit, quod † virtus in hoc cōsistit, vt homo secundum rationem operetur,
& viuat. & Seneca de Beneficijs, lib. 2. cap. 18. Omne (inquit) honestum in arduo est, etiam quod vitium honeste est, nō enim tantum fieri debet, sed ratione fieri; Hac duce per totam viam eundum est, minima, maximaq. ex huius consilio gerenda sunt. Et iterum idem Seneca de Benefic. lib. 4. c. 10 Nihil sine ratione faciendum est, non est autem beneficium, nisi quod ratione datur, quoniam ratio omnis honesti comes est. Hinc idem Seneca ad Galionem de Vita Beata, dicit,
44 illum esse † virum magnificum, qui quę egit cū comitate, & cum quo est vera ratio sensibus insita. Vnde in scribenda lege rationem præoculis habendam esse censuit Francisc. Patritius de Instit. Reipublicę, lib. 1. tit. 5. dicens: Ratio est, quæ ostendit, quæ agenda, quæue fugienda, eadē habitu mentis confirmatam prudentia, in nobis efficit, quæ seminarium morū, & legum, & fundamenta iacit omnium pręclarissimarum actio
45 num. Hinc † Dijs æquarūt illum, qui non ira, sed ratione mouetur; inter alios dicente Claudiano de Consulatu Manlij.

Dijs proximus ille est,
Quem ratio, non ira mouet, qui cuncta rependens
Consilio, punire potest, mucrone cruento.

46 Propterea † DEVS in præstantiori, ac sublimiori hominis parte, nempe, in capite, rationem situauit, vt inquit idem Claudianus de Quarto Honorij Consulatu.

Hanc alta capitis fundauit in Arce,
Mandatricem operum, prospecturamq. labori.

Bene itaque admonet Cassiodorus lib. Variarum 6. cap. 24. Ratio (inquit) motus vestros com
47 ponat, qui rationales esse cognoscimus. † Hinc magis rationi quam experientiæ credendum esse dicit Ioannes Damascenus Aphorismo 86. credere experimento sine ratione fallax est.
48 Irrationabiliter † autem fieri dicitur, si repugnat fini æterno, si nutrit peccatum, si sit contra Ecclesiæ libertatem, si contra legem, si cōtra bonū publicum, vt post Oldradum, Butr. Gomes. Corasium, Baronem, & alios scribit Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. quæst. lib. 2. Centur. 1. Casu
49 82. per totum. Et quamquam ratio † demonstrari nequeat, semper lex rationabilis appellabitur. Marc. Mantua Dialog. Dennarrat. Classe 16. cap. 14. num. 2. lex enim, & ratio pro eodem sumūtur & vno ipsorum posito, alterū præsumitur. Bald. in c. dilectus, de rescript. & in consil. 476. volum. 2. Abb. Panorm. in c. 2. col. penult. de probat. & in c. 1. col. 5. de sent. & re iudicata.
50 Hinc lex † rationabilis, non iniqua, non Tyrannica, obligat etiam in conscientiæ foro, vt dicit Gaspar Caballinus in Milleloq. 266. & diximus nos late supra hoc eodem lib. 2. cap. 2. versic Quinimmo etiam temporalis lex.
51 Tantopere idcirco † lasciuus amor damnatur, quia amans ratione caret, & ipsius rationis est expers, sineq. ratione eadem, & consilio regitur, de quo Terentius in Eunucho optime inquit.

In amore hæc omnia insunt Vitia, Iniuriæ,
Suspitiones, Inimicitiæ, induciæ,
Bellum, Pax rursum, Incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihil plus agas,
Quam si des operam, vt cum ratione insanias.

Dum de amantiū suspirijs alloquitur, his adiungi poterunt Versiculi Iouiniani Pontani, lib. 1. Eridiani, dum ait:

52 *Nulla quidem † ratio est, etenim rationis Amantes*
Expertes, omnis cæca in Amore via est.

Et Ouidius in Heroidis lib. 1.

Quid deceat, non videt vllus amans.

Et Anneus Seneca in Hippolyto.

Quæ memoras scio
Vera esse nutrix, sed furor cogit sequi
Peiora, vadit animus in præceps sciens,
Remeatq.; frustra sana consilia appetens,
Sic cum grauatam, nauita aduersa ratem
Propellit vnda, cadit in vanum labor,
Et victa prono puppis aufertur Vado,
Quod ratio poscit, vincit, ac regnat furor,
Potensq. tota mente dominatur Deus.

CAP. IIII.

ARGVMENTVM.

Leges, Statuta, Edicta, turpia, & inhoneſta inducentia propulſanda ſunt.

COMPENDIVM.

1 *Leges, Statuta, & Edicta, honeſta eſse debent.*
2 *Lex ſecundum loca ponenda, ex Solone.*
3 *Honeſte viuendum inter iuris præcepta ponendum cenſuit Vlpianus.*
4 *Honeſtas de interna legis diſpoſitione eſt.*
5 *Statuta licita, & honeſta eſse debent.*
6 *Conſuetudines honeſtæ eſse debent, & honeſtatem continere.*
7 *Inhoneſtam conſuetudinem, & peſtiferam, nec Rex, nec Regnum probare poterunt.*
8 *Honeſtas & iuſtas conuentiones omnes leges ſeruari iubent.*
Actus quilibet cõtra bonos & honeſtos mores geſtus nullus eſt ſub eod. nu. 8. ſed vide num. ſeq.
9 *Vi fieri dicitur quod contra bonos mores fit.*
10 *Confeſſio facta ex cauſa honeſta iuſta ut rationabili conualidatur.*
11 *Confitens ſe debitorem reditus ſine cenſus ſine cauſa, ſibi non præiudicat.*
12 *Appellatio coram honeſtis perſonis fieri poteſt in defectum vel Iudicis, vel Epiſcopi.*
13 *Honeſtiſſimæ vitæ præceptor eligi debet.*
14 *Sine paſtore oues, ſine pædagogo pueri, ſine Domino miniſtri viuere nequeunt.*
15 *Præceptoris vita nullis debet eſse criminibus obnoxia.*
16 *Lucra honeſta appetenda, & honeſtas ipſa omni lucro præferenda eſt.*
17 *Horæ Canonicæ in loco honeſto dicendæ.*
18 *Iuramentum aduerſus publicum vtilitatem, & morum honeſtatem nullum eſt.*
19 *Iuſiurandum numquam eſt obligatorium in his, quæ perpetuum habent turpitudinis cauſam.*
20 *Iuramentum contra bonos mores ciuiles, an ſit validum?*
21 *Legatum vxori factum, vt ſtet cum hæredibus, intelligitur, ſi honeſte ibi commorari poteſt.*
22 *Honeſtas in contrahendis matrimonijs inſpicitur.*
23 *Publicæ honeſtatis impedimentum matrimonij, quod.*
24 *Ex duabus legibus illa ſequenda, quæ honeſta eſt.*
25 *Athenienſes, quid Hypperidi ignominioſam legem, ſed vtilem proponenti fecerint.*
26 *Pœna in ſtrupro virginum, & viduarum, in honeſtis, & honeſte viuentibus locum ſibi vendicat.*
27 *Stupratori honeſto pœna minor a Legibus ſtatuta.*
28 *Romildæ Giſulfi Longobardorum Regis vxoris inhoneſtæ pœna, data a Cacano Hunnorum Rege.*
29 *Alexander Macedo Perſis inhoneſtas nuptias prohibuit.*
30 *Iniuriarum actione tenetur, qui præſentibus mulieribus obſcœna verba protulit.*
31 *Romulus lege cauit, ne coram feminis verba obſcœna dicerentur.*
32 *Aegyptij eas leges optimas dicebant, quibus honeſti, & prudentes, non diuites homines fierent.*
33 *Principum placita, tunc legis vim obtinent, cum honeſtatem coniunctam habent.*
34 *Principem ab honeſto diſcedere turpiſſimum eſt.*
Princeps non poteſt, quod cum honeſtate non poteſt; ſub eod. num. 34.
35 *Ius honeſtatis a Principis ſuperioritate dicitur exceptum.*
36 *Papa, quod inhoneſtum eſt facere nequit.*
37 *Imperator de honeſtate cauſam ſuam debet alteri delegare.*
38 *Antigoni Regis dictum pulchrum.*
Regibus ſola honeſta, ac iuſta conueniunt, ſub eodem numero 38.
39 *Viri probi ad viliſſima officia non ſunt cogendi.*
40 *Officialis, ac Magiſtratus non poteſt cogere virum honeſtum ad faciendum Carnificis officium.*
41 *Romani Carnificem nec ciuem faciebant, nec in Vrbe habitare ſinebant.*
42 *Nobilis in Italia furca non ſuſpenditur, ſed decapitatur.*
43 *Apud Gallos nobiles, & Barones etiam laqueo ſuſpenduntur.*
44 *Inhoneſta lex eſt, quæ eodem ſupplicio punit ingenuos, & illuſtres, quo & latrones.*
45 *Edictum, vel ſtatutum, quod pro debito mulieres capiantur, & carcerentur, cum tendant contra illarum honeſtatem, inualida ſunt.*
46 *Operas, qui præſtare tenetur, honeſtas tantum præſtabit, non turpes.*

AXIOMA.

Non autem turpia, ſed honeſtatem continentia decernunto.

1 HOc idem voluit Iſidorus, † Legem, Statutum, atque Edictum honeſta eſſe oportere, in cap. erit autem lex, 4. diſtinct. Habita loci, temporis, ac factorũ ratione, & oportunitate. Hinc
2 Solon ait, Νόμον καθ' ὃν τρόπον θεῖναι, id eſt, lex ſecundum loca ponitor. Idcirco rectè iuſſiſſe Solonem cenſuit Demoſtenes, dum legem pro ratione, ac locorum rectis moribus poni, & a-
3 ptari oportere decreuit. Ob quod † Vlpianus inter iuris præcepta, honeſtè viuendum collocari cenſuit, in l. Iuſtitia, ff. de iuſtit. & iure quem ſequitur Iuſtinianus in §. iuris præcepta. Inſtit. de iuſt. & iure, comprobat Sebaſtian. Medices de Legibus, & Statutis, parte quarta, quæſt. decima-
4 quinta, numero primo. Vnde † de interna legis diſpoſitione honeſtatem eſſe ſcripſit Portius in conſil. tertio, num. vigeſimo ſexto, in conſil. quinquageſimo, num. octauo, in conſil. 71. num. ſexto. Et publicæ honeſtatis iuſtitia hinc in matrimonijs inſurgit, c. Porro, 35. quæſt. tertia. Plura exempla ex quibus in Edicto, & Lege honeſta-

nestatem interuenire debere refert Petr. Rebuff.
ad Constit. Galliæ, in præfatione Glossa 1. nu. 14.
cum pluribus seqq. & Cōstantinus Rogerius de
legis potentia, §. 1. per totum. Hoc declarans opti
mè Franc. Connanus Commentar. Iuris Ciuilis
lib. 1. cap. 2. in fine, inquit: Primum præceptum
amplectitur omnes vitæ nostræ honestates, nec
eius vlla actionum nostrarum expers esse potest,
hoc enim monet, vt fortiter, tēperate, benigne,
comiter moderate, mansuete, vere, & omni om-
nino virtuti congruenter nos geramus, & quæ-
cumque Philosophorum Regulis iubentur, ea
vt operibus nostris præstemus.

5 Statuta † idcirco licita, atque honesta esse de-
bent, vt voluit Roland. à Valle, in consil. 22. num.
14. volum. 2. Gaspar Caballin. Milleloq. 824. &
6 † consuetudines similiter honestę esse debent, ac
honestatem continere, c. Decorum, c. In omni
vita, extra, de vita, & honest. cleric. Aimo Crauet
7 ta in consil. 137. num. 4. Et † consuetudinem in
honestam ac pestiferam, nec Rex, nec Regnum
approbare poterunt, vt dicit Bal. in c. Ad nostrā,
colum. 2. de probat. quem refert, & sequitur Ca-
tellian. Cotta in Memor. Cōsuetudo, il 4. in fine,
8 Et omnes leges mandant obseruari illas conuen
tiones, quæ iustæ, & honestæ sunt, vt dicit Cardi-
nal. Parisius, in cons. 21. in princip. volum. 2. & in
consil. 109. num. 24. volum. 3. Actus etiam quili-
libet contra bonos & honestos mores, nullus est;
vt latè prosequitur post Bald. Paul. de Castro,
Corn. Decium, Marianum Nepotem, & alios,
quos allegat Cornelius Benincasius de Constit.
9 quæst. 6. num. 45. & 62. quia † dum quid fit contra
bonos mores, vi fieri dicitur, vt dicit Christo-
phor. de Castellion. in consil. 29. num. 26. licet a-
ctum factum contra honestatem nullum mini-
me esse, contendat Ioan. Cephal. in consil. 227.
10 num. 41. volum. 2. † Causa etiam confessionem,
quam quis facit, validat, si iusta, honesta, & ratio-
nabilis sit. Marc. Mātua, Dialog. Denarrat. Clas-
se 3. cap. 11. num. 11. vbi huius dicti occasione as-
11 seruit, quod si † quis confiteatur, se in annuo cen
su, vel reditu debitorem, quod non valebit, si fiat
sine causa; Allegans Bald. in cons. 379. col. 1. vol.
2. Et quod talis causa possibilis, rationabilis, ac
honesta esse debeat. Bald. in consil. 104. colum. 1.
volum. 1.

12 Appellatio † licet coram iudice fieri debeat,
tamen deficiente Iudice, vel Episcopo, sufficiet
illam fieri coram honestis personis; vt in c. finali,
de appellat. & scribit Iacob. Menoch. de arbitrar.
iudic. quæstionib. lib. 2. Centur. 1. Casu 69. num.
9. vbi enucleat, quæ sint istæ personæ honestæ. Et
13 † pręceptor vitæ honestissimæ eligendus est.
Bernardin. Scodobius in repet. Authen. Habita,
cap. 20. num. 2. 3. & 22. C. ne filius pro patre. Sine
14 † autē pastore oues, sine pędagogo pueri, & sine
Domino ministri viuere nequeunt, vt inquit Cle
mens Alexandrinus Pędagogij, lib. 1. cap. 4. in fi-
ne. Vnde rectè inquit Quinctilianus, Oratoriarū
Instit. lib. 1. cap. 2. At si bona (inquit) ipsius indo-
les, si non cæca, ac sopita parentum socordia est,
& pręceptorem eligere sanctissimum quemque
cuius rei præcipua prudentia est; Hinc Plutarch.
15 de liberis educandis dicit, præceptorum vitam
nullis debere esse criminibus obnoxiam, irrepre
hensibiles mores, ac optimum experimentum.
De quibus eleganter nouissimè scripsit Lęlius
Zecchus de Ciuili, & Christiana instiut. capit. 4.
16 † Lucra etiam ipsa honesta tantum appetenda
erunt, vt inquit Cassiodor. variar. lib. 12. cap. 13.
& ipsa honestas omni lucro præfertur. Bald. in l.
reprehendenda, C. de instit. sub cond. factis; & so-
la honestas ipsa de legibus lucrū capit, vt inquit
Cassiod. lib. 9. cap. 18.

17 Etdum † Horæ Canonicæ forte casu aliquo,
in Ecclesia non dicerentur, tamen honesto in lo
co dicendæ erunt. DD. in Clement. 1. de celebr.
Missar. Dominicus de Soto, de iust. & iure, lib. 10.
q. 4. artic. 4. in fine. Alfonsus Aluarez in Speculo
Rom. Pontific. cap. 33. Bart. Fumæus in Summa
Armilla, §. Horæ, nu. 21. & 22. de quibus amplissi
mè scribit Marc. Anton. Cucch. Instit. Canoni-
car. maior. lib. 5. tit. 7.

18 Iuramentum † etiam aduersus publicam vtili
tatem, & morū honestatem nullum est, c. si dili-
genti, de foro comper. c. nō est obligatorium, de
regul. iur. in 6. Christophor. de Castellion. in cōs.
19 24. num. 47. Et † in his, quę perpetuam habent
turpitudinis causam iusiurandum numquam est
obligatorium, vt voluit Feder. de Senis in consil.
127. num. 3. & plura adducens Octauius Simon-
cell. de Decret. minor. lib. 3. titulo 8. nu. 185. quod
declarant nonnulli procedere, quod quando iu-
ramentum pręstatur super aliquo actu prohibito
à Lege, aut Satuto propter bonos mores conser-
uandos, & tunc non valeat, si sit contra bonos
mores naturales. Panormitan. in capit. cum con
tingat, numero 7. de iureiuran. Calderin. in con-
20 sil. 9. de iureiurando. Secus † autem si esset
contra bonos mores ciuiles. arg. c. significante,
de pignorib. Decius in consil 655. num. 15. & ple
ne nouissime Vincent. Mancinus de iuramento,
parte 1. q. 6. num. 7.

21 Legatis † etiam mulieri alimentis, si stabit cū
hęrede, quando id cum honestate fieri nō potest,
debentur, etiam si cum hęrede non staret, arg. l.
Nepos Proculo, ff. de verb. signific. Petr. de An-
charano, in consil. 255. in fine. Ioan. Francisc. de
Ferrar. in Pract. Papiensi, in forma libelli, quo
vxor agit ad dotem, §. Ac etiam alimentis, num.
3. Roland. à Valle, in consil. 22. num. 18. vol. 1. &
alijs multis quæ allegat Iacobus Menoch. de ar-
bitr. iudic. quęstionib. lib. 2. Centuria 2. Casu 170.
num. 12. Borgnin. Caualcan. de vsufr. mulier. re-
licto, num. 138. idem Roland. in consil. 89. num.
10. volum. 3. Ascan. Clement. de Patria potest.
Effectu 17. num. 32. Don Ludouicus de Pe-
guiera, in Decis. Catalon. 20. nu. 6. & nouissimè
Ioan. Petr. Surdus de alimentis, titulo 3. quęst. 15.
num. 31. & 33.

22 In Matrimonijs † contrahendis semper hone-
stas inspicitur, l. semper, ff. de Ritu nuptiar. l. sem-
per in coniunctionibus, ff. de regul. iur. late Ioan.
Corasius Miscellaneorum iuris lib. 1. cap. 3. nu. 5.
vbi tractat, an de iure Lupanaria permittantur,
quod ego latius dicam infra, lib. 3. cap. 13. in eo
enim non solum quid expediat secundum vtili-

tatem conſiderandum eſt, ſed quid deceat ſecun
dum honeſtatem, c. Magnę, extra, de Voto. Hinc
23 apud Canones honeſtatis fuit habita ratio, †
quod inter alia matrimonij Sacramentum im-
pedientia, publicæ honeſtatis iuſtitiam adinue-
nerunt; de qua in c. Non debet, extra, de conſan-
guin. & affinit. & poſt Summiſtas plenè tractat
Ioan. Paul. Lancelott. Inſtitut. Canonic. lib. 2. ti-
tulo, quæ matrim. imped. poſſ. Marc. Anton.
Cucch. Inſtitut. Canonic. minor, lib. 3. titulo 8.
verſic. Publicæ quoque, & multa ad huius capi-
tis ornatum videre poteris apud Marquard. de
Suſannis, in tract. de cælibatu ſacerd. non abrog.
parte 2, cap. 3, num. 3. & 4. Vnde Cicero, in lib. de
partition. orator. Non enim ſimpliciter (inquit)
quæritur, quid honeſtum ſit, quid vtile, quid æ-
quum, ſed etiam ex comparatione, quid vtilius,
quid æquius, quid honeſtius, quid honeſtiſſimũ
etiam, & vtiliſſimum; quem citat etiam Andr.
Tiraquell. in tractatu le mort ſaiſit le vif. in Præ-
fat. declarat. 7. num. 9. & 10. & poſt illos Ludo-
uic. Zuntns in Reſponſo pro vxore, num. 771.
24 Inter † duas præterea leges, illa reijcitur, quæ
inhoneſtatem affert, nobile exemplum in hoc
tradidit Demoſthenes in Oratione contra Ari-
ſtogitonem, vbi refert, quod cum Græci ad Che
roneam ingentem cladem accepiſſent, Hyperi-
des dixit, vt ignominioſis, ac infamibus, dignitas,
& ſama reſtitueretur, vt reliqui omnes ſtrenui
pro libertate decertarent. Cumq; id legi alteri
contradiceret, quæ ignominioſis iura militum
25 denegabat, & idcirco licet † Hyperidis lex pro-
poſita vtilis pro Repub. eſſet, tamen vti inhone-
ſta, atque Maieſtati Senatus, Populiq. Athenien
ſis indigna, reiecta fuit, & ipſe violatarum legum
accuſationem ſuſtinuit, cuius rei meminit etiã
Plutarchus in Hyperide, in Vita decem Philoſo
phorum; & è noſtris Aerodius Decretorum ad
Thuanum lib. 1. tit. 10. cap. 2.
26 Hinc etiam, licet † ſtabilita ſit grauis pœna a
Legibus in ſtuprantes virgines, & viduas, intel-
ligitur tamen de virginibus, & viduis honeſtis,
ac honeſtè viuentibus, vt in l. ſtuprum, in fine, ibi
concubina, vbi etiam gloſſa, ff. de Adult. & ſtupr.
l. ſtuprum, in fine, ff. de ritu nupt. & in §. Item lex
27 Iulia, Inſtitut. de Publ. Iudic. vbi text. † minuit
pœnam etiam ſtupratori honeſto. Et ſenſerunt
Paul. de Caſtro, in conſil. 103. Alexand. in conſil.
13. per totum, volum. 7. Auguſtin. Bonfranciſc.
ad Ang. in tract. Maleficior. verbo, ch'hai adul-
terato la mia donna. verſic. quæro quæ ſit pœna
ſtupti, nu. 55. Thom. Grammat. in Voto 4. & in
deciſione 107. Paul. Grilland. de pęnis omni fac.
coit. quęſt. 7. Corne. in conſil. 114. littera E. & R.
volum. 1. Cardin. Pariſ. in conſil. 160. num. 14. vo
28 lum. 4. Iul. Clar. in §. ſtuprum, num. 3. † Vnde in-
ſano Cacani Hunnorũ Regis amore capta Ro-
milda Giſulfi Longobardorum quondam Re-
gis vxor, ſuæ inhoneſtatis pœnas exſoluit, cum il
lam traditam prius duodecim Hunnis ad libidi-
nem exſatiandam, poſtmodum effero actu acu-
to palo erecto infixit, vt ſunt authores Paulus
Diaconus de Geſtis Longobardorum, lib. 4. cap.
12. Ioannes Candidus Hiſtoriæ Aquileienſ. lib. 3.
29 Carolus Sigonius de Regno Italiæ, lib. 3. † Ale-
xander Macedo deuictis Perſis, illos prohibuit a
matrum inhoneſtis nuptijs, vt eſt author Alex.
30 Sardus de Morib. Gent. lib. 1. cap. 2. † Quin im-
mò præſentibus mulieribus, obſcęna verba pro-
ferre illicitum eſt, & qui hoc fecerit hunc iniu-
riarum actione teneri, dicit Vlpianus, in l. Item
31 apud, §. qui turpibus, ff. de iniur. Et † Romulus
hoc antea ſua lege cauerat, ne obſcęna verba
præſentibus feminis dicerẽtur, authore Prateio
32 in iuris prudentia veteri, Romuli, l. 9. Bene † Ae-
gyptij arbitrabantur eas optimas leges eſſe, qui-
bus non diuites, ſed honeſti, ac prudentes homi-
nes fierent, vt tradidit Diodorus Siculus, lib. An-
tiquitat. 2.
33 Et Principum † placita, quę legis habent vigo
rem, vim tamen legis catenus obtinebunt, quate
nus fuerint cum honeſtate coniuncta; vt ex mul
tis dicit Roland. a Valle, in conſil. 91. num. 54. vo
34 lum. 2. † cum turpiſſimum iudicetur Principem
ab honeſto recedere; vt inquit Marius Salomo-
nius, in l. Princeps, num. 5. ff. de conſtit. Princip.
Nec dicitur Principem poſſe, quod cum hone-
ſtate nõ poteſt, vt in dicta l. Nepos Proculo, Ale
xand. in conſil. 54. colum. penul. volum. 4. abom-
35 ni † enim Principis ſuperioritate, intelligitur ius
honeſtatis exceptum. Martin. Landenſ. de Prin-
cipe, §. 16. Et cauſa honeſtatis eſt neceſſitatiua in
Principe. Archidiac. in d. cap. erit autem lex. Bar-
tol. in l. Gerit, nu. 31. ff. de acquir. hæred. & poſt
Ripam Cornel. Benincaſ. de conſtitut. quæſt. 7.
36 num. 9. & 10. Inde dicitur, † nec Papam facere
poſſe, quod inhoneſtum eſt, vt multa allegans vo
luit Hippolyt. de Marſil. in conſil. 10. num. 56. vo
lum. 1. vbi ad limitationem Regulæ, quod Papa
omnia poteſt, multa inducit. Inde, licet multi te-
neant, Imperatorem, iudicem eſſe poſſe in cauſa
37 propria, attamen † de honeſtate debet alteri ſub
delegare, cap. 1. extra, vt eccleſiaſtica beneficia,
gloſſ. in l. bene a Zenone, in verbo, Iuſſione, C. de
quadrien. præſcript. cap. Nos ſi incompetenter,
2. quæſt. 7. Decius poſt Panorm. in c. cum veniſ-
ſent, colum. 3. de Iudic. Reſtaur. Caſtald. de Im-
peratore, quæſt. 91. nu. 3. ante eos Salicet. in l. 1.
C. Ne quis in ſua cauſa. Laud. in dicto tractatu de
Princip. §. 63. Lancelott. Conrad. in templ. omn.
iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. in verbo, iudicant in cauſa
38 propria, num. 2. Quam † optime, dum quidam
adulando Antigono Regi, dixiſſet, omnia Regi-
bus iuſta, atque honeſta eſſe, ille reſpondit, Per
Iouem, Barbarorum Regibus, ſed nobis ſola ho
neſta ſunt honeſta, & ſola iuſta, iuſta. vt refert
Plutarch. in Apophtegmate Regum, 28.
Firma igitur Concluſio erit, edictum, quid in
honeſti continere minime debere, puta quod
39 hominum honeſtatẽ vexaret, † viros probos, &
honeſtos ad officia viliſſima adigeret, quod fie
ri non debet, vt voluit Bart. poſt Gulielm. de Cu-
neo, in l. 1. §. fin. ff. de Pignor. action. Bald. in l. fina
li, in fine, C. de exequut. rei iudic. vbi dicit, non
40 † poſſe officialem cogere honeſtum ſubditum
ad carnificis officium faciendum; quod longius
proſequitur, & corroborat Paris de Puteo de Syn
dicatu, in verbo, Maniuoltus. Hinc Carnificis of
ficium

ficium vitandum esse, eo quod ei muneri impro
bi homines deputari soleant. vt scribit Aristot.
41 Politicorum lib.6. Vnde Romani † Carnificem
non solum ciuem non admittebant, sed nec in
Vrbe habitare sinebant, vt est author Cicero in
Oratione pro C. Rabirio, perduellionis reo.

Inhonestum etiam Edictum esset, per quod
42 in Italia, † Nobili furcarum pęna imponeretur,
cum debeat decapitari. Bartol. in l. Desertorem,
§. locum, ff. de re militari. Lucas de penna, in l. 1.
C. de desertor. lib. 12. Bald. & Martin. Laudens.
in cap. 1. §. si rusticus, num. 2. de pace tenenda, &
eius violat. Cepoll. de Imperator. milit. deligen.
in Priuileg. 6. Nobilitatis. Bonus de Curtili, in
tract. Nobilit. parte 5. Priuileg. 1. alios allegans.
Gulielm. Bened. in repet. c. Rainutius, in verbo,
Mortuo itaque testatore, il primo, num. 221. ex-
tra, de testament. Bartholom. Cassanęus in Cata-
logo Gloriæ mundi, Parte 8. Considerat. 33. qui
tradidit suspensionis ad furcas, pœnam, ignomi-
43 niosiorem esse decapitatione, præter quam † in
Gallia, in qua etiam Nobiles, & Barones suspen-
duntur. Quod verum dicit Andr. Tiraquell. de
Pœnis Causa 31. num. 6. nisi in his nobilibus, qui
sordidum aliquod crimen committerent. Vnde
optime, atque eleganter Dominicus de Soto, de
Iustit. & iure, lib. 1. quæst. 5. Articulo 3. inquit,
44 † Esse inhonestam legem, quæ ingenuos, atque
Illustres Magnates eodem infami supplicio, quo
45 latrones puniret. † vel quia Edictum afficeret
mulierum honestatem, puta, quod permitteret
eas pro debito capi, & carcerari, de quo in l. 1.
& Authent. ibi posita, C. de offic. diuers. iudic.
& habetur in §. Necessarium, Authent. Vt nulli
iudic. & Authent. Hodie nouo iure, C. de Cu-
stod. reor. Iason in l. Plerique, num. 34. ff. de in ius
voc. & in l. ad Egregias, num. 9. ff. de iureiur. Phi-
lipp. Franc. in cap. Mulieres, de Iudic. in 6. Hip-
pol. de Marsil. in Singul. 248. in Pract. crimin. §.
Attingam, num. 62. & 63. qui istud dictum limi-
tant pluribus modis Decius in l. Feminæ, num.
78. ff. de Regul. iuris Barthol. Socin. in cons. 180.
num. 2. volum. 2. Francisc. Aretin. in consil. 94.
Guid. Papæ, in decis. 256. num. 2. Anton. Capic.
in decis. 44. num. 11. Thom. Gram. in decis. 33.
Iosephus Cumia, in Ritibus Sicilię, cap. 29. num.
12. & capit. 93. num. 26. & 27. & eleganter Iacob.
Cuiacius in Nouell. 134. vbi pulchre. Didacus
Couarr. Variar. resolut. lib 2. cap. 1. num. 3. & no-
uissime Petr. Pecchius, de iure sistendi, cap. 5.
46 nu. 14. Hinc † operæ illæ præstandæ erunt
ei, cui debentur, quæ honestæ sunt,
sine turpitudine, & sine vitę
periculo præstari pos-
sunt. vt inquit.
Paulus, in
l. eius,
& in l. hæ demum;
ff. de oper.
liber-
tor.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Leges, & Edicta captiosa, obscura, & ambigua esse non debent, sed clara, & intelligibilia.

COMPENDIVM

1 *Edictum clarum, certum, planum, non ambiguum, nec obscurum esse debet, & num. 2. & 12.*
2 *Edictum super certo debet fundari.*
3 *Legi nil magis proprium est, quam claritas.*
4 *Veteris legis dubietatem explanare debet Edictum.*
5 *Lex captiosa esse non debet.*
6 *Bannum si emanarit contra Sempronium, & in loco duo sint Sempronij, an sit validum, & num. 7.*
7 *Edictum esse non debet ad illaqueandum.*
8 *Contra facientes leges, & Edicta iniqua, quid comminetur Isaias.*
9 *Quando contrahere Magistratus in loco officij valeat.*
10 *Generales inquisitiones in Regno prohibitæ.*
Intellectus cap. Regni Generales inquisitiones.
11 *Intellectus cap. Regni. Item quod prædicti officiales nullatenus.*
12 *Lex debet esse clara, & sine abbreuiaturis.*
13 *Testium dicta obscura vel captiosa contra producentem interpretantur, & num. 17.*
14 *Instrumenti verba obscura contra promittentem, & producentem interpretabuntur.*
15 *Quæ continentur in relato, videntur repetita in referente.*
16 *Testis dicens contenta in processu, & inquisitione esse vera, non probat, & vide num. 20.*
18 *Intellectus Prag. Regis Ferdinandi primi, incip. Statuimus super articulis.*
19 *Intellectus Const. Mediolani, in c. iudices, §. omnes tamē, sub tit. de accusat. & denunciat.*
21 *Statuta clara & non obscura esse debent.*
Nec consuetudo incerta vel obscura valet. sub eodem, num. 21.
22 *Libellus obscurus, incertus, & generalis, quando reijciatur, vel admittatur, num. 23. 29. 30. 31. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. & 42.*
23 *In causis summarijs procedit simplex libellus, & etiam ineptus.*
24 *In Regno Neapolitano causæ ciuiles sunt summariæ.*
Intellectus c. Detestantes, & Pragm. Dispendia.
25 *Libellus, seu petitio qualiscumque fuerit, admittitur in Dominio Mediolani.*
Intellectus Const. Mediolani, in c. Ne lites. §. libellus, sub Rubr. de Iudic. sub eod. num. 25.
26 *Intellectus Constit. Marchiæ Anconitanæ, incip. Iudex. sub tit. de offic. & iurisd. iud. ciuil. lib. 5.*
27 *Intellectus Hispanicæ legis, titulo 2. partita 4. lege 41.*
28 *Libellus obscurus, & ineptus procedit, quando pars non opponit, & vide num. 29. 30. 31. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. & 42.*
31 *Libellus incertus, & obscurus admittitur, si pars illum declarat.*

Decla-

34 *Declaratio obſcuri libelli fit per principalem, non per hæredem.*
35 *Libelli ineptitudinis exceptio ante litem conteſtatam opponenda,*
36 *Libellus ineptus procedit in Legitima, & illius quantitate.*
37 *Libellus incertus, & obſcurus, procedit in petitione attentatorum.*
39 *Libellus incertus, & obſcurus procedit in monitorijs.*
40 *Libellus incertus, & obſcurus procedit ex partium conuentione inter ſe inita & pactione vt non exigatur libellus.*
42 *Libellus petitionis damnorum, expenſarum, intereſse, fructuum, & vſurarum procedit incertus.*
43 *Reſcripta obſcura, & incerta non valent.*
44 *Poſitiones ſuper quibus pars debet reſpondere, eſse debent claræ, non obſcuræ nec captioſæ, & num. 46.*
45 *Captioſa quando appelletur poſitio.*
46 *Intellectus Pragm. Quinta die, Regns Ferdinandi primi.*
47 *Intellectus Conſt. Mediolani, incip. Poſitionibus, ſub tit. de iudic. lib. 2.*
48 *Sententia proferenda debet eſse certa.*
49 *Promiſſiones captioſæ, & obſcuræ ſpernenda ſunt.*
50 *C. Viſellij ſtipulatio turpis ad fauorem Octalitia declarata inualida.*

A X I O M A.

Clara ſint Edicta, neue illa obſcuritatem, vel captionem continentia faciunto.

1 Edictum, † clarum, certum, planum, nō
ambiguum, nec obſcurum eſſe debet.
Vnde Deuteronom. capit. 27. Et
ſcribes ſuper lapides omnia verba legis
huius, planè, & lucidè. Quod & voluit Iſidorus
in pluries citato c. erit autem lex, 4. diſtinct.
ibi: Ne aliquid propter obſcuritatem in captione
contineat. Hinc ad finem hūc dicit Dominicus
de Soto, de iuſtit. & iure, lib. 1. quæſt. 5. Articulo
3. colum. finali. Sed ad eumdem, inquit, finem
legis per quam maxime decens eſt, vt nulla ſit ob
ſcuritate obuoluta, ne ad captandos ignorantes,
muſcipula fiat, ſed ſit vſque adeo manifeſta, vt
trangreſſorum nemo poſſit non eam intellexiſ-
2 ſe. Vnde † edictum ſupercerto eſſe debere, dicit
Gloſſa, in Clement. 1. in verbo, Effectum, de con
ceſſ. præbend. & Conſtitutionem ipſam claram
eſſe neceſſe eſt, & nil ambiguum continere vel
obſcurum, cap. fin. de Conſtitut. cap. Abbate ſane,
de verb. ſignif. Goffred. de Trano in Summa
3 eius de tituli columna 1. Nil † enim magis proprium
legi, quam claritas, §. nos igitur, Authent.
de teſtam. imperfect. dicit poſt alios Cornel. Benincaſ.
de Conſtit. quæſt. 2. num. 27. lex enim nō
ſolum non debet ambages continere, ſed veteres
ambages rumpere, l. finali, C. de Interdict. &
relegat, & plura cumulat Lucas de penna, in l. eā
legem, C. de excuſ. muner. lib. 10. ſequitur Barthol.
de Caſſanæo, in conſuetud. Burgundiæ,
Rubr. 2. §. 1. in princ. num. 5. Sed debet eſſe adeo
certa, vt adminiſtratores, quemadmodum poſ-
ſint Reipublicæ ſubuenire, non ignorent, §. 1.
Authent. de mandat. principum. Napodan. Seba
ſtian. in Proœmio cōſuetud. Neapol. in verbo, In
4 certitudinis, num. 198. quinimmo † dubietates
veteris legis, diſcernere, aperire, ac apertius explanare
debet. Auth. de Litigioſ. in princip. lex
.n. nō debet calumnias excitare, l. Diuæ memoriæ,
vbi Luc. de Penna, C. de Decurion. lib. 10.
5 † nec debet eſſe captioſa, aut authrix, vel cauſa
delicti, vt dicit Bald. in l. 2. C. de indicta viduit tol
len. quia eſſet potius ad laqueum, quod eſt fugiendum,
l. pen. ff. ad exhib.

Hinc Angel. in l. 2. ff. de liber. & poſthum. in-
6 fert ad quæſtionem: quod ſi eſt † bannitus Sempronius
per edictum, & in loco ſint duo Sempro
nij, quod ne Edictum ſit ad laqueum, interpreta
bitur nullum, argumento illius textus Iudex enim
clarius, ac apertius debet legem dicere, & in
dubió contra ipſum, ac illius Edictum fiet interpretatio,
vulg. l. quidquid aſtringendæ, ff. de verbor.
obligat. & talis interpretatio fiet, vt in partē
benigniorem accipiatur. l. Benignius, ff. de legib.
maxime in pœnalibus, l. reſpiciendum, & l. interpretatione,
ff. de Pęnis. Sed in caſu propoſitę quę
ſtionis Bartol. in l. demonſtratio falſa, quæſt. 6.
ff. de cond. & demonſtrat. adinuenit cautelam,
7 vt † iudex faciat illum captum confiteri, eſſe illum
Sempronium, de quo in Banno, ſiue Edicto
fit mentio. Idem Bartol. in l. inter ſtipulantem,
§. 1. in fine, ff. de verbor. obligat. & in l. 1. C. ſi vnus
ex pluribus, quam in dicta l. 2. Ioan. de Imol.
& Alex. defendere conantur; tamen contra Bartol.
tenent Bald. Ang. & Paul. de Caſtro, in l. Hac
conſultiſſima, colum. 7. C. qui teſtament. facere
non poſſ.

Peſſime igitur ſe gerunt Officiales, ac Magiſtratus,
qui ſub Iuſtitiæ, ac boni colore, captioſa
Edicta proponunt, & exinde pęnas exigunt, vt
ſibi ipſis pecunias quærant; Hæc enim illa ſtatera
doloſa, & abominatio apud Deum, de qua Salomon
loquitur Prouerb. cap. 2. Contra quos op
8 time comminatur Iſaias † cap. 10. Væ qui condi
tis leges iniquas, & ſcribentes, iniuſtitiam ſcripſerunt,
vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim
facerent cauſæ humilium populi mei, vt eſſent
viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid
facietis in die viſitationis, & calamitatis de longe
venientis? ad cuius confugietis auxilium? &
vbi derelinquetis gloriam veſtram, ne incuruemini
ſub vinculo, & cum interfectis cadatis?
9 Hinc eſt, quod vt hæc euitentur, † Magiſtratus,
in loco, in quo iuſtitiæ propoſitus eſt, non niſi ne
ceſſarij vſus gratia, contrahere valet, l. qui officij,
62. ff. de contrah. empt. l. Principalibus, ff. ſi cert.
petat. Paris de Puteo in tract. Syndicat. §. contra
here, Iacob. Menoch. de Arbitr. iudic. quæſt. lib.
2. Centur. 2. Caſu 182. num. 29. Petrus Coſtalius
Aduerſar. iuris, in l. Senatusconſulto, ff. de offic.
Præſid. Hieronym. Trautler. Diſputat. ſelect.
lib. 1. titulo 28. Theſi 3. Dethardus Horſtius in
Synopſi Theſium, libro 18. Diſputat 2. numero
decimoſexto, vbi non ſolum id per ſe facere
prohibetur, ſed etiam per interpoſitas perſonas,
vt annotarunt omnes: quia iſta facere ſolent
ſecreto,

secreto, vt plures etiam tempore nostro, audiuimus fieri fecisse, & vt charius vendant, facere solent edicta, quibus earumdem rerum præcia constituunt, & dum emunt vile precium apponunt ad eorum propria commoda, quibus ex traordinaria pœna imminet l. 3. §. et quis, vbi Bart. ff. de Crimin. Stellion. Idem Menoch. Centur. 5. Casu 459. num. 12. verum id procedere in Magistratibus temporarijs, non autem in perpetuis, voluit Treutlerus in loco iã allegato; & nos de hoc alibi scripsimus.

10 Hinc dum † in Regno Neapolitano saltem semel in anno esset permissum officialibus contra subditos facere generales inquisitiones arg. cap. Regni, incip. Generales inquisitiones. Illiusq; intuitu Magistratus a subditis pecuniarum quantitates extorquerent, Regina Ioanna id conspiciens, prohibuit, ne fierent, nisi ex officio, vel inquisitione generali, aut speciali, per vias ordina-

11 rias in casibus a iure permissis, vt in cap. Regni, † Item quod prædicti Officiales nullatenus, ibi (& non pro vigore Iustitiæ, sed pro fine pecuniæ inquirebant) scribit Paris de Puteo, in tract. Syndicat in verbo, inquisitio, sub nu. 12. Niger in d. c. Generales inquisitiones, & hoc ne sub prætextu boni, malum fieret.

12 Idcirco † lex clara, & extense scribenda est, & sine breuiaturis, l. 1. C. de veteri iure enuclean. Cardin. Florent. in Clement. 1. §. Regula, de sta-

13 tu Monachor. Hinc † quando testium dicta sunt obscura, vel captiosa, contra producentem interpretabuntur. Anton. de Butrio. in c. causam quę, num. 20. de rescript. Corneus in consil. 206. nu. 4. vol. 4. Iason in l. inter stipulantem, §. si Stichum, num. 8. de verb. obligat. vbi etiam Zasius, num. 12. Simon de Pretis in consil. 9. num. 11. vol. 1. Raphael Fulgos. in consil. 131. Ioan. Ronchegall. in

14 l. 2. num. 43. ff. de duob. reis. Sic † verba obscura instrumenti, contra promittentem, ac producentem interpretari debent. Felin. in consil. 25. nu. 15. Sed Abb. Panorm. in c. nihil obstat, de verb. signific. inquit, quod si notarius scribens testium depositiones, dixit quod vera sunt, vel dixit, testẽ dixisse prout supra proximus, quod simile dictũ de æquitate non reprobabitur, quod & ante ipsum voluit Bartol. in l. Labeo, num. 9. & 11. ff. de supelectili leg. Ludouic. Roman. in consil. 301. num. 11. Barthol. Socin. in consil. 56. num. 12. & 14. vol. 4. & patruum sequitur. Marian. Socin. Nepos in consil. 73. num. 13. vol. 2. Cardin. Parisius in consil. 88. nu. 8. vol. 3. Viuius Commun. Opin.

15 §. testis deponens. Quia † quæ continentur in relato, repetita videntur in referente, vt præallegati DD. dixerũt, ex Baldo in l. si defensor, §. qui interrogatus, in fine, ff. de interrogat. actio. Lud. Roman. in l. Celsus, in fine, ff. de vsucapion. Hoc tamen asserunt non procedere in criminalibus,

16 quia † testis dicens, contenta in inquisitione, vel processu esse vera, minime probat, vt post Viuiũ in loco allegato voluit Emanuel Suarez in Thesauro recept. sentent. §. testis, num. 229. Regulariter autem testis obscure, atque ambigne testimonium reddens, nõ probat. Angel. in l. in ambigua, nu. 1. ff. de legib. Bart. Socin. in l. 1. nu. 9. ff. si cer. petat. Raphael Fulgos. in d. consil. 131. circa finem. Alexand. in consil. 148. vol. 2. Carol. Ruin in consil. 33. nu. 3. vol. 4. Rimminald. senior in consil. 406. nu. 3. vol. 3. plene Francisc. Burlat. in con-

17 sil. 20. num. 62. vol. 1. & quamuis † dicta testium dubia, ambigua, vel obscura per producentem partẽ interpretari, voluerint Alexand. & Decius relatis Simone de Pretis in cons. 129. nu. 11. vol. primo, id tamen mihi minime satis facit, rationem nunc non referam, alibi dicturus.

18 Hæc annotari debẽt † ad intellectum Pragm. Regis Fernandi I. incip. Saturnus super Articulis, qua cauetur, Notarios scribere oportere testium depositiones per extensum, nec, per vera esse, vel dicit, vt proximus. Et in Dominio Mediolani facit ad cap. Iudices, in causis capitalibus, §. omnes tamen, sub Rubr. de Accus. & denunciat. qua cauetur, quod testium dicta integre scribãtur. Quę iura procedere in teste suspecto, & non integræ famæ, quia in viro bonæ opinionis, ac vitæ incorruptæ, dicente, dico, vt proximus, seu, vera esse in articulo posita, valere voluit Bald. in tract. de Pace Constantiæ, in glossa finali, vbi in Apostilla ad ipsum, multa adducit Andreas Barbat. quos refert Ioann. de Arnon, in Epitome 13. & ego dixi in consil. 7. num. 44. Centuria prima. Secundo etiam poterit tem-

20 perari, testem † fidem facere, dicendo vera esse, vel dico, vt proximus, quando hoc non obstante scientiæ causam iustã redderet, vt voluit Bald. in consil. 181. vol. 1. & Alexand. in consil. 166. nu. 14. vol. 6.

21 Sic & † Statuta clara, & non obscura esse debent, vt alia allegans voluit Marc. Anton. Natta, in consil. 254. numero 12. volum. 2. nec consuetudo incerta, vel obscura valet, sed certa esse debet, ac clara. Idem Natta in consil. 575. numero 28. volum. tertio, quem refert, & sequitur Roland. a Valle, in consil. decimotertio nu. 20. volum. 4.

22 Obscurus † insup libellus, incertus, & generalis reijcitur, vt in l. finali, C. de Annal. except. debet enim esse ita clarus, quod ex eo pars valeat deliberare, an velit cœdere, vel contendere, l. 1. ff. de eden. Authent. Offeratur, ff. de litis contestat. DD. in l. edita, C. de edendo. late Marantha in Speculo Aureo, parte 6. Membro 3. num. 2. Hieronym. de Monte, in tract. Finium regund. cap. 42. num. 13. Nicolaus Bellon. in consil. 23. num. 17. Foller. in Practica crimin. Canon. parte 2. cap. 6. num. 41. Ioann. Thom. Minadous, in consil. 5. numero 28. Ioseph. Cumia, in Ritib.

23 Siciliæ, capit. 39. numero 23. Primo declara † istud non procedere, vbi ex forma statuti causæ essent summariæ, quia tunc procedit simplex libellus, etiam ineptus, & talis, vt dicunt, simplex petitio, & eo casu poterit causa ab articulis inchoari. Speculat. in tit. de libelli oblat. §. restat, circa finem. Marian. senior, in capit. primo, numero vigesimosecundo, de libelli oblat. Decius in dicta l. edita, num. quinto, Cumia in Ritu 38. nu. 4. Aldobrandin. Summus Pontifex in Decis. Rotæ nouiss. 251. num. 3. in decision.

24 256. num. 5. volum. 1. quæ faciunt † ad causas hu-

ius

ius Regni Ciuiles, quæ sunt summariæ. arg. cap. Regni, Detestantes, & Prag. Dispendia, & idcirco in eo procedit libellus obscurus, & incertus, vt voluere Ioan. de Arnono, in Soliloq. 46. Ioan. de Amicis, in consil. 1. num. 3. & in consil. 153. num. 3. Quinctilian. Mandos. in tract. de Monito-

25 rijs, quæst. 38. sub num. 3. His iuribus, similis est Constitutio Mediolan. in cap. Ne lites, §. libellus, sub tit. de iudic. volens quod libellus, seu petitio, qualiscumque fuerit, intelligatur admissa, dummodo contineat personas Actoris. Rei, & rem, seu ius, quod petitur, & petitionis causam, de qui bus etiam Maranta vbi supra, & Cumia in d. cap.

26 39. num. 33. Et faciunt † etiam ad intellectum Constitutionum Marchiæ Anconitanæ, libro 5. sub titulo de offic. & iurisd. iudic. ciuil. in Constitut. incip. Iudex, vbi datur potestas iudici per Prouinciæ Rectorem creato, in ciuilibus causis summariè procedendi, & ex alia Constitut. incip. Breuiores, sub eadem Rubrica, vbi datur potestas iudici procedendi in causis non excedentibus summam solidorum cētum, summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij. Similiter

27 † ad intellectum legis Hispanicæ titulo 2. partita 3. lege 41. quæ vult, quod in causis non excedētibus decem Marabetinos, non est necessarius libellus. Et Prag. Madridi Anni 1534. qua cauetur, quod in causis minoribus nō excedentibus quadringenta Dipondia, non admittitur libellus in scriptis.

Secundò declara supradictam conclusionem

28 procedere, † quando pars opponeret de obscuritate, & incertitudine libelli, quia si id non opponeretur, libellus procederet. Accurs. in d. l. finali, C. de Annali except. Alexand. in consil. 121. Viso processu, colum. 4. volum. 1. in consil. 32. colum. 4. volum. 4. Decius & Marcus Mantua, in d. l. Edita, Felin. in capit. 2. num. 7. de libelli oblat. Guido Papæ in decis. 221. sub num. 4. Angel. de Gambilion. in consil. 63. num. 5. volum. 1. Ioan. Ronchegall. in l. 3. §. vbi duo, num. 66. ff. de duob. reis Riminald. Senior in consil. 300. num. 23. volum. 2. Paul. Merend. in consil. 25. numero 5. Iafredus Lanfranc. in decis. 294. Gerard. Mazzol. in consil. 49. num. 18. volum. 1. Hippolyt. de Marsil. singul. 348. And. Gail. lib. 1. Obseruat. 62. num. 21. Hieronym. Gratus, in consil. 79 num. 16. volum. 2. Peregrin. Fabius in decis. Nouiss. Rotæ 232.

29 num. 1. lib. 2. tomo 3. quod subdeclaratur † non procedere, quando incertitudo proueniret ex facto conuenti nolentis actorem certificare, arg. l. 1. §. quod autem, ff. quor. legat. & l. 1. §. finali, ff. si pars hæred. petat. Nicol. Valle de reb. dub. lib. 2. quæst. 33. Ioan. Coras. in l. qui liberos, num. 28. ff. de ritu nuptiar. Subdeclaratur secundo, non pro

30 cedere † in casu eorumdem statutorum, quia in his etiam parte opponente admittetur incertus libellus, vt concludit Arnon. in dicto Soliloq. 46. videndus est tamen Menoch. de arbitrar. iudic. quæst. lib. 1. quæst. 18. num. 8.

31 Tertiò declara, quod † licet libellus sit incertus, admittitur tamen, si libellans illum declarabit, ad cuius fauorem semper fit interpretatio, voluerunt Angel. in l. quoties in stipulationibus, ff. de verbr. obligat. Ioan. de Amic. in d. consil. 1. num. 11. & in consil. 47. num. 8. Ioan. Cephal. in consil. 381. num. 9. volum. 3. Guidus Panciroilus, in consil. 11. num. 8. volum. 1. Gerardus Mazzol. in consil. 15. num. 6. & in consil. 89. num. 96. August. Berous in consil. 43. num. 8. volum. 2. Simon de Pretis in consil. 197. num. 1. vol. 1. Hieronym. Gabriel. in consil. 4. num. 10. volum. 1. Federic. Scotus in consil. 36. num. 17. lib. 4. tomo 1. Petr. Anton. Anguissol. in consil. 19. num. 1. vol.

32 1. † Ea tamen declaratio fit per principalem, non per hæredem, vt per Bartol. in l. Naturaliter, §. nihil commune. num. 13. ff. de Acquir. possess. D. Meus Ioannes Bolognett. in d. l. Edita, num. 80. Nicol. Anton. Granat. ad Vestrium. lib. 5. cap. finali, num. 20. Emanuel Suarez Recept. sentent. §. libellus, num. 164.

33 Quartò declara † non reijci libellum obscurū, & incertum, vbi resultat probabile iuris dubiū, & ambiguitas. Anton. Capic. in decis. 10. num. 21.

34 Quintò declara, † minime procedere, vbi ex capitulis, siue articulis, postmodum productis, declaratio, & certificatio resultaret, quia tunc libellus incertus, ac obscurus admitteretur. Anton. de Butr. & Abb. Panorm. ac Decius, in cap. in præsentia, de Prob. August. Berous in consil. 19. num. 13. & 32. volum. 1. Rimipald. senior, in consil. 98. num. 36. volum. 1. in consil. 300. num. 31. volum. 2. in consil 600. num. 15. volum. 3. Hieronym. Gabriel. in consil. 47. num. 20. volum. 1. Stephan. Aufr. in Capell. Tolos. decis. 11. Phanucc. in tract. de in lit. iurando, parte 1. membro 2. num. 8. Roland. à Valle in consil. 41. num. 27. volum. 3.

35 Sextò declara † exceptionem incertitudinis libelli debere opponi ante litem contestatam, nam ea contestata, admittitur, vt ex multis concludit Francisc. Marc. in decis. 718. parte 1.

36 Septimò declara, † non procedere in petitione Legitimæ, cum in ea procedat libellus incertus, quo ad quantitatem, & veniunt, etsi non specificentur, ipsius legitimæ fructus. Bald. in c. conquerente, num. 7. extra de offic. ordinar. argum. l. Non est, C. Familiæ herciscunde Marc. Mantua, Dialog. Denarrat. Classe 10. cap. 13. num. 2.

37 Octauò declara non † procedere in petitione Attentatorum, vti accessoria ad principale, in qua procedit incerta, & obscura petitio, vt post Oldrard. in consil. 206. in fine qui multa allegat, voluit Marcus Mantua, vbi supra, subdeclarando tamen vt per Felin. in cap. 2. num. 23. de libelli oblatione.

38 Nonò declara, † non procedere, vbi libellus est incertus, ex eo, quod non est in potestate creditoris, siue Actoris, sed iudiciis, argum. l. quæ de tota, ff. de rei vendic. & post Bart. quem allegat, voluit Berous, in consil. 193. numaro 3. volum. 1. Petr. Costalius Aduersariorum iuris, in l. 1. ff. de edendo.

39 Decimò declara, † non procedere in Monitorijs, in quibus non solum procedit libellus obscurus, & incertus, sed etiam sine libello, vt alia allegans voluit Quinctilian. Mandos. de Monitorijs, quæst. 38. per totam.

Vnde

40 Vndecimò declara, † non procedere vbi partes conuenissent, & paciscerentur, quod nullus exigatur libellus. Ioan. Andr. in Clement. Sepè, de verbor. signific. Ioan. de Imola & Anton. de Butr. in cap. 1. de libelli oblat. Marin. Freccia, de præsent. instrum. parte 8. q. 3. num. 49.

41 Duodecimò limita, † & declara, secus esse, quando actor, est incertus aliunde, & iurat se nescire, nec posse aliter certificare reum. Innoc. in c. constitutus, de restit. in integr. Innocent. Ioan. Andr. & Panorm. in cap. 1. de libelli oblat. Iafred. Lanfranc. in decis. 294. vbi vide.

42 Decimo tertio declara, † non procedere, vbicumque peterentur, damna, expensæ, sumptus, vel alia similia, vt interesse, & vsuræ; quia in eis procedit libellus incertus, cum accessoriæ veniant ad rem petitam. Innocent. in c. cum ad sedem, de restit. spoliat. & alia allegans Iafred. Lanfranc. in Decisione 24.

43 Rescripta † præterea incerta, & obscura non valent. Gloss. & Doctores, in cap. quoniam Abbas, in fine, de offic. deleg. Gloss. in c. inquisitores. versic. expressè, de hæretic. in 6. Alexand. in cons. 103. volum. 4. Francisc. Aretin. in consil. 176. num. 7.

Licet etiam pars principalis teneatur respon-
44 dere positionibus partis, positiones † tamen debent esse claræ, non obscuræ, nec captiosæ, sed debent prius declarari per partem ponentem, arg. l. ornamentorum, ff. de auro, & argento legato. Bartol. & Bald. in l. 2. §. quod obseruari, C. de iuramen. calum. Paul. de Castro, in l. cõtrouersia, ff. de transact. Glossa in c. finali, de Confess. in 6. Lanfranc. de Oriano, in Rep. c. quoniam contra, in verbo, Positiones, extra, de probat. Francisc. Aretin. in l. prima, ff. si cert. petat. & in l. vt respon
45 sum, C. de transact. † Captiosa autem positio appellabitur, quando pars respondere volens, in neutram partem id sine periculo facere poterit, vt per Bald. in l. precibus, C. de impub. & aliis subst. Bartol. & Bald. in dicto §. quod obseruari. Castrens. in dicta l. controuersia, Mantua, in Dialog. Denar. Classe 10. cap. 13. num. 2. latè Prosper Carauita in Ritu 79. nu. 2. quę faciunt ad Pragm.
46 Regis Ferdinandi primi, incip. Quinto die † disponentem quod pars deponat super positionib. quæ sint simplices, & non captiosę, factum, &
47 non ius contineant. Et † similiter ad Const. Mediolani in c. positionibus, sub rubr. de iudic. lib. 2. in qua disponitur, quod positionibus per partem aduersam producendis, teneatur pars altera respondere, ad terminum per iudicem assignandum, clarè, & apertè, affirmando, vel negando, de scientia, vel credulitate, vt intelligantur positiones simplices, claræ, & non captiosæ.

48 Et ipsa † etiam sententia proferenda debet esse certa, toto titulo de sent. quæ sine certa quantitate, §. curare. Instit. de Act. Rota in Nouis, in Decis. 24. Fuit dubitatum vtrum detetor, Alexand. in consil. 109. colum. prima, volum. 5. Carol. Ruin. in l. stipulationes non diuiduntur, in fine, ff. de verb. obligat. Hieronym. Cagnol. in l. quatenus, num. 25. ff. de regul. Iur. Cardinal. Paris. in consil. 49. in fine, volum. 3. & in consil. 133. volum. 4. Sebastian. Vant. de Nullit. ex defectu process;. num. 102. Ioan. Monach. in Defensor. iuris, tit. 15. num. 16.

49 Promissiones † præterea captiosę, & obscuræ eodem modo spernendę sunt, vt annotauit Roland. à Valle, in cons. 51. num. 32. volum. 4. Hinc rusticorum, ac mulierum iuramenta captiosa, minimè ligant, & idcirco ab Episcopis relaxantur. Bald. in rubr. C. de rer. permut. Pro huius capitis coronide, memorabilem Historiam à Valerio Maximo, lib. 8. cap. 2. scriptam recitabo.

50 † C. Visellius Varro, graui laborans morbo, spopondit Otacilię Laterensi, trecenta millia nũmum, quæ expensa fuisse Otacilia stipulata est, actumq. inter eos tacitè, vt Visellio mortuo, pecuniam ab hæredibus Visellij peteret, & ab eo quamdiu viueret, non exigeretur. Superuiuens Varro, qui cum Otacilia Secretam delitiarum consuetudinem habuerat; Otacilia, vt proprium est huiusmodi, ac naturę mulierum, prereptam sibi ob non subsequutam illius mortem habendę pecunię spem, maturando illa potiri credens, cum ob imminentis tunc mortis in Varronem spectaculum, esset offensa, & grauiter sua expectatione delusa, Varronem in ius vocat, à Prętore C. Aquilius datus est iudex, principibus Ciuitatis adhibitis, Visellius sponsionem non negat, sed mutui nomen, quod tabulis continebatur, falsum esse, & re vera nihil sibi ab Otacilia numeratum, sed potius ex alia causa, quam silentio obrumbabat, aliaq. nonnulla in sui defensionem afferebat. Otacilia vero in obiectum, aiebat, quod licet eius pudicitia in dubium reuocaretur, satis autem veritati sufficere, & nullam esse donationis causam; Nec inhonestas donationes, vt circa meretrices, prohiberi; & quamquam turpiter fecerit, quod pudicitiam non seruauit, amissa tamen pudicitia, nec turpiter stipulari, nec turpiter accipere, & quod ab herede Visellij ex testamento rectè capere potuisset, cur id ab eodem Visellio rectà ex stipulatu non consequatur? C. Aquilio Grauissimo Iurisconsulto placuit, Visellium liberari, turpiter enim fuerat stipulatum, & velatum, captiosumq. fuerat promissum.

Conclude itaque cum Demosthene in Timocratem, leges esse oportere vt sint perspicuę, & manifestæ, non obscuræ, nec ambiguè scriptæ aliàs interpretationes variæ, controuersiæ infinitæ oriantur necesse est, vt leges non tantum à prudentibus, verum etiam imperitis, intelligantur.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Leges, atque Edicta impoſſibilitatem continentia ſunt inualida, cum fieri debeant ſuper poſſibili.

COMPENDIVM.

1 *Poſſibilitas in ferendis legibus conſideranda, & num.13.*
2 *Impoſſibilia quæ dicantur, & num.4.*
3 *Omne, quod in ratione conſiſtit lex eſt.*
5 *A nouitatibus abſtinendum, quia nouitas mala præſumitur & diſcordias parans.*
6 *Conſuetudo eſt altera natura.*
7 *Iura naturalia ſunt immobilia.*
8 *Conſuetudo habet vim Decreti Iuſtitia, dat Mandatum, dat Iuriſdictionem arbitris. Eſtſq. optima legum interpres.*
9 *Conſuetudo minime irrationabilis, legem vincit.*
10 *Conſuetudo vim habet Principis, tribuit iuriſdictionem, vincitq. legem ſcriptam. Dicitur origo, forma & principium omnium Iuriſdictionum.*
11 *Conſuetudo nihil a lege differt, niſi, vt tacitum ab expreſſo.*
Conſuetudo Reges ac Principes ligat, ſub eod. num.11.
12 *Conſuetudini ſtandum licet mala appareat.*
13 *Subditis nouitates inducens, animaduerſione dignus.*
14 *Tranſgreſſor conſuetudinis, punitur, vt tranſgreſſor legis.*
15 *Index iudicans contra conſuetudinem, an faciat litem ſuam.*
16 *Alcibiades iudicauit tutiſſimos inter omnes degere eos qui præſentibus legibus ac moribus vtuntur.*
17 *Leges Patriæ tamquam Dij ſeruanda.*
18 *Lex poſſibilis eſſe debet.*
19 *Promiſſio poſſibilis eſſe debet, alias non ligat.*
20 *Impoſſibilium nulla eſt obligatio, & quare, num.21.*
22 *Iuramentum, quod præſtari non poteſt, fruſtra exigitur.*
23 *Scripturæ priuata mortui recognoſcuntur per alios.*
24 *Onera grauia ſubditis imponentes culpandi ſunt.*

AXIOMA.

Impoſſibile aliquod habentia irrita eſto.


1 Lutarchus in Solone inquit: Decet † in ferendis Legibus poſſibilitatis, & facultatis rationem habere, ſi quis ve lit vtiliter in paucos, quam ſine vtilitate in multos animaduertere. Hinc Plato de Legibus lib.5. Poſſibilia volet (inquit) fundator legum, impoſſibilia nec volet, nam vana eſſet ea cupiditas. Et Demoſthenes in Oratione contra Timocratem ait: Fieri poſſe oportere ea, quæ iubeat, nam ſi præclare conſtituta ſit, ſed aliquid ta

men quod nequeat fieri, proponat, id potius vo-
2 ti quam legis fuerit officium. Impoſſibilia † ve-
ro dicentur, vel habito reſpectu ad naturam, &
jus naturale, vt illi minimè contradicant, vt dixi
ſupra hoc eodem lib.2. cap.primo. Vel impoſſibi
lia dicuntur, vt exponit Gloſſa, in d.c. erit autem
lex, 4. diſtinct. ſecundum naturam id eſt natura-
3 lem rationem, † quia omne quod in ratione con
ſiſtit, Lex eſt, cap. conſuetudo, prima diſtinct.
cuius authoritate Andr. de Iſernia in proœm feu-
dorum, num.48. dicit: rationabile dictum ita mo
uere debere, ſicut Lex; de quibus plura Iaſon in
4 l.3.§.ſi liber, ff. de condict. ob cauſ. Aut † impoſſi-
bilia dicuntur, habito reſpectu ad patrios mores,
& ad illud, quod aliàs fieri conſueuit; Edictum
enim contra proprias Patriæ conſuetudines,
ſcandalum generat, & ideo iniuſtum eſt, l.2. ff. de
conſtitut. & voluit Petr. de Ancharano, in con-
5 ſil.67. colum. ſecunda, vbi dicit, † à nouitatibus
abſtinendum, cum mala præſumatur nouitas,
vt diſcordias parans, cap. cum conſuetudinis,
extra, de conſuetud. cap. Quia dilecti, in fine,
6 extra, de conſanguinitate, & affinitate. Et † cum
cõſuetudo ſit altera natura, l. ſi quis poſthumos,
vbi gloſſa, & Doctores, ff. de liber. & poſthum.
7 per nouitates mutari nequit, cum † iura natura-
lia ſint immutabilia, §. finali, Inſtit. de iure natu-
rali, gent. & ciuili. Inſuper, conſuetudo ea, quæ
ſunt inualida de Iure Communi, ac non pro-
bant, valida facit, & quod probent, cap. cum dile-
ctus, de fide inſtrum. Petr. de Ancharano, in Cle-
8 mentina prima, num.2. de teſtib. Habet † etiam
conſuetudo vim decreti. §. fin. vbi gloſſ. in Au-
thent. de vſur. nautic. Habet vim iuſtitiæ, dat
mandatum, dat Iuriſdictionem arbitris. Bald. in
Rubrica de Dilat. & idem Bald. in cap.1. §. quia,
num. quarto, de his qui feud. dare poſſ. Eſtq. opti-
ma legum interpres, l. ſi de interpretatione, l.
nam Imperator, ff. de legibus, cum alijs adductis
per Virgin. Boccat. in Conſtit. Picentin. Gloſſa
6. num. nonageſimo quarto. Quinimmò cum
9 † conſuetudo non eſt irrationabilis, vincit le-
gem, vt comprobat Auguſtin. Berous, in conſil.
120. num. ſecundo, volum. ſecundo, habetq.
10 † conſuetudo vim Principis, Iuriſdictionem tri-
buit ordinariam, Legem ſcriptam, Canoni-
camq. vincit. Ioan. de Amic. in conſil. quadra-
geſimotertio, num.9. Dicitur Origo, Forma, &
principium omnium Iuriſdictionum, vt dicit
Aymo Crauetta, in conſil.238. num. ſeptimo, &
11 † nihil à lege differt, niſi, vt tacitum ab expreſſo,
vt poſt multos tradidit Achilles Perſonalis, de
adipiſcenda poſſeſſione, num.166. Quinimmò,
ipſa conſuetudo Reges, ac Principes ligat, vt ſcri
bit Ioan. Iacob. de Leonard. inter conſilia Al-
berti Bruni, in conſil.114. num.186. cum pluri-
bus ſequentibus. Hinc conſuetudines feudales
à Regibus cum ſint approbatæ ab ipſis tolli ne-
queunt, ſed ab omnibus ſunt obſeruandæ. Andr.
de Iſern. in Præſud. Feudor. num. vigeſimo quar-
to, & vigeſimo quinto. Iulius Clarus, in §. feu-
dum, quæſt. tertia Guido Papæ in Deciſ.297. nu-
mero primo Franciſc. Sonsbech. iuris feudor,
par.1. num. vigeſimo ſecundo. Anton. Capic. in

inueſti-

inueſtitura feudali, §. Feudorum leges, colum. 2.
Ioan. Cephal. in conſil. 313. num. 27. & 28. vol. 3.
Ioan. Vincent. Annius, in Allegat. 67. num. 31.
Nouiſſimè ad ſatietatem Nicolaus Intrigliolus
de feudis, q 4. num. 29. Centur. 1. & conſuetudo
ipſa ſeruanda eſt, cum ſit actus practicus, Bald. in
l. quicumque, C. de ſeruis fugit. Barthol. Socin.
in conſil. 227. num. 5. volum. 2. & quod fit per cō-
ſuetudinem, per legem, hic ius fieri dicitur, vt di-
cit Petrus Coſtalius Aduerſarior. iuris, in l. de
quibus, ff. de legib. & in ſumma regulariter, tanta
12 † conſuetudinis vis eſt, vt ei ſtandum ſit, licet ma
la appareat. Carolus Ruin. in conſil. 104. num. 3.
volum. 5. Vincentius Godemin. ad Bald. in d. §.
Et quia, ſub num. 4. Idcirco cum tanta ſit patria-
rum conſuetudinum vis, ac poteſtas, vt dictum
eſt, (quamquam quæ ſupra dicta ſunt, multas re-
cipiant interpretationes, quas cum hoc non ſit
noſtræ tractationis inſtitutum, omittimus, quia
illas tractarunt Roch. de Curte, in Repet. c. fina-
lis, de cōſuetudine, & Antonius Scappus in Cō-
mentar. de iure non ſcripto) talia tamen Edicta
contra proprias ciuium conſuetudines, erunt, &
appellabuntur ad ſeruandum impoſſibilia, cum
13 (vti diximus) videantur † ſubditis ſuperinduci
nouitates, quarum inuentores acri animaduer-
ſione digni ſunt, c. finali, in fine, 11. Diſtinct. Ideo
14 † punitur tranſgreſſor conſuetudinis, vt legis
tranſgreſſor, niſi toto conſentiente populo, c. In
his, eadem Diſtinct. c. Ex litteris, vbi gloſſa, extra,
de Conſuetud. gloſſa in c. In generali, de elect. in
15 6. Vnde Iudex contra conſuetudinem iudicans,
facit litem ſuam, ſicuti ſi iudicaret cōtra legem
ſcriptam, vt ſcripſit Bald. in Authent. Iubemus,
num. 2. C. de iudic. dum tamen dicit ibi Andr.
Barbat. talis conſuetudo ſit notoria, allegans eū-
dem Bald. in l. 1. C. de his, quæ deſunt aduocat.
16 Hinc † apud Tucididem lib. 6. arbitratur Alci-
biades, tutiſſimos inter omnes degere eos, qui
præſentibus moribus, ac legibus, etiam ſi minus
bonæ ſint, vtentes, eodem tenore Rempublicam
adminiſtrant. Quibus concinit Agathias lib. 2.
Hiſtoriarum, dum inquit, licet ſanè homines, &
ſingulas nationes, eas leges ſanctiores ceteris du-
cere, ac potiores, quibus diu inſueuerunt. Vnde
Plato lib. de legib. 6. omnes (inquit) eas leges co-
lunt, & innouare formidant, in quibus educati
ſunt. Oportet autem, vt Hierocles apud Stobæū
17 inquit, leges patrias, tamquam alteros Deos ob-
ſeruare. Et his cōcinunt, quæ ſunt apud Cornel.
Tacitū lib. Annal. 14. In Senatu inquit C. Caſſius,
ex nouis legib. plus quam ex veteribus plura ple
rumque naſcuntur incommoda. Et Thomas
Morus de optimo Reipublicę Statu, lib. 1. inquit,
leges abrogatas cōſuetudine, haud temere Prin-
ceps reuocet, quæ diu deſitæ, numquam deſide-
ratæ ſunt.
Iſidorus itaque in d. c. erit autem lex, rectè in-
18 quit: † Legem poſſibilem eſſe oportere, quod è
Theologis placuit Gabrieli Bareletæ, in ſermo-
ne primæ Dominicæ Quadrageſimæ, & Cornel.
Benicaſius de Conſtit. quæſt. 8. num. 47. Pardul-
dulphus Pratæius in iuris prudentia veteri, in le-
19 ges Solonis, lege 48. Promiſſio † etiam debet eſſe
poſſibilis, aliàs non ligat, vt exemplum tradidit
Bald. in conſil. 279. colum prima, volum. ſecun-
do, in promittente cenſum annuum ſine cauſa,
& quod illa cauſa debet eſſe poſſibilis, honeſta,
& rationabilis, quem ſequitur Mantua Dialog.
Denar. Claſſe 3. cap. 2. num. 11.
20 Hinc † dicitur impoſſibilium nullam eſſe obli
gationem, l. impoſſibilium, cum concord. ff. de
Regul. iur. quia quod impoſſibile eſt, neque pa-
cto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi, l.
21 verū, ff. eod. tit. Et quo, † quæ natura impoſſibilia
ſunt, in obligationē nō deducuntur, l. inter ſtipu-
lantem, §. ſacram, verſic. adeo, ff. de veborum o-
bligatione. De his latè Dec. & Cagnol. in d. l.
impoſſibilium. Petrus Faber, de regul. iuris an-
tiquis, cap. 31. & cap. 182. Guido Pancirol. in conſ.
45. num. 4. volum. primo. His iungi poterunt no-
tata per Paul. de Caſtro, in conſil. 301. num. 3. vo-
lum. 1. vbi ait, quod vt liber rationum fidem fa-
22 ciat in quibuſdam caſibus, † iuramentum exigi-
tur, dum tale iuramentum tamen præſtari poſſit,
& non ſit impoſſibile ad præſtādum, ob mortem
forte iurare debentes, quia tunc tale iuramētum
fruſtra requiritur. Hinc Ioan. Cephal. in conſil.
270. volum. 2. dicit, quod licet in ſcriptura priua-
ta exigantur trium teſtium ſubſcriptiones, quod
dum tractatur earumdem ſcripturarum priuata-
rum recognitio, ſi teſtes, qui illas ſubſcripſerunt,
morte præuenti ſubſcriptiones non recognoue-
23 runt, † nihilominus tales ſcripturæ fidem faciēt,
ſi per alios fuerint recognitæ. Faciuntq́ ſcripta à
Benuenuto Straccha de Aſſecuration. in formu-
la 39. aſſecurationis.
Magiſtratus itaque culpandi ſunt, qui per eo-
rum edicta impoſſibilia ſecundum naturalem
rationem, & patriæ conſuetudinem mandant,
de quo Deus Omnipotens Deuteron. cap. 26.
Afflixeruntq. nos Aegyptij, & perſequuti ſunt
imponentes onera grauiſſima. & iterum
24 Chriſtus apud Matth. cap. 23. † Alli-
gant enim onera grauia, & impor
tabilia, & imponunt in hu-
meros hominum, di-
gito autem ſuo
nolunt
ea
mouere. Et Actuum cap. 15. Nunc er-
go, quid tentatis Deum, impo-
nere iugum ſuper ceruices
diſcipulorum, quod ne-
que patres noſtri,
neque nos por-
tare potui-
mus.

CAP. VII.

ARGVMENTVM.

Pro communi, publicaq. omnium vtilitate leges, & edicta fieri oportet, nec debent in priuatorum detrimentum aut vtile fieri.

COMPENDIVM.

1 *Ciuitas, ciuilis eſt ſocietas non viuendi ſolum, ſed etiam beae viuendi.*
2 *Multitudo hominum in ciuitate conſeruanda eſt.*
3 *Ciuitatem homines, non lapides faciunt.*
4 *Corona Ciuica a Romanis quibus dabatur.*
5 *Ciuitas quid ſit, & num. 6.*
7 *Aequalitas iuſtitiæ ancilla, & pediſſequa.*
8 *Edicta Magiſtratuum æqualia eſſe debet, & communia, non vnius tantum hominis intuitu.*
9 *Tyrannus, quid a Rege differat.*
10 *Lex facta ad commoditatem ſolam ipſius Principis, Tyrannica eſt.*
11 *Eubolus Aphlyſtius laudatur.*
12 *Iupiter, vt Deus habitus, quia communi omnium vtilitati vacabat.*
13 *Leges omnes ad Rempub. accommadandæ ſunt.*
14 *Lex debet in commune bonum ſubditos promouere.*
15 *Prætor ex cauſa publicæ vtilitati vacabat.*
16 *Lex eſt commune præceptum virorum prudentum.*
17 *Leges generaliter non ſingulis conſtituuntur.*
18 *Architas Tarentinus Magiſtratus, & leges non ſui gratia factos aſſeruit, ſed ſubditorum.*
19 *Bonum omne, quanto communius, tanto melius.*
20 *Antonini Pij dictum pulchrum, eo quod quidquid a Senatu peteret, obtineret.*
21 *Solonis pulchrũ reſponſum Cræſo Lydorum Regi datũ.*
24 *Vniuerſorum cauſa, Reipublicæ ſubueniendum, non reſpectu quorumdam.*
23 *Leges ad ciuium vtilitatem fieri debent.*
24 *Si fiat edictum contra ſingularem perſonam, eſt nullum, & ab eo introduci poteſt appellatio.*
25 *Solon inquit, legẽ de vno ſolo homine ponendi ius ne eſto.*
26 *Lex concedi nequit ad priuatam vtilitatem.*
27 *Princeps pro vtilitate publica facit, vt quis re ſua poſſit priuari.*
28 *Res priuati poteſt capi pro ampliando Monaſterio, & ſimilibus, ſoluto tamen pretio, & num. 29.*
30 *Legum finis publica vtilitas eſt.*
31 *Bellorum, & neceſſitatis Reipublicæ tempore, quis mutuare cogitur.*
32 *Statutum exorbitans ob vtilitatem publicam extenditur, & eamdem ob cauſam reſtringitur, & nu. 33.*
34 *Statutum ob publicam vtilitatem reuocatur, aut non ſeruatur.*
35 *Statuta cogentia ad compromiſſum, per Reges permittuntur.*
36 *Tranſactionis contractus permiſſus pro publica vtilitate.*
37 *Statutum, vel Edictum prohibens tranſactionem fieri cum ſit contra bonum publicum, remittitur.*
38 *Decreta vniuerſitatum licet ſint perpetua, tamen ob publicam vtilitatem reuocari poſſunt.*
39 *Amicitiæ in pretio ſunt ob commune bonum.*
40 *Amicorum connexitas magnum eſt ciuibus bonum.*
41 *Princeps aliquid concedens priuato alicui, non cenſetur publicæ vtilitati præiudicare velle.*
42 *Principum reſcripta ſiae alterius tertij læſione & præiudicio conceſſa intelliguntur.*
43 *Pacta non ſeruantur, vbi publicum periculum timetur.*
44 *Iuramentum contra publicam vtilitatem nullum eſt.*
45 *Et Princeps, & Vniuerſitas ob vtilitatem publicam etiam iurato contractui contrauenire poterunt.*
46 *Anatomæ faciendæ cauſa a Principe conceditur cadauer Medicæ artis profeſſoribus.*
47 *Epiſcopus omiſſa reſidentia, poteſt ob publicam vtilitatem Eccleſiam alteri committere.*
48 *Ad accuſandum nemo poteſt a iudice cogi, & num. 49.*
50 *Quando, quis teneatur maleficium denunciare.*
51 *Duellum vel ſingulare certamen omni iure prohibitum.*
52 *Intellectus Conſt. Regni, Monomachiam.*
53 *Intellectus Conſt. Mediolani, §. in hoc Mediolanenſi. tit. de Pœnis.*
54 *Duellum, an licitum ſit ob honorem.*
55 *Papa ob publicam vtilitatem diſpenſat, vt monachus vnicus Regis filius vxorẽ ducat, & Regnũ capiat.*
56 *Ramyrus Secundus Rex Aragoniæ ex Monacho Diui Benedicti.*
57 *Clerici, Religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ ad quas collectas ſæcularium teneantur, remiſſiue.*
58 *Regimen vnius melius.*
59 *Abſentiæ allegatio, quando proſit, & num. 60.*
61 *Imperium, Tyrannice prius cœptum fuit.*
62 *Error communis, quando Ius facere videatur.*
63 *Fructus dicuntur deducto ære alieno, & quando deductio æris alieni non fiat, & num. 64.*
65 *Nundinæ, & Mercatus fiunt ob commune bonum.*
66 *Quando quod Principi placuit, legis habeat vigorem.*
67 *An pro patria vitam exponere libeat, & num. 68. 69. 70. 71. & 72.*
68 *Curtius, Scæuola, Scipio, alijq. Romani pro patria quid fecerint.*
70 *Omnia animalia ſeipſa tuentur.*
71 *Animantium omnium homo dux, & caput.*
72 *Vita cuiuſque ſua menſuratur periodo.*
Iulij Cæſaris Capacij laudes.
73 *Melius eſt eſſe, quam non eſſe.*
74 *Viuentibus viuere eſt eſſe.*
75 *Membrorum ſuorum dominus nemo eſt.*
76 *Homo, an ſe obliget ad manus, aut pugni amputationem.*
77 *Homo non poteſt ſe occidi facere ab aliquo.*
78 *Seipſum occidere, vel vulnerare permiſſum non eſt.*
79 *Vulnerans ſeipſum, ſiue laicus, ſiue clericus, quas pœnas incurrat.*
80 *Vita noſtra donum Dei eſt.*
81 *Mulieres, quæ tuendæ pudicitiæ cauſa ſe necarunt, an inter martyres collocandæ ſint.*
82 *Irregularis an fiat, qui in ſeipſum manus iniecit.*
83 *Pro vita temporali cuiuſque mentiendum non eſt.*
84 *Martyres an peccauerint, ſe morti exhibentes, nu. 85. & 86.*
87 *Præceptum illud Exodi. c. 20. & Matth. c. 5. Non occides, quomodo intelligendũ ſit? n. 88. 89. 90. 95. & 96.*
88 *Morti qui ſponte ſe dederunt,*

89 *Sampſon,num.92.*
90 *Razias ſenior. Ionas,num.93.& 94.*
91 *Sophronia Romana,num.95.96.*
97 *Mortem ſibi conſciſcere, quare illicitum, numero 98.*
99 *Tyrannum occidere, an, & quando liceat, numero 100. & 101.*
100 *Phalaris Tyrannus Agrigentinus lapidibus obrutus.*
101 *Thraſideus Tyrannus apud Megaram occiſus.*
102 *Hieronymus Hieronis Syracuſani filius, qua ex cauſa occiſus.*
103 *Machareus apud Lesbos laudatur quod pro communi vtilitate leges conſtituerit.*
104 *Lex cogens partes ad compromiſsum, admittitur.*
105 *Lex, ſeu edictum contra particulares, quando admittatur, num.106.107.& 108.*
108 *Edictum contra particularem perſonam ad ſedandum tumultum in ciuitate, valet, numero 10.9. & 110.*
111 *Qui non poteſt præſtare cautionem de non offendendo, quomodo tractandus, & num.112.*

A X I O M A.

Quæ publicam, & communem, non autem priuatorum vtilitatem reſpiciant, edicunto.

MArius Salomonius, vir grauis, & iuris
noſtri multiplici lectione verſatiſſi-
mus, in l.Gallus, ff.de liber.& poſt-
1 hum. aſſeruit, † Ciuitatē ciuilem eſ-
ſe ſocietatem, non viuendi ſolum, ſed bene viuē
di. Nec id quidem abſque ratione: nam Ciuita-
tum inſtitutor, maximorum bonorum cauſa,
& principium fuit; Cum etenim Ariſtoteles lib.
Politicorum, 1.dicat, pro collecta hominū mul-
titudine ciuitatem inſtitutam, quid deſeruiret
illa in vnum, & hominum, & ciuium collectio,
niſi communi vtilitati interuientes, alter alte-
rius onera ſuſtineret; quod poſt ipſum tradi-
dit Franciſc. Patritius, de Inſtitut. Reipublicę lib.
2 1.tit.3.& hinc † multitudinem hominum in ciui
tate conſeruari laudauit idem Ariſtoteles Poli-
ticor.lib. 7. in ciuibus enim ipſis Ciuitas conſi-
ſtit, vt dicit Auguſtin. Berous in conſil.21.nu.32.
3 volum. 2. † Homines enim, non lapides ciuita-
tem faciunt, inquit Marſilius Ficinus in Conui-
uium Platonis, cap. 16. Ciuitatem, principaliſſi-
mum eorum, quæ humana ratione conſtitui poſ
ſunt, inquit D. Thomas in primo lib. Politicor.
4 lect.1.quod experti Romani, † idcirco ad conſer
uandam Ciuitatem, coronam ciuicam ei dabāt,
non qui hoſtem occidiſſet, ſed qui ciuem ſeruaſ
ſet, vt inquit Plinius lib. 16.cap.4. vnde recte dici
5 poteſt; quod † Ciuitas ſit communitas, conſtitu-
ta ex pluribus vicis, habēs per ſe terminum, om-
nis ſufficiētiæ ad vitam, vt voluit Card. in Clem.
dudum, §.extra, q.1.de ſentent.excom.vel, vt di-
cit D.meus Ioannes Bolognettus, in l.ciuitas, nu.
6 9.ff. ſi cert.petatur. Ciuitas † eſt locus muris cir-
cumdatus, ædificijs plenus, territorium habens
ad perpetuam populi habitationem deſtinatum.
Hinc recte idem Patritius lib.1. titulo 7. inquit:
Sed ſi Platonem auſcultare velimus, eiuſq. di-
ſciplinam aliqua ex parte ſequi, inueniemus,
Ciuitates a principio vtilitatis gratia cōſtitutas,
nam nemo ſibi ſatis eſſet, nec quiſquam inueni-
retur tantæ induſtriæ, tantæ ſolertiæ, vt neceſ-
ſaria omnia ſibi comparare poſſet, ſocietas homi
num adinuenta eſt, vt dando, accipiendo, com-
mutando, cōmunicando, alter alterius, quod ſa-
tis eſſet, ſuppeteret. Hanc autem Ciuitatis vtilita
tem, æqualitas conſeruat, vt eſt author Lauren-
tius Grimalius de optimo Senatore, lib.2. vbi in-
quit: Inter virtutes, quæ ius ſibi conſeruandæ hu
manæ ſocietatis vendicant, non poſtremo loco
7 eſt † æqualitas, Iuſtitiæ ancilla, miniſtra, & pediſ-
ſequa. Vnde bene idem Patritius lib.1.titulo 6.in
principio. Ipſa æqualis iuſtitia, & iuſta æqualitas
inter ciues concordiam parat. De quibus nouiſ-
ſime multa inducit Lęlius Zecchus de ciuili, &
Chriſtiana inſtitut.lib.1.cap.1.

Axioma itaque noſtrum recte ſumptum eſt,
8 quod † edicta a Magiſtratu faciēda æqualia eſſe
oporteat, non vnius tantum hominis cauſa, vel
intuitu, ſed communi omnium gratia, & vtilita-
te facta, iuxta notata in c.erit, 4.diſtinct. pluries al
legato. Ius enim minime ius eſſet, niſi æquabi-
le eſſet, vt dicit Claudius Cantiuncula de offic.
iudic.lib.1.capit.1.expedita enim res eſt, legem
pro communi omnium vtilitate, & commodo
conſtitui oportere, vt concludit Dominicus
de Soto, de iuſtit.& iure libro primo, quæſt.quin-
ta, articulo 3.& quæſt. 6. articul.1. Ita vt genera-
liter omnes ſubditos reſpiciat, ad quod Cicero
libro ſecundo de legibus. Conſtat profecto (in-
quit) ad ſalutem ciuium, ciuitatumq. incolumita
tem, vitamq. omnium quietam, & beatam, con-
ditas eſſe leges, eoſq. qui primum eiuſmodi ſci-
ta ſanxerunt, populis oſtendiſſe, ea ſe ſcripturos,
atque laturos, quibus illi, ſcriptis, ſuſceptiſque
honeſte, beateq. viuerent, quæq. ita compo-
ſita, ſanctaq. eſſent, eas leges videlicet, nomina-
runt. Vnde Baſilius Magnus in principio Pro-
9 uerbior. † hoc (inquit) Tyrannus a Rege dif-
fert, quod ille ſua ipſius quomodocumque,
& vndecumque reſpicit, ac tuetur, hic ſubditis
conſulere tantum quærit. Hinc idem Cicero
de Inuentione lib.primo. Ea (ait) virtute, &
ſapientia maiores noſtri fuere, vt in legibus ſcri-
bendis, nihil ſibi, niſi ſalutem, atque vtilitatem
10 Reipublicæ proponerer. Si † enim ad particula
rem Principis condentis legem commoditatem
leges fierent, Tyranni officium non Regis erit,
vt ex pluribus ſubtiliſſimus comprobat Ferdi-
nand. Vaſq. Controuerſ. illuſt. libro primo, cap.
30. numero primo, & ſecundo, & libro ſecun-
do, cap. 51. numero 41. Optime id circo facit,
qui Communitati potiusquam ſuæ voluntati
ſeruit, vt dicit Ioann. Gerſon de contem-
ptu Mundi, libro primo, capite decimoquinto.
11 † Eubolus Aphlyſtius laudatur, quod rem com
munem feciſſet ampliorem, ærarium locu-
pletando, apud Plutarchum in Politica.

12 Et † quia communi populorum vtilitati ſtude-
bat Iupiter, Orbis imperio potius eſt, ac pro Deo
habitus, vt inquit Diodorus Siculus, lib. 4. Et
Theodoricus apud Aurelium Caſſiodorum lib.
Variarum, primo, cap. 8. inquit: Cordi nobis eſt
cunctos in communi protegere. Quia authore
13 Ariſtotele, † leges omnes ſunt ad Rempublicā
accomodandæ. Sequitur Cantiuncula de offic.
14 iud. lib. 1, cap. 4. & cap. 6. Legem † verò omnem
ſolidam, & firmam in cōmune bonum debere
ſubditos promouere, multis comprobat Domi-
nicus de Soto, de iuſt. & iur. lib. 1. quęſt. 1. artic. 2.
latè Vaſq. Controuerſ. illuſtr. lib. 1. cap. 46. num.
2. & communem omnium trāquilitatem debet
lex humana reſpicere, inquit idem Soto, lib. 1.
quęſt. 6. articulo 2. Ordinatio noſtra vtilitatem
publicam tantum reſpiciat, non furta priuata,
inquit Caſſiod. Variar. lib. 11. cap. 9. Omni quip-
pe Regno deſiderabilis debet eſſe tranquillitas,
in qua, & populi proficiunt, & vtilitas gentium
cuſtoditur. Idem Caſſiodor. lib. 1. cap. primo.
Ea de cauſa datam moderandi Ius Ciuile † Præ-
15 tori poteſtatem fuiſſe, pro loco, tempore, perſo-
nis, habita æquitatis, & vtilitatis publicæ ratio-
ne, aſſeruit Raynaldus Corſus Indagationum
16 iuris, lib. 3. cap. 4. num. 4. Ideo † Lex appel-
latur commune præceptum virorum prudentū,
l. 1. ff. de legib. Roland. à Valle in conſil. 52. num.
17 31. volumine 2. & alij quos omittimus. † Gene-
raliter propterea leges, non autem ſingularis
conſtituuntur. l. Iura, ff. de legibus, & declarat Se-
baſtian. Medices de Legibus, & Statutis, parte 3.
quæſt. 8. num. vigeſimo. Hinc Iuſtinianus Impe-
rator inquit: Quod nunc a nobis fit, lex eſt quæ-
dam communis omnibus, & propria, rebus com
petentem ordinem ponens. In Authent. de nupt.
in princip. & refert in ſimili Foller. in Praxi Cen-
ſual. §. & ſubmiſſiones, num. vigeſimonono. Ga-
ſpar Caballin. Milleloq. 611. in princip. & eſt Lex
omnis per ſe vniuerſalis, vt ex Ariſtotele com-
probat Aerodius Decretor. lib. 1. tit. primo, cap.
decimo. Idcirco Aeſchines in Oratione in Ti-
marchum, laudando Athenienſes, inquit: Nem-
pe quia leges a vobis ſanciuntur habita ratione
æquitatis, non iniuſti lucri, neque odio priuato-
rum, ſed ipſius Iuſtitiæ, publicæq. vtilitatis dum-
taxat, & quia ingenij dexteritate alios omnes po-
pulos antecellitis, non mirum eſt nos ferre pul-
18 cherrimas leges. Architas † Tarentinus ſui gra-
tia minimè factum fuiſſe Magiſtratum, aut le-
gem, ſed ſubditorum, vt retulit Stobæus in Ser-
mone 44. Quēadmodum enim Architecti, ſeu
Geometræ inæqualia ſpacia, ſeu opera, ſuo per-
pendiculo ad ęqualitatem redigunt, ita iudicem
oportet, id, quod durius, vel remiſſius eſt, exacto
iudicio ad æquitatem ducere, inquit Ioannes
Rogerarius Trochęus de offic. iudic. in cauſ. ca-
19 pitalibus, ſub titulo quarto. Omne † etenim bo-
num, quanto communius tanto laudabilius, vt
dicit Iacob. Philipp. Portius in conſil. 164. nu-
mero quadrageſimo primo. Vnde apud Hiſtori-
20 cos compertum eſt, quod cum † C. Rufus Con-
ſul interrogaret Antoninum Pium Cęſarem,
quam ob cauſam, quidquid à Senatu peteret, ob-
tineret, Reſpondit, ideo à Senatu contra non iri,
quia non ſibi ſoli, ſed Reipublicę vtilia iuberet.
Hinc ad vtilitatem publicam ſolicitum eſſe de-
bere Magiſtratum ſcribit Ioan. Gerſon de Con-
temptu Mundi, libro primo, cap. decimonono.
21 Et acccerſitus Solon † a Cræſo Lydorū Rege, re-
ſpondit, ſe malle ibi viuere, vbi ſunt æqua, & com
munia iura, quam ad ipſum pergere, vt in eius
Vita refert Diogenes Laertius. Rectè itaq. Her-
mogenes Tarſenſis in Rhetorica de inuentione
libro primo, cap. primo. Neceſſe eſt (inquit)
priuatas inimicitias diſſimulare, & ad ciuitatem
legesq. confugere, cauſamq. inſtituiſſe, vt pro
publico commodo docere videamur. Et So-
crates ad Amandum ſcribēs: Nihil (inquit) Re-
ges cogere quam ea iuſtitia, quæ Regi, & po-
pulis, & nobilibus æqualitatem ſeruat, vt retu-
lit Auguſtinus Niphus de Regnandi peritia, lib.
4. cap. 8. in fine.
In ſumma Reipublicæ ſubueniendum eſt,
22 non ciuium quorumdam tantum, † ſed vniuer-
ſorum cauſa, vt ſcribit Vaſquius de ſucceſſion.
reſolution. §. tertio, numero duodecimo. Pote-
ſtas enim, ac Principum Iuriſdictio, non ob ipſos
ſed ſubditorum cauſam, & vtilitatē reperta eſt.
Idem Vaſquius de ſucceſſ. progreſſ. in Præfat.
23 numero decimo. † Leges itaque omnes, & ſta-
tuta honeſta, & ad Ciuium commoditatem fie-
ri debent. Roland. a Valle in conſil. vigeſimoſe-
cundo, num. decimoquarto; volum. ſecundo.
24 Quinimmo † ſi fieret contra particularem per-
ſonam, nullo pacto valeret, & appellatio introdu-
ci poſſet, ac opponi doli exceptio, vt voluerunt
Angel. & poſt ipſum Iaſon. in l. 1. ff. de Legibus.
Decius, in cap. cum omnes, numero quinto, de
Conſtit. Ripa Reſponſo vigeſimo ſecundo, nu-
mero quarto, volum. ſecundo, latè Petrus Duen.
Regul. 46. per totum. Pace Scala, de conſil. ſa-
pient. libro primo. cap. vigeſimotertio, mouen-
tur eadem l. 1. ff. de Legibus, quod Lex ſit com-
mune præceptum, ergo nullum eſſet, ſi vnā tan-
tum perſonam comprehenderet argument. l. 1.
per totum, ff. ſi quis ius dicen. non obtem. l. de pu
pillo, §. meminiſſe, ff. de oper. noui nunciat. l. fi-
liusfamilias. §. Diui, vbi omnes Doctores, ff. de
leg. primo, & voluit Angel. in conſil. 271. Viſis,
colum. ſecunda. Si enim edictum, ſiue ſtatutum
genericè, & plura non comprehendat, quoddam
beneplacitum potius appellaretur, vt dicit Bald.
in cap. Ad noſtram, de Appellat. in l. Iudicibus,
C. eodem tit. & in l. quiſquis, C. Quor. appell. non
recip. Alexand. in conſil. 189. colum. tertia, vo-
lum. ſecundo, & poſt Andr. de Iſern. Matth. de
Afflict. in Pręlud. Conſtit. Regni, quęſt. quarta,
numero primo. Et Legem à Solone poſitam
in hęc verba. Μηδὲ νόμον ἐπ᾽ ἀνδρὶ ἐξεῖναι θεῖναι, ideſt,
25 † Legem de vno ſolo homine ponendi ius ne
eſto, vt refert Demoſthenes, & poſt eum Pra-
tęius in iuris prudentia veteri in legibus Solonis,
26 l. quadrageſimaſeptima. Et † ad priuatam vti-
litatem lex concedi non debet. Iſern. in ca-
pitulo primo, in verbo, Et quibus vt indignis,
ſub numero ſecundo, quę ſint. Regalia, fa-
ciunt quæ ſcribit Ioan. Cephal. in conſil. trigeſi-

mo octauo, num. decimonono, volum. 1. dicens, pro publica vtilitate statutum fieri posse, non autem in præiudicium certæ personæ: quod latius prosequitur Cornel. Benincas. de Constit. quæst. 6. num. 35. & quæst. 5. num. 16. & dicam infra, & multa conceduntur ratione communis, ac publicæ vtilitatis, quæ alias vel durius, vel nullo pacto concederentur.

27 Princeps idcirco † publicæ vtilitatis causa facit, vt quis possit re sua priuari contra l. iure mandata, C. man. l. vt scribit M. Anton. Natta, in con-

28 sil. 11. nu. 4. volum. 1. Sic † etiam Ecclesiæ permittitur, vt auferat rem, vel domum priuati, vt monasterium maius fiat. l. si quis sepulchrum, in princip. vbi Ioan. Baptist. Asinius, ff. de relig. & sumptib. fun. Thom. Grammatic. in decis. Neapol. 75. per totam. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 322. Viuius in Commun. Opin. §. vendere, remissiue. Christoph. de Castellion. in cons. 8. num. 18. Ioan. Cephal. in consil. 40. num. 45. volum. 1. quæ plenius tradidimus in consil. 26. num. 67. & pluribus seq. Centur. 1.

29 Eo tamen casu † Princeps ad rei ablatæ pretiũ exsoluendum tenebitur l. venditor, §. si constat, vbi Bald. & Florian. ff. commun. præd. l. serui, C. quibus ex caus. serui lib. accip. Dec. in c. quæ in ecclesiarum, num. 26. de Const. Archidiac. in c. per principalem, 3. quæst. 8. Portius in consil. 48. numero 15. Natta in consil. 11. numero 5. volum. 2. Asin. in dicta l. si quis sepulchrum, in princ. Sic in hoc Regno Neapolitano fecit Fiscus Regius, quia dum exequantur viæ publicæ, & in planitiẽ redducuntur, soluta mercede particularium per sonarum, territoria capit; pro quo faciũt scripta per Menoch. in consil. 103. num. 26. volum. 1. & in consil. 156. num. 49. volum. 2. & nos diximus

30 in dicto consil. 26. Principum enim, † legumq. finis publica vtilitas est, vt inquit Vasq. controuers. illust. lib. 1. cap. 1. num. 24. Et ideo antiquitus non ad Principantium progeniem Regna ferebantur, sed ad eos, qui vel plurimum de hominũ vita bene meriti viderentur, siue ob cõmunẽ vtilitatem, creante sibi Rege populo, vt scribit Diodorus Siculus Antiquitat. lib. 2.

31 Tempore † etiam bellorum, & necessitatis, Reipublicæ quis mutuare cogitur ob vtilitatem publicam. Angel. in consil. 206. Inter ordinarnenta, in princip. Vasquius Controuers. Illust. lib. 1. cap. 6. num. 7. & post Gulielm. de Cun. Castrens. Alexand. Ioan. de Platea, Ripa voluit in consil. 12. num. 6. vol. 1.

Et licet controuersum sit inter DD. quando

32 statutum † exorbitans extendatur, tamen vbi ob publicam vtilitatem suadet æquitas, extenditur. Bart. in l. quemadmodum, C. de Agricol. & censit. lib. 11. & post Bald. Castrensem, & Alex. quos allegat Portius in consil. 185. num. 12. & 19. Et

33 quemadmodum † ob publicam vtilitatem, & cõmune bonum extenditur, ex eadem causa etiam restringitur. Dec. in l. si Rufinus, in fine, C. de testam. milit. refert, & sequitur Ioan. Cephal. in cõ

34 sil. 138. num. 47. volum. 1. sicuti † etiam ex publica vtilitate statutum reuocatur, aut non seruatur. Idem Cephal. in consil. 38. num. 17. volum. 1.

35 Hinc † permittuntur statuta cogentia coniunctos ad compromissum, in specie, vt lit litium finis ob publicam vtilitatem, vt late diximus de compromiss. §. 1. gloss. 1. num. 18. cum pluribus seqq.

36 Eodem modo † contractus transactionis, idcirco permissus, quia ad lites finiendas pro publica vtilitate est introductus. Afflict. in decis. 220. Dec. in consil. 630. num. 4. Ioan. Neuizan. in cõsil. 50. num. 28. Cardinal. Parisius in consil. 96. nu

37 mero 57. volum. 1. Idcirco † statutum prohibẽs transactionẽ fieri generaliter, tamquã quietem, & tranquillitatem turbans non attenditur, & cum sit contra publicã vtilitatem, vt dicit Ioan. Baptista Caccialup. in tract. de transact. quæst. 22.

38 Hinc etiam † decreta semel facta ab Vniuersitate, perpetuo firma manent, nisi eidem Vniuersitati placuerit, ob vtilitatem publicam reuocari, l. pen. vbi Bartol. in l. ambitiosa, num. 33. & 34. l. fin. vbi idem Bartol. ff. de Decret. ab ordin. faciend. Lancel ot. Conrad. in tract. Decurionum, num. 102.

39 Amicitiæ † vincula, tam arcta, & magna, & tanto in pretio sunt, ob boni communis, & non priuati commodum, vt inquit Isocrates in Oratione 7. cui titul. Pangyricus, & in orat. 15. cui titulus de Retributione. Ad quod propositum

40 Arist. Politic. lib. 2. cap. 2. inquit, quod † Amicorum connexitas, maximum est ciuium bonum; & conciliare amicitias, inter ciuilia officia cõnumerari asserit. Idem Aristoteles in Moralibus ad Eudemium, lib. 7. cap. 1. de quo longius nos diximus de compromiss. §. 1. gl. 3. num. 39. vsque ad num. 131.

41 Princeps † etiam priuato rem concedens, publicam vtilitatem lædere velle non videtur, l. de pupillo, §. si quis riuos, ff. de oper. noui nunciat. l. vtilitas C. de Primipil. lib. 12. Authent. Res quæ,

42 C. commun. de legat. Omnia † enim Principum rescripta, sine alterius tertij læsione concessa interpretabuntur, vt dicit Bald. in cap. super eo, circa finẽ, de offic. deleg. Iason. in consil. 57. colum. fin. volum. 3. & Iacob. Menoch. in consil. 103. nu. 74. & 75. volum. 1.

43 Pacta † præterea seruanda minime erunt, vbi periculum publicum metueretur. Bald. in consil. 240. volum. 4. Roland. à Valle, in consil. 13. num. 20. & 68. vol. 3. etiam si essent iureiurando firmata, dum sunt cõtra honestatem, ac publicam vtilitatem nulla sunt, minimeq. obseruanda, vt concludit Christophor. de Castellion. in consil.

44 24. num. 47. cum iuramentum † contra publicã vtilitatem nullum sit, c. si diligenti, de foro com petit. l. iurisgentium, §. si paciscar, ff. de pact. Ioan. Cephalus in consil. 34. num. 6. volum. 1.

45 Quinimmò † tam Princeps, quam Vniuersitas ob publicam vtilitatem possunt contrauenire eorum contractui, etiam iurato, vt infinitos allegãs voluit Ferd. Vasq. Controuers. illustrium lib. 1. c. 16. num. 17.

46 Publicæ etiam † vtilitatis intuitu, pro Anathome facienda scholasticis, & medicæ artis professoribus conceditur humani corporis cadauer, Dec. in l. imperium, num. 18. ff. de iurisdict. omn. iudic.

it d. Ripa, in tractatu de Peſte, tit. de Remed. præ-
ſeru. peſtis, num. 142. D. Præceptor Ioan. Bolo-
gnett. in d. l. Imperium, num. 37. & hos referens
Menoch. de Arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. Centur. 3.
Caſu 285. num. 10. & 12.

47 Epiſcopus inſuper, & Prælatus, quamquã ipſe
in ſua Diœceſi reſidere teneatur, pro communi
tamẽ Reipublicæ commodo poterit Eccleſiam
alteri committere, vt poſt D. Thomam de Aqui-
no, voluit alter Thomas de Vio Cardinalis Caie
tanus de Reſidentia Epiſcopor. colum. 4. qui po-
nit exẽpla in Beato Ioanne Euangeliſta, & Tho-
ma Archiepiſcopo Cantuarienſe, licet contra-
riũ teneat Bartholomeus Carranza de Reſidẽt.
Epiſcopor, cap. 11. & cap. 12. ſuper quo videndi
ſunt Iacobus Naclãtus, & Thomas Campegius
in Commentarijs eiuſdem tituli, de Reſidentia
Epiſcoporum, vltimoq. loco Dominic. de Soto
de iuſt. & iur. lib. 10. quæſt. 3. artic. 4.

48 Huc, & illud iungi poteſt, quod † licet de Iure
Ciuili iudex non poſſit aliquem cogere ad accu-
ſandum, vt cõcludit Bart. in l. in eum, ff. de Accu-
ſat. Paris de Puteo in tract. Syndicatus, §. Accu-
ſatus, num. 8. quod plenius diſcutitur in l. 1. C. vt
nemo inuit. cog. ager. & apud Nicolaum Boer.
in Deciſ. Burdegal. 255. num. primo, cum pluri-
49 bus ſequentibus, tamen † ob bonum publicum
etiam in foro poli quis cogi poteſt ad accuſan-
dum, vt concludit Sanctus Thomas in ſecunda
ſecundæ, quæſt. 68. artic. primo, & quæſt. 75. artic.
tertio, & poſt eum plenius Dominicus de Soto,
de iuſtit. & iure lib. 5. quæſt. quinta, artic. primo,
50 vt patet † quando tractaretur de proditione Ci-
uitatis, vel de crimine hereſis, quibus caſibus ob
commune Reipublicæ bonum tenetur denun-
ciam, & accuſationem facere, etiam ſi ſecreto id
ſciat, dum tamen non ſit ſcitum per Sacramen-
talem confeſſionem, vt tenent omnes Canoni-
ſtæ, in c. Nouit. de iud. & in c. ſi peccauerit, 2. q. 1.
de quo Zanchin. Hugolin. de hæretic. cap. 11. ſed
plenius, & luculentius Alfonſus de Caſtro de
iuſta heretic. punit. lib. 2. cap. 25. Iacob. Simancas
in Praxi Hæreſeos, tit. 33. num. 1. Franciſc. Pe-
gna ad Eymericum in Director. Inquiſitor. parte
ſecunda, in cap. 24. Sebaſtianus Medices, in Sum
ma, 2. quæſt. 7. artic. 1. plenè idem Soto de te-
gẽdo ſecreto, Mẽbro 2. queſt. 5. Martin. Nauar.
in c. Inter verba, concluſ. 6. Corollar. 58. nu. 154.
exactè etiam Fr. Michael Salon, de iuſtit. & iure,
quæſt. 68. art. 1. Controuerſ. prima in princ. con-
cluſ. 1. & concluſ. 2. & Petrus de Aragon. de iuſt.
& iure quæſt. 68. artic. 1.

51 Duellum † inſuper, ac ſingulare certamen,
quod Monomachiam nominant, omni Iure Di
uino, Canonico, Humano, & aliorum Re-
gnorum prohibitum eſt. Ioan. de Lignano, in
tract. de Duello, §. primo, cum plutibus ſequen-
tibus, habetur in l. prima, C. de Gladiator. libro
decimo. Iulius Ferrett. in conſil. primo, & in con
ſil. 8. Habetur in Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 19.
Deteſtabilis. Nauar. in Summa, capit. vndeci-
mo, num. 39. cap. 15. nu. 9. verſic. Decimo. quod
& prouidetur in Regno Neapolitano per Fede-
52 ric. Imperatorem † in Conſtit. Monomachiam.
vbi And. de Iſer. Lallus de Tuſcia. Afflict. & in
53 Dominio Mediolani ſimiliter, vt patet per Con-
ſtitutiones lib. 4. tit. de Pœnis, §. in hoc Mediola-
nenſi, & habetur per Andr. Alciatum de ſingul.
certamine, cap. 3. Lancelott. Conrad. in Templo
omn. iudic. lib. 1. c. de Imperato. §. 3. in verb. duel
lum prohibere. Tiber. Decian. in tract. crim. lib.
2. cap. 19. num. 4. vol. 1. Simon Maiolus in tract.
de irregularit. lib. 5. cap. 18. & diximus ſupra hoc
54 eodem lib. 2. capit. 2. tamen † ob honorem publi
cum licitum eſſe duellum, & fieri poſſe, vt dicit
Decius in conſil. 486. & in conſil. 487. Conrad.
vbi ſupra, num. 15. & Andr. Alciatus vbi ſupra,
& Ferdin. Vaſqu. Controuerſ. illuſtr. lib. 2. capit.
49. num. 15. Hanc tamen Nobilium conſuetudi
nem, quam iſti aſſerunt, ſecundum Chriſtianæ
Eccleſiæ traditiones, refellendam eſſe arbitror.

55 Inde etiam ne † Regna damnum ob ſucceſſo-
rum deficientiã patiantur, Papa diſpenſat, vt vni-
cus Regis filius monaſterium ingreſſus, vxorem
ducat, & Regnum capiat, Bald. in l. pater fami-
lias, §. fin. ff. de Adopt. Iaſon in l. ſi arrogator. col.
2. verſic. Item attende, ff. de adopt. late Catellian.
Cotta in Memor. Filius Vnicus, num. 16. Alua-
rus Pelag. de Planctu Eccleſ. lib. 1. capit. 46. Vt
56 † factum fuit in Ramyro ſecundo Aragonæ Re
ge, qui ex Monacho Sancti Benedicti ex Summi
Pontificis diſpenſatione ad ſubditorum, & Re-
gni beneficium Aragoniæ, & Nauarræ Rex fa-
ctus eſt poſt mortẽ Petri Regis ſui fratris abſque
ſobole defuncti, vt refert Lucius Marineus de
Rebus Hiſpanicis, lib. 3. cap. 15. nouiſſime Ioan-
nes Mariana Hiſtor. Hiſpanicar. lib. 10.

57 Quin etiam, etſi † clerici, aliiq. Religioſi, &
perſonæ Eccleſiaſticæ ad collectarum cum ſæcu
laribus ſolutionem non teneantur, vt ample
poſt alios diximus in conſil 74. Centur. 1. ob pu-
blicam vtilitatem, in vijs, & mœnijs publicis, pon-
tibus, & ſimilibus contribuere tenebuntur, l. ad
inſtructionẽ, C. de Sacroſ. Eccleſ. l. ad portus, C.
de operib. publ. Lucas de Penna, in l. fin. in fine,
C. de exactor. trib. lib. 10. Ioan. Franciſc. Ripa,
in reſp. 20. nu. 5. & 6. lib. 2. AEgid. Bellam. in con
ſil. 45. cũ multis, quos allegat Duen. in regul. 100.
Fall. 16. quibus adde Iulium Ferret. in tract. de pu
blican. & vectigal. num. 424. Nicolaum Feſtaſ.
de AEſtimo parte, 4. cap. 1. nu. 15. vſque ad nu. 45.
Guid. Pap. in ſing. 400. Vaſquium de ſucceſſ. pro
greſſ. §. 21. num. 181. parte 1. ſed de his diximus in
d. conſil. 74. ſed plenius de Regis Catholici Præ-
ſtantia, cap. 63. per totum.

Ideo ſimiliter iura permittũt in Feudis, ac Re-
58 gnis ſuccedere primogenitum ſolũ, † cum pro
communi beneficio melius erit vnius Regimẽ,
vt ample diximus ſupra lib. 1. capit. 5. & de Regis
Catholici Præſtantia, c. 4. vbi hoc diffuſe exem-
plis probauimus ex omni ſcriptorũ genere, & vo
luit etiam Andr. Tiraquell. de iure primog. q. 6.
& iterum, q. 77. & poſt ipſum Ioan. Cephal. in cõ
ſil. 12. num. 23. vol. 1. & nouiſſime optime corro-
borat Ludou. de Molina, de Hiſpan. Primogen.
lib. 1. cap. 2. & cap. 11. parte in 1.

59 Allegare † abſentiã prodeſt, quando eſt ex cau
ſa Reipublicæ ad excuſand ũcitatum, vel abſen-
tem.

tem.Bart.& alij,in l.fin.ff.de testa.in integr. Ma-
60 ximè † si esset absentia studiorum causa, cum sit ob bonum publicum,& est omnium præcipua,l. 3.C.qui ætat. vel profess. lib. 10. Maximè enim Reipublicæ interest,illam viris litteratis, & scientiarum eruditis repleri.l.2. C. de malefic. & Mathemat. in l.1. in fine, C. de stud. liberalib. vrb. Roman.lib.11.Bartol.in l.1.ff.solut.matr. vbi inquit, quod hac in re,publica versatur vtilitas vniuersi, & apta afferre vtilitatem in quolibet particulari,quia propter scientiam efficietur Doctor, & leget,vel erit Magistratus,& fortè Cardinalis, & etiam Papa,scientia Duce, & fortuna comite, ponit exempla Bernardin. Scodobius in Rep. Auth.Habita,cap.8.num.15.C.ne fil.pro patre,in Francisco Zabarella, Panormitano, Parisio, Sadoleto,Toma Badia,& Gregorio Cortesio, exẽpla ætate nostra sunt innumera,quia omnes Pontifices, & Cardinales sunt peritissimi, & præsertim creati à Clemente VIII. Summo Pontifice, qui omni scientiarum genere, viris grauissimis sanctam Romanam Ecclesiam exornauit.

61 Imperium † à principio Tyrannicè adeptum, permisit DEVS omnipotens, ob commune bonum, vt dicit Petr. de Monte in Monarchia, parte vltima,versic.expeditis, in fine, & diximus ad Bellugam in Speculo Principum, Rubr.6.in verbo, A cælesti Maiestate.

62 Error cõmunis † licet dicatur ius facere vulg. l.Barbarius,ff.de offic.prætor.cum similibus. Secus verò si error ille resultatet contra publicam vtilitatem.Iacob.Butrig.in l.1.C.de testam. arg.l. quod non ratione,ff.de legib.noluit Iason. in d.l. Barbarius.Fallent.1.sub num.22. Iacob.Philipp. Portius Comm.Opin.lib.2. conclus.11. limit.1.

63 Fructus † præterea,licet dicantur deducto ęre alieno,l.fructus,vbi Bart. Alexand. & Iason.ff.soluto matr.cum alijs congestis per Octauian. Cacheran.in Decis.Pedemont.83.num.7. Achilles Personalis de petition. hæredit. num. 669. cum pluribus sequentibus,& Simon de Pretis in con-
64 sil.153.num. 44. vol. 1. vbi tamen † adest publicus fauor,non fit aliqua deductio, vt dicit Bald. in l.si a domino.§. vltimo, ff. de petition. hæred. Afflict.in Constit.Quanto.latè Andr.Tiraquell. de retractu consanguin.§.15.glos. 1.num. 11.,& 12.& de iure primogenior.quæst.75.num.7.& 8.

65 Nundinariæ † feriæ, Mercatus,& mercimonia, ob publicum bonũ fiunt. Angel. de Clauas. in Summa,§.Ferię,num.21.Benuenut.Stracch. de Mercatur.pluribus in locis.Tiraq.de Nobilit. cap.33.num.13.diximus nos de Regis Catholici Præstantia,cap.36.vbi plene.

Et dum Iustinianus in §.sed, & quod Principi. Instit.de iure naturali gent.& ciuili, inquit, legis
66 † vigorem habere quod Principi placuerit, si tamen populo gratum fuerit intelligit Vasquius Controuers.illustr.lib.1.cap.2.num.3.

67 Pro publica † etiam vtilitate, pro patria vitam exponere libet, vt voluit Ferdinand. Vasquius Controuers.illustr.lib.1.cap.11.num.31.afferens illud Horatij lib.2.Ode 2.

Dulce decorum est pro patria mori.

Hinc Cicero in Somnio Scipionis. Omnibus, qui patriam promouerint, auxerint locus est definitus in cęlo, vbi Beati æuo sempiterno fruantur. Hinc ab Historicis omnibus miris laudibus
68 circumferũtur,† Curtius,Scæuola, Scipio,alijq. quamplurimi, Romanæ Vrbis, eorum patrię amatores,qui tã excelsa facinora pro ea peregerunt.Inde illud Ouidij lib.1.de Ponto.

Nescio,qua natale solum,dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Ad quod appositè faciunt, quæ dicit Silius Italicus Belli Punici lib.8. dum ait.

Iamq. hoc ne dubites,longæui nate parentis
Accipe,& æterno fixum sub pectore serua,
Succensere nefas patriæ, nec fędior vlla
Culpa sub extremas fertur mortalibus vmbras,
Sic docuere senes.

Multa etiam ad hanc rem inducit Petrus Plaza Epitome Delictorum lib.1.cap.22. per totum & alia plura ad hanc rem exornandam ego adducerem,quæ cum notoria sint, omitto.

In hac tamẽ controuersia, vt verum afferam, contrarium tenerem,& Vasquij opinionem mi-
69 nime sequerer, sed potius contrarium,† licere quidem patriam tueri, & pro illa actus magnificos facere, & gratos, non tamen, vt voluntariè mortem pro ea oportere, & subire liceat, vel deceat; Idq. assero ratione naturali, Lege Ciuili, Diuina,& exemplis. Naturali enim rationi consentaneum esse,nemo ambigit,omnium anima-
70 tium generi hoc esse à Natura † tributum, vt seipsum, vitam, corpusq. tueatur, & ea, quæ nocitura videantur, declinent, & quę ad vitam, vtilia, vel necessaria viderint atque conspiciant, inquirant,ac parent. Siue enim agrestia illa sint, siue vrbana, ac domestica animalia, siue alligata vinculis, siue liberè detenta, contra inuasores suos,homines siue illi sint, vel irrationabiles bestiæ,oppugnant. Hæc cum hominum causa, & ipsa subdita (teste Propheta) producta sint, naturale,validumq. poterit argumentum sumi. Si animal subditum nullamq. sui ipsius potestatem habens, hominumq.& volũtati, & potestati subditum,ac mancipatum,vt se,vitamq. suam tueatur potest cuiq. contrario repugnare, & seipsum quodammodo in suam, his nexibus solutum,libertatem vendicare;quanto id facilius homo facere poterit, animantium omnium præstantissi-
71 mus, ipsorumq. † omnium Dux, & Caput. Prę-terea vita nostra,quędã felicitas est, vt dic t Aristoteles lib.9. Metaphys.16.(quod nunc affirmare non ausim) melius verò esse viuere,quam mori,vt vitæ felicitas teneatur, vt nemo negabit, ergo,&c. Denium, vita vniuscuiusque ac tempus
72 sua mensuratur † Periodo, vt voluit idem Aristoteles lib.2.de generat.& corruptione 57.& dicemus inferius, vnde sicut Periodum illam excedere homini minime permissum est,sic & illũ sibi ipsi ante tempus truncare, & abrumpere nõ licebit.Consequenter,esse potius,quam non esse
73 melius † est,& hinc esse Nobilius est,quam non esse, vt docet idem Aristoteles lib. 9. Metaphys. 20.& lib.2.de generat. & corruptione 59. Sed vi-
74 uentibus viuere † est esse, vt voluit Aristoteles libro secundo de Anima, 37. ergo non solum viuere,

viuere, quam non viuere melius est, sed quæri
oportet.

Ciuili etiam lege id permissum non esse, vt
sua sponte quis in mortem pro patria eat, eo sua-
deri potest, quod I.C. ait, in l. liber homo, ff. ad le-
gem Aquil. vbi neminem suorum membrorū
75 esse dominum † dixit. Ex quo textu Doctores
nostri asserunt, quempiam ad manus, aut pugni
76 amputationem, se obligare non posse. † vt voluit
Guido Papę in decis. 278. nec etiam ad priuatū
carcerem, ac alia, quæ latius prosequitur Bartol.
in l. eleganter. ff. solut. matr. Florian. de Sancto
Petro in dicta l. liber homo. cuius legis etiam au-
thoritate, nec etiam permittitur alicui occidere
77 alium, se occidi quærentem, & volentem † vt vo
luit Hippolyt. de Marsil. in l. 1. in princ. num. 3. ff.
de sicar. Hinc non permittitur etiam quempiā
se ipsum vulnerare, aut occidere, & in seip-
78 sum occidentē dicit Specul. in tit. de Pœnis, §. 1.
versic. Sed quæro. Quod quidam Doctor Bono-
niæ, qui seipsum occiderat, fuit in delicti horro-
rem decapitatus. Vnde de eo, qui se voluit occi-
dere, & se vulnerauit, & facinus peragere, & ad
finem perducere nequiuit, dicit Bart. post Cin.
in l. 1. §. si aliqnis, ff. de Bonis eorū, qui sibi mort.
cōsciuer. & in l. 1. §. vsqueadeo, ff. de iniur. quod
capite punitur, vbi dicit vulnerantem seip-
sum deportationis pęna puniri, regulariter, arg. l.
omne delictum, §. pen. ff. de re milit. pulchre Fe
lin. in cap. contingit, num. 4. post medium. extra
de sentent. excommun. vbi etiam retulit alias pę
nas illius, qui seipsū vulnerauit, aut sibi ipsi mor-
tem intulit. de quo etiam Cyrill. Fulgeoni, in Sū
mul. crimin. parte 2. tit. de Public. iud. §. 6. num.
9. Antonij Mōtarentij I.C. Bononiensis horribi
lem casum, qui seipsum occidit, retulit Hiero-
nym. de Laurent. in Decis. Auen. 123. Et ideo e-
tiam de Iure Canonum, is, qui seipsum vulne-
rat, violentas manus iniecit, vel mortem intulit,
priuabitur Ecclesiastica sepultura, & pro eo ora
79 tio non fiet; clericus autem ipso facto † est excō-
municatus, & ad sacros ordines promoueri mi-
nime poterit. Archidiacon. in c. si non licet, 23.
quæst. 5. Syluester de Prierio in Summa, §. excō-
municatio, 6. in antepenul. columna. Simon Ma
iolus de irregularitate lib. 5. cap. 18. in fine, & cap.
48. sub num. 5. vnde cum leges humanæ non per
mittant quem sæuire in seipsum, etiam potissi-
ma ex causa, quanto minus licere debet, pro pa-
tria sponte aliquem se morti tradere, & offerre.

Diuini etiam iuris esse nemo negabit, dies
cuiq. homini constitutos fuisse, qui præteriri nō
poterunt; & vita nostra donum Dei est etiam,
80 † dicente Apostolo Actuum cap. 17. In ipso viui
mus, mouemur, & sumus, & alibi. Ego sum via,
veritas, & vita. & alibi. Ego occidam, & ego viue-
re faciam, vt aliàs etiam dixi in cons. 28. num. 28.
cū pluribus seqq. Centur. 1. Si igitur DEVS om-
nipotens, vitæ, ac mortis est author, ipseq. annos,
annorumq. numeros cuique præfixit, quis tā de-
mentis, ac insani capitis erit, qui asserat, licere,
& decere, tolli ante tempus animam a corpore,
absque permissu illius, qui corpori illā inclusit,
ac voluntate, vsurpans sibi quodammodo con-
tra verum dominum, mortis, ac vitæ potestatē?
certe nemo. Hinc de quibusdam mulieribus
Christianis, quæ suo tēpore, vt suos insectatores,
ac pudicitiæ solicitatores, & persequutores, de-
uitarent, se necandas in fluenta aquarum, & flu-
minis proiecerunt, quas quidam inter martyres
81 collocandas putarunt † nihil certi diffinire vo-
luit Augustinus, de Ciuitate Dei, lib. 1. capit. 16.
Quinimmo, etiam vt peccatum euitetur si quis
82 in se manus iniiciat, irregularis efficitur, † vt ex
Augustino ad Donatum habetur, in c. displicet,
23. quæst. 4. & in cap. cum homo, 23. quæst. 5. Sed
de his, qui sibi manus iniiciunt ad euitandum
maius peccatum, vide latissime Augustin. de Ci-
uitate Dei, lib. 1. c. 17. & Prierium in Summa, §.
Homicidium, il primo, quæst. 1. & Maiolum in
dicto cap. 48. Regulariter autem, fieri non debet
malum, vt veniant bona, cap. Nosse, 30. quæst. 1.
Gloss. in capit. si non sunt, 32. quæst. 4 nec pro cu-
83 iusque vita temporali † mentiendum. c. omne
genus, 22. quæst. 2. & nonnulla ad propositum
Aluar. Pelagius de Planctu Ecclesiæ. libro secun
do, cap. 45.

Et quatenus fieret obiectio Martyrum San-
ctorum, qui seipsos sponte morti obtulerunt, vt
DEO placerent, poterit respōderi cum illo Hie-
84 ronymi † super Ionam, vbi inquit: Non est no-
strum mortem arripere, sed illatam ab alijs liben
ter accipere. Vnde, & in persequutionibus, non
licet mihi propria perire manu, absq. eo, vbi casti
tas periclitatur, sed percutiēti colla submittere,
& notatur in cap. Non est nostrum, 23. q. 5. Non
enim ipsi Martyres Sancti sua sponte morti se
ipsos tradiderunt, sed a Tyrannis coacti pro veri
85 tate sustinenda, † & opprimendo mendacio, pro
Christo, eiusq. Ecclesia genus omne mortis per
pessi sunt. Studio autem placēdi Deo, mortem
subire quando liceat, videri poterit Bonauentu-
ra, lib. 3. Sent. Distinct. 30. quęst. 2. Gabriel Biel
in Sermone de Sancto Bartholomeo. Hinc La-
ctantius Firmianus Diuinarum Instit. lib. 6. cap.
87 11. ait, sponte sua lętho caput † offerre, nihil est
sceleratius, nam si homicida nefarius est, quia
hominis extinctor est, eidem sceleri obstrictus
est, qui se necat, quia hominem necat, immo ve-
ro maius esse id facinus existimandum est, cuius
vltio soli Deo subiacet: nam sicut in hac vita,
non sponte viuimus, ita rursus ex hoc domici-
lio corporis, quod tuendum est nobis assignatū,
eiusdem iussu recedendum est, quia nos in hoc
corpus induxit tādiu habitaturos donec iubeat
emitti. Quod refert, & sequitur Bartholomeus
Sybilla Peregrinar. quæstionum Decade, pri-
ma quæsti. 2. capit. 5. apud quem fusius de hoc vi
deri poterit, quia melius erit quam plura in hoc
effundere.

Præterea præceptum illud Exodi capit. 20. &
87 Matth. cap. 5. Non occides, generaliter † osten-
dit, non licere ex ista, vel illa causa, sibiipsi mor-
tem inferre; Nec enim proximum, subditum,
vel alium non occidendum censuit, sed generi-
ce loquitur, si enim aliter sibi placuisset, vel dice-
re voluisset, iam sine dubio expressisset, sicuti in
alio præcepto ibidem dicitur, falsum testimo-
nium

nium non dices contra proximum tuum; & in
alio. Non concupisces rem proximi tui, vt in-
telligeremus liquido, hominem occidi minimè
debere; qui seipsum occidit, iā hominē occidit.
Et quanto grauius erit, si fratricidium, vel parri-
cidium quis committat, quam simplex homici-
dium, eo quod offendat proximiores, tanto pon-
derosius delinquit, qui seipsum interficit, cū iux-
ta Comicum, Proximus sit quis sibi ipsi. Quia
si aliter diceremus, iam Iudas Iscariotes, qui Do-
minum prodidit, & se ipsum laqueo suspendit,
non peccaret, quem damnatum esse in inferno
nemo ambigit, de quo Dauid Psalmo 40. In hoc
cognoui quoniam voluisti me, quoniā non gau-
debit inimicus meus super me, & plura in Psal.
68. & Petrus apud Lucam Actuum cap. 1.

Sed opponi in contrarium possent plures ca-
sus Diuini Iuris in cōtrarium, & præsertim illud
88 Iudicum cap. 16. vbi Sampson † seipsum volunta
riè cum ruina domus, & hostes oppressit. Et Il-
89 lud lib. 2. Machabeor. cap. 14. vbi † Razias se-
nior, gladio se peremit, eligens nobilius mori,
quam subditus fieri peccatoribus, & contra nata-
les suos iniurijs affici, & demum per murum præ
cipitauit semetipsum in turbas. Et Illud Ionæ,
90 cap. 1. dum Ionas, inquit, Tollite me, & † mittite
in mare, & cessabit mare à vobis, scio enim ego,
quoniam propter me tempestas hæc grandis ve-
nit super vos. Et illud earum mulierum, quæ vt
pudicitiam seruarent, se proiecerunt in flumen,
vt supra retuli, quarum Historiam narrat Euse-
bius Histor. Ecclesiasticæ, lib. 8. vbi etiam retulit
91 Sophroniam † Romanam nobilissimam mulie-
rem Præfecti Vrbis vxorem, quæ ne ministris à
Maxentio Tyranno missis eius pudicitiam viola
re volentibus consensum præstaret, oratione ad
Deum peracta mucrone capto proprium trans-
uerberans pectus, animam exhalauit.

Hæc tamen facili via dilui possunt, nam illud
Sampsonis fuit, quod diuinus illi spiritus iusserat,
92 vt id faceret, quia volebat Dominus ex illo † mi-
racula facere, vt dicit Augustinus de Ciuitate
Dei lib. 1, cap. 21. Illud etiam Raziæ minimè re-
93 pugnat, nam ibi scriptura eum † laudat, non au-
tem ab illo factum, non enim omne, quod ma-
gnum est, & laudatur, hoc bonum est, quia licet
ipse de quadā externa virtute humana laudetur,
eius tamen factum minimè laudatur, nec imitā-
dum erit, vt voluit idem Augustin. in Epistola ad
Dulcitium contra Donatistas, 61. Simili modo
94 Ionæ actus, fuit spiritu Diuino factus, vt † qui
sciebat ex reuelatione Diuina, ipsum illo facto
non moriturum, sed pro miraculi magnitudine
illum mitti ad Niniuitas in ventre piscis, vt ex
miraculi admiratione, formidarent, & resipisce-
rent. Eodē modo illud mulierū ex Eusebio, quia
vt dicit Augustinus vbi supra, nihil de ipsarum
95 actu audet iudicare, Quinimmo ob euitandum
Adulterij, aut Stupri facinus, homicidium mini
mè forte committendum; non cōmittitur enim
scelus per carnem, nisi carni consentiat anima.
96 Faciant † Sacrilegi quidquid velint in corpus stu
pratores illud maculent, quantum possunt, nul-
lum est vitium, nullum committitur scelus, in-
tegra perseuerat sanctitas, immaculata est custo-
dita virginitas, si anima, & non peccandi volun-
tas immobilis perseueret. Hęc Augustin. lib. 1. de
Ciuitate Dei. cap. 25.

Huc etiam illud annectitur, quod mortem si-
bi consciscere ob fugiendam inopiam, amorem,
97 aut aliud † quidquam graue, nō fortis est homi-
nis, sed magis timidi, est enim mollities laborio-
sa fugere, non enim quia mors honesta sit appe-
98 titur, sed quia malū † euitare se putat; ita inquit
Aristoteles Moralium Nicomachior. lib. 3. cap.
10. His concinunt etiam Poetæ, nam, & Auso-
nius in Periandri Sententijs inquit.

Mortem optare malum, timere peius.

Vnde optante, & petente mortē inquit Annæus
Seneca in Oedipo.

Vtrumque timidi est velle.

Hinc etiam recte clarissimis, apertisq. verbis
Ouidius lib. 4. Metamorphoseos inquit.

Timidi est optare necem.

Et hęc dixisse summatim sufficiat, quę remitti-
mus iudicio superiorum Ecclesiasticorum.

Occidere etiam Tyrannum, pro communi,
99 publicauè vtilitate, licere illumq. Imperio, † do-
minioq. exuere voluit Dominic. de Soto, de iust.
& iure, lib. 4. q. 4. artic. 1. & plenius lib. 5. q. 1. artic.
3. Hinc Phalaris Agrigentinus Tyrannus lapidi-
100 bus † à populo obrutus. Teste Cicerone lib. 2.
Officior. & Plutarcho in Politica, & refert Tho-
mas Facellus Histor. Sicular. Decade 1. lib. 6. Et
101 Trasideus † alter Agrigentinus Tyrānus apud
Megaram morti damnatus, vt dicit idem Facel-
lus in loco allegato. Hieronymus Hieronis Ty-
102 rāni Siracusani filius a ciuibus, & amicis ea † de
causa interfectus, vt est author Liuius Belli Pu-
nici lib. 2. Oliuerottus Firmanus dum Tyranni-
cè occupare patriam studuisset, ac Ioannē Fran-
gianum patruum cum alijs nonnullis occidisset,
tandem Tyrannidis pœnas luere coactus à Cæ-
sare Borgia Alexandri VI. filio apud Seno-
galliā strangulatus occubuit, vt est author Fran-
ciscus Guicciardinus Histor. lib. 5. & Augusti-
nus Niphus de Regnandi Peritia lib. 1. cap. 5. Sed
& hoc non ausim ita simpliciter affirmare, dico
in consil.... vbi late Cent. 2.

Oportet igitur, (vt propositū Axioma nostrū
assumptum dictat) Edicta, legesq. pro communi
populorū vtilitate describere, vnde Macharæū
apud Lesbum Regnantem, quod pro commu-
103 ni populorum † vtilitate protulisset leges, col-
laudat Diodorus Siculus lib. 6. in fine. Sed quan-
doque contra particulares personas fieri posse
certum est.

Primo enim lex, edictum admittitur, respi-
ciens particulares aliquas personas, puta si coge-
ret consanguineos ad compromissum, vt exē-
104 plificat † Vasquius Cōtrouers. illustr. lib. 1. cap.
31. num. 26. & nos diximus de Compromissis, §.
1. Glossa 1. per totum. Non tamen hoc casu iu-
dicarem dici legem particularem, sed vniuersa-
lem potius, cum comprehendat omnes cuius-
uis consanguineos, ac sanguine iunctos, quia sic
diceretur etiam lex contra homicidam, qui
committit homicidium, subeat talem pœnam,
quia

quia reſpiciet omnes homicidium perpetrantes.
Secundo toleratur lex contra particulares
105 perſonas, quando illarum perſonarum † taci-
tus, vel expreſſus interueniret conſenſus, vt vo-
luit Angel. in conſil. 271. Viſis & examinatis, co-
lumna prima.

Tertio toleratur lex, edictum, ſiue ſtatutum,
contra particulares aliquas perſonas, vbi ſtatuen
tes mouerentur aliqua rationabili, perſuaſiua,
aut iuſta cauſa, puta ob bonum publicum, & cõ-
106 munem, non particularem vtilitatem † Angel.
in conſil. 63. col. 1. Curtius iunior in conſil. 129.
col. fin. Ferdinand. Loazes in Rep. l. filius fami-
lias, §. Diui, num. 246. ff. de leg. 1. quos refert, & ſe
quitur Roland. à Valle, in conſil. 99. num. 41. vo-
lum. 2. & hæc eadem refert Cornel. Benincaſ. de
Conſtitut. quæſt. 6. num. 35. & 70. & Matth. de
Afflict. in proœm. Conſtitut. Regni, q. 4. num. 5.
vbi plenè.

Quarto ſuſtinetur Edictum contra particula-
rem perſonam ſiue ciuem ad euitandum ſcan-
dalum, puta, quando eſſent duæ partes, guerram
inſimul facientes, poteſt enim illo caſu iudex per
107 ſuum † Edictum præcipere, ne vnus tranſeat
prope domum alterius. DD. præſertim Gloſſ. &
Bartol. in l. quod iuſſit, num. 4. ff. de re iudic. valet
enim ſtatutum contra particularem perſonam
108 ad ſedandum ſcandalum, & tumultum † in ci-
uitate, vel populo, vt voluit Angel. in l. Antio-
chenſium, ff. de priuileg. credit. arg. l. ſi quis filio
exhęredato, §. hi quoque, ff. de iniuſt. rupt. & ir-
rit. teſt. pro ſedanda etenim diſcordia, & ſcanda-
lis à Ciuitate, & Republica tollendis, iudex pote-
rit Edictum facere, ac particularem prouiſionẽ,
109 ne tales † de eorum domibus exeant, l. fin. ff. de
interd. & voluit Alexand. in dicta l. quod iuſſit,
poteſt enim hoc fieri ob euitandã rixã, & ob ri-
xoſos homines facere, l. fin. ff. de offic. procur.
Cæſar. vt in ſimili dicimus de duobus contendẽ-
tibus de poſſeſſione, ac nemo vult actoris offi-
cium exercere, ſed ſuam poſſeſſionẽ armis tueri,
pro ſedandis eo caſu rixis, & ne partes ad arma ve
niant, iudex facit Edictum, ne quis in poſſeſſio-
nem ſe ingerat, aut intromittat, penes tertium
ſequeſtri loco illam ponendo, donec ſuo officio,
de vero, ac iuſto poſſeſſore ſe informet, & illum
manuteneat, & alterum actoris loco ſubſtituat,
110 † vt docet Specul. in tit. de petitor. & poſſeſſor.
§. 1. verſ. pen. & in tit. de inquiſit. §. quando au-
tem, verſ. vtrum autẽ, & in tit. de libelli concept.
§. nunc dicendum, verſic. 22. Bald. & alij DD. in l.
Ordinarij, C. de rei vendic. Philipp. Dec. in l. fin.
num. 6. C. de Edicto, vbi multos allegat. Anton.
Capic. in Deciſ. Neap. 13. num. 1. Marian. Socin.
Nepos in conſil. 68. num. 135. vol. 3. Iacob. Me-
nochius, de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 323.
Achill. Perſonal. de adipiſcen. poſſeſſ. num. 56.
Ioan. Lucius Placitorum Curiæ Pariſienſ. lib. 9.
tit. 9. Andr. Gail. lib. 1. Obſeruat. 5.

Is etiam, qui cautionem de non offendendo
præſtare tenetur, ſi illam minimè inueniat, pęna
le fit ei à iudice præceptum, ne ad certos quoſdã
111 fines accedat, † vt voluit Ioan. Andr. ad Specul.
in tit. de pignorib. §. ſequitur, verſ. quid ſi timeo.
Felin. in rubr. de treug. & pace. Declarat. 8. Et ali-
cui etiam facinoroſo homini, vel peſſimo viro
112 ſub pęna triremium, ne accedat † ad talẽ locũ, vt
alios inducens voluit Franciſc. Hercul. de Cau-
tion. de nõ offenden. cap. 5. num. 13. quod etiam
ſcribit Octauian. Vulpell. de Pace, & induc. q. 77.
num. 4. & ſeqq. vbi etiam aſſeruit, quod vbi veriſi
milis ſuſpitio, & offenſæ timor vigeat, poterit
præſes militares etiam cuſtodias decernere, ſi ei
videbitur, concuſſoris expenſis, arma ferendi, ar-
matosq. ſecum ducendi licentiam impartiendo.
allegat Andr. Alciat. in l. ſi ſuper poſſeſſiones, C.
de tranſact. & in ſimili alias fallentias tradidit Pe
trus Duennas in Regula. 46. per totum.

CAP. VIII.

ARGVMENTVM.

Edicta, ac leges emendare debent vitia, ac punire delicta, conſtitutis delicto congruentibus pœnis, enumerantur omnes fere pęnæ legales, ac à Tyrannis adinuentæ.

COMPENDIVM.

1 *Lex iuſto non eſt poſita.*
2 *Pœnam, & præmium duo numina appellauit Democritus.*
3 *Pœnas qui dedit, aut melior, aut minus prauus fit.*
4 *Pœna fit ad terrorem, vt a delicto alij arceantur.*
5 *Pœna omnis, non tam ad vindictam, quam ad exemplum pertinet.*
6 *Iura publica, ſunt certiſſima humanæ vitæ ſolatia, infirmorum auxilia, potentum fræna.*
7 *Leges ſunt cuſtodes vitæ noſtræ.*
8 *Lex pro ſubditorum correctione adinuenta eſt.*
9 *Lex duabus rebus muniri debet denunciatione & præmij pollicitatione.*
10 *Amor virtutis, quos non allicit ad benefaciendum, eos ſaltim pęnarum horror abſtrhat a delinquendo.*
11 *Iupiter laudatur, quod malos puniret, bonos præmijs eueheret.*
12 *Dionyſius ſimiliter Syracuſanorum Tyrannus.*
13 *Pœnas ſtatuere non poteſt, qui Iuriſdictionem non habet, & num. 15.*
14 *Pœnæ ſunt de Regalibus Principum.*
15 *Iuriſdictionem, ac merum imperium habens, pęnas imponit.*
16 *Pœnas inſolitas in edicto apponore non licet.*
17 *Imponens pœnas vltra leges, nihil facit.*
18 *Socrates capite ab Athenienſibus damnatus, quod nouos Deos, nouamq. religionem induceret.*
19 *Alexander volebat, vt Epheſtio inter Deos haberetur.*
Breuiarum pęnarum hic deſcribit author.
20 *Pœna Ignis puniuntur infraſcriptis caſibus, vſque ad num. 36. excluſiue.*
Irruentes in conuerſos nouiter ad fidem Chriſtianam.
21 *Sacrilegi.*
22 *Falſatores monetarum.*

Procu-

23 Procurator rerum Cæſaris concuſſionibus vexans prouinciales.
24 Incendium faciens in Ciuitate, vel Opido.
25 Confugiens ad hoſtes principis, ac eis ſecreta reuelans.
26 Serui qui ſaluti dominorum inſidiantur.
27 Seruus concumbens cum ſua domina.
28 Nili aggeres deſtruens.
29 Hoſtes venire permittens.
30 Raptus pœna in ſeruo.
31 Aruſpices, & ſortilegi.
32 Hæretici.
33 Qui martyres flammis puniti, & igne.
34 P. Mutius Tribunus plebis, nouem collegas flammis combuſſit.
35 Carnifex eo quod exuiſset veſtes Claritæ, & Fluuianæ de adulterijs, ac ſtupris conuictis, quando ducebantur ad mortem, viuus exuſtus.
36 Furcarum pœna puniuntur infraſcriptis caſibus, uſque ad num. 44. excluſiue.
Sacrilegi, ſub eod. num. 36.
37 Transfugæ ad hoſtes ſeſe conferentes & ſecreta alterius partis reuelantes.
38 Seditionis authores.
39 Famoſi, & publici fures.
40 Piratæ.
41 Furca, quid eſset apud Romanos.
42 In Italia nobiles non eunt ad furcas, ſecus in Gallia, & num. 43.
44 Gladij pœna.
45 Luxuriantes contra naturam.
46 Sacrilegi nuptiarum.
47 Furantes alienos pueros.
48 Proditor Spiritualis, vel temporalis Principis.
49 Conſulens aruſpices, & ſortilegos.
50 Priuatum carcerem exercentes.
51 Monetæ falſæ fabricator.
52 Gladij pœna diuerſa, a condemnatis ad gladium, vel ludum gladij.
53 Ludus gladiatorius quisnam, & num. 54. 57. & 59.
55 Vmbratilis gladij pugna quæ, & num. 65.
56 Gladiatorium munus quomodo fiat.
58 Ludos gladiatorios Iulius Cæſar Dictator primus Romæ exhibuit.
60 Martia Commodo Imperatori ſuaſit, ne in Imperij dedecus ludo gladiatorio ſe immiſceret, & num. 64.
61 Nero gladiatorios Ludos conſpexit per Smaragdum.
62 Intellectus l. 1. ff. de Abigeis.
63 Galenus cooptatus Romæ in Medicum Gladiatorum.
64 Commodo Imperatori vitio vertitur quod Ludo gladiatorio ſe exercuerit.
65 Exercitatio vmbratilis gladij, ac pali fiebat in publico.
66 Equites Neapolitani exercent curſu torneamenta, cum homine ligneo dicto (Il Fachino) in quem lanceas currendo rumpunt.
67 Torneamenta fiunt ab equitibus, & equitando, & pedeſtri exercitio Neapoli.
68 Henrici Valeſii Secundi Gallorum Regis mors, dum torneamentis ſe exerceret.
Ob mortem Henrici eiuſdem, Chriſtianæ fidei hoſtes, fidentius Galliam penetrarunt, ſub eod. num. 68.
69 Torneamenta a Lateranenſi Concilio prohibita.
70 Conſtantinus Imperator torneamenta prohibuit, & quid in cauſa fuerit, & num. 71.
72 Dirimachius Monachus, quod Romæ gladiatorios Ludos conſpiciens, pluribus verbis illorum vſum damnaret, lapidibus a populo obrutus, alij Telemachum monachũ appellant, & num. 72.
73 Ad ludum gladiatorium damnatus, quid faciebat.
74 Rude donari, quid ſit.
75 Gladiatores accepta Rude a pugnandi neceſſitate erant exempti.
76 Pileus, quando dabatur gladiatori, quid ſignificaret.
77 Gladij pœnam, qui ſuſtinent his caput amputatur.
Sancti Martyres, qui gladio conſumpti ſunt enumerati, ſub eod. num. 77.
78 Capitis pœna quæ.
Capitis pœna plectuntur, vſque ad num. 129.
79 Raptores Virginum Deo dicatarum, ac alienarum vxorum, eiſq. auxilium præbentes.
80 Diuina officia dolo perturbantes.
81 Rebaptizans, & qui rebaptizatur.
82 Signum Sanctæ Crucis in eius vilipendium in ſilice, vel itinere inſculpens.
83 Emptor Muricis, ac purpuram tingens.
84 Violans Ciuitatis muros.
85 Frumentum exercitus lucrifaciens.
86 Mulier ſe ſubdens bruto animali.
87 Mouens tumultum, ac ſeditionem in populo.
88 Patriæ proditor.
89 Latro itinerum, & Inſularum ac nemorum publice deprehenſus.
90 Homicida.
91 Frangens pacem iuratam, occidendo, vel vulnerando.
92 Domina, quæ cum proprio ſeruo concubuit.
93 Violentas manus ſibi inferens.
94 Miles, pacis turbator.
95 Hoſtibus arma vendens.
96 In Proſtibulo puellam tenens.
97 Homines caſtrans.
98 Effracto carcere aufugiens.
99 Miles, qui captiuum dimiſit, vel ei ſeruit.
100 Commentarienſis permittens reum aufugere.
101 Priuatum carcerem exercens.
102 Erigens furcas, tamquam Magiſtratus, cum non ſit.
103 Miles ſocium commilitonem vulnerans.
104 Poteſtati, vel Magiſtratui violentas manus inferens.
105 Iudex publicam pecuniam ſubtrahens.
106 Miles integra acie bello aufugiens.
107 Prægnantem mulierem necans.
108 Abortum procurans.
109 Author violentiæ, & aggreſſionis.
110 Miles ſimulans languorem, ne militet.
111 Receptantes latrones.
112 Inuadentes Ciuitates, Caſtra, vel Opida.
113 Vaſtum in Campis, & vineis facientes.
114 Rapiens a religione nouitios.
115 Deportati, qui deportationis fines erumpunt, fugientes.
116 Manichæi hæretici.
117 Blaſphemi, & iurantes per Capillos DEI.
118 Magos, & ſortilegos manibus proprijs opprimens.
119 Stuprator.
120 Intellectus §. item lex Iulia, verſiculo, ead. l. Inſt. de public. iudic. & num. 121. 122. 123. & 124.
124 Andreæ Fachinei laus, & num. 126.
125 Pœna legis Iuliæ de vi publica, quæ.
127 Stuprum etiam vi dicitur committi munere, auro, & pecunijs oblatis; & ruptum committi blanditijs & donis circumuenta virgine.

128 Sanctorum imagines & Principum statuas serio percutientes capitis pœna plectuntur.
129 Culei pęna quæ, & num. 130. usque ad num. 136.
130 Culei pęna qui puniti fuerint.
Parricidæ siue parentum interfectores quorum primus dicitur fuisse P. Malleolus; qui quod matrem occidisset culeo insutus periit.
Sanctus Iulianus Martyr, Culei pœnam passus fuit.
131 Culei pœna non datur, nisi in confessum.
132 Solon pœnam in parricidis non tulit, arbitratus neminē existere posse, qui simile delictum patraret.
133 Cicero de Culei pœna, sententiam suam dicit in orat. pro Sexto Roscio Amerino.
134 Fabius Quinctilianus, quid de Culei pœna dicat.
135 Artaxerses Memnon appellatus, Persarum Rex, ex Pellicibus centum & quindecim filios suscepit.
Artaxersis Iudicium in filium eum occidere volentem, & complices pœna.
136 Amputationis capitis, siue decollationis pœna, usque ad num. 143.
137 Didius Iulianus Imperator a Septimio Seuero decollatus.
138 Corradinus Sueuorum familiæ nobilissimæ nouissimus a Carolo I. Rege Neapolitano natione Gallo decollatus.
139 Sanctus Ioannes Baptista simili modo ab Herode impio Rege interemptus.
140 Lamorallus Comes ab Egmunda, & Pilippus Comes Horni apud Belgas, læsæ Maiestatis rei, capite a Duce Albano Belgij tunc prorege publice plexi.
141 Maria Scotiæ Regina ab Impia Elizabetha Regina Angliæ securi percussa & publice decollata.
142 Sanctorum Martyrum decollatorum catalogus.
143 Ferri, siue securis pęna quæ, usque ad num. 140.
144 Aemilius Papinianus securi percussus ab impio Antonino Caracalla.
145 Fasces cum securibus a Romulo originem duxere.
146 S. Hermenegildus securi percussus a Leonigildus patre Gothorum Rege.
147 Præcipitationis pęna quæ; usque ad num. 158.
148 Saxum Tarpeium Saturninum prius dictum, postea Tarpeium a Tarpeia virgine præcipitata.
149 Sanctus Iacobus Apostolus, frater Domini dictus, primus Hierosolymorum Episcopus a populo e Templi pinna præcipitatus.
150 Calistus Papa è fenestra, iussu Alexandri Cæsaris pręcipitatus interijt.
151 Maximianus, Episcopus Bagaiensis à Turri alta a Donatistis Hæreticis pręceps deiectus occubuit.
152 Martyres alij.
153 Scamander, quem Astianacta dicunt Hectoris, & Andromachæ filius, è Turri præcipitatus ab Vlisse.
154 Thessalus Hemonis filius ab Euryalo, ex Ossa monte præcipitatus.
155 Cleombrotus in lacum Ambraciæ seipsum ex alta Arce præcipitem dedit.
156 Philæas Tarentinus.
157 Philomelus Phocensium Dux.
158 Suffossionis viua pęna, usque ad num. 161.
159 Qui puniti suffossionis viua pęna.
160 Amestris Xerxis uxor, quos viuos defodi iussit.
161 Phileni fratres Carthaginenses quare viui defossi.
Martyres Sancti, qui viui defossi.
162 Phinei Thraciæ Regis filij condemnati a patre ad defossionem ob crimen in eos falso à Nouerca insimulatum, ab Hercule, & Argonautis liberati fuere.
163 Pęna condemnationis ad bestias quæ, & an sit in usu, num. 164. usque ad num. 174.
165 Sancti Martyres, qui hac pęna affecti fuere.
166 Daniel ad bestias condemnatus a Balthassare Rege.
167 Lacus, quis sit.
168 Scipio usus in transfugas hac pœna.
169 L. Aemilius Paulus, eadem pœna usus.
170 Androdi saeuus punitum eadem pęna, sed saluatum a leone.
171 Constantinus Imperator eadem pœna usus contra Reges aliquos.
172 Authores seditionis, & tumultus.
173 Iugurtha hac pœna usus.
174 Perafannus Ribera Dux Alcala Regni Prorex, fecit occidi Leones Neapoli in Castro nouo existentes, & qua ex causa.
175 Demersionis in aquis pœna.
Qui Sancti Martyres hac pœna affecti fuere.
176 Diluuium vniuersale a Deo immissum ob peccata mortalium.
177 Misenus Hectoris, & Aeneæ comes in mare submersus.
178 Milo Tyrannus à Pisanis, num. 179.
179 Mare Myrthoum unde dicatur.
180 Lycus ab Hercule in mare proiectus.
181 Phronyma puella regis filia, nouercæ suasu aquis demersa.
182 Roxana Darij filia, a puteo submersa.
183 Romanus Argyropolus.
183 Asturgius Fauentiæ Dominus a Cæsare Borgia in Tyberim proiectus.
185 Sigismundus Burgundorum Rex in puteum a Clodamiro Rege proiectus.
186 Hac pœna usus Octauius Cæsar in quosdam auarè & superbè in prouincia grassantes.
187 Tiberius Cæsar homines ab Insula Caprearū qua Arx Tiberij vocabatur, præcipitari in mare faciebat.
188 Nero Domitius eadem pœna usus in Crispinum Priuignum.
189 Scyron eadem usus pœna in hospites, quam & ipse tandem pati coactus fuit in sui facinoris præmium.
190 Thimoclea se præcipitauit in puteum ob pudicitiam seruandam.
191 Excoriationis pęna.
192 Sanctus Bartholomeus excoriatus.
193 Marsias ab Apolline excoriatus.
194 Sisamnis Iudex a Cambise Persarum Rege excoriatus, quia pecunia corruptus iudicauerat.
165 Cubricus viuus excoriatus.
196 Cleomenes a Ptolomeo Lagi excoriatus.
197 Projiciens lapides in Beatam Virginem fuit condemnatus ad excoriationem persona viua.
198 Marcus Antonius Bragadinus Nobilis Venetus Famagustæ ab impio Mustafa excoriatus, martyrij Palmam adeptus.
199 Zenoni Martyri fuit detracta pellis.
200 Laquei pœna versabilis in furcis.
201 Laquei, & furcarum pęna, an sit eadem.
202 Furca erat bicornis.
203 Laquei pœna qui puniti, & num. 204. 205. 206. & 207.

Andreas

207 *Andreas Rex Neapolitanus a Regina Ioanna uxore laqueo suffocatus, quæ in vindictam similí postmodum mortis genere periit.*
208 *Valentinianus strangulatus.*
209 *Achitophelis mors.*
210 *Iudæ proditoris mors laqueo sibimet iniecto sequuta.*
211 *Crucis pœna.*
212 *Intellectus l. capitalium, §. famosos, ff. de pœnis.*
213 *Crucis pœna apud Christianos abolita.*
214 *Crucis pœna qui affecti.*
215 *Veneni pœna, & num. 216.*
216 *Intellectus l. aut damnum, §. proinde, ff. de pœn.*
217 *Veneni audi pœna apud Athenienses in usu fuit.*
218 *Phocion Atheniensis, & socij veneno puniti.*
219 *Socrates ab Atheniensibus veneno pœnali extinctus.*
220 *Cicutæ pœna, & venenum ex ea.*
221 *Vinum sanguis terræ.*
Cicuta venenum est.
222 *Massilienses venenum cicuta temperabant.*
223 *Mulier in Cea insula coram Sexto Pompeio voluntarie venenum bibit.*
224 *Veneni pœna, an apud Romanos fuerit, & num. 225.*
226 *Rotarum pœna quæ.*
Rotarum pœna apud Gallos usitata, & Germanos.
227 *Et apud Mediolanenses.*
Intellectus §. si vero robariam, lib. 4. tit. de pœn. 1. Consti. Mediolan.
228 *Diua Catharina Rotis præparata.*
229 *Qui alij ea pœna usi fuerint.*
230 *Lapidationis pœna antiquissima est.*
231 *Blasphemi ex lege Mosis lapidabantur.*
232 *Aduram, qui erat super omnia tributa Regis Roboam a populo fuit lapidatus.*
233 *Naboth lapidatus ex ira Iezabelis.*
234 *Lapidationes prophetarum exprobrauit Christus Iudæis.*
235 *Lapidationem in adulteros Muamedes mutuatus est a Scriptura Sacra.*
236 *Sanctus Stephanus lapidatus.*
237 *Apostolos in Ciuitate Iconij Iudæi lapidare voluerunt.*
238 *Diuus Paulus Apostolus lapidatus fuit apud Lycaoniam.*
239 *Sanctorum martyrum catalogus qui lapidati fuere.*
240 *Pysidices puella regis filia Achillis amore capta, ut eum coniugem haberet, patriam, parentesq. eum prodidisset, eiusdem Achillis mandato, lapidibus obruta.*
241 *P. Posthumius Regillensis a Romanorum exercitu lapidibus obrutus, quod Volam urbem captam prædæ illis non dedisset.*
Q. Metellus Censor lapidatus.
242 *Persæ veneficorum vultus saxis confringunt.*
243 *Atrienses populi fures lapidant.*
244 *Demosthenes, & Nicias Athenienses a Syracusanis lapidibus obruti.*
245 *Cinna, & Pyrander saxis obruti.*
246 *Sergius Monachus, impij Muamedis socius lapidibus obrutus.*
247 *Pœna atrocissima, qua corpora Remigijs, vel quadrigis, ac arboribus ligata in partes diuidebantur.*
248 *Mettius Suffetius Albanorum Dux quadrigis discerptus.*
249 *Bessus Bactrianorum Dux ramis arborum alligatus, & discerptus ab Alexandro.*
250 *Agag Amalecitarum Rex in frusta cæsus a Samuele in Galgalis.*
251 *Pyrecbnes Eubeæ Rex equinis pullis alligatus, scissus fuit ab Hercule.*
252 *Hippolytus Martyr Romanus equis indomitis alligatus, & discerptus.*
253 *Brunechildis Gallorum Regina, Clotario secundo spectante ac mandante, equis alligata & discerpta.*
254 *Scinis Latro Corinthius hominum brachia arboribus alligabat, & quomodo discerpebat.*
255 *Pœna includendi homines animalibus exenteratis.*
256 *Macrinus Imperator hac pœna usus in duos milites & quam ob causam.*
257 *Alexander Phereus animalium pellibus recenter excoriatorum nudos homines inuolutos vermibus lacerandos & absumendos tradebat.*
Pœna alia immanissima qua viuorum hominum corpora, mortuorum cadaueribus alligabantur, membrum membro respondens, sub eod. num. 257.
258 *Mezentius Tyrrhenorum Rex supradicta pœna primo loco usus.*
Opilius Macrinus Imperator pœna eadem sæuissime usus.
259 *Pœna dissecationis per medium.*
260 *Pithy Bithinij filius natu maior medius sectus.*
261 *Cysenes Diogiridus Traciæ Regis filia, viuos homines dissecabat.*
262 *Caligula homines medios serra dissecuit.*
263 *Commodus obæsi corporis homines ventre dissecuit.*
264 *Sanctus Ionas a Saporc Persarum Rege medius dissectus.*
Tarbula Sancti Simeonis Episcopi soror cum pedissequa, serra per medium crudelissime secata.
265 *Florentius, & Barchalbas, Valentis iussu dissecati fuere.*
266 *Equo, vel Boni æreo inclusi igni supposito pœna.*
267 *Perillus Tauri ænei fabricator, iussu Phalaridis suæ inuentionis primus pœnam sustinuit.*
268 *Taurum a Perillo factum Carthaginenses rapuerant, postmodum Cartagine capta, Scipio Africanus Agrigentinis restituit.*
269 *Alij permulti, boues, & equos æneos inuenere ad affligendos Sanctos Martyres.*
270 *Fumi pœna per Auidium Cassium in usum posita, usque ad num. 274.*
271 *Auidius Cassius, se Catilinam, & Marium ob crudelitatem dici volebat.*
272 *Vetronius Turinus ab Alexandro Seuero fumi pœna punitus fuit, quod fumum vendiderat Magistratus conferendo accepta pecunia.*
273 *Sancti Martyres, qui fumi pœnam sustinuere.*
274 *Pœna missionis sanguinis per venæ sectionem, usque ad num. 281.*
275 *Seneca sanguinis missione per venæ sectionem interijt.*
276 *Nero Senecæ Præceptori, dedit eligendæ mortis arbitrium.*
Eadem morte interijt Florianus Imperator, sub eodem num. 276.
277 *Thraseas eadem morte perijt.*
278 *Hæc pœna sanguinis emittendi militaris inuentio fuit qua veteres Milites errantes, Romani olim puniebant.*
Gellij super ea re opinio, sub eod. num. 278.

Exsilium

Exsilium generis loco statuit author, habent plures species, sub eod. num. 358.

359 Relegatio quotuplex.

360 Intellectus l. relegati, ff. de interdict. & relegat.

361 Petri Criniti opinio confutatur.

362 Cælij Rhodigini lectio probatur.

363 Exsilium competit omnibus, quibus solum mutatur.

364 Interdictio quid, & num. 365.

365 Intellectus Rubr. de interdictis, & relegatis, & numero 366.

367 Exsilium triplex a Marcello Iurisconsulto dicitur.

368 Franciscus Hotomanus perperam reprehendit Marcellum, & num. 369.

370 Exsilium loci commutatio est ex Seneca.

371 Auxilium maleficio datur, non solum manu, sed voce, & proclamatione.

372 Clusia Hetruriæ Regis filia, e turracum se præcipitem dedisset, ne uxor Valerij Torquati fieret, tumefactis vento pannis, euasit incolumis.

Clusiam cum stuprasset Valerius, in exsilium actus decreto Senatus in Corsicam.

373 Thialus Syracasanæ Classis præfectus a Senatu, populoq. Syracasano exsilio damnatus, & quare.

374 Sic Timeron Dux Lacedæmoniorum similem pœnam passus est.

375 Sanctus Ioannes Euangelista in Insulam Patmos relegatus ibidem septem annis permanere coactus fuit.

376 Ouidius Poeta celeberrimus ab Augusto in Pontum relegatus.

377 S. Clemens Romanus Pontifex tertius post Diuum Petrum in insulam relegatus.

Antoninus Pius Imperator cum iuramēto se astrinxisset nullum Senatorem percussurum, Senatorem parricidā in insulam desertam relegauit, ita vt illum mori vel bestijs obijci necesse esset, sub eod. num. 377.

378 Sancti Martyres plures, qui enumerātur in exsiliū̄ acti.

379 In Regno Neapolitano nulla pęna frequētior, relegatione, & exsilio.

380 Crurifragij pœna.

381 Crurifragij pęna, qui Sancti, & Martyres affecti fuere.

382 In Sinarum Regno, dantur in parte Carnosa Tibiæ verbera, & vix quinquaginta datis, emoriuntur.

383 Remigum, siue Remigationis pœna vsque ad num. 388.

384 Hannibal seruos Remo addixit.

385 Augustus bellum gesturus aduersus Sext. Pompeium in Siciliæ Insula, viginta millia seruos manumissos, Remo addixit.

386 Cesar Augustus, Iudæum Remo damnauit.

387 Remigis & quare meminit Iurisconsultus in loco allegato ab authore.

388 Carceris pœna, vsque ad num. 395.

389 Carceris perpetui pœna in vsu est apud Ecclesiasticos iudices, & num. 391.

390 Carcer ad custodiam non ad pœnam esse debet.

392 Carceris pœna, nam apud Romanos vsui fuerit, & num. 393.

394 Carcerum tres species ex Platone.

395 Optionis mortis pœna apud Tyrānos putatur Clemētia.

396 Tiberius mortis arbitrium dedit Trasea, Bareæ & Seruiliæ.

397 Nero Senecæ dedit mortis optionem.

398 Mortis optio dei are in pœnam dari nequit.

399 Fustigationis pœna vsui in vtroque foro Ecclesiastico & profano.

400 Fustium pœna qualiter procedebat, & num. 401.

402 Vsu hæc pœna in Regno Neapolis in his delictis, quæ narrantur.

403 Fustigatio dicitur leuis, & modica coerctio ab Vlpiano.

404 Mitrationis pęna quæ.

405 Adrianus bonorum decoctores, si sua essent authoritatus, Catamidiari in Amphitheatro, & dimitti statuit.

406 Apud Gallos falsantes sigillum Regium catamidati fustigantur.

407 Melle perungi, & Soli exponi in pęnam, ac etiam lacte. & num. 408.

409 Virgines in lupanari stuprandas tradi ab Impijs Tyrannis, in pœnam solitæ.

410 Sanctas Virgines stuprandas expositas DEVS protexit, ne id probrum paterentur.

411 Virgines, quæ ad pœnam mortis damnabantur, non nisi vitiatas prius olim veteres trucidabant.

412 Pęna oppositionis ad catenam.

414 Pœna ruinæ Domus, Męniorum, vel solo æquari, aratro fodi, & sale seminari in vsu fuit aliquando.

414 Aratri pœnam in delictis Ciuitates patiuntur.

415 Ad solum Principem spectat Ciuitatem destruere, & aratro illam subijcere.

416 Henricus Imperator dānauerat Ciuitatem Brixiæ aratro, quam misericordia motus, remisit.

417 Carolus V. Cæsar Gandensem vrbem damnatam aratro, non id permisit.

418 Terra ob infidelitatem aratrum patitur.

419 Aratro moritur Ciuitas.

420 Mediolanēsem vrbem solo æquouit Federicus Primus Imperator.

421 Vrbs Rauestana ad Ripam Mosæ Fluminis, & Astenoium solo æquata, & num 422.

Carthago solo æquata remissiue.

Intellectus l. si vsusfructus, 21. ff. quib. mod. vsufr. remissiue.

423 Ruinam domus Ciceroni comminatus est M. Antonius Consul, ni veniret.

Ruinam Castri passus Alfonsus Picolomineus, & Theupolus Venetus domus suæ in Riuo alto olim posita.

424 Spurius Cassius affectati Regni insimulatus, interemptus, domus diruta, solumq. in Telluris Ædē redactū.

425 Marinus Falerus Venetorum Dux ob conspirationem in Rempublicam factam, capite multatus, dirutis ædibus, ac perpetua ignominia eius nomini tributa, & alia vt ibi.

426 Abimelech, Ciuitatem Sichem sale seminauit.

427 Author inuehitur contra Tyrannos, ac nouarum pœnarum inuentores.

428 Pœnæ nocte, an die exequerentur, diuersæ gentes diuersum morem tenuere, & num. 429. 430. & 431.

432 In Areopago horæ dabantur litigatoribus, Actori vna, Reo altera, & iudicibus Tertia.

433 Clepsydra in aqua prius, nunc in puluere fit, & numero 437.

434 Apud Romanos, qua hora in forum ibant iudices, litigantes, Aduocati, & alij.

435 Romæ iudicialia die fiebant.

Horæ per Clepsydras etiam Romæ dabantur, & quot horæ, & num. 436.

436 Clepsydra an esset spacium vnius horæ, vel plus, aut minus, & num. 437.

437 Assidue ius dixit Augustus, & plerumq. etiam in nocte, tamen vltra ordinem, & num. 438.

sunt. Sed tanta (inquit idem Cassiodorus Variar. lib. 2. cap. 3.) est in Republica de morum varietate diuersitas, vt nemo valeat leges defendere, nisi terror videatur aliqua tẽperare. Aegris enim non vna causa salutis est, alter cibis reficitur, alter per abstinentiæ beneficia tenuatur; Hic lauacra mollia, hic ferrum quærit ad vulnera, & varium poscit remedium diuersa qualitas passionum; sic qui populis præesse cognoscitur, non vno consilio præbiturus inuenitur, feroces districtione præmendi sunt, mansueti ciuiliter admonendi, dolosi cautè, simplices sub læuitate tractandi sunt;

8 Et † enim lex adinuenta pro subditorum correctione, c. Factæ, distinct. 4. Benincasius de Constitut. q. 1. num. 12. Idem Cassiodorus lib. 7. cap. 1. Scito puniendi remedium datum tibi pro salute multorum, Arma ista iuris sunt, non furoris, hæc ostentatio nimirum est contra noxios instituta, vt plus terror corrigat, quam pœna consumat. Idcirco Vlpianus in l. 1. ff. de iust. & iure dicebat, bonos non solum metu pœnæ, sed etiam præmiorum exhortatione, meliores effici. Quod & Aristoteli placuit in 6. lib. Ethicor. quem sequitur Vaconius a Vacuna Declaration. Iuris Ciuilis, lib. 1. cap. 29. num. 2. Vasquius de successión. progress. in præfat. tomo 2. Vnde Moses Barcepha Syrus de Paradiso, parte 2. cap. 20. inquit, quę

9 libet lex duabus debet muniri rebus, pœnæ scilicet denunciatione, & præmij pollicitatione, quarum illa præuaricationem, hæc obseruationem comitetur. Edicta itaque pro emendatione vitiorum, ac delictorũ fieri necesse est, vt antequã eueniant præcidantur, & hoc pęnarum mætu, & formidine; Et si minus hoc non obstante, acciderint, tunc illorum patratores debitis oportet affici supplicijs, vt vnius mætu alij terreantur, l. 1. C. ad legem Iuliam repet. notat Sebastianus Me

10 dices de legib. & statut. par. 4. q. 20. num. 6. † Quos enim uirtutis amor nõ allicit ad bene faciendũ, eos saltem pęnarũ horror abstrahat à delinquendo, vt inquit Ioan. Rogerius Trocheus de offic. iud. in causis capital. in verbo, Capitis pęna, fol. 88. Nam pestilẽte flagellato stultus fit sapientior. vt ex Salomone docuit D. Thomas de Aquino, ad Ducissam Brabantiæ, q. 7. sequitur M. Anton. Natta in consil. 557. num. 12. vol. 3. Hinc rectè ait Claudius Cantiuncula. De offic. iudicis, lib. 1. c. 1. Nullo commodiore ductu prouentum facere iudicem, quam si præmij, ac pœnæ diligentem se præbuerit expensorem, his enim duobus generibus Respublicas omnes contineri, magno consensu Philosophi tradidere. Et dum Democritus, vt supra diximus, duos Deos constituebat beneficium, & pęnam, quam magnam appellat socordiam Plinius lib. 2. cap. 7. & narrat etiam Alexander ab Alexandro Dierum Genialium lib. 6.

11 cap. 26. Laudibus † circumferunt Iouem, quod studium omni in facinorosorum hominum punitione, & bonorum euectione, & præmio, communiq. populorum vtilitate versaretur, & apud

12 mortales vti Deus habitus. Sic & † Dionysius (quem diuersis nominibus ornarunt Lilius Gregorius Giraldus, Vincentius Chartarius, Valerius Anselmus, & alij) quem, quod pęnam impijs & bonis præmia tribueret, eximijs laudib. extollit Diodorus Siculus lib. 4. Vnde Magistratui congruit, vt quos regit subditos, rectè gubernet, præmijs bonos, pœnis prauos oneret; de præmio dicam infra, lib. 3. cap. 6. Vt etiam fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu, ita animaduersiones magnarum potestatum, terrent latius quam nocent, vt dicit Seneca de Clem. lib. 1. c. 8. nunc de pœnis agendum est.

13 Pœnas autem † statuere, & stabilire, nemo potest, qui iurisdictionem, & iuris dicendi potestatẽ

14 non habet, † cum sint pœnæ de Regalibus, & ad Principem pertinentibus, c. 1. in verbo, Multarum, pęnarumq. compendia. Quæ sint Regal. & amplè diximus de Regis Catholici Præstantia,

15 cap. 13. † Iurisdictionem enim & merum imperium habens illas imponit, habetur in l. Imperiũ, ff. de iurisdict. omn. iud. ibi (animaduertendi in facinorosos homines) vbi omnes tradiderunt, erectionem furcarum, & pœnas omnes corporales imponi posse ab habentibus merum imperium. Aufrer. ad Capell. Tolos. in Decis. 405. plenè Iacobin. de Sancto Georg. in inuestit. feudal. §. cum mero, per totum.

Non potest autem Præses, Prętor, Magistratus, aut Officialis, quisquis ille fuerit, qui admini

16 strandæ iurisdictioni præpositus est, in † edictis contra sibi subditos, imponere pœnas insolitas, nisi eas, quæ à iure scripto constitutæ sunt, l. moris, §. sed enim sciendum, & l. capitalium, §. maiores, ff. de pœnis. Bald. in l. incredibile. C. eo. tit. Petrus Rebuff. in Concordat. Frãciæ, tit. de Collat. §. 1. vers. ad arbitrium. Alfonsus Aluarez in Speculo Roman. Pontific. c. 75. colum. 16. vers. Et nota quod liber homo. Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. quæst. lib. 1. q. 86. nu. 2. & ante eos Lud. Roman. in cons. 429. nu. 1. Paris de Put. in tract. Syndicat. tit. de offic. Syndicator. c. An si potestas condemnauit, vel composuit, num. 6. & 7. sequitur Petr. Foller. in Praxi Crim. §. pœnis debitis feriantur, nu. 52. & 89. Matth. de Afflict. in Constit. Ea, quæ ad decus, nu. 20. in medio. Petr. Belluga in Speculo Princip. Rubr. 37. nu. 6. Nouas enim leges, ac noua pęnarum genera ponentes, magnorum, & incommodorum, ac seditionum & scelerum occasionem præstiterunt, qua de re nonnulli Principes, ac Reges, qui similia attentarunt, populorum motibus, violentæ mortis exitus sustinuerunt, vt dicit Augustinus Niphus de Regnandi peritia, lib. 3. cap. 1. Verrem reprehendit Cicero, quod non solum noua, & inusitata excogitarit supplicia, & suis lictoribus, & carnificibus petulantiam omnẽ tribuisset, sed & ipsum suppliciorum spectatorem se exhibuerit. Cicero in Verrem Actione 5. Quandoque autẽ ex causa licet leges transgredi, de quo Innocent. in c. 1. de Constit. casus enumerat Tiraquell. in tract. de pęnis.

17 Hinc iudex † aliquem multans vltra leges id permittentes, nihil facit, eaq. condemnatio, & multæ indictio nulla est. Hostiens. in Summa, tit. de sentent. §. quo remedio. num. vltimo, in fine, Nouitates plerumque qualibet in re prauos exitus habent, quod videre est etiam in rebus religionis,

gonis, vt fuerunt aliquando testes aliqui Germani, Angli, Galli, Hollandi, & alij, qui à Iesu Christi fide aliquando deuiarunt, quia magnos cruciatus Diuina voluntate sustinuerunt. Testis etiam antiquitas, quia nouarum religionũ semper fuit inimica; Hinc † Socrates ab Atheniensibus capite damnatus fuit, quod nouos Deos, nouamq. religionem introducere voluisset, vt est author Isocrates in Busiride. Seneca in lib. de Vita beata. Xenophon de factis Socratis, lib. 1. Diogenes Laertius in Solone. Athenæus Diphnosophistor. lib. 13. cap. 33. Et dum vana Alexan
19 dri † Macedonis superstitione factum esset, vt mortuum Hephestionem inter Deos haberent, hi, qui nouum Numen venerari recusarunt, capite, alij deportatione, ad bestias alij dãnati fuere. Inter hos accusatus Agathocles Samius, quod Sepulchrum illius præteriens, quasi hominem collacrimasset, parũ abfuit, quin bestijs, ac Leonibus committeretur, nisi Perdicæ, aliorumq. suffragijs fuisset seruatus, vt est author Lucianus in Dialogo de Calumnia. Quæ sint autem pœnę à iure statutæ, enumerare conabor aliquas, vt habeatur quoddam breuiarium pęnarum, sed non omnes enumerabuntur.

Prima se offert Pęna mortis naturalis, quo separatur anima à corpore, istaq. subdiuiditur in
20 plures species, quarum aliquas recitabo. † Ignis, siue exustionis flammarum, & concremationis, qua puniuntur omnes irruentes in conuersum ad fidem Catholicam, vt in l. 2. C. de Iude. & cę
21 lic. Qua etiam puniuntur sacrilegi † maiore sacrilegio insigniti, qui viui exuruntur, l. sacrilegij,
22 ff. ad leg. Iul. pecul. † N. Reusner. in Decis. 16. nu. 15. & falsarum etiam monetarum fabricator flammis exuritur, l. 1. l. 2. C. de falsa moneta. Pro
23 curator † rerum Cæsaris, vel actor rerum priuatarum, si concussionibus vexauerit prouinciales viuus flammis crematur, l. vniuersi, C. vbi caus.
24 fiscal. In Ciuitate, vel Opido scienter incendiũ faciens, viuus igni necari iubetur, l. Capitalium, §. nonnumquam. §. fin. ff. de pœnis, l. qui ædes, ff.
25 de incend. ruin. & naufrag. Qui † ad Principis hostes confugit, & eis secreta eius reuelat, viuus flammis traditur, l. si quis aliquid, §. 1. ff. de pœn.
26 liberi, plebei, & personę humiles; serui † quoque qui saluti dominorum suorum insidiati fuerint
27 igni cremãtur, dicta l. capitalium, §. igni. † Is, qui cum propria domina concubuit comburendus est, l. vnica, C. de mulier. quę seru. propt. se iunxer.
28 Qui † Nili aggeres, ac Ripas destruit, flammis subijcitur, l. vnica, C. de Nili aggerib. non rumpendis, si quando forte locus ille ad Christianos
29 Principes, vt olim fuit, perueniret. Qui † hostes venire permittit, quos ex officij sui munere debebat repellere, datur flammis, l. si quis barbaris, C.
30 de re militar. lib. 12. † Raptus pœna in seruo, est ignis concrematio, l. vnica, C. de raptu virgin.
31 † Aruspices, & sortilegi ignis pœna puniuntur,
32 l. nullus, C. de malefic. hæretici † etiam viui flammis tradendi sunt, c. ad abolendam, vbi Hostiens. Ioan. Andr. Panorm. & alij, extra, de hæret. & in hoc est consuetudo generalis in omni populo Christiano. Aegid. Boss. in tit. de hæretic. num. 16. Iacob. Simãc. in Praxi Hæreseos, tit. 64. Idem Simancas Instit. Catholicar. cap. 46. nu. 45. Ioan. Coras. Miscellan. lib. 3. cap. 8. Alfons. de Castr. de iusta hæreticor. puniti. lib. 2. cap. 12. Iodocus Damhouder, in Praxi Crimin. cap. 61. num. 58. Iul. Clar. in §. hæresis, num. 7. Anton. Scappus de iure non scripto, lib. 5. cap. 32. nu. 8. & infinitos alios allegans Petrus Cenedo Collectan. Iuris Canonici, par. 2. cap. 55. num. 3. Menoch. de arbitr. iudic. quæst. lib. 2. Centur. 4. Casu 374. Anton. Corset. in Singul. §. pęna, latissimè Tiberius Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 40. & cap. 41. Sed summa
33 tim hac pœna † flammarum vsi sunt Tyranni quamplures in Sanctos D. N. Iesu Christi Martyres qui sunt Theophilus, Helladius, Moseus, Ammonius, Athenogenes, Fructuosus, Augurius, Eulogius, Seuerinianus, Mardonius. Musonius, Eugenius, Metellus, Polycarpus, sed illæsus, Peonius, Circo, Bassianus, Agatho, Moyses, Porphyrius Pamphili famulus, Iulianus, Maximus, Claudius, Alexander, Claudianus, Dioscorus, Iulianus alter, Eunus, Theusetus, Horris, Marcus, Paulus Martyr, Benedictus Monachus, Zeno, Alexãder, Euentius, Theodolus, Irenæus, Peregrinus, Hæreus, Archileus, Dioscorus, Castus, Aemilius, Conon, & filius, Lucillianus, Processus, Martinianus, Cyrillus, Leontius, Mauritius, Daniel, Cindeus licet illęsus, Serapio, Iustus miles, licet illæsus, Aemilianus, Trophimus, Theophilus, Christophorus, sed illęsus, Symphronius, Olympius, Theodulus, Hyacintus, sed illæsus, Acatius sed similiter illesus. Callinichus, Euodius, Rutilius, Tertullinus, Eleutherius, Leonas, Secusidinus, Marcellianus, Verianus Numidicus, Alexander Carbonarius, Ambrosius Centurio, sed illæsus, Liberatus Abbas, Bonifacius Diaconus, Seruus, Rusticus, Rogatus, Septimus, Maximus, Strato, Philippus, Euthychianus, Timotheus, Leouigildus Monachus, Christophorus Monachus, Georgius Limniota, Eusebius, Pontianus, Vincẽtius, Peregrinus, Genesius, Charitonus, Theodorus, Oceanus, Ammianus, Iulianus, Lætus Episcopus, Sozontius, Sosthenes, Victor, Nicetas Gothus, Peleus, Nilus, Elias, Pamphilus, Andochius, Tyrsus, Felix, Cosmas, Damianus, Artemo, Faustus, Ianuarius Martialis, Florentius, Philippus, Seuerus, Eusebius, Hermes, Theodorus miles, Abibus, Elpidius. Philomenus, Bassus, Macharius, Epimachus, Alexander, Eustratius, Heronus, Arsenius, Isidorus, Dioscorus, Iustus, Abundius illæsi tamen, Nemesius, Timotheus; Dicerius, Migdonius, Gregorius presbyter; Sanctæ quoque virgines, ac mulieres, quæ Diuino miraculo, vel ignem superarunt, vel ignis, ac flãmæ medio martyrium consummarunt, præsertim, Macra, Eulalia, Agnes, Aquila, Agatha, Apollonia, Iuliana, Præpedigna, Cutia, Theodora, Nymphodora, Arabia, Agapis, Chionia, Irenes, Antonia, Irenes altera, Flauia Domitilla, Euphrosina, Theodora, Restituta, Cyriaca, Paula, Helconis, Antonina, Febronia, Potamiena, Christina, Valentina, Exuperia, Iulicta, Theodora, Afra, Hilaria, Serapia, Basilissa, Regina,

Euphemia, Agathoclia, Tecla, Charitina, For-
tunata, Anastasia, Cecilia, Firmana, Barbara, Eu-
lalia, & Columba, alijq. plures martyres sanctissi-
mi, cum vno die, fuerint trecenti, & alio die, vi-
ginti millia martyrio ignis incendio consumpti,
qui apud D E V M dignentur pro nobis orare,
cum eorum actibus gaudeat Sancta Ecclesia.
34 Flammorum etiam pœnam intulit memora-
bili exemplo P. Mutius Tribunus plebis, qui no-
uem Tribunos collegas viuos flammis combus-
sit, quod Spurio Cassio adhæsissent, ne magistra-
tibus iam functus alij subrogarentur, vt affectati
Ciuitatis Dominatus temeritas puniretur, de
quo Valerius Maximus, lib. 6. cap. 3. Nec aliud
præteribo exemplum, sub Valentiniano Cæsare,
Maximino iudicante, cum plures mulieres nobi-
35 lis † originis, inter quas Glaritas, & Fluuiana a-
dulteriorum, & stuprorum criminibus obnoxię,
quarum altera cum duceretur ad mortem, indu-
mento, quo operta erat, abrepto, ne velamine
quidem relicto, quo secreta membra operirētur
carnifex admissi cōuictus nefarij, viuus exustus
est, vt retulit Ammianus Marcellinus Historiar,
lib. 28. Publicus quidem mulierum pudor, opti-
mè punitus.
36 Furcarū est alia mortis pœna, qua puniri † po-
37 test etiam sacrilegus, vt in dicta l. sacrilegij, † con
fugiens similiter ad hostes, & eis secreta reuelās,
furca suspenditur, vt in dicta l. si quis aliquid, §. 1.
38 ff. de pœnis. Seditionis † authores furca suspen-
duntur, vt in dicta l. si quis. §. auctores, publici,
39 † & famosi fures, furca in loco furti commissi
fixa suspenduntur, d. l. capitalium. §. famosos, &
alios casus enumerat Albertus Gandinus in tra-
40 ctatu malefic. tit. de pœnis reorum. Piratæ † etiā
furca damnātur. Auth. Sed nouo iure, C. de seru.
fugit. Scismatici similiter, vt dicit Guid. Pap. in
Decis. 589. referens idem, quod retulit Gādinus,
41 Erat † autem apud Romanos furca biceps, siuę
gemina, vt est apud Suidam. & de hoc etiam in-
quit Plutarchus Problem. 70. Cur in furto de-
prehensi, vel eiusmodi aliquo flagitio furciferos
appellant? nam, qui seruum alicuius sceleris, aut
improbitatis conuicisset, duplex lignum, quod
currui subijciunt, attollere iubebat, & vt conspi-
ceretur, viciniam obire, vt fidem in posttemum
ei non haberent, & ab eo cauerent. Hoc lignum
Græci σαμεῖον, Latini furcam nominant, à qua fur
cifer denominatus est. Hæc Plutarchus, ad hoc
propositum Virgilius lib. 1. Georg,

Exacuunt alij vallos, furcasq. bicornes.

Vnde Furca duo habebat capita, & erat ad
simbolum ypsilon, Y. erat pęna seruilis, quod nō
negauit Eruditissimus Petr. Gregorius Syntag-
mat. iuris vniuersi, lib. 31. cap. 17. sub num. 4. quē
admodum apud Romanos hæc vilissima pęna
erat, sic etiam hodie in Regno Neapolitano,
42 † quinimmo tota Italia, in qua nobiles non eunt
ad furcas, secus apud Gallos, vt dicit Franeis.
Marc. in Decis. Delphin. 675. vol. 1. & Federic.
Seotus in præfat. ad primū volumen consiliorū,
col. 6. & Barth. de Cassan. in Consuetud. Burgun.
Rubr. 1. §. 5. il en perdra la vie, nu. 3. vbi dicit esse
pœnam furum, & non vt ab aliquibus allegatur,
Sed ex Batt. in l. 3. §. 1. ff. de re milit. voluit Bar-
43 thol. Cepoll. in consil. crimin. 40. col. 4. Sed † ta-
men hunc vsum non obseruari tempore suo seri
bit Andr. Tiraquell. de nobilit. cap. 20. num. 112.
de quo etiam Anton. Scappus de iure non scri-
pto, lib. 5. cap. 191. num. 9. Hāc pęnam furcarum
vilissimā esse nouissime testatur Nicolaus Reus-
netus in Decis. 16. num. 45. parte prima.
44 Gladij pœna † etiam frequens est in iure, nā
gladio vltore sternitur, qui Idolis sacra facit, l. 2.
45 C. de Pagan. Qui † contra naturam luxuriantur
gladio vltore, exquisitis subduntur pęnis, l. Fę-
dissimam, & l. cum vir, C. de adult. & habetur in
Anthent. Vt non luxur. contra natur. Nuptiarū
46 † sacrilegi Gladio puniuntur, l. quamuis adulte-
ri, l. 2. C. de adult. & §. item lex Iulia, Inst. de pu-
47 blic. iud. Qui † alienos pueros furantur, gladio
consumuntur, l. fin. C. ad leg. Iul. de plagiar. prodi
48 tor † Principis spiritualis, vel temporalis gladio
49 punitur l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiest. † consu-
lens aruspices, & sortilegos pœna mortis gladij
punitur, l. Nemo, C. de malefic. & mathem, exer-
50 centes † priuatum carcerem, gladio puniuntur,
51 l. vnica, C. de priuat. carcer. Falsæ † monetæ fabri
eator gladio punitur, l. 2. C. de fals. moner.
Sed quo ad hanc gladij pœnā, aperienda quæ-
dam sunt, satis apud nostros obscura, sed illustran
da tamen ex Historicorum arcanis, ne accidat in
professione nostra cespitari, & in aliquem errorē
52 prolabi, Quando † admodum differt aliquem
condemnari ad Gladij pęnam, & ad gladium, vel
gladij ludum; quando enim condemnabatur ad
gladium, siue gladij ludum, non erat mortis pœ-
na, & de hac secundum aliquos loquitur Vlpia-
nus in l. 1. ff. de Abigeis, ibi Abigei enim cum du-
rissimè puniuntur, ad gladium damnati solent,
Et ex verbis subsequentibus hoc patet, quia eum
inferius dicat, puniuntur autem durissimè, non
vbiq., sed vbi frequentius est id genus maleficij,
alioquin, & in opus nonnumquam temporariū
dantur, Ex quo textu, notum est, hanc pęnam ad
gladium, esse minorem pœna damnationis ad
opus metalli temporarium, & ideo non est pęna
mortis gladij, de qua supra dixi, & inferius dicam,
53 sed † pęna ad ludum gladiatorium quę longè di-
uersa erat, & alius text. in l. si quis, 25. §. si quis ser-
uus, ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. quæ fuit olim
apud Gręcos primum, maximo in vsu, vt testatur
Oribasius Collectaneorum lib. 6. ex Antylli ora-
tione, vbi duplicē hanc pugnā fuisse, cū telis vnā
sine telis alterā ad exercendas corporis vires pro
54 tuenda sanitate, quæ † omnes apud antiquos vnū
nomē sortitæ fuere, Gręceq. μονομαχίας id est Mo-
nomachias, Et Cælius Aurelianus chronicarum
passionum lib. 3. cap. vlt. dixit illam digladationē
sine telis dictam fuisse Græcè hoplomachia, hoc
est armorum ficta confrixio, vt quæ esset sine ar-
mis, & sine aduersario, & potius σκιαμαχεῖν idest
Sciamachiam dici, & in eo homo aduersus vm-
bram, brachijs, & cruribus pugnabat, vel ad pa-
lum fixum, cum quo exerceri solebant, cum vm-
bra pugnari scripsit Plato de legib. lib. 7. Vmbra-
55 tilem † hanc gladij pugnam appellauit Guliel,
Budæus in prioribus annot. in l. Athletas, ff. de
his,

his qui not.infam.cui annecti potest illud Ciceronis in Oratore,dicentis,Vmbratilem exercitationem,quæ in loco operto, atque adeo in ocio fiat. Et hanc gladiatoriam pugnam existimo illam, quæ fit ad palum, de qua Vegetius de re militar. lib.1.inquit:Non tantū militibus palorum vsum, sed etiam gladiatoribus plurimum profuisse,nec vnquam,aut arenam,aut campum victores vllos declarasse, nisi qui diligenter ad palum fuissent exercitati, Qua authoritate dici conuenit, hanc pugnam non fuisse in actu gladiatorij muneris, sed fuisse potius ad gladiatorij muneris præambulam,|& institutricem, vt qui postmodum gladiatorij muneris onus subire intendebat,illa vmbratili pugna prius esset exercitatus, qua etiam mulieres se exercebant, & hoc est illud cuius meminit Iuuenalis Satyra 6.

Quis nescit? aut quis non vidit vulnera pali?
Quem cauat assiduis sudibus, scutoq. lacessit.

56 Quod † genus gladiatorij muneris, fieri solet cum sudibus,perticisq. ligneis, ad gladij modum formatis,vel cum gladijs ferreis,quibus est dempta cupis, & latus,qui incidebant, sunt contusi, vt non feriant,quæ apud nostros (marre) vulgo appellantur,quibus vtuntur hi, qui primis annis, ad addiscendam armorum peritiam accedunt, quam scrimiam dicunt; Et hanc probauit Galenus de sanit.tuenda lib.2.cap.11. & 12. vbi pro salute corporis conseruanda, ad exercenda crura, & brachia scimachiam commendauit, & hoplomachiam à Damea inuentam optimo mēbrorū omnium statui cōferre tradidit. Hinc in malum medicum Martialis Epigrāmatum lib. 8. inquit.

Hoplomachus nunc es,fueras Opthalmicus ante,
Fecisti medicus, quod facis hoplomachus.

57 Erāt,& Ludus gladij,siue gladiatorij alij, quos secundos a primis se cernerem, in quibus ostentatio virium, & exercitationis dexteritas demonstrabatur, & hos ego arbitror fuisse ludos apud Romanos demonstrari solitos in spectaculis fe-
58 storum,& in funeribus; vnde† Iulium Cæsarem primum gladiatorios ludos Romæ exhibuisse, vt scribit Plinius lib.15.cap.18.in fine. Sed Aelius
59 Lampridius † in Commodo illum taxat,vt quod gladiatoriæ artis se immisceret. Iam (inquit) in his artifex,quæ stationis Imperatoriæ non erant, vt calices fingeret,saltaret,cantaret,sibilaret,scurram denique,& gladiatorem se perfectum ostenderet. Et paulo inferius,dicit Aurigæ habitu,currus texit,gladiatoribus conuixit. Et demum inquit, in arena rudes inter cubicularios gladiatores pugnauit, lucentibus aliquando mucronibus, de quo etiam Herodianus Historiarum lib. 1.sic scribit, Statuit Commodus,non quidem ex Imperatorijs,vt mos erat, ædibus, sed ex ipso gladiatorio ludo prodire in publicum, ac pro elegan ti vestitu, purpuraq. Imperatoria, procedere armatus, deducente gladiatorium agmine in conspectū Romani populi. Quod vbi consilium suū
60 ad Martiam † retulit, vnam ex suis concubinis, cui scilicet,plurimum deferebat, ac propè vxoris eam loco habebat,sic,vt præter ignem,omnes honores,velut Augustæ tribuerentur,intellecto muliere tam absurdo, turpiq. consilio, orare multis lacrymis,supplexq.ad genua accedere, ne aut Romanum Imperium pollui pateretur, aut ipse vitā suam perditis,ac deploratis hominibus,tam periculose committeret. Sed cum nihil profecisset, lacrymans discessit. Hæc Herodianus, quæ confirmantur à Ioanne Zonara Annalium lib. 2. de illo Eutropius rerum Romanar. lib.10.c.6. sic inquit, sed luxuriæ, & obscænitatis dedecore plurimo deprauatus, gladiatorijs quoque armis sępissimè in ludo depugnauit, deinceps etiam in Amphitheatro cum huiusmodi hominibus, & cum feris decertauit. Hæc cum vidissem, incidi postea in Hieronymum Mercurialem de Arte Gimnastica lib.3.c.4. qui diligentissimè hanc rem enucleauit, & nonnullos induxit, præsertim Cyprianum lib.2.Epist.2.ad Donatū,vbi hos ludos detestatur, quem ante eum ad hoc propositum allegauit Polydorus Vergilius de Inuentorib.rer.lib.
61 2.cap.14.† Neronem etiam gladiatorios hos ludos spectasse per smaragdū, refert Plinius lib.37. c.5.& in hac pugna,& ludo,crediderim Iutisconsultum intellexisse condemnatos fuisse abigeos
62 de quib.† in d.l.1. quia Athletæ, & gladiatores, etiam vulneribus se conficiebant; Et sic etiam ad dominos mitti solitos fuisse, scripsit Cicero Tusculanarum quæst. lib. 2. Et gladiatori ad pugnā composito,hanc sortem pugnæ compositā fuisse aut occidere si occupauisset, aut occumbere si cessasset, vt refert Aulus Gellius Noctium Atti-
63 car.lib.7. cap. 3. Quinimmo † Galenus,vt refert Mercurialis in loco allegato, testatur se gladiatores grauiter vulneratos curasse, & proinde in eorum Medicum cooptatū fuisse. Dum vero Mercurialis dicit , ipsum autumare , etiam viros Nobiles, & graues eodem gladiatoris munere functos,quia Commodus,ac alij vt Lentulus Capuæ, qui gladiatores alebat, & C.Terentius Lucanus quadraginta gladiatorum paria per triduū in foro exhibuerit ex Plinio lib.35.c.7.nō accedo
64 eius opinioni, ex quo † etsi Commodus id fecit, tamen,illi vitio tributum fuit; sic & alere, & exhibere gladiatores,non est degladiari.
65 Quantum vero attinet ad illam † vmbratilem ad pali gladiationem,arbitror,potuisse nobiles,& quoslibet alios illa exercitamenta perdiscere, vt bellorum exitus,& occasiones ab his rectè agerētur,quia illa exercitatio, cum domi, & in operto fieret,nullam ignominię causam referebat. Hinc
66 nostris temporibus apud † Equites, & Magnates in Regno Neapolitano, fiunt torneamenta, & Cursus Equorum cum lanceis & hastis posito in cursus medio homine ligneo quem dicunt(il Fachino) in quē lanceas & hastas se exercentes ar-
67 mati rumpunt. Fieri etiam solent † torneamenta tam equitādo ab hastatis,quam etiam pedestri exercitio cum armis induti, ponentes Iudices ad modum belli, quæ etsi speciem belli repręsentēt, & populis placeant,multa tamē incommoda, ac damna inde oriri solent, sufficiat vnicū, & memo-
68 rabile exemplū mortis Henrici II.Valesij Gallię Regis, dū infelici casu in torneamento cecidit, cuius occasū Fidei Christianæ proditores, Galliam fidentius penetrarunt, quasi deficiente illorum accerrimo persequutore.

Optimè

69 Optimè itaque Lateranenſe concilium illa
prohibuit in cap.1.extra,de torneamentis,quod,
70 & fecit † Conſtantinus Imperator in l. vnica,C.
de gladiator.lib.10. cuius meminit Ioan. Sotte-
allus in Summa Pontifical.§. torneamenta, & è
noſtris Petrus Aerodius Decretor. ad Thuanũ,
lib.3.tit.7.cap.2.& habetur in c.Monomachiam,
71 2.q.4. Qua † ex cauſa Conſtantinus Cęſar motus
fuerit, non apparet ex illo textu,verum Otho Hi
ſtoriar.lib.4.cap.16.dicit, ſedente Damaſo I. Sũ-
mo Pontifice, ab Oriente veniſſe Dirimachium
quendam Monachum qui cum ſpectaculo gla-
diatorio vidiſſet populum Romanum operam
dare,& huiuſmodi lætitiæ genus,ſeu dirum inhu
manumq. abominaretur, Tribunicia quadam
facundia, pluribus verbis cum populo egiſſe, vt
Laniſtas vrbe pelleret, & ab eorum ſpectatione
abſtineret, ver ũ nihil obtinuiſſe,& intempeſtiuã
ſapientiam illã populum nõ tuliſſe, ſed lapidibus
clamantem obruiſſe. Qua de cauſa iratos Cæſa-
res,in Numerum Diuorum relato Dirimachio,
lege ſanxerunt,ne gladiatores vſquam eſſent. Et
hæc facta extitiſſe Arcadio, & Honorio Impe-
rantibus,& ex Nicephoro lib.11. cap.1. Theodo-
reto Hiſtor. Tirpartit.lib.10. cap. 1.refert Petrus
Gregorius Syntagmat.iuris vniuerſi, lib.39. cap.
5.num. 1.Sed Eutropius rerum Roman. lib.13.
cap.2.ab Honorio tantum hoc factum fuiſſe cõ-
72 memorat, & † non Dirimachium , ſed Telema-
chium illum monachum fuiſſe appellatum,
dum ait: Honorius itaque ſuſcipiens Occidentis
Imperium,ludum gladiatorum,qui dudum Ro-
mę celebrabatur, huiuſmodi cauſa remouit. Qui
dam Telemachus conuerſatione monachica
pro hac cauſa Romam venit. Cumq. nefandum
illud ſpectaculum ageretur,& ipſe intrauit in ſta-
dium, & deſcendens nitebatur pugnantes ad-
uerſum ſe gladijs ſeparare. Cumq. ſpectatores
aduerſum eum ſæuirent, & in effuſione ſangui-
nis graſſarentur, prouiſorem pacis lapidibus oc-
ciderunt. Hoc agnoſcens mirabilis Imperator,
illum quidem inter victores martyres numera-
uit, nefandum vero ſpectaculũ prorſus abſcidit.
Hæc Eutropius. Hoc idem ſcribit Nicephorus
lib.7.c.46. & Soſomenus Tripartit, Hiſtoriæ.lib.
1.cap.9.Sed dicunt Conſtantinum Magnum, de
uicto Licinio , ſpectaculum ſingulari certamine
decertantium gladiatorum , Romæ frequentari
ſolitum,prohibuiſſe,Carolus Sigonius de Impe-
rio Occidentali,lib.10. hoc idẽ Honorio tribuit,
dum ait; Eo preſente (loquitur de Honorio) res
accidit altera memorabilis, quæ finem muneri
gladiatorio attulit. Cum gladiatores adhuc pri-
ſco more in foro darentur, Telemachus quidam
ex Oriente monachus ſpectaculi fœditatẽ auer-
ſatus, dirimendi certaminis gratia prouolauit in
medium . Quare populus indignatus , monachũ
lapidibus eſt aggreſſus,quem extinctum vbi ſen-
ſit Honorius, in numerum martyrum adſcribi
curauit, & noua lege , ne in poſterum gladiato-
rum munus ederetur, edixit. Ex quibus arbi-
tror, non nouam legem , ſuper hoc ab Hono-
rio editam , ſed forſitan renouatam , cum in Co-
dice de hoc ſit lex Conſtantini, quæ non poteſt
tergiuerſari,quam ſupra allegauimus. Hoc tamẽ
in Codice Theodoſiano lib.15.tit.12.de Gladia-
toribus,in l.fin.cautum eſt per Arcadium, & Ho
norium , vt ſi quos è gladiatorio ludo ad ſeruitia
ſenatoria tranſiſſe conſtaret ,eos in extremas ſo-
licitudines emandari. Vnum tamen hoc loco
animaduertendum duco , quod gladiatorum
ſpecies plures erant, ſcilicet Rhetiarij, Secuto-
res, Mirmillones, Thraces,& Hoplomachi,quos
declarat Rauiſius in Officina,parte prima, & Pe-
trus Gregorius in loco allegato . His addo Scia-
machios,quos ſupra commemoraui. Laniſtæ ve-
ro erant hi,qui gladiatorum familiam domi ale-
bant, inſtruebantq. conſtantem ex mancipijs re-
demptis,vt poſt Beatum Rhenanum in Annota-
tion.ad Tertull.de Corona milit. inquit Petrus
Gregorius. Et quo ad ludus gladiatorios dum
hæc prelo dantur,vide apud impreſſores Neapo-
litanos Iulium Cæſarem Capacium in Neapoli-
tana Hiſtoria lib.1.cap.15. tomo primo, qui eru-
ditiſſimè totius Campaniæ, & præſertim Vrbis
iſtius antiquitates a temporũ iniuria vindicauit.
73 Vnde † qui ad ludum gladiatorium damna-
bantur, ſi is gladiator ſtrenuus euaſiſſet, ſublata
pęna,elapſo triennio, à prætore rude donabatur;
74 † Erat aũt lignum,ſiue virga impolita, aut ẽt fer-
rea,& libertatem conſequebatur, Hinc Cicero
Philippica 5. Tam bonus(inquit) gladiator, tam
cito Rudem accepiſti? Hinc illud Horatij,

Spectatum ſatis, & donatum iam Rude quæris
Mecœnas iterum antiquo me includere ludo,

Quo in loco Donatus,rude per translationem
75 dixit,pro ætate,emeritum,gladiatores † enim ac-
cepta rude, ab omni depugnandi neceſſitate exi-
76 mebantur. Habebant † inſuper gladiatores poſt
quinquennium Pileum , & Pileabantur, cuius
Pilei inſigne erat plenam libertatem illum gla-
diatorem fuiſſe conſequutum, & hoc innuunt
Imperatores Diocletianus , & Maximianus in l.
Directis, C. de teſtamentar. manumiſſ.& Iuſti-
nianus in l. vnica. §. ſed & qui Domini. C. de la-
tin.libert.tol. De his Tertullianus in lib. de ſpecta
culis, cap. de munere. Idem (inquit) gladiatori
atroci petat rudem,& pileum præmium confer-
rat. Vnde Liuius lib.34. Poſtera die ad Pileũ ſer-
ui vocati,ideſt,promiſſa, conceſſaue ſeruis liber-
tas; & ex Dionyſio lib.4. comprobat Franc. Ho-
toman.in §.qui autem. Inſtit. de ſingul. reb.per
fideicommiſ. relict. & in Diſputatione Feudiſti-
ca,cap.22.
77 Qui autem † gladij pœnę ſunt obnoxij, ſtatim
conſumuntur,& a lictore, vel carnifice caput am
putatur, ſic à Tyrannis conſumpti ſunt Sancti
martyres, Concordius, Aegeus, Narciſſus, Pri-
ſcus, Priſcilianus , Potitus , Pontianus , Neophi-
tus,Policarpus,Aquilinus , Proculus , Ephebus,
Apollonius,Elias, Hieremias, Eſaias, Samuel,
Daniel, non illi prophetę , Seleucus, Serapion,
Papias,Hadrianus,Eubulus,Philemon, Apollo-
nius,Codratus,Dionyſius, Cyprianus, Anectus,
Paulus,Creſcens, Quirinus , Quirinus alter Tri-
bunus,Tiburtius , Valerianus, Maximus , Core-
bus,Felix,Fortunatus,Achilleus,Euſebius, Heo
nus , Leontius, Longinus, Marianus, Iacobus,
Calipo-

Calipodius, Deſiderius, Bonifacius, Artemius,
Lycario, Primus, Felicianus, Pergentinus, Lau-
rentinus, Claudius, Hyppartius, Paulus, Diony-
ſius, Iſaac monachus, Ferreolus, Ferrutio, Ma-
nuel, Sabel, Iſmael, Aetherius, Gallicanus, Ioan.
Paulus, Proceſſus, Martinianus, Marcus, Mu-
cianus, Theophilus, Trophimus, Theophilus
alter, Cucuphas, Hiacinthus, Pantaleon medi-
dicus, Nazarius, Celſus, Abdon, Sennen, Eleu-
therius, Xyſtus Secundus, Iulianus Marcianus,
Tiburtius, Euplius, Gracilianus, Vrſicius, Dio-
medes medicus, Agapitus, Tatio, Eupſychius,
Philippus, Valerianus; Geminianus, Abundius,
Abundantius, Pamphilus, Ionas, Herculanus,
Florentinus, Dadas, Gabdelas, Dionyſius Areo-
pagita, Domninus, Fauſtus, Siſinius, Carpopho-
rus, Abundius, Mercuroius, Iuſtus, Abundius al-
ter, Felix Audauctus, Ianuarius, Fortunatus, Se-
ptimus, Criſpinus, Criſpinianus, Menna, Euge-
nius, Macarius, Thomas Cantuarienſis, Venu-
ſtianus Hac eadem pęna plexæ Sanctæ Virgines,
mulieres, martyres, Martina, Benedicta, Tatia-
na, Agnes, Soteris, Fuſca, Maura, Eudocia, Baſi-
liſſa, Anaſtaſia, Saba, Baſilla, Antonina, Aquili-
na, Blandina, Ruffina, Gundenis, Maxima, Do-
natilla, Feliciſſima, Lucia, Sebaſtiana, Epichari-
des, Caſdoa, Iulia, Reparata, Cæcilia, Flora, Ma-
ria, Barbara, Victoria, Theodora, Colũba, & aliæ
complures, quorum, quarumue cruore gaudet
eccleſia, qui pro nobis orare dignentur.
78 Capitis † pęna huic iam dictæ ſimilis, vltimi
79 namque ſupplicij, & mortis illa eſt; Hac † pęna
punitur, qui Virgines DEO dicatas, vel aliorũ
vxores rapuerit, vel inuaſionis tempore auxilium
80 præbuerit, l. vnica, C. de raptu virgin. Qui † Diui-
na Officia dolo perturbat, capitis ſupplicio aecer
ſitur, l. ſi quis in hoc genus ſacri, C. de Epiſcop. &
81 Cleric. Qui † rebaptizat, & rebaptizatur capite
puniuntur, l. 2. C. Ne ſanct. Baptiſm. reiteretur.
82 Qui in itinere, ſiue in ſilice, Sanctæ Crucis Li-
gnum in eius vilipendium inſculpſerit, capitis
ſupplicio afficitur, l. vnica, C. vt nemini liceat, ſi-
83 gnum Sanctæ Crucis. Emptor † Muricis, purpu
ramq. tingens, hac pęna punitur, l. 1. C. quæ res
84 vendi nõ poſſ. qui † violat Ciuitatis muros, capi-
85 te punitur, l. fin. ff. de rer. diuiſ. Frumentũ † exer-
citus lucrifaciens, capite plectitur, l. 3. C. quæ res
86 vendi non poſſ. † Mulier bruto ſe animali ſubdẽs
capite damnatur cum animali, c. mulier, 15. q. 1.
87 Monens † ſeditionem, ac tumultum in populo,
vociferãs, viuat, vel moriatur talis, ſeditioſorum
capitis pęnæ ſubditur, l. qui cętu, ff. de delict. publ.
88 2, C. de ſeditioſ. † Patriæ proditor capite plecti-
89 tur, l. fallaciter, §. fin. C. de abolit. † Latro itinerũ,
inſularum, & nemorum publicè deprehenſus,
capite damnatur, l. capitalium, §. graſſatores, ff.
90 de pœnis. † Homicida capitis pęna damnatur, l.
eiuſdem, §. legis. ff. de ſicar. l. nemo deinceps, C.
91 de Epiſcop. aud. Qui † pacem iuratam, occiden-
do, aut vulnerando fregerit, capitis ſententiam
ſuſtinebit, c. 1. §. ſi quis hominem, de pace tenen.
92 & eius violator. † Domina, quæ cum proprio ſer
uo concubuit decapitatur, l. vnica, C. de mulier.
93 quæ ſer. propr. Qui † ſibi manus violentãs infert,
capite punitur, l. omne delictum, §. qui ſe vulnera
uerit, ff. de re milit. l. ſi quis, §. finali, ff. de pœn. Mi-
94 les † pacis turbator capite punitur, l. fin. §. fin. ff. de
95 re milit. † Qui hoſtibus vẽdit arma, vel eos fouet,
capitis ſententia plectitur, l. nemo alienigenis, C.
96 quæ res export. non deb. Proſtibulo † puellam
tenẽs, vltimo occiſionis iudicio plectitur, §. Prę-
97 conizamus, in Auth. de Lenonib. † Homines ca-
98 ſtrans, capite punitur, l. 1. C. de Eunuch. Qui † ef-
fracto carcere aufugit, capitis pęna affligitur, l.
milites agrum, §. eius fugam, ff. de re milit. l. 1. ff.
99 de effractor. Miles, † qui captiuum dimiſit, vel ei
ſeruit, capite punitur, l. ſi quis, §. miles, ff. de re mi-
100 lit. † Commentarienſis, qui permiſit reum au-
fugere, eamdem mortis pęnam ſubit, l. ad Com-
101 mentarienſem, C. de cuſtod. reor. † Priuatum
carcerem faciens, vti reus maieſtatis, capite pu-
102 nitur, l. vnica, C. de priuat. carcer. Gerẽs † ſe pro
magiſtratu, erigendo furcas, vel alia faciendo, vti
maieſtatis reus, capite damnatur, l. 3. ff. ad leg. Iul.
103 maieſt. l. eos, §. qui ſe, ff. de Falſ. Miles, † qui com
militionem ſocium ferit, caput amittit, l. omne
delictum, §. qui ſe, ff. de re militar. qui poteſtati
104 † Capitaneo, Ciuitatis, vel terræ Magiſtratui
manus violentas infert, capitis pœnam ſubit. d. l.
105 omne delictum, §. qui manus. Iudex † qui publi
cam pecuniã ſubtraxit, capitis animaduerſionẽ
incurrit, §. Item lex Iulia. Inſt. de publ. iudic. Mi-
106 les † integra acie, bello aufugiens, capitis pœna
plectendus eſt, d. l. omne delictum, §. qui in acie,
107 ff. de re milit. Qui † prægnantẽ mulierem neca-
uerit, ſummo ſupplicio afficitur, d. l. ſi quis ali-
108 quid. §. qui abortionis, ff. de pęnis. Qui † Abor-
tum procurauerit, capite damnatur, l. Cicero, ff.
109 eod. tit. Author † violẽtiæ, & aggreſſionis, capi-
tale ſupplicium excipit, l. quoniam multa facino-
110 ra, C. ad leg. Iul. de vi pub. † Miles qui ne pugnet,
ſimulat langorem, capitali ſupplicio ſuccumbit.
111 d. l. omne, §. contumacia. † Latrones Buccella-
rios, qui à bucella panis, vel à claudẽda bucca cũ
ligno ne loquantur, receptant, capitis pęnam in-
currunt, l. fin. C. ad leg. Iul. maieſt. l. 1. & l. 2. C. de
112 his, qui latron. † Inuadentes Ciuitates, Caſtra,
vel Opida, capite puniuntur, l. eorum, vbi gloſſa.
113 † Vaſtum in campis, vel vineis de nocte facien-
tes, capite puniũtur, l. 1. C. qđ liceat nemini ſine
114 iudic. ſe vindic. † Rapiens à religione nouitios,
115 capite plectitur, l. eum, C. de Apoſt. † Deportati
in inſulam, qui finem deportati loci, vel tempus
rumpunt, capitis pęna damnãtur, l. relegati, ff. de
116 pęn. Manichæos hæreticos vltimo ſupplicio af-
fici iuſſit Valentinianus Imperator, l. quicũque
117 §. vltimo, C. de hęretic. Blaſphemãs † DEVM,
ac iurans per capillos, vel alia membra, vltimo
ſupplicio afficitur. Authen. Vt non luxur. con-
118 tra natur. † Qui magũ ſortilegumq. proprijs ma-
nib. oppreſſerit, vltimo ſupplicio afficitur ex cau-
119 ſis notatis in l. fin. C. de malef. † Stupratori etiã
capitis pęna imminet, l. 1. § ſi. ff. de extraor. crim.
120 Sed Iuſtinianus † in §. item lex Iulia, in verſ. ea-
dem lege, Inſt. de publ. iudic. dicit lege Iulia puni
tos ſtupratores, ſi honeſti ſint publicatione dimi
diæ partis bonorum; ſi humiles corporis coer-
ctione eum relegatione. Sequitur Corn. in conſ.

114. littera E. & R. vol. 1. Quos textus pro Antinomia soluenda aliter legendos dicit Catell. in Memorabil. in verbo, *Stuprum*, nempe Iustinianũ in illo textu dicere, pęnam autẽ eadẽ lex irrogat predicatorib. & sic loqui de reis nefandi vitij, quẽ aiũt sequutum fuisse Ioan. Baptist. Pium. Sed tñ
121 merito illos reprehẽdit Andr. Alciat. † Paradoxor. lib. 5. c. 10. quia nimis modica esset pœna tã enormis delicti, contra quod armantur iura vlto te gladio. in Auth. Vt non luxur. cõtra natur. Vnde idem Alciat. reponit, velle dicere peccatorib. Quẽ, & si verũ dicere ego fatear, non rectè dixisse Cottam, & Pium, quod in delicto atrocissimo esset pœna leuissima. Quod ego roboro, quia Imperator incurrisset vitium battalogię, statim replicando, quod prius dixerat, ibi: sed & eos, qui cũ masculis nefandam libidinem exercere audent, ob quod nec necesse nec congruũ erat idem iterum replicare. Nec mihi Alciati emendatio satisfacit, cuius ẽt opinionis est Ioan. Petra Mõtan.
122 quod ea dictio, & littera, debeat † dicere (peccatorib.) quia vltra quod hoc dicẽdi vocabulo vix vnquã visus fuerit Iustinianus, vt de peccato non nisi, in §. hæc cõsiderantes, in Auth. Vt oẽs obed. & in l. sancimus, C. de pœnis, & credo vix vnquam loqui de peccatore, cũ si diceret peccatorib. posset ad omnia flagitia, & delicta extẽdi, & ideo hãc expositionẽ meritò non recepit Iacob. Spigell. in Lexico, in verbo, Peccatores, vbi dicit, eã dictionẽ dicere debere stupratorib. & sic illũ vidisse in authographo Norimbergẽsi, & ego in quinque, vel sex exẽplarib. diuersis, quæ apud me reperiuntur, eodem modo (stupratorib.) scriptũ reperi, & eodem modo apud oẽs scriptores in libros Institutionũ, & antiquos, & nouissimos præsertim Hotomanum, Minsyngerum, atque alios. Hinc postmodum idem Alciatus volens contraria soluere, dicit, lege Iulia stupri pœnã irrogari, de qua in d. §. itẽ lex Iulia, & intelligi ordinario iure; pęna verò extraord. de qua in d. l. 1. §. finali, ff. de extraord. crim. & ita cũ eo residet Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. qq. lib. 2. Cẽt. 3. Casu 288. Sed tantorum virorum pace sit dictũ, eorum intellectus
123 mihi nõ † satisfacit, & adhæreo Iacobo de Are. & Bart. in d. l. 1. §. fin. qui cẽsuerunt, illum text. locum habere qñ cõmissum esset stuptum cũ violentia, & legẽ à Iustiniano relatã, qñ esset absque vi cõmissum, & sic post Bald. in l. Raptores, C. de Episc. & Cleric. & Ang. in tract. malef. in verbo, Ch'hai adulterato, n. 53. censuit August. de Arimin. vers. itẽ adde quod licet, nu. 55. vbi dicit vim appellari ẽtsi præcedãt viri promissiones aliquæ, aut lenocinium; & opinionẽ Bart. esse diuinariũ non tñ ipse ab illa recederet. Et ita ẽr tenuit Iul. Clarus, in §. stuprũ, n. 3. in fine. Matth. de Afflict. in c. 1. in verbo, cõdemnatorũ, n. 2. quæ sint regal. in Const. Si quis rapere, n. 9. Perr. Foller. in Practic. Crim. in verbo, Et si confitebũtur, n. 16. Ant. de Padill. in l. transigere, num. 84. C. de transact. Greg. Lopez, in l. 2. tit. 19. partita 7. Lãcel. Cõrad. de Offic. Prætor. in caus. crim. lib. 1. c. 9. §. 3. tit. de stuprator. n. 9. cũ duob. seqq. Iodocus Damhouder. in Enchirid. Crim. c. 92. num. 3. 4. & per totũ. Ant. Scappus de iure nõ scripto, lib. 5. c. 147. n. 10. & est de mẽte Ludou. de Peguera, in decis. Cataion. 7. num. 6. 10. & 11. & hæc est Communis omnium sententia.
124 Sed nouissimè † Andreas Fachineus elegãs, & resolutissimus Iuriscons. Controuersiar. iuris, lib. 10. c. 6. hanc difficultatem alio pacto resoluit, nempe in stupro violento esse pęnam deportationis, dicens ex textu in d. §. item lex Iulia, non capi argumentum à contrario sensu, ex quo dum con stituit fine vi, liceret argumentari, ergo cum vi, esse pœnam mortis. Nec officere, aut contradicere textum in d. l. 1. ff. de extraord. crimin. quia ibi loquitur de stupro cum raptu commisso: dicitq. raptam appellari, siue quis inuitam mulierẽ abduxerit, siue eam malis artibus sollicitauerit, & corruperit, atque ei persuaserit, vt consentiat, arg. l. vnicæ, C. de rapt. virgin. pęnam vero stupri legis Iuliæ, esse pęnam de vi publica, arg. l. 3. ff.
125 ad leg. Iul. de vi publica, pœna † autem legis Iuliæ de vi publica, est aquæ, & ignis interdictio, l. qui dolo, §. finali, in fine, ff. eod. tit. in cuius locum successit deportatio, l. 3. ff. ad leg. Iul. peculat. & ego postmodũ dicam, dum de pœna interdictionis aquæ & ignis verba faciam. Super hoc autem
126 etsi subtilissima, & viro † eruditissimo digna conciliario sit tamen videtur idem esse, cum opinione Bartoli, & aliorum, ex quo cum raptus dicatur fieri vi, etiamsi persuaserit, & sic verbis blandis, quod probatur etiam l. prima §. persuadere, ff. de seru. corrupto, & concinit illud Solonis, qui censuit, magis delinquere eum, qui verbis pellexit mulierem, quam qui vi, vt est au-
127 thot Plutarch. in Solone. Et † vim dicitur inferre, etiam qui muneribus, auro, & pecunijs Virginem corruperit, & raptum patrare dicetur. Ioan. Baptista Plotus in Rep. l. si quando, nu. 44. C. Vnde vi. Iosephus Mascard. de probat. cõclus. 1409. num. 28. & sic quasi semper dicetur Raptus cum dicatur, dum violenter a domo patris abducitur, vt inquit Gelasius in c. lex illa, 36. q. 1. Hoc tamen non firmauerim, quia raptum non censeo committi, nisi de loco ad locum abducatur. In præfata tamẽ ambiguitate, satis in præsenti sit dictum. Iam reuertamur ad nostrę tractationis ordinem, & enumeremus casus alios, in quibus capitis pęna statuta est.
128 Sanctorum imagines, & principum † statuas serio percutientes simili modo, capitis pœna plectuntur, l. non contrahit, a sensu contrario, ff. ad leg. Iul. maiest. notatur in c. si canonici, §. ceterũ, vbi Gloss. & alij, de offic. ordin. in 6.
129 Culei † pœna, parricidis irrogatur, qui cum cane, gallo, gallinaceo, simia, & vipera, insuti prius virgis sanguineis cæsi culeo in mare aut flumen proijciuntur, l. 1. & l. penult. ff. ad leg. Pompei. de Parricid. l. vnica, C. de his qui parent. quæ est in Codice Theodosiano, lib. 9. titulo 15.
130 † Hanc pœnam optimè declarauit Stephan. Forcatul. in Necyomant. Iuris Dialogo, 34. & post eum Petr. Plaza Epitome Delictor. cap. 22. Hac pœna P. Malleolum primo loco affectum fuisse, quod matrem occidisset, scribit Liuius in Epito. lib. 68. Hac pęna affectus Sanctus Iulianus martyr, qui Anazarbi in Cilicia sub præside Mar-

O tiano,

tiano, vna cum ſerpentibus ſecco incluſus in ma
re demerſus eſt. Sub Diocletiano Calliſtratus
martyr culeo incluſus, & in mare demerſus, vt
teſtantur Surius tomo 5. & Lippomanus tomo
6. Marcus quoque Attilius à Tarquinio Roma-
norum Rege, Culeo inſutus in mare proiectus,
vt ſcribit Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 4. eadem pę-
na affectus Tullius Duum vir, quod cuſtos ſacro
rum, libros ſybillinos pecunia corruptus, Petro-
nio Sabino homini priuato, & plebęio deſcriben
dos dediſſet, vt eſt author Valer. Maxim. lib. 1. c. 1.
331 Sed hanc † pęnam non niſi in confeſſo dari ſoli-
tam, ſcribit Suetonius in Octauio, cap. 33. & Iu-
lius Capitolinus in Antonino Pio, quos refert, ac
ſequitur Petrus Faber Semeſtrium lib. 2. cap. 7.
Sed tamen non potuere Romani in ſimili profa-
niſſimo delicto, meliorem, ac iuſtiorem pœnam
332 excogitare. Solonem † ſapientiſſimum leges
Athenienſibus ſcripſiſſe, dum Reipublicę Impe-
rio potiretur, aliquoſq. admiratos, quod contra
huiuſmodi delicti patratores non ſtatuiſſet, dixiſ-
ſe ferunt, ipſum credere, neminem vnquam fu-
turum, qui tantæ inclementiæ fuerit, cuius hoc
delicti facinus mentem vnquam occuparet. Sed
333 † ſapiẽtius (inquit Cicero in Oratione pro Sex-
to Roſcio Amerino) maiores noſtri, qui cũ intel
ligerẽt, nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquã-
do violaret audacia, ſupplicium in parricidas ſin-
gulare excogitauerunt, vt quos natura ipſa reti-
nere in officio non potuiſſet, ij magnitudine pœ-
næ, maleficio ſubmouerentur; inſui voluerunt in
culeum viuos, atque ita in flumen deijci, ò ſin-
gulatem ſapiẽtiam, Iudices, nonne videntur hũc
hominem ex rerũ natura ſuſtuliſſe, & eripuiſſe,
cui repente Cælum, Solem, Aquam, Terramq.
ademerunt? vt qui eum necaſſet, vnde ipſe natus
eſſet, careret ijs rebus omnibus, ex quibus omnia
nata eſſe dicuntur, noluerunt feris corpus obijce
re, ne beſtijs quoque, quæ tantũ ſcelus attigiſſent,
immanioribus vterentur: Non ſic nudos in flu-
mẽ deijcere, ne cum delati eſſent in mare, ipſum
polluerent, quo cetera, quæ violata ſunt, expiari
putabantur. Denique nihil tam vile, neque tam
vulgare eſt, cuius partem vllam reliquerint. Ete-
nim quid eſt tam cõmune, quam ſpiritus viuis?
Terra mortuis? Mare fluctuantibus? litus eiectis?
Ita viuunt dum poſſunt, vt ducere animam de cę
lo non queãt; ita moriuntur, vt eorum oſſa terra
non tangat; Ita iactantur fluctibus, vt numquam
abluantur; Ita poſtremo obijciũtur, vt ne ad ſaxa
quidem mortui cõqueſcant. Tanti maleficij cri-
men, cui maleficio, tam inſigne ſupplicium eſt
conſtitutum. Hæc ſapientiſſime elegantiſſimeq.
334 Et † elegãter quoque de hac pęna Fabius Quin
ctilianus Declamatione 299. Tumulo (inquit)
tectus videtur, cui leges terram negãt, cui ſtatim
ora oculoſq. a iudicio lex iuſſit obduci, ne hunc
iucundiſſimum cæli aſpectum polluerent tetri
oculi, cui lucem viuo, fluctuanti mare, Naufrago
portum, morienti terram, defuncto ſepulchrum
negat. Sed excogitati Parricidij memorabile exẽ
plum vnum referam, alia multa, quæ mihi ſub-
uenirent, ex profeſſo pręteribo. Artaxerſes † Per-
ſarum Rex Memnon appellatus, ex pellicibus cẽ-
tum, & quindecim, vel, vt alij dicunt, centum ſe-
xaginta filios habuit, ex iuſto autem matrimonio
tres Darium, Ariaratem, & Ochũ. Ex his Dariũ
contra morem Perſarũ, apud quos non niſi mor-
te mutari regem ſolitum erat per indulgentiam,
pater Regẽ viuus fecit, nihil ſibi ablatum exiſti-
mans, quod in filium contuliſſet, ſincerumq. gau
dium ex procreatione capturum, ſi inſignia maie
ſtatis ſuæ viuus in filio conſpexiſſet. Sed Darius
poſt noua paternæ pietatis exempla, interficiẽdi
patris conſiliũ cępit. Sceleratus fuiſſet, ſi ſolus par
ricidium cogitaſſet, tanto ſceleratior, quod in ſo
cietatem facinoris, aſſumptos quinquaginta fra-
tres fecit parricidas. Oſtenti prorſus genus, vbi in
tanto populo, non ſolũ ſociari, verũ ẽt ſileri parri
cidiũ potuit, vt ex quinquaginta liberis nemo in-
uẽtus ſit, quẽ aut paterna Maieſtas, aut veneratio
ſenis, aut indulgentia patris, à tanta immanitate
reuocaret. Adeo ne vile paternũ nomẽ apud tot
numero filios fuit, vt quorũ præſidio tutus etiam
aduerſus hoſtes eſſe debuerat, eorum inſidijs cir-
cumuentus, tutior ab hoſtib. quam à filijs fuerit?
Id tñ ab Eunucho vbi Artaxerſi eſſet renunciatũ,
& ſtatim credere, graue ſibi videretur, contẽnere
tñ euidens periculũ, & dilationẽ periculo iũgere
grauius reputãs, ideo effracto pariete cubiculi, ſe
ità cõpoſuit, vt percuſſores proprijs oculis cerne-
re, ac vitæ periculum nõ ſubijſſet. Nec fefellit eũ
iudiciũ. Nam in Tyribazum, qui ſuaſor filio fue-
rat, ac alios deprehenſos, ac ſceleratos conſocios
ſtatim animaduerſum eſt; Cõiuges quoque om-
nium cum liberis, ne quod veſtigiũ tanti ſceleris
extaret, nam coniuncta erat Parricidio Maieſtas,
interfici placuit. At in Dariũ, quia repertus ſcele-
ri non interfuerat, datis iudicibus inquiri diligen
tiſſimè iuſſit, arbitratus, non ſuam, ſed Magiſtra-
tuum cognitionem eſſe. Conuictus autẽ, omniũ
Magiſtratuum iudicijs damnatus, nihilq. moran
te patre, obtorto collo iugulatus eſt, vt sũt autho-
res Plutarchus in Artaxerſe, & Iuſtinus lib. 10. de
hac pœna iuuenalis.
136 Amputationis † capitis pęna ac illius trunca-
tionis, quam decollationẽ appellant, frequentiſſi
mo in vſu fuit, de qua Iuriſc. in l. capitaliũ, in prin.
ff. de pœnis, & decollationis meminit Seneca de
337 Ira, lib. 3. Didius † Iulianus Imperator à Septi-
mio Seuero decollatus extitit; vt ſcripſit Sextus
Aurelius Victor in Didio Iuliano, & Eutropius
338 rerũ Roman. lib. 10. Hoc † pęnæ genere vſus eſt
in hoc Regno Neapol. in Nobiles ſęuiſſime ille
Carolus primus Andenſis Comes, & Rex, qui in
Corradinũ, vltimum Imperialis Sueuorũ gentis
nobiliſſimũ germen, Federicũ Auſtrię tunc Du-
cẽ, alioſq. cõplures iniquiſſime crudeliterq. ani-
maduertit, vt teſtatur Paulus Aemilius de Geſtis
Lõgobardorũ, in Ludou. 9. Rege 43. & ſimiliter
Ioan. Tilius Chronicorum de Regib. Francorũ,
ſub anno. 1267. Pandolfus Collenucius Hiſtor.
Neapolitan. lib. 4. Ioan. Baptiſta Carrafa Hiſtor.
earumdem trãſcriptor. lib. 4. Ludouicus Dulcis
in Diario Hiſtoriarũ, ſub die 5. Septembris, 1268.
Marcus Guannius in ſua confuſanea Hiſtoria,
Michael Rinus de Regib. Siciliæ, lib. 3. Thomas
Facellus Hiſtor. Siculorum lib. 8. Decade 2. c. 3.
Hac

139 Hac eadem pœna Herodes Rex impius affecit Diuum Ioannem Baptistam apud Castrum Macherantem, cuius meminerunt Summi Sanctorum Euangeliorum Scriptores, & Iosephus Antiquitat. Iudaicar. lib. 18. c. 7. & Ioannes Zonaras Annaliũ lib. 1. Matth. c. 14. Marc. c. 6. Lucas c. 9. Rufin. Histor. lib. 2. c. 27. & 28. cuius reliquiarum meminit Ado Vienensis Chronicor. Aetate 6.
140 sub anno 361. † Hanc pœnam subierunt Lamoralus Comes ab Egmunda, Princeps Gaueriæ, & Philippus Comes Horni apud Bruxellas in Belgis, Iussu Ferdinandi de Toledo Albani Ducis, ob læsæ Maiestatis crimen, & alia ab eis patrata anno 1568. vt est testis Petrus Cornejo Hispanus in lib. de Flandriæ Rebellione, apud principiũ, & Alfonsus Vlloa Bellor. Flandriæ, lib. 1. & meminit ét Gerardus Cãdidus, in Delignatione Rerum Flandricarũ, post opera Ludouici Guic-
141 ciardini, sub anno 1568. † Eadem pœna ab Elizabetha Angliæ Regina, affecta Maria Scotiæ Regina, Iacobi Quinti Scotiæ Regis filia, ex matre à Claudio Lotharingię, & Guisio Duce, nata quæ primum nupta Francisco II. Galliarum Regi, deinde Henrico Stuardo eius Sobrino, à quibus natus est Iacobus Sextus Stuardus, nunc Angliæ & Scotiæ Rex capite decollata anno 1587. vt restatur Petrus Lindebergius Rerum Europę Memorab. lib. 1. & lib. 2. post spacium annorum decem, & nouem, quibus steterat ab ea accerrimo carceri mancipata, tandem, sic miserabili casu ab immanissima femina vita priuata fuit, non sine Sanctitatis, & Martyrij pro fide Catholica iudicio, cuius mortem scripsit nouissimè Cæsar Campana Histor. lib. 8. vol. 2. † infiniti propemodũ Martyres decollati, vt Sãcti Apostoli aliquot, clerus Diaconus, Satyrus, Ephesius, Marius, Anastasius Persa, Iulianus, Thyrsus, Callinicus, Sabinianus, Cyrus, Ioannes, Valentinus presbyter, Valentinus Episcopus, Dionysius, Ammonius, Sirenus, Besa, Marinus, Lucius Papa, Cyriacus, Largus, Smaragdus, Pancherius, Irenæus, Alexander, Terẽtius, Africanus, Pompeius, Victor, Maximus, Olympias, Apollonius, Sulpitius, Seruilianus, Simeon Seleuciæ, & Ctesiphontis Episcopus, Epipodius, Marcellinus Papa, Claudius, Cyrinus, Antoninus, Antimus, Vindemialis, Eugenius, Longinus, Euennus, Theodolus, Quadratus, Victor, Acatius, Gordianus, Palmarius Consul, Anthimus, Euellius, Nęreus, Achilleus, Pancratius, Peregrinus, Torpes, Venantius, Basiliscus, Donatianus, Rogatianus, Vrbanus Pontifex, Helcomander, Terphesius, Felix, Fortunatus, Basilides, Valerius, Rufinus, Florentius, Getulius, Firmus, Marcellinus, Nicander, Marcianus, Isaurus, Protasius, Vrsicinus, Zosimus, Eusebius Episcopus Samosetanus, Albanus, Ioannes, Anectus, Papias, Marcellus, Anastasius, Procopius, Alexander, Vitalis, Martialis, Ianuarius, Marinus, Nabor, Felix, Hermagoras, Antiochus, Speratus, Plato, Iacobus Apostolus, Paulus, Acatius, Calimerius, Stephanus Papa, Tertullinus, Eusignius, Ianuarius, Carpophorus, Secũdianus, Myro, Lucius Senator, Leouigildus, Timotheus, Symphorianus, Genesius, Alexãder, Felix Terẽtianus, Agilulphus, Romulus, Faustus, Protus, Curonotus, Cornelius Papa, Ciprianus Episco. Emila, Ermias, Rogellus, Seruideus, Methodius, Ianuarius, Trophimus, Dorxmedõ, Priscus Sosius, Firminus, Cosmas, Damianus, Sergius, Eulampius, Tharax, Brunonus, Artemius, Seruãdus, Germanus, Marcellus, Saturninus, Claudius, Nemesius, Valentinus, Hilarius, Felix, Eusebius, Galatio, Seuerus, Herculanus, Antoninus Crispinus, Chrysogonus, Petrus Alexandriæ Episcopus, Iacobus intercisus, Saturninus Episcopus, Arisanus, Proculus, Agatho, Zeno miles, Theodolus, Gregorius presbyter. Sãctæ quoque Virgines, ac mulieres, Dafrosa, Iuliana, Dimpua, Restituta, Theodosia, Calliope, Paula, Iulitta, Febronia, Dominica, Secunda, Rufina, Niceta, Aquilina, Susanna, Bassa, Serapia, Melitenis, Iraides, Eulampia, Nouiluna, Alodia, Anastasia, Lucilla, Episterna, Felicitas, Catharina, Crispina, Mercuria, & alij nonnulli, qui efferorum Principum mandato pro Christo Sanguinem fuderũt, qui pro nobis intercedant in Cælis.

Ferri, siue Securis pœna, quasi decollationi si-
143 milis, cuius aliud agens † meminit Vlpianus in l. aut damnum, §. 1. ff. de pœnis, qua vtũtur in Regno Magistratus in amputandis nobiliũ capitib.
144 Hac † pœna Impius Antoninus Caracalla affecit Aemiliũ Papinianum summæ authoritatis virum, qui securi percussus occubuit; qui postmodũ dixit, gladio te oportuit exequi meũ iussum, nõ securi. De quo Aelius Spartianus in Antonino Caracalla, & è nostris meminit Iacob. Menochius de recup. poss. Remedio 9. n. 355. & de arb. iudic. qq. lib. 1. q. 87. nu. 3. Causas ponit mortis illius Aymarus Riuallius Histor. Iuris Ciuilis lib. 5. Antiquissimũ idcirco arbitror securis vsum, vt
145 † qui à Romulo originem duxerit, dum virgarũ fasces cum securib. ad pœnas infligendas adinuenit, vt post alios scribit Pomponius Lætus de Magistratib. Rom. c. 2. Liuius lib. 28. Eutropius rerũ Roman. lib. 1. c. 6. in Tullo Hostilio. Et Scipio senior transfugas Romanos Cruci affixit, de quo postmodum dicam, Latinos vero securi percuti iussit. Sed quo ad securim lictorũ, quam portabãt in fascib. aliam fuisse formam, quã illa, qua hodie vtimur, vt alibi dicam. Hac eadẽ pœna sub Diocletiano securi percussi fuere apud Cæsarcã Palestinę Timolaus, Pausides, Romulus, Dionysij duo, Alexandri duo, & Agapius, ac sub eodem Irenarchus, & Acacius: sed horridum, atque infandũ piaculũ referam Dum Leonigildus Rex Gothorũ, & Suenonum, Hispaniarum, & partẽ Galliarũ sub eius dominio haberet, ipseq. Arrianorũ hęreses sequeretur, cui Herminigildus filius minimè consentiens, sed Catholicorũ partes tenens, pater tetris carcerib. illum mancipauit; sed nulla carcerũ tenebræ poterant veræ fidei lumẽ in ipso accensum extinguere, quin potius gauderet, se pro Christi nomine contumeliam pati. Perseuerauitq. in ea confessione vsque ad vitæ exitum per illustre martyrium. Ipso enim Sãctissimo Dominicæ Resurrectionis die, orto iã Sole, impius Rex, Pium, & Optimum filiũ in carce-
146 re clausum, misso spiculatore † securi percussit,

Chriſtoq. precioſum martyrium conſecrauit, de
eo ſcripſit Gregor, Dialogor. lib. 3. c. 31. Greg. Tu
ronẽſ. Hiſtor. lib 5. c. 38. & lib. 6. c. 43. & lib. 8. c. 28.
Roderic. Toletanus, Hiſtor. lib. 2. c. 14. Alfonſus
de Carthagena in Anacephaleoſi Regum Hiſpa
niæ, c. 24. Ioan. Magnus Archiepiſcop. Vpſalẽſis.
Hiſtor. Gothor. & Suenon. lib. 16. cap. 9.

147 Præcipitatio † apud Romanos è ſaxo Tarpeio
in vſu erat, & inter leges duodecim tabularũ an-
notata reperitur contra falſos teſtes. Qui falſum
teſtimonium dixerit, è ſaxo Tarpeio deijcitor. de
qua Plutarchus in Romulo, Lucius Florus de
Geſtis Romanorum lib. 1. cap. 1. Aulus Gellius
Noctium Atticar. lib. 20. cap. 1. Aymarus Riual-
lius Hiſtoriæ Iuris Ciuilis, lib. 2. Vdalrich. Zaſ. in
leges 12. tabular. l. 68. Pardulphus Prateius in iu-
risprudentia veteri in legibus 12. Tab. cap. 65.
Marc. Mantua Dialog. Hiſtorolog. Claſſ. 2. c. 33.
Ferrand. Adduenſis explication. iuris, lib. 1. cap.
50. & nouiſſimè Alexand. Sardus de Morib. Gẽt.
lib. 2. cap. 31. hanc pęnam non ſeruari ſuo tempo-
re ſcripſit Herennius Modeſtinus in l. ſi diutino,
148 ff. de pœn. Saxum Tarpeium Romæ † Saturni-
num prius dictum, mox Tarpeia virgo, conuenit
cum Sabinis, vt eſt author Marcus Varro, de tra-
denda illis Arce Vrbis, dummodo ipſi traderẽt,
quæcumque ſiniſtrò brachio apportarent, prodi-
tione detecta, è ſaxo præcipitata, illi nomẽ dedit,
& ab iiſdem Sabinis, obruta ſcutis, vitam amiſit,
vt ſcribit Liuius lib. 1. Eutropius lib. 1. de quo
Virgilius lib. 8. Aeneidos,

Hinc ad Tarpeiam ſedem, & Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim Silueſtribus horrida dumis,

149 Iacobus Apoſtolus, qui frater Domini dice-
batur, Primus Hieroſolymorum Epiſcopus, ope
ra Anani iunioris Pontificis, qui Saducæus erat,
à populo è Tẽpli pinna præcipitatus, & poſtmo-
dum fuſte fullonis in capite percuſſus, lapidibus
obrutus interijt, de quo Ioſephus Antiq. Iudaic.
150 lib. 20. cap. 8. ſic & Caliſtus Papa † iuſſu Alexan-
dri Cæſaris è feneſtra pręcipitatus; Maximianus
151 † Epiſcopus Bagaienſis à Donatiſtis hæreticis è
turri alta præcipitatus occubuit, Eadem morte
Syluanus, Serapio, Marcellus, & Saturninus
152 † martyria compleuerunt. Hac eadem pœna
153 Scamander † vnicus Hectoris, & Androma-
chæ filius, quem Aſtyanacta, quaſi Ciuitatis Prin
cipem, quem Vlyſſes, ne reliquus foret ex Tro-
ianis, qui Ilij vltionem faceret, è Turre præcipi-
tem dedit, cuius exitum deſcribit Anneus Se-
neca in Troade vbi cap. 12. ait:

Præceps, vt altis cecidit è muris puer
Fleuitq. Achiuum turba, quod fecit, nefas,

Et Ouidius lib. 13. Metamorphoſeos.

Mittitur Aſtyanax illis de turribus, vnde
Pugnantem pro ſe, pro auitaq. Regna tuentem,
Sępe videre patrem, monſtratum a matre ſolebat,

154 Sic Theſſalus † Hæmonis filius ab Eurialo,
ex Oſſa mõte præcipitatus eſt, de quo idem Oui-
dius in Ibin.

Vtq. dedit ſaltus è ſummo Teſsalus Oſsa,
Tu quoque ſaxoſo præcipitere iugo.

155 Sic & Cleõbrotus Ambraciæ † ſe ipſum prę-
cipitauit, Platonis verba malę intelligens in Phę-
done, de quo refert hos verſiculos Ammonius.

Phębæ vale dixit, deq. arce Cleombrotus alta.
Se dedit in Stygios Ambraciota lacus.

156 Eodem modo Phileas Tarentinus † cũ ob-
ſidibus Tarẽtinis, qui fugam arripuerant, à Ter-
racina capti, virgis cæſi approbante populo è Sa-
xo Tarpeio deiecti fuere, vt eſt author Liuius lib.
25. Meminit Ianus Iuuenis de Hiſtor. Tarentino
rum, lib. 6. cap. 3. Ab Antonio, Octauio, & Lepi-
do Triumuiris, fuit è ſaxo præcipitatus ſeruus,
qui inter Equites fuerat inumeratus, vt ſcribit
Dio Nicæne, lib. 48. & alter ſeruus hac eadem
pœna affectus a L. Cornelio Sylla, vt eſt author
157 Plutarchus in Sylla. Philomelus † Phocẽſium
Dux cum Apollinis Delphici templum cum ſuis
ſpoliaſſet, à Thebanis in fugam verſus, è ſaxo ſe
p̃cipitẽ dedit, & Amphyctionũ decreto, ea mor-
te, ſocij, qui eum ſequuti fuerant damnati fuere,
author eſt Pauſanias, lib. 10. Diodor. lib. 16. Lucia
nus in Phalaride, & Aelianus variæ Hiſtor. lib. 11.

Apud Romanos fuit pœna, qua virgines Ve-
ſtales inceſtus flagirio maculatæ puniebantur, il-
158 leq. viuæ ſubfodiebantur, cum pane, aqua, lacte,
& lumine, cum Pontificum interuentu, eaq. pœ-
159 na, punitæ Oppia, † Seſtilia, Marcia, Minucia,
aliæq. puellæ Veſtæ vt voluit Liuius, lib. 8. Plinius
iunior ad Minutianum Epiſt. lib. 4. Eutropius,
Plutarchus, & alij, quos longiori ſtylo, retuli in
Apologia Catholica in ſententiam Pilati Aquilę
160 reperiam. Ameſtris † etiam Xerſis vxor, quat-
tuordecim Virorum Illuſtrium Perſarum filios
voti cauſa viuos defodit. Alexander ab Alexan-
161 dro, Dier. Genialiũ, lib. 3. cap. 22. † Philænij quo
que fratres Carthaginenſes, vt longiores confi-
nium terminos facerent, cum Cyrenenſibus cõ-
tendentes pro Republica, viui defoſſi ſunt, vt eſt
author Salluſtius in Iugurthino, Sello, & è no-
ſtris Franciſc. Sonsbechius de feudis, parte 1. nu.
49. Viuus etiam defoſſus B. Caſtulus ſub Diocle-
tiano. Sic Candida, & Paulina filia. Phineus
162 † Thraciæ Rex, vt viui defoderentur filij decre
uit, quod Nouerca ſibi vim ab eis illatam falſo
inſimulaſſet, qui ab Hercule, & Argonautis libe-
rati fuere, Diodor. Sicul. Bibliot. lib. 4.

163 Ad Beſtias † criminoſorum obiectio, noſtro
tempore in vſu non reperitur de qua in l. Reſpi-
ciendum, in fine, ff. de pęnis, in l. pœna, ff. ad leg.
Pomp. de Parricid. l. capitalium, §. famoſos, ff. de
pœnis. Quorum iurium in primo dicitur, Beſtijs
obijci, capitis pęnam eſſe, vt in d. l. reſpiciendum,
in fine, voluit Hippolyt. de Marſil. in l. 1. in princ.
num. 1. ff. de ſicar. In ſecundo vero in d. l. pęna, di-
citur parricidam puniri pęna culei, de qua egi-
mus ſupra, ſi mare proximum ſit, alioquin beſtijs
obijci. In tertia ſcilicet, in §. famoſos, dicitur la-
trones famoſos in loco commiſſi facinoris, vel
homicidij, furca ſuſpendi, vel ad beſtias damna-
ri. Hinc Iuriſcõſultus in l. ſi quis, §. ſed, & ſi quis,
ff. de iniuſto, rupto, & irrito teſt. ait, quod dãnati
ad pęnam capitis, vel ab beſtias, vel gladiũ, vel ad
aliam, quæ vitam adimit, teſtamentum irritum
eſt. Ex quibus apparet dubitandum eſſe num-
quid rectè ſenſerit Aegidius Perrinus in annota-
tiunculis ad l. qui vltimo, ff. de pœnis, dum ponit
differen-

differentiam post Gulielm. Budæum, obijcere be 4 stijs, † & damnare ad bestias, vt latissime idem Budæus prosequitur in annotationibus posterioribus in l. aut damnum, §. quicumque, ff. de pœnis, cum, etsi dicere possumus, obijcere ad bestias nil aliud esse quam ad præliandum cum bestijs, vt quia hi cum armis in theatro, & cum feris includerentur. Subijcere vero bestijs, est illos inermes ponere, vt conculcarentur à bestijs. Tamen omnia hæc promiscua sunt apud nostros authores, & Iurisconsultos, & pro pœna stabilita fuisse, sed ad hanc rem pertinentia supra hoc eodem capite aliqua protulimus, dum pœnā gladij exposuimus.

165 Hac † pœna affecti plures martyres pro D. N. Iesu Christi fide, Maulius, Neophytus, Adrianus, Eubulus, Priscus, Eleutherius, Torpes, Vitus, & socij, Marinus, Strato, & socij, Agapitus, Sostenes, Flocellus puer, Eustachius, Pamphilus, Agapius, & Stephanus, plures etiam Virgines, & mulieres, Marciana, Taciana, Felicitas, Helco, Dominica, Maxima, Donatilla, Secunda, Tecla, Basilissa, & Eufemia. Hac eadem bestiarū pœna legi-

166 mus vsum fuisse Balthassarem † Regem in Danielem, a quibus, Diuina virtute exiuit illæsus, vt

167 habetur Daniel. cap. 6. Lacus † enim ibi, non de congregatione dulcium aquarum, sed de loco, profundo, obscuro, & cisternæ arēte intelligitur, vt Diuus Hieronymus ibi dixit. Eadem vsus

168 † Scipio Africanus iunior, qui deuicta Chartagine, transfugas exterarum gentium, in edendis populo spectaculis, feris bestijs obiecit, vt testatur Valer. Maxim. lib. 2. tit. de Disciplina militari. Si-

169 mili etiam modo L. Aemilius Paulus, deuicto Persę Macedonum Rege, eiusdem gentis transfugas, elephantis proterendos substrauit. Valerius in loco allegato, de cuius victoria, & triumpho, Liuius, lib. 45. Dumque hac eadem pœna

170 afficeretur Androdus † ille Dacus, Consularis viri seruus, Romæ ipsis Leonibus obiectus, beneficio vnius Leonis, cuius ipse dum à domino aufugisset, medicus fuisset, liberatus, libertate, & eo dem Leone donatus fuit, de quo post Appionē, Aulus Gellius, Noctium Atticar. lib. 5. c. 14. & retulit Baptista Fulgosius, lib. 5. cap. 2. ac nouissimè Alanus Copus Anglus Dialog. 2. cap. 13. in fine.

171 † Constantinus Imperator, Francorum, & Alemanorum Reges, captos in magnificum spectaculi munus, bestijs obiecit. Eutropius rer. Ro-

172 manar. lib. 11. cap. 2. Et † authores seditionis, & tumultus, concitato populo, pro qualitate dignitatis, aut in furcā tolluntur, aut bestijs subijciuntur, vt dicit Modestinus in l. si quis aliquid, §. Authores, ff. de pœn. vnde apud Aegyptios condemnatos duos proijciendos serpentibus, post Atheneum, scribit Nicolaus Leonicus variæ Histor.

173 lib. 2. cap. 86. Et hoc etiam Iugurthæ vitio vertit Adherbal in Senatu, vt est author Sallustius in Iugurtha. Hinc nonnulli Principes in subterraneis speccubus, circūdatis muris, Leonum Copias clausas tenent, vt Florentiæ, & Neapoli in

174 castro nouo, quos † meo tempore dum studijs vacabam ad viuum occidi iussit Perafannus Ribera, Alcalę Dux, & Regis nostri Locumtenens, quod malo casu ceciderat ibidem adolescens nobilis è sua familia, qui statim a feris in parua frusta discerptus, occisioni bestiarum immaniū eidem circumspecto Principi iustissimam anfam præstitit.

175 Demersionis, & submersionis † in aquis pœna admodum solita fuit apud Principes, & Tyrannos, non solum dum imponebant Culei pœnam, sed separatim demergebant in aquis maiori ex parte saxo ad collum ligato, vt in fluminibus Sancti martyres Hermilus, Stratonicus, cum septuaginta socijs, Ascla, Sabinus, Iulianus, Hesychius, Pigmenius, Quirinus, Montanus, Sabus Gothus, Sephanus, Florianus, Calipodius, Anthinus, Claudius, Peregrinus, Basiliscus, Secundus, Iacinthus, Eusthatius, Ambrosius Cēturio, Hippolytus, Valentinianus, Hilarius, Claudius Tribunus, & Nimphorosa. Alij submersi ad Hymphas, vt Martha Marij coniunxi; alij in paludem, vt Antonina; alij in lacum, vt Christina, & Mamelta. Alij in puteum, vt Sigismundus, Calimerius, Florus, Laurus, Calistus Papa, & Anthusa; Alij in mare, vt Basius Antonius, Proiolicus, Caius, Arianus præses, quadraginta martyres Cappadoces, Amphianus, Agathopos, Teodolus, Aedisius, Apollonius, Calistus, Basileus, Iucūdianus, Claudius, Peregrinus, Hiero, Hieronides, Callistratus, Dasius, Cæsarius, Chrisogonus, Clemens Papa post Petrum Tertius, Tyria, & Aurea. Eodem modo Vrbanus Sextus Pontifex Maximus ductos mari à Nuceria ad Vrbem Genuam septem Cardinales, qui clam cum Clemēte conspirarent cum ipso de Pontificatu contendente, nulla mitiore pœna dignatus est, quam vt saccis seorsum inclusos, in mari demergeret, vt scribit Baptista Fulgos. lib. 6. cap. 3. sed quinque Cardinales fuisse submersos, scribit Pandolfus Collenucius Histor. Neap. lib. 5. & ipsos quinque Cardinales, non opera Pontificis, sed Raimundi de Baucio, vt dicit Baptista Platina in Vrbano Sexto.

176 Sic DEVS omnipotens, peccatores mundi omnes, exceptis in Arca conclusis, vniuersali aquarum diluuio suffocauit, de quo Genes. cap. 7.

177 & cap. 8. & alibi dixi. Hac † pœna fabulātur Poetæ, affectum fuisse Misenum Hectoris primum, deinde Aeneæ Comitem, qui cum ad Tubæ certamen Tritonem prouocasset, ab eodem Tritone in mare deturbatus est, de quo Virgilius lib. 6. Aeneidos ait.

Qui tum forte caua, dum personat æthera Concha
Aemulum exceptum Triton (si credere dignum est)
Inter saxa virum, spumosa immerserat vnda.

Et ibidem paulo post idem Virgilius.

Monte sub Aerio, qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, æternumq. tenet per sæcula nomen.

178 † A Pisanis Milo Tyrannus cum subditos cruciatibus, & tormētis oneraret, in mare proiectus est, de quo Ouidius in Ibin.

Vt Milo, sub quo Cruciata est Pisa Tyranno
Viuus in occultas præcipiteris aquas.

Sic & Myrtilus Hippodamiæ auriga, cui prohibitionem fecerat, vt à Pelope, qui eam deperibat, cursu vinceretur, ab eodem Pelope, in Mare pro-

179 iectus est, a quo mare Mittoum † appellatū fuit,

O 3 siue

ſiue ea de cauſa ab Oenomao ſubmerſum fuiſſe,
de quo idem Ouidius in Ibin.

Proditor, vt ſaui, periytq. auriga Tyranni

Et Claudianus ait,

Nam perfidus obice Regis
Prodidit Oenomaij, deceptus Myrtilus axem,

Et Seneca in Thieſte cap.

Proditus occidit deceptor Domine Myrtilus,
Et fide vectus, qua tulerat, nobile reddidit,
Mutato Pelagus nomine.

Quod plenius narrat Pauſanias in Arcadia lib.
180 8. Et Lycas cum † Herculi venenatam veſtem
portaſſet ab eo in Euboicum mare proiectus eſt.
Vnde idem Ouidius in Ibin.

Quam qui dona tulit, Neſſæo tincta veneno,
Euboicasq. ſuo ſanguine tinxit aquas.

181 Phronima puella, † Etearchi Cretæ Regis
filia, Nouercæ ſuaſu in aquis demerſa, Themiſo-
ne ſceleris miniſtro (quamquam is ſtratage-
mate yſus, ita vt illam ſemel aquis ſubmerſam
retraxerit, & Polymneſto Thereo in delicijs fue-
rit, vnde natus ſit Battus, qui in Africam coloniā
deduxerit) vt eſt author Herodotus in Melpo-
mene, & Nicolaus Leonicus variæ Hiſtoriæ
182 lib. 2. cap. 97. Et † Roxana Darij Perſarum Re-
gis filia, Alexandri Magni Vxor, vtero gerens à
Statira ſorore concōiuge, liuore quod Macedo-
nes præcipuis eam cumularēt honoribus ducta,
in puteum fuit demerſa, vt ſcripſit Plutarchus in
183 Alexandro, eodem † modo Romanus Argy-
ropolus à Zoena Imperatrice vxore, vt potiretur
Michaele Paphlagonio famulo adultero, inter
balneas aquas, dolo immerſus perijt, authore
Ioanne Zonara Annalium Conſtantinopolit,
lib. 3. Ioan. Baptiſta Egnatio, Romanor. Princi-
184 pū lib. 2. in Romano Argyropilo. Sic † referūt
à Cæſare Borgia, Valentino Hiſpano noctu in
Tiberim præcipitatum Aſtorgiū Fauentiæ Do-
minum, de cuius morte poſt Petrum Bembum,
185 Franciſcus Guicciardinus Hiſtoriarum lib. 5.
Clodamirus Rex Aurelianenſium, victum Si-
giſmundum Burgundionum Regem, captumq.
cum filijs, in puteū iniecit. Author Paul. Aemil.
in Childeberto primo. Ado Viennenſ. Chroni-
cor. anni 492. Gregor. Turonenſ. Hiſtor. lib. 3. c.
5. & cap. 6. qui poſtmodum miraculis clarus in
Sāctorum Martyrum numerum relatus eſt, ſub
die primo Maij, vt dicit Gulielmus Paradinus
186 de Antiquo iure Burgūdiæ, cap. 12. † Octauius
Cæſar Pedagogum, alioſq. Caij filij miniſtros,
quod auarè, & ſuperbè in prouincia graſſarētur,
in flumen pręcipitari fecit. Tranquil. in Octauio,
cap. 67. Delatores autem nauibus ſine remis, &
velis impoſitos fluctuum libertati exponi fecit
Imperator Traianus, vt docet Plinius in Panegy
187 rico 2. Inter alia crudeliſſima Tiberij Cæſaris
acta, illud eſt, quod ex Caprearū Inſula (quę Ti-
berij Arx vocabatur) vt placet Plinio, lib. 3. cap.
6. damnatos in Mari pręcipitari iubebat, Claſſia-
rijs deorſum corpora, cadaueraq. elidentibus,
188 Criſpinum † priuignum adhuc impuberē ſub-
mergi fecit, Domitius Nero, vt in eo author eſt
189 Sueton. Tranquill. Sic, † & Scyron quoſcum-
que hoſpites nāciſcebatur è Moluride ſaxo abij-
ciebat in mare, quo ex loco in ſui facinoris præ-
mium à Thæſeo & ipſe ſubmerſus eſt. Author
190 Pauſanias lib. 1. Et † Timoclea Thebana ob
ſaluandā pudicitiam à Tribuno Alexandri eſſe
præcipitauit in puteum, quod etiam Alexander
probauit, vt eſt author Plutarchus in Alexādro,
& de Claris mulieribus, cap. 22. Hac pœna vſus
quandoq. Auidius Caſſius, vt eſt author Vulca-
tius Gallicanus. Hæc etiam apud Chriſtianos
quandoque vſui fuit. Ea tamen nullus nunc
vtitur.
191 Excoriationis † etiam pœna vſui fuit, præſer-
192 tim in Diuo Bartholomęo Apoſtolo, de quo
Ioannes Picus Mirandula in Hymnis.

Hinc etiam pellem Ptolomæi filius ardens
Depoſuit.

193 Sic etiam aſſerunt † Marſiam ab Apolline
excoriatum, cum ab eodem fuiſſet ad Tibiæ cer-
tamen prouocatus, vt ſcribit Diod. Siculus. lib. 4.
de illo Ouidius in Ibin.

Mens quoque ſic furijs, vecors agitetur, vt illi
Vnum qui toto corpore Vulnus habet.

Et de eodem ipſe Ouidius alibi.

Nudave direpta, pateant tua viſcera pelle,
Vt Phrigij, cuius nomina flumen habet.

De eo ſcribit Xenophon in Cyro, & è noſtris
Stephanus Forcatulus de Origine Valeſiorum;
& idem Ouidius lib. 6. Metamorphoſeos inquit.

Marſya nomen habet Prigiæ liquidiſſimus amnis.

194 Et Cambyſes Perſarum Rex Siſamnem iu-
dicem, quod pecunia corruptus iudicauerat, ex-
coriari iuſſit, vt ſcripſit Herodotus lib. 5. Cubri-
195 cus † etiam ille, qui ſe manentem hæreticum
eſſe dicebat & eum haberet libros Buddæ, qui
fuerat præceptor Manentis ſenioris hæretici, ac
dicens ipſum illos compoſuiſſe, ad Perſarum Re
gem perueniens, qui filium in medicorum ma-
nibus ægrotantem habebat, & iſte ſemotis me-
dicis ſe illum curaturum ſpoponderat, & tamen
illis remotis, mortuus eſt, à Rege viuus excoria-
tus eſt, vt Suidas eſt author, & Cyrillus Cathe-
cheſi, 6. ſed Manentem hanc pœnam ſuſtinuiſſe
ſcribit Theodoret. Hæretic. Fabul. lib. 1. c. finali.
196 Quam inique etiam † Ptolomæus Lagi Aegy-
ptiorum Rex, qui Cleomenem Agidis filium
Lacedæmoniorum Ducem, ad ſe cōfugientem,
excoriari, & in Crucem affigi iuſſit, vt ſcribit Plu
197 tarchus in Cleomene. Sed optimè, † iudex in
prouincia, qui lapides in Imaginem Beatæ Vir-
ginis proiecerat, & contumelioſa verba protule-
rat, ad perſonæ viuæ excoriationem condemna-
tus extitit, vt teſtatur Franciſc. Marcus, in Deciſ.
198 Delphin. 509. in fine, vol. 1. Nouiſſimè † in anno
1571. Marcus Antonius Bragadinus Nobilis
Venetus, apud Famaguſtam Cypri Vrbem ab
impiiſſimo Muſtafa Turca excoriatus viuus,
Chriſtianæ mortis conſtantiſſimè palmam ade-
ptus eſt. De quo Ioan. Nicolaus Dolionus, in Hi-
ſtoriarum Compendio, lib. 6. Cæſar Campana
199 Hiſtoriar. lib. 2. volum. 1. Zenoni etiam † mar-
tyri detracta pellis fuit.
200 Laquei pœna nouiſſimis, nūc † temporibus
vſui eſt, ſicut & priſcis; Nam nunc vtuntur in pu-
niendis facinoroſis, erigendo duas furcas, & ab
vna

vna ad alteram ponunt transuersam trabem, in qua laqueo ad collum delinquentis inducto, ligata altera laquei parte ad trabem, morti traden dum proijciunt, vt laqueo appensus, vitam finiat. De hac pœna Vlpianus in l. aut damnum, §. vita adimitur, ff. de pœnis, mentionem facit ipsius laquei. Nec id quod dicit Accursius inibi sic est, vt ipse asseruit, quia dicit esse eamdem laquei, quæ
201 & furcarum † pœnam, arg. l. capitalium, §. famosos, ibi, furca figendos, ff. eod. tit. quia aliud dicere noluit Accursius, nisi quod hodie sit eadem pœna laquei, & furcarum, ob vsum supradictum quo vbique ius dicentes vtūtur. Nam verba Callistrati in dicto §. famoso habent alium sensum, quia vsus furcarum erat tunc alio modo, vt supra
202 hoc eodem capite diximus, quia † furca erat bicornis ad instar litteræ ypsilon, Reus ponebatur corpore ad vnam partem, & altera ponebatur caput per medium illius bicornis, & figebatur Clauo, sic enim verbo figere vtitur Iurisconsultus ibi, & Cicero in Verrem Actione 7. Trabali clauo figeret. Hæc laquei pœna antiqua est, licet alio pacto infligeretur; meminit de ea Cicer. in Verrem Action. 6. Homini (inquit) iam collum in laqueum inferenti, subuenisti: quam authoritatem comprobat Sueton. in Tiberio, cap. 53. cap. 54. & cap. 75. & Ouidius lib. 6. Metamorphoseos inquit,

Laqueoq. animosa ligauit Guttura.

Hinc Sallustius in Catilinario, dum verba facit de carcere Tulliano, in quo sontes strangulabantur ait, in eum locum postquam demissus est Lentulus, Iudices rerum cap talium, quibus præceptum erat, laqueo vitam fregere; It. i le Patricius ex gente clarissima Corneliorum, q i Consulare Imperium Romæ habuerat, dignum moribus, factisq. suis, exitum vitæ inuenit. de Cethego, Statilio, Gabinio, & Cepario eodem modo
203 supplicium sumptum † est. Hæc Sallustius. Maximinus Herculius hoc pœnæ genere, vti mortis postremo, fractis laqueo ceruicib. pœnas dedit,
204 † mandante Constantino genero, vt inquit Eutropius rer. Romanar. lib. 11. cap. 2. & latius prosequitur Carolus Sigonius de Imperio occidentali, lib. 2. sic nimis seuerè. Roseus Florentinus ab
205 Olitore quinquaginta fratres religiosos † claustrales, quod Cremonensem hospitem occidissent, strangulari fecit, vt scribit Marian. Socin. senior, in c. qualiter, & quando. il 2. de accus. vt refert Aegid. Bossius in Pract. Crimin. de offic. corrup. pecu. nu. 36. Sigisimundus Rex Burgun-
206 diæ, ad Suggerium filium quiescentem, † ex intimis duos intromisit, qui filij ceruici laqueū inijcerent, vt scribit Paul. Aemil. de Regibus
207 Galliæ in Childeberto I. Laqueo † etiam vitam finiuit Andreas Neapolitanus Rex, id operante Ioanna prima Regina, Roberti Regis nepote eius vxore in Castro Auersæ, quæ & eodem postmodum mortis genere perijt iusta Dei vt pie credendum vindicta, De his videndi Pandolfus Collenucius Histor. Neapol. lib. 5. & Ioā. Baprist. Carrafa, lib. 5. Albertus Crantius Metro.
208 polis, lib. 10. cap. 15. Ita, & † in cubiculum Arbogasti Alanorum Ducis, seu præfecti, fraude deductus Valentinianus strangulatus est, vt scribit Pomponius Lætus in Romanæ Historiæ cōpendio, lib. 2. Crantius in Saxonia, lib. 3. cap. 3.
209 Hac morte † perijt Achitophel, qui pessimum dederat Absaloni consilium, vt habetur 2. Regū
210 cap. 17. † Laqueo etiam Iudas Ischariotes se suspendit, & medius crepuit, vt habetur Matth. c. 27. & apud Lucam, Actuum c. 1. De hac pœna multa nouissimè eleganter scripsere Petr. Faber Semestrium lib. 2. cap. 7. & c. 9. & Petrus Gregor. Sytagm. Iur. vniuers. lib. 31. cap. 17. in fine,
211 Crucis pœnā in vsu plurimū fuisse, † cui sontes figebantur, plerique scriptores, tam Græci, quā Latini memoriæ prodidere, & hoc multis comprobare possem, quæ omitto vti vulgata, & quāquam apud Iurisconsultos nostros illius memoria aliqua non habeatur, tamē in l. capitalium, §.
212 famosos, ff. de pœnis, † vbi dicitur de furca, ibi Crucis prius mentio facta erat, & Tribonianum in compilatione Digestorum, loco Crucis, furcam posuisse post Nicephorum Historicū, scribit Iacobus Cuiacius ad Iulium Paulum lib. sentent. 5. tit. 17. de hoc tamen scripsi in Neanomologia, cap. 11. supradicta vero ex clarissimis scriptoribus, ex antiquitatum arcanis elegantissimè scribit Petrus Faber Semestrium. lib. 2. cap. 7. & cap. 8. quo loci lectores mitto, vti ad antiquitatū omnium refertissimum Archarium. Dixi ego etiam nonnulla multi sunt anni, in Apologia Catholica aduersus sententiam Pilati, repertam Aquilæ, Italo idiomate. Hanc eamdem pœnam
213 vsu desijsse à Cōstantini Magni † temporibus, ob Crucis Domini nostri reuerentiam, qui ea morte turpissima vsus, Cruci decorem intulit, contumeliam abstulit. Hæc pœna Nero Impera-
214 tor multos † ex discipulis Apostolorum affecit, sub falso incendij vrbis crimine. Sic à Tyrannis Sāctissimi Martyres Philippus, & Andreas Apostoli, similiter apud Aulonam Beatus quidam Petrus, necnon alius Petrus Episcopus, Theodolus, Nestor, Cleonicus, Timon, Alexander, Thimotheus, Lucillianus Faustus, Claudius, Gemellus, ac Sanctæ Virgines, Eulalia, Maura, Iulia, & Vuilgefortis, De Cruce nouissimè vberrimos commentarios eddidit Iustus Lipsius, qui bus omnes exsatiari elegantissimè poterunt.

Veneni pœnam apud Romanos vsui minime fuisse nōnulli referunt, quod ego semper negaui,
215 † meamq. opinione probaui authoritate Vlpiani in l aut damnum. §. proinde, ff. de pœn. vbi dum
216 tractat, an iudex possit reo facultatem eligendi pœnam tribuere, inter cetera dixit, nec veneno necandi facultatem concedere posse. Et ideo tan tum abest, vt ex illo textu capiatur eam pœnam vsui fuisse, aliàs illam non reduxisset in dubium, cum præsertim notum sit Romanos, non modo leges, sed pœnas nonnullas à Græcis mutuatos fuisse. Ista etenim propinandi Veneni pœna pu-
217 blico Atheniensium † iudicio vsui fuit, vt est author Cornelius Tacitus Annaliū lib. 15. Qua
218 pœnæ specie apud eos puniti † extitere Phocion, ac illius Socij vt est testis Diodorus Siculus Bibliothecæ lib. 18. & Plutarchus in Phocione,

Sim le

Simile iudicium exercuerunt iidem Athenien-
219 ſes in Socratem virum † ſapientiſſimum, & in-
nocentiſſimum, iudicante Polyeucto, qui veneni
calicem bibit, & donec in crura ſiſtere potuit, à
lacrymis circumſtantes cohibuit, deinde frige-
ſcentibus veneno præcordijs, reſupinus iacuit, vt
docuit Plato in Phædone, ſiue de Anima, lib. 29.
Ariſtides in Oratione Platonica 2. pro quattuor
viris. Iſocrates in Buſiride. Athæneus Dipnoſo-
phiſtorum lib. 13. cap. 33. Xenophon de dictis, ac
factis Socratis, lib. 1. Diodor. lib. 14. Cicero de
Orator. lib. 1. Plutarchus in Nicia. Diogenes
Laertius in Solone, Auguſtinus Niphus in Apo-
log. Socratis & Platonis, de quo Ouidius in Ibin.

Sollicitoq. bibas, veluti doctiſſimus olim
Imperturbato, quod bibit ore reus.

De quo etiam Sidonius Apollinaris inquit,

Quid non piger, hauſit
Lumina condemnas Anyto pallente venenum.

220 Illudque venenum maiori ex parte cicutę li-
quor erat, vt de eodem Socrate dicit Fauſtus in
Panegitico, dum inquit,

Quem carcere tetro
Sorbitio gelida, rapuit porrecta cicuta.

De quo cicutæ ſucco loquitur in Phocione
Plutarchus, & de hoc cicutarum ſucco, veneni
loco ab Athenienſibus dati ſolito, loquitur Iuue-
nalis Satyra 7.

Hunc inopem vidiſtis. Athenæ.
Nil præter gelidas, auſæ conferre cicutas.

Hinc Androcydes ad Alexandrum ſcribens
inquit, vinum potaturus Rex, memento te bibe-
221 re ſanguinem terræ, ſicut cicuta homini † vene-
num eſt, vt ſcribit Plin. lib. 14. cap. 5. lib. 25. cap. 13.
Petrus Crinitus de honeſta diſciplina lib. 23. c. 9.
vnde ea depaſci capras, & hominib. eſſe illam exi-
tialem ſcribit Lucretius lib. 5. dum ait,

Quippe videre licet, pingueſcere ſępe cicuta,
Barbigeras pecudis, homini, quæ eſt acre venenum.

Apud Maſſilienſes, venenum cicuta tempera-
222 tum aſſeruabatur, vt illis daretur, qui † exoptatã
mortem aſſeruabant, & Senatui iuſtas cauſas at-
223 tuliſſent. Et ſimiliter in † Cęa inſula, mulier aſpe
ctu digna, ſed vltimæ ſenectutis, præſente Sexto
Põpeio, cauſas optatę mortis expoſuit, aſſertiſq.
illis, minimè valente ab inſtituto illam retrahere
ac reuocare, venenũ hauſit, & coram tanto Prin-
cipe læta fronte, mortem oppetijt, vt eſt author
Valerius Maximus, lib. 2. cap. 1. qui cum Sext.
Pompeio, dum in Aſia fuit, ſe præſente id vidiſſe
cõmemorat, vt dicit etiam Nicolaus Leonicus
variæ Hiſtoriæ lib. 3. c. 71. De ſupra narrato Maſſi
lienſium vſu meminit Florian. de Sancto Petro,
in l. per familiæ, §. mala medicamenta, ff. famil.
herciſcun.

224 Sed, & apud Romanos veneni pœnam † vſui
fuiſſe, patet: nam cum peſtem Romam affligere
cerneret Ancilla quædam, matronarũ id venenis
accidere, ad Q. Fabium Maximũ Aedilẽ Curulẽ
detulit, ille ad Conſules, Conſules, ad Senatum,
qui cauſa cognita, venenis repertis, cum viginti
matronæ id haberent, & ſalubria eſſe contende-
rent, bibere illa iuſſæ, epoto medicamento inte-
rierunt, & interim complices nonnullas manife-
225 ſtarunt, ex quibus centum ſeptuaginta † capita-
li iudicio damnatæ ſunt, teſte Liuio, lib. 8. ſed tre-
centas octoginta damnatas refert Oroſius lib. 3.
cap. 10.

Rotarum pœnæ Iuriſconſultorum nullus me
minit, ſed ea vtuntur in hoc Regno, præſertim
226 Regij Magiſtratus latrũculatores. † Apud Gal-
los etiam vſui eſſe ſcribit Petr. Faber Semeſtriũ
lib. 2. cap. 7. In Dominio etiam Mediolanenſi, cõ-
tra publicarum viarum graſſatores, & latrones,
227 vt patet in † Conſtit. Mediolani, lib. 4. titul. de
pœnis, §. ſi vero robariam, quamquam ſuo tem-
pore vſui minimè fuiſſe ſcribat Iulius Clar. §. par-
ricidium, in fin. Apud Romanos etiã Principes,
nec vſui fuiſſe, niſi Maxentij Tyranni tempore
in Diuam Virginem Catharinam; Et Diocletia-
228 ni † in Diuum Georgium, & alibi etiam Elio-
229 gabali Imperatoris † temporibus, ſed has Ro-
tas, non ſimiles his, quæ noſtris temporibus in
vſu ſunt, crediderim. Et tormenti potius, quam
pœnæ genus fuiſſe ſcribit Ianus Langlæus in Se-
natu Britannię Celticę, vberrimus antiquitatum
ſcrutator, Ocij Semeſtris, lib. 10. cap. 3.

Lapidationis pęna antiquiſſima eſt, & de ea do
230 cemur in ſacra pagina. † Nam ob aquæ penuriã
dubitauit Moyſes exclamante populo, ne lapida-
retur dum Exodi, cap. 17. inquit: adhuc paululũ,
& lapidabunt me. Et pro lege Dominus ſtatuit
Leuitici c. 20. ſi quis dederit de ſemine ſuo Idolo
Menoch, morte moriatur, populus terræ lapida-
bit eum. Et Leuitici c. 24. Filium Salumit Iſraeli-
lis, & patris Aegyptij blaſphemum, iuſſit extra ca
ſtra duci, lapidibus obrui, & de cetero ſic fieri no-
231 mẽ Domini blaſphemantib. At Ioſue c. 7. paret,
Ioſue lapidibus obrui fecit Acham filium Char-
mi, ob furtũ rerum anathematis. Hinc Aduram,
232 qui erat ſuper tributa Regis Roboan † lapida-
uit omnis populus Iſrael, & mortuus eſt, vt habe-
tur lib. 3. Regum cap. 12. Et Naboth ex ira Ieza-
233 belis vxoris † Achab lapidatus eſt, vt poſſideret
vineã eius, vt in lib. 3. Regum. c. 21. Ezechiel. cap.
16. dicitur, lapidabunt te lapidibus, & iterum cap.
23. Et lapidentur lapidibus populorũ. Hinc Mar-
thęi cap. 21. Agricolę apprehenſis ſeruis eius, aliũ
ceciderunt, alium occiderunt, & alium lapida-
rũt. Et Chriſtus Iudęis inter cetera lapidationes
exprobat Matth. cap. 23. Heruſalem Hieru-
234 ſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas † eos,
qui ad te miſſi ſunt. Sic & Lucæ cap. 13. Et Iudæi
Ioan. cap. 8. dixerunt, de adultera, in lege autem
Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare,
vnde Muades impius mutuatus eſt, lapidationis
235 pœnam † in adulteros, vt docet Ioannes Anba-
nus Boemus, de Moribus Gentium, lib. 2. cap. 11.
Ioan. Baptiſta Egnatius Romanor. Princip. lib. 2.
in Heraclio. Hac pęna affectus Diuus Stephanus
236 protomartyr. † Lucæ Actuum cap. 7. Iudæi vo-
237 luerunt in Ciuitate Iconij Apoſtolos † lapidare
Actuum cap. 14. & apud Lycaoniam Paulum
238 lapidauerunt, † vt ipſe teſtatur 2. Corinth. cap.
11. Sic à diuerſis Principibus, & Tyrannis, lapida-
239 ti fuere † Sanctiſſimi Martyres Thimotheus
eiuſdem Apoſtoli Pauli diſcipulus, Ananias, Pa-
pias, Maurus, Mettanus, Oeneſimus, Polychro-
nius,

nius, Vitalis, Philippus Apoſtolus, Ieremias Pro-
pheta, Diodorus, Rodopianus, Sitinnius, & ſocij,
Deſiderius, Firmus, Cyriacus, Vigilius, Trãquil-
linus, Trophimus, Theophilus, Dometius, Gra-
cilianus, Gerinus, Maximus, Chryſantus, Hyppa-
tius, Philenum, Apphius, Emerentiana, Paula,
Feliciſſima, Mamelta, & Daria. Pyſidices puella
Metimnæ Regis filia, Achillis amore capta, vt
ipſum in ſuum coniugẽ, vt credebat acquireret,
240 † patriam, parentesq. prodidit, & eiuſdẽ Achil-
lis ordine lapidibus obruta, vt eſt author Parthe-
nius in Eroticis, cap. 21. Apud Romanos P. Poſt-
humius Regillenſis ab exercitu lapidibus obru-
241 tus, quod promiſſam vrbis Volæ captæ † prædã
non dediſſet. Author Liuius lib. 4. Et idem popu
lus Romanus lapidibus proſternere curauit Q.
Metellum Cẽſorem, quod à L. Equitio tamquã
Gracchi filio, cẽſum recipere noluiſſet. Autho-
re Valerio, lib. 9. c. 7. A Corinthijs lapidati Mer-
merus, & Pheres Meduſæ filij, ex quo Glauce fi-
lia venenata ei aſportauerat munera à; Meduſa
miſſa. Author Pauſanias, lib. 2. Nicolaus Leoni-
cus variæ Hiſtoriæ lib. 2. cap. 35. Veneficorum
242 vultum † Perſæ ſaxis confringunt. Alexander
Sardus de Moribus Gentium, lib. 2. cap. 31. Atrij
243 fures lapidibus obruũt † idem Sardus ibidem,
cap. 27. Demoſthenes, & Nicias Athenienſes à
244 Syracuſanis † lapidibus cooperti, vt eſt author
Plutarch. in Nicia. Cynna, & Pyrander ſaxis ob-
245 ruti. † Plutarch. in Paralellis, cap. 58. & 59. Cyr-
ſilus lapidatus ab Athenienſibus, quod dixiſſet re
cipiendum Xerſem intra Ciuitatem, & ſaluandã
potius Ciuitatem, & ſeruitutem pati. Demoſthe-
nes pro Corona. Cicero offic. lib. 3. Eodem mo-
246 do, Sergius † Monachus Impij Muamedis ſo-
cius in formandis Alcorani legibus, obrutus, la-
pidibus, vt dicit idem Ioannes Bohemus, lib. 2.
cap. 22.

Atrociſſima etiam pęna illa eſt, qua, vel in qua
247 drigis, vel Remigijs, aut arboribus † hominum
corpora in fruſta membratim diſcerpebantur,
& apud nonnullos vſu fuiſſe videmus, & etiam
nunc ita fieri. Hoc ſupplicij genere perijt Alba-
248 norum Dux Metius † Suffetius, vt quia in Fi-
denatium, & Veientum bello, pacta, fęderaq. ſo-
cietatis cum populo Romano perfide ruperat,
captus, viuens quadrigis alligatus in diuerſa nitẽ-
tibus, Tulli Hoſtilij iuſſu, laceratus extitit, vt ſcri-
pſere Liuius lib. 4. Plinius Iunior de Viris Illu-
ſtrib. cap. 4. Aulus Gellius Noctium Articar. lib.
20. cap. 1. Paulus Oroſius lib. 2. cap. 5. Eutropius
rer. Roman. lib. 1. cap. 6. Lucius Florus in Epito-
me de Geſtis Roman. lib. 1. cap. 3. Plutarch. in
Paralellis, cap. 14. de quo etiam Virgilius, lib. 8.
Aeneidos, inquit:

Haud procul inde citæ Metum in diuerſa quadrigæ
Diſtulerant, (At tu dictis Albane maneres)
Raptabatq. viri mendacis, viſcera Tullus
Per ſyluas, ſparſo rorabant ſanguine vepres.

249 Beſſus etiam Bactrianorum Dux † ſic puni-
rus ab Alexandro Macedone, quem comprehẽ-
ſum dilacerauit, directis duabus arboribus in v-
num deflexis, quarum vtrique corporis partem
alligauit, inde laxatæ ambæ, atque impetu in ſe-
dem ſuam relatæ, partem ſibi annexam retinue-
re, vt eſt author Plutarchus in Alexandro. Hoc
ſupplicium non ab Alexandro, ſed à coniunctis
Darij, quibus illum conceſſerat fuiſſe datum, ſcri
bit Diodorus Siculus in eodem Alexandro. Vt
quia Datium proditorie occiderat, diuerſo mo-
do ſumptum fuiſſe ſuppliciũ ſcripſere Quintus
Curtius lib. 6. & Arrianus Nicomedenſis, lib. 4.
250 In fruſta † conciſus Agag Amalecitarum Rex
coram Domino in Galgalis à Samuele, vt habe-
tur lib. 1. Regum. cap. 15. de quo etiam Chriſtia-
nus Adrichomius in Chronicon ſub Samuele,
& Saule in anno Mundi, 2888. è noſtris Franciſc.
Gratianus, in Compendio Iuris Canonici, parte
2. diſtinct. 3. Hercules Pyrechmen Euboæ Regẽ,
Beotijs bellum inferentem, vicit, victum equinis
251 pullis alligauit, ac in duas partes † diuiſum, in-
ſepultũ iacere mandauit, vt eſt author Plutarch.
in Paralellis, cap. 13. Hyppolytum ob inſimulatã
Phædræ Nouercæ ſtupri labem, Theſeo patre
mandante idem ſupplicium perpeſſum refert
Ouidius in Ibin dum ait:

Vel tua (ne pęnæ genus hoc cognouerit vnus)
Viſcera diuerſis ſciſſa trahantur equis.

Et idem Ouidius lib. 3. Faſtorum.

Hic latet Hippolytus, loris diſcreptus equorum
Vnde nemus nullis illud aditur equis.

Et iterum lib. 5. Faſtorum.

Hippolytè infelix, velles coluiſſe Dionem,
Dum conſternatis dirípereris equis.

Et Seneca in Hippolyto cap.....

Peritq. multo vulnere infelix decor,
Moribunda celeres membra peruoluunt Rotæ.

Eodem modo Hippolytum Martyrem Ro-
252 manum ſub Decio Principe, indomitis † alli-
gatum equis, ac diſcerptum, DEO ſpiritum
reddidiſſe, Sacroſancta perhibet Eccleſia. Bru-
153 nechildis Gallorum † Regina, Clothario ſecũ-
do ſpectante Gallorum Rege, equis alligata, mẽ-
bratim diſcerpta fuit, vt ſcribit Addo Archiepi-
ſcopus Viennenſis Chronicorum Aetate Pau-
lus Aemilius in Hiſtoria Gallica in Clothario II.
Rege 25. Scinislatro Corinthius, hominum bra-
154 chia † arboribus alligabat, vt ipſis cõplicatis, &
in ſublime redeuntes, lacera membra diſcerpe-
rent, de quo Propertius lib. 3.

Arboreasq. Cruces Scinis, & non hoſpita Grajs
Gaza, & curuatas in ſua fata trabes.

Eum, qui in quendam iudicem vulnus intule-
rat hac pęna affectum ſcribit, is qui vtinam ſic
modeſtia vſus eſſet Chriſtiana, ſicuti pollebat
ingenio Ioan. Bodinus de Reipublica, lib. 3. cap.
5. Hanc eamdem quibuſdam Germanis ob pro-
ditionem impoſuit Carolus Cæſar in Comitijs
Auguſtanis, artic. 124. Beatus Rhenanus Ger-
manicar, lib. 3. Hac pęna affecti Sanctiſſimi DEI
Martyres, Strato, & Corona. Et nouiſſimè meo
tempore hanc pęnam Magiſtratus Regij in hoc
Regno Neapolitano impoſuere quibuſdã Bru-
tijs, qui quaſdam arces Regni Turcis prodere
rentauerant, quia propè Portum Neapolitanum
fuere ligati, manibus, pedibuſq. in quattuor trite
mibus, quæ poſtmodum in diuerſa tendentibus,
veloci-

velocitet illorum corpora discerperent, & sic
in frusta pluribus diebus vidi illorum cadauera
in portu posita.
255 Animalibus † exenteratis homines include-
re pœnæ loco Scytharum mos fuit, capitibus ex-
ceptis, quæ eminebant, cibumq. dabant, donec
putrefacta animalium carne, vermes crescerent.
à quibus tamdem corrosi miserrimi vitam exha
256 larent. Ab his † Macrinus Imperator pęnam
hanc mutuatus, qui duos boues miræ magnitu-
dinis viuos aperiri iussit, atque his singulos mili-
tes includi fecit, capitibus exertis, vt secum col-
loqui possent, qui in suspectum venerant, ancillæ
hospitis pudorem deprauasse, vt refert Iulius Ca
pitolinus in Macrino. Sed & Apuleius Asini au-
rei lib.6. in fine huius pęnæ meminit, dicẽs: Hunc
Asinum iugulare crastino placeat, totisq. euacua
to præcordijs, per medium aluum nudam virgi-
nem insuere, vt sola facie prominente, ceterum
corpus puellæ nexu ferino coerceat; tunc super
aliquod saxum scruposum insititium, & fartilem
asinum exponere, & solis ardentis vaporibus tra-
dere. De quo more effero sic Valerius Maximus
lib.9. cap.11. sub tit. de Crudelitate. Sicut (inquit)
illi barbari, quos referunt, mactatarũ pecudum,
intestinis, & visceribus egestis, homines inserere
ita vt capitibus tantum modo emineant, quoque
diutius pęnæ sufficiant, cibo, & potione infeli-
cem spiritum prorogant, donec intus putrefacti,
laniati sunt ab animalibus, quæ tabidis in corpo-
ribus nasci solent.
257 Proxima illi est pęna, qua Alexander Phæ-
reus animalium pellibus recenter excoriatorum
homines nudos inuolutos vermibus lacerandos
& absumendos tradebat. Hac etiam vsus est
Vitoudus Lituaniæ Princeps, qui homines Vr-
sorum pellibus inuoluebat, & demum Canibus
discerpẽdos exhibebat, vt scribit Martinus Cro-
merus de Gestis Polonorum, lib.6. & lib.7.
Immanissima † omnium pœna illa est, qua
viuorum hominum corpora, mortuorum cada-
ueribus alligata, tamdiu detinebantur, ora orib.
pedesq. pedibus adhęrentia, donec fætore, ac ta-
be consumerẽtur, quam Hetruscos in campum
exhibuisse, scriptores referunt, à quibus illius
258 vsum actu deduxisse ferunt Mezentium † Tyr-
rhenorũ Regem, de quo Virgilius lib.3. Aenei-
dos ait:

Dum sæuis tenuit Mezentius armis,
Quid memorem infandas cædes, & facta Tyranni
Effera? (Dij capiti ipsius, generiq. reseruent.)
Mortua quin etiam iungebat corpora, viuis,
Componens, manibusq. manus, atque oribus ora,
Tormenti genus, & sanie, taboq. fluentes
Complexu in misero, longa sic morte necabat

Vnde Macrobius inquit, Mezentium in ho-
mines crudeliter sæuisse sine Deorum respectu,
de quo Baptista Pius inquit.

Additus, ac Rutulis, dirus Mezentius armis.
Sæuitiæ Andino fit reus eloquio.

Ideo ferocem illum appellauit Ouidius lib.4.
Fastorum dum ait:

Clarus erat, sumptisq. ferox Mezentius armis.

Hunc sequutus est Opilius Macrinus Imperator
de quo Iulius Capitolinus inquit, Reddidit etiã
Mezentij supplicium, quo ille viuos mortuis
illigabat, & ad mortem cogebat, longa tabe con-
fectos, vnde in Diadumenum eius filium, sem-
per fuisse in Circo acclamatum.

Egregius forma Iuuenis,
Cui pater haud Mezentius esset.

Non longe abest pœna, qua homines per me-
259 dium dissecabãtur, quo supplicij genere † Ma-
nasses Esaiam Prophetam lignea serra dissecuit,
vt testatur D. Hieronymus in Esaiam cap.56. in
fine, & Cyrillus Cathechesi 2. & hi ambo dicunt
de Esaia dicere Apostolum Paulum dum ad Hę
bræos cap.11. inquit, ex fidelibus legem Dei ser-
260 uantibus, alios sectos. Pisij † Bithinij filius na-
tu maior, Xersis Persarum Regis mandato, me-
dius sectus, vt testatur Herodotus lib.7. Senecà
de Ira, lib.3. nec sine ingratitudinis vitio, cum
fuisset Xerses à Pithio patre hospitio receptus.
261 Eodem modo asserunt Cylenem † Diogiridis
Thraciç Regis filiam, viuos homines dissecuisse.
262 Caium † Caligulam homines medios serra
dissecuisse testis est Suetonius Tranquill. in Ca-
263 ligula, c.20. & illum sequutus † Antoninus Cõ-
modus, homines obæsi corporis medio ventre
264 dissecuit, vt Aelius Spartianus testatur. Sic † qui
dam Sanctus Ionas sub Sapore Persarum Rege
medius dissectus est. Sub quo etiam Sancti Si-
meonis Episcopi Tarbula soror, cũ pedissequa,
stipitibus alligatæ per medium serra secatæ, cru-
delissimè spiritum DEO reddiderunt. Et Va-
265 lẽtis † Principis iussu ob proditionem dissecati
fuere, Florentius, & Batchalbas, authore Am-
miano Marcellino Historiar. lib.26.
266 Equo æreo, vel boui, aut tauro candenti ob
supposirum ignem inclusi, nonnulli consumpti
fuere; Perillus Atheniensis faber, ingenio præ-
stans, hoc nouum mortis genus commentus est,
nam æneum taurum vacuũ fabricauit, cui reus
includeretur, supposito igne, qui dum stridores
emitteret, bonis mugitus figuraret, quem † Pha-
laridi Siculorum Tyranno Agrigentino, maxi-
mum ex inde munus sperans cum obtulisset, ab
eo eidem tauro inclusus, primus debitum experi
menti genus perpessus est, author Plin. lib.34.
cap.8. quam Historiam retulit etiam Lucianus
in Phalaride, & latius Ouidius lib.3. de tristibus
inquit:

Quiq. bouem Siculo fertur donasse Tyranno
Et dictis artes conciliasse suas.
Munere in hoc vsus Rex est, sed imagine maior
Nec sola est operis forma probanda mei.
Aspicis à dextra latus hoc adapertile Tauri?
Hac tibi, quem perdis coijciendus erit.
Protinus inclusum lentis carbonibus vro,
Mugiet, & veri vox erit illa bouis.
Pro quibus inuentis, vt munus munere penses,
Da, precor ingenio præmia digna meo.
Dixerat, At Phalaris, pęnæ mirandæ repertor
Ipse tuum præsens, imbue dixit opus.
Nec mora, monstratis crudeliter ignibus vstus.
Exhibuit geminos ore gemente sonos.

De quo

De quo Perillo, ac Phalaride idem Ouidius
lib.5.Faſtorum inquit:

Vtq. dedit iuſtas tauri fabricator aheni
Sic ego do pęnas artibus ipſe meis.

Et lib. primo de arte amandi ipſe Ouidius ait:

Et Phalaris tauro violentus membra Perilli.
Torruit infelix, imbuit auctor opus.

Ac idem Ouidius in Ibin inquit.

Aere Perilleo, veros imitere iuuencos
Ad formam tauri conueniente ſono.

Et lib.2.de Ponto ait:

Qui è repertorem torruit arte ſua.

Quem in Perrillum actum cum improbarent
Athenienſes, illis diligenter ſcribit Idem Phala-
ris in Epiſtola 102. Paulus Oroſius lib. 1. cap.20.
& Cicero in Verrem Actione 5. Valerius Maxi-
mus lib.9. cap. 12. Stephanus Forcatulus in De-
fenſ.ad iniur. recep. fol. mihi 61. & latè Thom.
Facellus, Hiſtor. Sicul. Decade. 1.lib.6. cap. 1. De
hoc optimè inquit Claudianus:

Quam bene diſpoſitum terris, vt dignus iniqui
Fructus conſilij primis authoribus inſtet?.
Sic opifex Tauri, tormentorumq. repertor,
Qui funeſta nouo fabricauerat ara dolori,
Primus inexpertum Siculo cogente Tyranno
Senſit opus, docuitq. ſuum mugire iuuencum.

Hunc Taurum Phalaris ob operis pulchritu-
dinem ad Apollinis Delphici templum miſit, prę
ſtantiſſimæ artis, immaniſſimæ cogitationis, &
iuſtiſſimi ſupplicij futurum monumentum. Ere-
ptum à Carthaginenſibus, deinde poſt annos du-
268 centos ſexaginta, † expugnata Carthagine Sci-
pio Africanus Agrigētinis reſtituit, vt Diodorus
lib.13. teſtatur Aemilius Cenſorinus apud Ege-
ſtam Siciliæ Opidum Tyrannus, Aruntium Pa-
terculum, qui æneum equum fabricauerat, &
ei dono dederat ad puniendos delinquentes, ei-
dem equo incluſit, & è monte præcipitem dedit,
vt poſt Ariſtidem lib. 4. rer. Italicarum ſcripſit
Plutarchus in Parallelis cap. 75. Baptiſta Fulgoſ.
lib.9.cap.11. Thom. Facellus Rer. Sicul. Decade
269 1.lib.7.cap.4. Sed † alij idem inuētum poſtmo-
dum imitati ſunt, quia ſub Domitiano Cæſare in
Candentem bouem Sanctus Antipas poſitus eſt.
Eodem modo ſub Imperatore Diocletiano Pe-
lagia virgo Sanctiſſima Tarſenſis, paſſa eſt. Sub
Hadriano Imperatore Euſtachius, & Theopiſta
vxor, Agapius, & Teopiſtus filij in candentem
bouem ęneum incluſi martyrium conſuma-
runt.

270 Fumi † etiam pœna, non flammarum ſolum
in vſu fuit, ſic trabe alligatos fumo conſumere
271 ſolebat † Auidius Caſſius, qui alter Catilina, &
ſeipſum ipſe Marium alterum dici volebat, vt eſt
author Vulcatius Gallicanus in Auidio Caſſio.
272 † Alexandri Seueri tēpore Vetronius Turinus
conuictus, quod Magiſtratus in Imperij cōtami-
natione, venderet, aſſerens omnia Imperatorem
ſuo nutu agere, ad ſtipitem alligatus, fumo appo-
ſito, quem ex ſtipulis, atque lignis humidis fieri
præceperat Imperator, ipſum ſic necari iuſſit, di-
cente prçcone: Fumo punitur, qui fumum ven-
didit, vt dicit Aelius Lampridius in Seuero. Eo-
273 dem † modo Felix presbyter, & Fortunatus, &
Achilleus Diaconi, ſub Decio Duce apud Valen
tiam Galliæ Ciuitatem paſſi ſunt. Et ſimiliter
Sancta Zoa Martyr ſub Diocletiano Romæ, hoc
martyrij genere affecta eſt.

274 Sanguinis † miſſio per Venæ ſectionem, etſi
aliquando illata fuit, non admodum tamen vſu
275 recepta. Hac † morte Nero Anneum Senecā
ſapiētiſſimum, atque vitę integritate conſpicuū,
præceptorem ſuum, affecit, de qua latiſſimè ſcri-
bit Cornelius Tacitus Annalium lib. 15. tanto
indignū illa animaduerſione, quanto is Princeps
ſuis actibus erat grauiori pœna, & martyrio di-
gnus. Eamq. mortis qualitatem illum elegiſſe
teſtatur Boetius de Conſolatione Philoſoph.lib.
276 3. dum ait: Nero † Senecā familiarem, præce-
ptoremq. ſuum ad eligendæ mortis coegit arbi-
trium. Eadem etiam morte interijt Florianus
Imperator, vt ſcripſit Eutropius rerum Roma-
277 nar.lib.10.cap.26. Sic & † Thraſeas venas ſibi ſe
cari fecit in vtroque brachio, vt refert idem Ta-
278 citus Annal.lib.16. Hæc † autem pęna militaris
adinuentionis, de qua Iulius Frontinus Strata-
gegmat.lib.1.cap.4.inquit, comprehenſos in fur
tis inter commilitones dextras eſſe præciſas, aut
ſi læuius animaduertere voluiſſent in principijs
ſanguinem miſſum. Rationem optimam red-
didit Aulus Gellius. Noctium Atticar.lib.10.c.8.
dicens: Hac pęna in principijs milites errantes,
fuiſſe punitos, odio ſtupentis animi, & naturali
279 habitu declinantis. Vel vt dicit † Bodinus de
Republica, lib.5.c.1.quod qui ſanguine abunda-
rent, animorum impetus, & cupiditates, rationi
280 minus obſequentes haberent. Vel † vt mea fert
opinio, videntes Tyrones milites è proprio cor-
pore ſanguinem elici, animum, ac vires reſume-
rent, vt effuſione ſanguinis viſa, conſtantiores
fierent, dum in armorum conflictibus cum ho-
ſtibus manus consererent.

281 Militaris † etiam pęna fuit Decimatio, Vice-
ſimatio, Centeſimatio, & ſimiles, quæ tunc im-
poni ſolita eſt, cum militum multitudo deliquiſ-
ſet, ne omnes, aut multi punirentur; Ducta enim
ſorte, decimus, viceſimus, vel centeſimus, mor-
tis pœnam ſuſtinebat, de qua Cicero in Orat. pro
A. Cluentio. Statuerunt (inquit) Maiores noſtri,
vt ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſ-
ſum, ſortitione in quoſdam animaduerteretur,
vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos
perueniret, vt pęna inſtar fulminis ſit, fulmina
quidem paucorum periculo cadunt, omnium
282 mętu. Hæc Cicero. Hanc † Appius Claudius,
poſt pugnam Volſcorum militibus impoſuit,
quia de ęo ſic teſtatur Liuius lib. 2. Ad hoc Cen-
turiones, duplicariosq. qui reliquerant ordines,
virgis cęſos, ſecuri percuſſit, cetera multitudo
ſorte Decimus quiſq. ad ſupplicium lecti. Hoc
283 & † Lucius Cornelius Sylla fecit, nam captis
Athenis, Decimum quemque ciuem, vt ſors fe-
rebat, trucidauit, vt refert Pauſanias lib. 1. in At-
ticis. Ideo & hoc Auguſtus obſeruauit, quia
cohortes ſi quæ ceſſiſſēt loco decimatas, hordeo
pauit, vt ſcribit Sueton. Tranquill. in Auguſto,
284 cap.24. Opilius quoque † Macrinus in milites
efferus fuit, nam, & in Crucem milites tulit, &
ſeruili-

seruilib. supplicijs semper affecit, & cum seditiones militares pateretur, multos sæpius Decumauit, aliquando etiam, cum se clementem dicebat, centesimauit, qui decimatione, vel vicesimatione digni essent, vt est author Iulius Capitolinus
285 in eius Vita. Marcus Antonius dum cōtra Medos pugnaret, diuisis per denos legionibus, decimum quemque sorte ducta interfecit, vt dicit
286 Plutarchus in Marc. Antonio. Et Græci etiam hanc pœnam obseruarunt, quia Dijs Decumandos, ac deuouendos eosdem Græcos, qui Xerxis partes tenuissent, & in eius partes defecissent, vt erant Acheę, Milesij, Magnetes, Thessali, & alij, vt est author Diodorus Siculus Bibliothecęs lib. 11. Alexand. ab Alexandro Dierum Genial. lib.
287 3. cap. 22. Basilius † etiam Porphiriogenitus Constantinopolitanus Imperator, Captis Bulgaris, illud fecit, vt Centesimo cuique vnū oculum erueret, alterum relinqueret, vt scribit Ioannes Zonaras Annal. Constantinopol. lib. 3. Hinc
288 † Lacædemonij cum decreuissent, quod Ciuitates Græcorū, quæ erant Medum Sequutæ, decima quæque euerteretur, illis veniam concesserunt, vt est author Aristides in Oratione poste-
289 riori de Pace, tomo 2. Sed & † Cambises Persarum Rex pœnā hanc potius stolide, quam sapienter inflixit, ab omni humanitate alienam, expeditionem enim cum inconsiderate ad plura geren da bella fecisset, & victu milites carerēt & quam diu herbas habuerunt illas commoderunt, at vbi ad sabulum peruenere, sortitione facta, coacti decimum quemque, in cibū sumpserūt; est author Herodotus lib. 3. & Seneca de Ira, lib. 3. & à L. Apronio magis studiosè factum in milites, quia de eo inquit Cornelius Tacitus Annalium lib. 3. Decimum quemque ignominiosæ cohortis sorte ductos, fuste necauit. Sic & Sergius Galba
290 † Classiarios milites, quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat, redire ad pristinum statum coegerit, recusantes, atque insuper Aquilam, & signa pertinacius flagitantes, nō modo immisso equite disiecit, sed decimauit etiam, vt est author Tranquillus in Galba, cap. 12.

291 Plumbatarum ictibus, & † verberatione non nulli affecti fuere & apud Tyrannos Principes ea pœna in vsu fuit; damnati enim tamdiu cōtun debantur, donec spiritum exhalassent. Plures namque Sanctiss. Athletæ, ac Martyres ea pœna
292 affecti fuere, vt † Papias, Maurus, Sancti quattuor coronati fratres, Seuerus, Seuerianus, Carpophorus, & Victorinus, ac Epicharides mulier senatoria, omnes sub Diocletiano Imperatore, & sub eodem mādante Præside Digniano, affectus Theodorus Episcopus. Sic & Maximus, Olympias, Abdon, Sennes, Cornelius Papa cum alijs viginti & vno sub Decio Principe. Geruasius sub Commodo. Laurentius, & Concordia nutrix beati Hippolyti, Gordianus, & Bibiana virgo sub Iuliano Apostata. Ianuarius sub Publio præfecto, tempore Antonini Pij, & Priuatus Martyr sub Alexandro. Et cum Valentinianus, Valens,
293 & Gratianus † hāc pœnam ictuum Plumbatarum, ferè omnibus prohibuissent, in l. omnes Iudices, 85. sub tit. de Decurionib. C. Theodos. lib. 12. tamen ingenuis eam pœnam postmodum
294 † dari prohibuit, scilicet decem tantum primis ordinibus Curialium, vt in l. 2. tit. de quæstionib.
295 C. Theodos. lib. 9. Sed dicta l. omnes, est † inserta 33. C. de Decur. lib. 10. & ab ea compilatores extraxerunt verbum (Plumbatarum) tamen in l. quilibet, 40. C. eod. tit. permiserunt in quibusdā casibus, quam non rectè interpretatus est Accursius, vt diximus in Neanomologia, cap. 12.

296 Raptati fuere nonnulli per vias, † per saxa, & a bobus, vel equis aut manibus tracti; sic factum fuit in Sancto Marco Euangelista. in Calipodio,
297 † Et Sanctus Hippolytus Romanus ligatis pedibus ad colla indomitorum equorum per carduorum, & tribulos crudeliter tractus, toto corpore laceratus spiritum DEO reddidit, cuius Martyrium amplè scripsit Aurelius Prudentius in Peristephanon, vbi inter ceteros versus inquit.

Ergo sic Hippolytus quatiet, turbetq. iugales,
Intereatq. feris dilaceratus equis.
Vix hæc illa duo cogunt animalia freni
Ignara insueto subdere colla iugo.
Non stabulis, blandiue manu palpata magistri,
Imperiumq. equitis ante subacta pati.
Sed campestre vago nuper pecus è grege captum,
Quod pauor indomito corde ferinus agit.
Iam reluctantes sociarant vincula bigas
Oraq. discordi fœdere nexuerant.

Et paulo post inquit.

Vltima vox audita senis venerabilis hæc est,
298 *Hi rapiunt † artus, tu rape Christe animam.*

Sancti Hermes, Serapio, & Polyenus, per angusta, aspera, & saxosa loca raptati, animas Deo reddiderunt. Onesiphorus, & Porphirio equis ferocibus raptati: sic Elpidius sub Iuliano Apostata, & Cointha sub Decio per plateas Ciuitatis Alexandriæ tracta, horrendo supplicio, di-
299 scerpta, de qua Eusebius lib. 6. cap. 34. sic † ferūt Hectorem Troianum lib. 1. Aeneidos.

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.

Et iterum lib. 2. Aeneidos.

Visus adesse mihi, largosq. effundere fletus,
Raptatus bigis.

300 Martinianus † & Saturianus sub Genserico Rege Arriano per sepes, ac vepres quadrigis raptati, sancto fine quieuerunt.

301 Sagittis † etiam, sagittarumq. iaculatione puniri solitos apud nonnullos, exēpla nonnulla demonstrant, vt Diocletiani Imperatoris iussu fa-
302 ctū est † in Diuo Sebastiano, qui primæ cohortis cum Princeps esset, ad palum ligatus, sagittis à militibus confossus ad cęlum migrauit. Sic sub Claudio Cæsare Romæ extra Portam Salariam ducenti sexaginta martyres sagittis confossi spiritum reddiderunt. Et iussu Dulcetij Præsidis, ex quo cōtra Diocletiani edictum sacros libros occultasset, post carceres perpessos, sagitta percussa & igne cremata Sācta Irenes Virgo apud Thessalonicam. Sancta quoque Christina virgo, quia Idola sui patris Argentea, & aurea confregisset, & pauperibus erogasset Christi amore, à patre primum pluribus cruciatibus, tandem sub Iuliano Preside sagittis confossa, martyrij gloriosi palmam adepta est.

303 Lingua † abscindebatur, prout abscissa est
& per collum extracta Pulicio præfecto artificiũ
304 Saporis Regis Persarum mandato. Sic † & Chri
stinę Virgini, Maximo, Terentiano, Aigulfo
Abbati Lerinensi, Florentino, Petro Episcopo,
305 Agathoclię, Romano. Blasphemãtes † DEVM
& Virginem gloriosam in Regno Neapolitano,
linguæ maliloquæ mutilatione punimus, inquit
Federicus Imperator in Const. Regni. Blasphe-
306 mantes, vbi Isern. Afflict. & ceteri. In † Gallia
pro octaua vice, quo Blasphemauerit quis, ab-
scinditur ei lingua. Barthol. de Cassanæo, in con-
suetud. Burgũd. Rubr. in verbo, *Es droicts d'Icelles*,
307 num. 59. Sic Falsorum † testium lingua perfo-
randa, vt dicit Accurs. in l. omnes, C. de Delator.
lib. 10. quam refert, & sequitur Cassanæus vbi su-
pra, sub num. 15. Ioan. de Arnon. Problem. 48.
308 Aquæ, & ignis interdictionis pœna fuit olim
apud Romanos, vt testantur Iurisconsulti Nostri
Modestinus, in l. fi. ff. ad leg. Corn. de Fals. & Vl-
pianus, in l. 3. ff. ad leg. Iul. Pecul. & in l. 2. §. cõstat
ff. de pœnis. Quid autem contineret hæc pœna,
neminem è nostris, id optimè declarasse, vt ego
arbitror conspexi, & propterea id explanare con-
309 tendam. † Arbitror igitur quod is cui aqua,
& igni interdictum erat, altero coniugum super-
stite, Matrimonij bono, & cõmoditatib. priuare-
tur. Nã noui coniugati apud Romanos aquam,
310 ignemq. † tãgebant, vt scribit Plutar. in Probl.
Ro. c. 1. & huiusmodi ritus meminit Scæuola, in l. pe.
vbi Budeus. ff. de Donat. int. vir. & vxor. Cui con
sinũt versus Valerij Flacci, lib. 8. Argonauticon.

Ignem Pollux, vndamq. iugalem
Prætulit.

Quod è nostris commemorat etiam Iacobus
Cuiacius obseru. lib. 11. cap. 2. Rationes plures
attulit Plutarchus in loco supra allegato, quarũ
311 illa mihi probabilior est, nẽpè quod ignis † ma-
ri, & aqua feminę assimiletur, vt hinc per ignis, &
aquæ tactum, & maris, & feminæ coniunctio, ac
generatio inde ortum habens, significetur. Vel
iuxta opinionem Lactantij Firmiani Diuinar.
312 Instit. lib. 2. c. 9. Quia † alterum masculinum, al-
terum femininum, alterum passiuum, siue pati-
bile, ideoq. a veteribus statutum, vt Sacramento
ignis, & aquæ nuptiarum fœdera sancirentur, vi-
delicet, quia hæ duę res humanam vitam maxi-
mè continent. Quod etiam retulit Anton. Gu-
bert. de Matrimonijs. Titulo, de ritu nupt. nu. 30.
His alludit, non contemnendæ authoritatis Phi-
losophorum quorundam traditio, qui asserue-
runt aquã Deum, ac simili modo ignem, eadẽq.
313 rerum omnium principia esse. Thales † enim
Milesius ex septẽ Gręciæ sapientib. vnus, ex aqua
omnia sensit esse, & in aquã vicissim redire, quod
omnium animantium principium genitura sit,
eadẽ humida, ex quo simile esse veri, ex humore
oĩa principiũ ducere. Et stirpes oẽs humido alan-
tur, & ad frugẽ euadant, humoris aũt expertia, a-
314 ctniũ arescãt, & hac ex causa † Homerũ in Ilya-
de, Oceanũ Mundi parentẽ appellauerit. Quorũ
opinionem retulit ante alios idẽ Plut. de Placitis
Philos. lib. 1. c. 3. Clemens Alex. in Orat. adhorta
toria ad Gẽtes. Arnobius aduersus Gẽtes. lib. 1.
quam Thaleris Opinionem ex Orphęi Theolo-
gia sumptam scripsit Mercurius Trismegistus vt
inquit Augustinus Steuchus de Perenni Philo-
sophia lib. 7. c. 12. & nouissime Angelus Politia-
nus, in Præfatione in Homerũ. Huc annecti pos-
sunt, quæ habentur Genes. c. 1. Spiritus Domini
ferebatur super aquas. Hinc Plin. lib. 31. c. 1. scan-
dunt in sublime, & Cælũ quoque sibi vendicant.
Et post pauca inquit, Eædem cadentes omnium
terra nascentium causa fiunt, prorsus mirabili na
tura, si quis velit reputare, vt fruges gignantur,
arbores, fruticesq. viuant, in Cælum migrare a-
quas, animamq. etiam herbis vitalem inde defer
re, iusta confessione omnes terræ quoque vires
aquarum esse beneficij. Ignem vero coluerunt
315 Parmenides, † qui idcirco DEVM illum iu-
dicauit; Itidem Hippasus noster Metapontinus,
& Heraclitus Ephæsius, vt sunt authores Plutar-
chus, & Clemens in locis relatis. Alij non defue-
re, qui & ignem, & aquam insimul coluerunt, de
quibus idem Clemens, post Dinonem. Hinc il-
lud Ecclesiastici, cap 15. Apposui sibi aquam, &
ignem, & paulo post. Vitã, & mortẽ, Bonũ, & Ma
lũ, vbi Cornelius Iansenius ait, aquę hominẽ re-
frigerans, & ignis comburẽs. Et statim dicã. Nec
316 sine † spiritu Diuino ducti antiq, ijs duob. volue
re nuptias compleri, nã, & Parmenidẽ, Hippatũ,
& Heraclitũ sequuti sunt Persæ, Magi, Macedo-
nes, Sarmatæ, & alij, vt post Diogenẽ in Persicis,
& Nymphodorũ in legib. Barbaricis, scripsit Cle
mẽs in loco allegato. Sed alludẽdo ad aquam si-
mul, & ignẽ, afferri põt Hebræorum opinio, qui
317 censuerunt † Cælos ex materia aquæ, & ignis
constare, non quidem aquæ, & ignis corruptibi-
lis, & alterabilis, sed melioris notæ, vt refert Frã-
cisc. Georg. in Harmonia Mundi, Tomo 8. Can-
tico 3. Concentu. 5. Maxima etiam animaduer-
sione dignum est, quod aqua diluuij peccatorũ
facinora a Deo prius deleta sunt. Et similiter al-
tera, & nouissima vice igne omnia cremanda
sunt, vt noui coniugati horum duorum me-
mores, vitam tranquille & sine labe transi-
gant Quo ad diluuij historiam, iam nota est, &
ignem futurum, libri Ecclesiæ Catholicæ plene
demonstrãt. sic Dauid Psal. 96. Ignis ante ipsum
præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos
eius, & antea Psal. 49. Ignis in conspectu eius ex
ardescet. Et Ioel. c. 2. habetur: Ante faciem eius
ignis vorans, & post eum exurens flamma; quod
pluribus probat, vt virum grauissimum suo ho-
318 nore non defraudem Iosephus Acosta † de tẽ-
poribus nouissimis, lib. 4. ca. 11. Sed proferam ad
hoc comprobandum plurium Ethnicorum sen
tẽtias, quę non solum redolent, sed fatẽtur, hanc
Christianam veritatem. Heracliti enim, & Hip-
pasi Metapontini referens opinionem in loco al-
319 legato † Plutarchus, dixit, censuisse vniuersæ na
turæ principium ignem esse, ex eo. n. nasci omnia
& in ignẽ omnia desinere, & mundũ, atque om-
nia corpora in vniuersi olim cõflagratione solu-
tũ iri. Principiũ igitur ignis, quãdoquidẽ ex hoc
omnia. Finis etiamnũ ignis, quoniã in ipsum in-

tereunt omnia. Hæc de eis Plutarchus, Sed &
Cicero de Natura Deorũ, lib. 2. Ex quo (inquit)
venturum noſtri putant id, de quo Panætium
320 addubitare † dicebant, vt ad extremum omnis
Mundus igneſceret, cum humore conſumpto,
neque terra ali poſſet, neque remaneret aer, cu-
ius ortus, aqua omni exhauſta, eſſe non poſſet, ita
reliqui nihil preter Ignem, à quo rurſum animã-
te, ac Deo, renouatio mundi fieret, atque idem
ornatus oriretur. Hæc Cicero. de hoc etiam Oui
321 dius † Metamorphoſeos lib. 1.

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaq. Regia Cęli,
Ardeat, & Mundi moles operoſa laboret.

Quis non dicet Sacræ Scripturę noſtræ arcana
non omni ex parte percepiſſe Senecam de Con
ſolatione ad Martiam, cap. 26. dum Clarius, &
322 lucidius inquit: † Necauitq. omne animal, or-
be ſubmerſo, & ignib. vaſtis torrebit, incendetq.
mortalia; Et cum tẽpus aduenerit, quo ſe mũdus
renouaturus extinguat, virib. iſta ſe ſuis cedẽt, &
ſidera ſideribus incurrent, & omni flagrante ma
teria, vno igne, quidquid nunc ex diſpoſito lucet,
ardebit. Hactenus Seneca. Aut ſecundum opi-
nionem Petri Gregorij Toloſatis viri grauiſſi-
mi Syntag. iuris vniuerſi, lib. 9. c. 5. ſub n. 41. Qua
Romani eo modo nuptias contrahebant, vt de-
notarent ex eis ad mundanarum erumnarũ cu-
mulum, itum eſſe, de quibus late dico in com-
mentarijs ad præcepta Connubialia Plutarchi,
Aquam vero ærumnas notare voluit Dauid
Pſalmo. 87. dum ait, omnes fluctus tuos induxiſti
ſuper me, vbi interpretes per fluctus perturbatio
nes, & ærumnas omnes intelligunt. Et demum
323 per ignem, alteri igni ignem nouum † adiunge
re, vt in vxorem ducente dicit feſtiuè Ariſtopha-
nes in Poly. do.

En vxorem hanc tibi trado Phædram,
Videor autem mihi additurus ignem igni.

Et pro ærumnis, & calamitatibus ignem ap-
pellari voluit Dauid in Pſalmo 65. Igne nos exa-
324 minaſti, ſicut † examinatur argentum. Ex his fa
cile coniectari poteſt, aquam, & ignem nil aliud
portendiſſe, quam priuari duob. humanarum re
rum creatarum principijs, vel priuari omnibus
bonis cõiugij matrimonialis, quod aqua & igne
compactum extiterat, & priuatus illecebris, ac vo
luptatibus familiaribus domus coniugalis, vt in-
de commercio, ſocietateq. hominum careret, &
ne quiſquam eos vrbe, menſa, tecto, lareue, reciperet,
vt dicit Alexander ab Alexandro Dierum Genia
lium lib. 5. cap. 5. & nulla illius mentione facta
poſtmodum Marcus Mantua Dialog. Hiſtoro-
log. 23. in fine, Claſſe 2. Vt quia mortalis hæc ho-
minum vita his duobus conſtat, & regitur, vt di-
cit Alexander Sardus de Moribus Gentium, lib.
325 1. cap. 7. Hinc † in hoc Regno Neapolitano, v-
ſus longæuus inualuit, quod dum delinquens
bannitur ob delictum, tam in Regijs, quam
etiam quorumcunque dominorum Subſellijs
fit edictum, & proclama, ne quis eum vltro
receptet, igne loco, aqua, alioq. pacto fo-
326 ueat. Mea † etiam ſententia, non alienum du-
co, quod cum ea pœna maxima eſſet, nec valeret
iudex omnium quattuor elementorum faculta-
tibus reum priuare, cum terram tãquam firma-
mentum, ac ſcabellum dederit filijs hominum
DEVS; Aerem pro reſpiratione concesserit,
nec elementa iſta duo, ſic in manibus hominum
ſint, conſequens erit, vt alijs duobus, priuare eum
voluerit, quæ in ipſorum quodammodo manib.
reperirentur, ſcilicet aqua, & igne, quorum do-
no, ac beneficio, qui careret, breui tempore, taci-
to quodam genere mortis, ex humanis proximè
diſceſſurum, cogitaret. Inſuper quemadmodum
327 aqua, † & igne, fędera ſanciebantur, quo ſecu-
ritas, ac fides inter eos tuta eſſent, vt refert Domi
tius Bruſonius Facetiarum, & exemplorum, lib.
3. Sic eorundem priuatione, apud Iudices, alioſ-
que hac pęna condemnati, non modo fide, ac ſe-
curitate priuati viderentur, ſed hoſtes iudicaren-
328 tur. Hac pęna † interdictionis aquæ & ignis, affe
ctus Marius à Sylla, qui coactio Senatu id opera-
tus eſt, vt eſt author Plutarchus in Sylla. Quin
etiam mulieres à Romanis Magiſtratibus hac
pœna damnatæ, ſic Lepidæ ex Aemiliorum fa-
milia, cui proaui erant L. Sylla, ac Gn. Pompeius
delatæ, eam ſimulaſſe partum ex P. Quirinio
viro diuite, & venena, & adulteria imputa
ta, pęna aquæ, & ignis interdictionis inflicta, vt
refert Cornelius Tacitus Annalium lib. 3. Serui-
lius etiam & Cornelius, cum Mamercum Scau
rum accuſaſſent de adulterio Liuiæ, & Magorũ
ſacris, & quod in Tragędia verſus in Tiberium
dixiſſet, demum pecuniam à Vario Liguræ, vt
omitterent cauſam, cum accepiſſent, aqua, &
igne interdicti, referente eodem Tacito anna-
lium lib. 5.

Quam pulchre interdictionis aquæ, & ignis
pęnam deſcripſit Coriolanus Martiranus Epiſco
pus Sancti Marci in Hippolyto; dum Thæſeus à
ſe abdicat Hippolytum dicens.

At propere aufuge
Scelestè longe ab ore patris, trans agri
Fines auiti, tranſq. Athenas, qua mea
Se ſceptra porgunt, eumq. nec tectis iuuet,
Aquiſue quis, vel igne pulſum.

Sed, & pulchrè hoc idem, vt ſupra annotaui-
mus, quid denotaret apud Priſcos aqua & quib.
interdicebatur Ouidius Faſtor. lib. 4. expreſſit.

An quia cunctarum contraria ſemina rerum
Sunt duo diſcordes, ignis, & vnda Dei.
Iunxerunt elementa patres, aptumq. putarunt
Ignibus, & ſparſa tingere corpus aqua.
An quod in his vitæ cauſa eſt, hæc perdidit exſul.
His noua fit coniux, hæc duo magna putant.

Peręam, ni veritatem dico, dum hæc Typis
tradere procurant, vidi authoritatem Senecæ, de
Benefic. lib. 4. cap. 38. dicentis, omnibus miſeris
aquæ, & igni interdixerat, iſtud decretum, quo
cauetur, ne miſeros tecto iuuare capitale ſit, &
duas ex Cicerone & Victore Vticenſi vidi apud
Guliel. Forner. eruditiſſimum, in l. & cetera, ff.
de verbor. ſign.

Metal-

329 Metalli † pœna, duplex erat: nam, aut in me-
330 tallum damnabātur, aut ad opus metalli, † Dā-
natio in metallum pœna grauior erat, ad opus
metalli minor, iste minoribus, ac læuioribus vin-
culis, ille grauioribus tenebatur, iste si ab opere
fugeret, ponebatur in metallum, ille si fugiebat,
grauius coercebatur, vt declarat Vlpianus, in l.
331 aut damnum, 8. §. inter eos. ff. de pœnis. † Pœna
hæc humilium personarum, ac seruilis erat, vt pa
tet ex l. in seruorum, 10 l. quidam sunt serui, 17. l.
in metallum, 22. l. capitalium, 28. §. in exsulibus, l.
in metallum, 36. l. si quis aliquid, 38. in princip. §.
qui nondum, §. qui abortionis, §. qui viui, ff. de pœ-
nis; & de hac pœna alibi dicam, & vere aliqui de-
mirantur, cur ipsa ab vsu recesserit, cum quis pro
hibeat, cur Principes in abiectæ plebis homines
hodie non vtantur? Recessisse tamē ab aula post
Foller. Carrer. Capic. Mantuam Milleū. & alios
dicit Iul. Clar. in Pract. q. 67. num. 8.
332 Deportationis † pœna est perpetua in insulam
condemnatio, l. 2. §. ij quibus, ff. de leg. 3. l. inter
pœnas, ff. de interd. & relegat. Insula vero per Prin
cipem eligitur. Hanc pœnam vsu non recipi dicit
Albert. Gandin. in tit. de fals. num. 3. Iulius Clar.
in dicta q. 67. num. 9. Iacob. Menoch. de arbitr.
iudic. quæst. Casu 330. Marc. Anton. Natta in
consil. 666. num. 14. volum. 4. vbi dicit eius loco
Bannum perpetuum cum publicatione bonorū
successisse. Credo hoc locum habere ijs in locis,
333 vbi insulis carent, † sed in Regno hoc Neapoli-
tano pœna hæc frequentissima est, cum insulis
334 abundet, † de quo vsu Anton. Capic. in Decis.
153. Ludou. Carrer. Foller. & alij Doctores Re-
gni, præsertim D. Præsidēs de Franchis in Decis.
335 140. vbi latissimē. Hac † pœna à Leone Arme-
no affectus fuit Theophanes Sanctus, & depor-
tatus in Samothraciam; Pontianus Papa ab Ale-
xandro Seuero in Sardiniam deportatus, vt scri-
bit Baptista Platina in eius vita. Sed pulchram
Historiam referam ex Luciano de Amicitia, de
336 † Caridea vxore Demonactis primarij apud
Ephesios viri, sicuti pulchra, & elegante, sic pro-
cace, & impudica, hæc Diniam Lysionis filium
ditissimum adolescentem lenocinijs pellexerat
in amorem, cuius iam inescati bona, cum exhau-
sisset, non amplius amasium admisit, repulsum
autem postea reuocauit, quia Agatolis amici
medio, tria illi talenta obuenisse intellexerat, qua
re nocte illum in domum suam introducit, quæ
dum marito rea femina vult pudica videri, ado-
lescentem prodit, cui cum Demonax, ignem, fla
gra, & gladium minaretur, desperatione, & idi-
gnatione ille commotus, vecte illic obuio, & De
monactem, & Charideam interfecit, à Militibus
comprehensus ad Præfectum Asiæ puniendus
ductus, confessum, & conuictū in insulam Gya-
ron deportauit, hoc suis ferè temporibus Lucia-
nus accidisse narrat.
337 Abscindebantur † etiam manus, pedesq. qua
pœna in Sanctos martyres nonnulli sęui Princi-
pes vsi sunt. Sic Sancta Basilissa, & socij, Sanctus
quoque Anectus sub Diocletiano Pręside Vrba-
338 no Cæsareæ in Palesthina † hac pœna affectus est.
A Constante Imperatore hæretico Maximus,
quia acriter pugnasset contra Monothelitas hæ-
reticos manibus præcisus. Theodorus, & socij,
Petrus Episcopus, Charitina virgo, Brunonius,
Andreas Cretensis, Rogellus, Seruidius, Anasta-
sia virgo, Galatio, & Epitema coniuges, ac Sabi-
nus Martyr.
339 Excæcationis † & oculorum effossionis pœna
apud nationes plures pecularis quodammodo
340 fuit; Iustiniani † lex Geogica fuit, si quis ex gre-
ge bouem abigere volens, hac occasione gregē
turbauit, vt a feris laniaretur, obcęcator. De qua
meminit Constantinus Harmenopolus in Epito
me Iuris Ciuilis, lib. 6. titulo, de legibus Georgi-
cis, quem refert Ianus Langlęus Ocij Semestris
341 lib. 8. cap. 1. in fine. † Imperatores Græci, ea pœ-
na sępe vsi sunt. Nam Leo Imperator eum qui
monoculum excecasset, vtriusque oculi obcæca
tione multauit, vt patet Nouell. 93. Sic Aaroni,
quod Magiam, aliaq. praua exerceret, oculi eruti
sunt ab Emanuele Comneno; vt narrat Nicetas
Choniata de Emanuele Comneno, lib. 4. Hinc
orta quæstione ludicra inter Iouem, & Iunonē,
vtri maior esset libido viro ne, an mulieri, electus
342 Iudex Tyresias, † Thebanus, lasciuiores esse
mulieres cum dixisset, excęcatum à Iunone fe-
runt, & cęcitatem à Ioue Vaticinio pensātam fa
bulantur poetæ, de quo Ouidius in Ibin.

Qualis erat, postquam iudex de lite iocosa,
Sumptus Apollinea clarus in arte senex.

Et idem Ouidius lib. 3. Metamorphoseos in-
quit.

Arbiter hic sumptus igitur de lite iocosa,
Dicta Iouis firmat, grauius Saturnia iusto,
Nec pro materia fertur doluisse, suisq.
Iudicis æterna damnauit lumina nocte.

Quamquam obcæcatum, quod Mineruam nu-
dam conspexisset inquit Angelus Politianus in
Ambra.

Baculum dat deinde potentem
Tyresiæ magni, qui quondam Pallada nudam
Vidit, & hoc raptam pensauit munere lucem.

343 Sic † quod suis Carminibus, quasi libellis fa-
mosis, Helenam infamasset Stesichorus Poeta
excæcatus est, & demum cantata Palinodia visus
restitutus est, de quo idem Politianus in Nutri-
cia inquit.

Et damnans Helenam, laudansq. vicissim
Amittit, recipitq. oculos, tuus Imera Ciuis
Stesichorus.

344 Basilius † quoque Porphiriogenitus Impera-
tor Constantinopolitanus ex Bulgaris circiter
quindecim mille excæcauit, & vni ex singulis
centum, reliquit vnum oculum, de quibus Ioan-
nes Zonara Annalium Constantinopolit. libro
tertio. Hinc Cilix ille ditissimus in Priuignam
cum esset ardens amator, cum ea congressus, ab
vxore repertus, acu puellæ oculos ambos,

vi ro vnum excęcauit, qui cum ad Aesculapij tē-
p um accessisset, sperans sibi oculum restitutu-
i m iri, ab Apollonio primum, ac demum ab
Aesculapij templo exclusus est, vt narrat Phi-
lostratus de Vita Apollonij, libro primo, cap. se-
ptimo.
345 Talionis †, pœna illa est, de qua Exodi cap. 21.
sin autem mors eius fuerit subsecuta, reddet ani-
mam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro
dente, manum pro manu, pedem pro pede, adu-
stionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuo-
rem pro liuore. Et Leuitici, cap. 24. Qui irroga-
uerit maculam cuilibet ciuium suorum, sicut fe-
cit, sic fiet ei, fracturam pro fractura, oculum pro
oculo, dentem pro dente restituet, qualem infli-
xerit maculam, talem sustinere cogetur. Et Deu-
teronom. cap. 19. Vt audientes ceteri, timorem
habeant, & nequaquam talia audeant facere, nō
misereberis eius, sed animam pro anima, ocu-
lum pro oculo, dentem pro dente, manum pro
manu, pedem pro pede exige. De ea meminit
346 etiam CHRISTVS Matth. cap. 5. ex † quo
aliqui assumunt illam legem à CHRISTO
sublatam, quod ego sicuti non affirmauerim, ita
etiā neque negauerim, ex dicto Ioannis in Apo-
calypsi, cap. 13. dicentis: Qui in gladio occiderit,
oportet eum occidi gladio, qui in captiuitatum
duxerit, oportet, vt in captiuitatem vadat. Cuius
meminit Augustinus in c. quod debetur, 14. q. 1.
& in c. Sex differentiæ, 23. q. 5. Idem Augustin. de
Ciuitate Dei, lib. 21. cap. 11. & Pythagorei illam
probarunt, vt refert Aristoteles. Moral. Nicho-
mach. lib. 5. cap. 5. Huius pœnę meminit etiam
Philo Iudæus in lib. de Ioseph, siue de Viro ciuili.
Alexand. ab Alexand. Dier. Genial. lib. 6, cap. 10.
347 Eadem † pœna apud Romanos in duodecim
tabulis etiam deducta est. Si membrum (inquit)
ruperit, è pacto talio esto quam retulit ante alios
Aymarus Riuallius Historiæ Iuris Ciuil. lib. 2.
Hotoman. in legibus duodecim tabul. parte 3.
Ludouicus Charondas, Pardulphus Prataius in
Iurisprudentia veteri in legibus Solonis, l. 75, de
qua fuit magna discussio inter Phauorinū, Philo
sophū, & Sextum Cęcilium Iuriscōsultum apud
Aulum Gell. Noctium Atticar. lib. 20. c. 1. Idem
Aristoteles in loco allegato eam improbauit, vbi
etsi Pythagorici, & Rhadamanti Regis Creten-
sis probatam iudicio, eam repassionem refutat,
quam etiam nostri ferè omnes in desuetudinem
abijsse contendunt, extare tamen in Iure Ciuili
casus, quos & modo obseruari statutum est, non
348 dubitatur: Nam retaliationis est † quodammo-
do pęna, vbi quis quo iure in alium vsus fuerit, eo
vti debeat. Toto tit. ff. quod quisque Iuris. Secun
do videmus ab Imperatore rescriptum esse, vt in
349 criminibus, quæ extra ordinem obijciūtur, † prę
uaricatores eadem pęna afficiantur, qua teneren-
tur si ipsi in legem commisissent, qua reus pro-
pter præuaricationem absolutus est, vt in l. ab Im
350 peratore, ff. de præuaric. Tertio † accusans ali-
quem calumniose, & mentiendo sustinet eam-
dem pęnam, l. finali, C. de accusat. l. fin. C. de calū-
niatorib. Hinc Damasus Papa in c. calumniator,
2. quæst. 3. dicit, Calumniator, si in accusatione
defecerit, talionem recipiat. Et Hadrianus Papa
in c. qui non probauerit, ead. causa, & quæst. Qui
non probauerit, quod obiecerit, pęnam, quam
ipse intulerit, patiatur. & Sixtus Papa in c. qui
crimen, 2. quæst. 8. qui crimen obijcit, scribat se
probaturum, & qui no probauerit quod obiecit,
pęnam quam intulerit, ipse patiatur. Vnde Gre-
gorius, qui calumniam illatam non probat, pęnā
debet incurrere, quam si probasset, reus vtique
sustineret, vt in c. qui calumniam, 5. quæst. 6. Hoc
351 † etiam Iure Regni Neapolitani cauetur, vt in
Const. Regni. Pœnam calumniæ, & in c. Re-
352 gni. † Accusatorum temeritas. Affl ct. in d. Cō-
stit. Pęnam; Lucas de Penna, & Niger in d. cap.
Accusatorum, Cyrill. Fulgeon. in Summula Cri
min. par. 1. tit. de Calumniatorib. §. vnico, nu. 6.
Petr. Foll. in Pract. Crimin. in Fragmēt. tit. de Ca
353 lumniat. per totum. Quarto † testis deponens
falsum in causa criminali, punitur eadem pęna,
qua veniebat puniendus inquisitus contra quem
falsum deposuit, l. 1 §. præterea, ff. ad leg. Cornel.
de sicar. Bald. in cap. 1. §. iniuria, in fine, de pace
iurani. firman. quem refert, & sequitur Hippo-
lyt. de Marsil. in dicto §. præterea, num. 3. cum
pluribus sequentibus, vbi similia plura inducit.
354 † Similis vsus falsi testis est apud Hispanos, vt
puniatur eadem pœna, qua puniretur principalis,
vt in l. Tauri, 83. ibi *la misma pęna*, vbi Cifuentes,
& Anton. Gomez. & voluit alios allegans Petr.
Duen. in Regula 27. in fine, de hac pœna talionis
355 plura † scripsere Iacob. Menoch. de arbitrar.
Iud. quæst. Casu 322. Dominic. de Soto, de Iustit.
& iure, lib. 5. quæst. 5. artic. 4. Petr. Gregor. Syn-
tagm. iur. vniuer. lib. 31. cap. 10. Stephanus For-
catul. in Tract. Rei Criminal. libro 17. num. 4.
cum pluribus sequentibus. Federic. Scot. in con-
sil. 6. lib. 6. tomo primo. Barthol. Bertazol. in
consil. crimin. 2. num. 44. volum. primo. Guliel.
Forner. Selectionum libro secundo, cap. vigesi-
monono. Francisc. Marc. in Decis. 659. in fine,
volum. primo, Franciscus Pollet. in Histor. Fori
Roman. lib. 4. cap. 3. & 4. Aegid. Bellamera, in
Decis. 79. Meminit eius pœnæ Iustinianus, in §.
356 pœna, Instit. de Iniur. In † Gallia verò Talio-
nis pœnam vsui non esse dixit Ioan. Paponus,
lib. 24. tit. 1. Arresto 3. Iudicium Talionis refe-
ram pulchrum, quod relatum est a Diodoro Si-
culo, lib. quarto Bibliotheces. Cum Phineus
357 Rex Thraciæ, de quo † Pausanias lib. quinto, &
Cleopatra coniuges duos genuissent filios, mo-
ritur vxor, Rex Ideam Scythæ Regis Scythiæ fi-
liam, vxorem, ac filijs nouercam superindu-
xit, hæc calumnijs se à priuignis violatam ma-
rito asseruit; ille filios verberibus cæsos viuos in
terram defodi iussit, dum præstolatur iudicij
exequutio, duce Herculæ, Argonautæ superue-
niunt, & paternæ sæuitiæ in filios sententiam
non ferentes, iterum causam ab ipsis cognosci
postularūt, & ni hoc faceret bellū illi indicebant.
Phineus recusabat regij iudicij cognitionem fie-
ri iterū debere, præsertim ab his, quib. in Thracia
nullum ius cognoscendi spectaret. Debellato igi-
tur

tur Phineo, atque occiso, Hercules Ideæ Iudi-
cium ad Scythaiit patrem transtulit, ille pero-
rata causa, Ideam filiam eodem modo mori
iussit.
358 Exsilij, † ac relegationis pœna confundi vide
tur quoddam modo à Doctoribus nostris. Sed,
vt mea fert opinio, Exsilium Generis loco sit, di-
uisumq. in species, & Deportationem, & Rele-
gationem, & Interdictionem, specierũ loco suc-
cedere. Deportationem supra hoc eodem capite
enarrauimus. Relegationem vero, duplicem
359 † scribit Vlpianus in l. Relagatorum, ff. de in-
terd. & releg. Vnam quorum, qui in insulam re-
legãtur, alteram, quibus nulla insula assignatur,
sed prouincia interdicitur, adeo vt relegatio di-
çatur etiam si in insulam quis non condemne-
tur. Relegati in insulam in potestate sua liberos,
& bona retinent, ac cuncta alia sua iura, sed eis ea
360 statuto tempore egredi non est † permissum.
Marcellus, in l. Relegati, ff. eod. tit. Relegari etiã
dicitur, si quis, vel in perpetuum, vel ad tempus
in insulam mittatur, dicta l. Relegatorum, adeo
quod larga vocatione, relegatus ea ex causa, etiã
Deportatus appellari poterit. Ex his patet, Rele-
gationem, nec Ciuitatem, nec libertatem eripe-
re, nec fortunas, sed infamiam tantum, & tempo-
rale exsilium, l. capitalium, 28. in princ. ff. de pęn.
361 Nec † eam differentiam veram puto, quam
Petr. Crinit. lib. 22. de Honesta disciplina; c. 5. at-
tulit, quod Deporti bona sua non possiderent,
Relegatis vero reseruarentur; quem sequitur Ia-
cob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæst. lib. 2. Cen-
turia 4. Casu 330. num. 2. quia text. in dicta l.
Relegatorum, §. Ad tempus, idem dicit. Sed
362 † Cælij Rhodigini lection. Antiquar. lib. 10. c.
5. mihi sentẽtia probabilior videt̃, quod Relegati
sunt ad tẽpus, Deportati vero in perpetuũ in exsi-
lium missi; & hoc iure vtimur in Regno. Exsiliũ
verò omnia comprehendit, siue enim Relege-
tur in perpetuum, vt est deportatus, siue ad tem-
pus, vt in Relegatis, dicentur in exsiliũ missi.
363 † Exsilium, omnibus ijs competit, quibus solũ
mutatur, quia dicitur ab ex, id est extra, & solum,
quasi extra solum missus, vt Festus Pompeius, &
Nonius Marcellus annotarunt; Sub hoc eodem
364 nomine, † & Interdictio continetur, vt cum in-
terdictio fit loci, Ciuitatis, vel Prouinciç alicuius
vt in dicta l. Relegatorum, §. interdicere, §. dubi-
tatum est, ff. eod. tit. & tunc interdictionem sub
exsilio contineri affirmabo, dum Ciuitate, loco,
Prouincia, Regno interdictum est. Quid enim
si ordine Collegij, vel Decurionum, aut honor,
vel Magistratus cuiquam interdicatur? erit qui-
365 dem † interdictio, haud tamen sub exsilij gene-
re id cõtinebitur, vt in exemplis positis in eadem
l. relegatorum, §. solet decurionibus, vsque ad fi-
366 nem. Vnde † arbitror, sub separato titulo me-
lius interdictionum, earumdem pœnas stabiliti
potuisse, quam illas cum Deportatis, & Relega-
tis commiscere. Nisi dici possit, & has hono-
rum, ac Magistratuum, & Decurionum priua-
tiones, etiam interdictiones locorum continere,
cum Decuriones, & Magistratus, & qui hono-
res administrant, loca habeant, in quibus reside-
re soleant, & administrare, & dum eis fit interdi
ctio, saltem resultat loci illius priuatio, vt cum
collegis stare nequeant, vel in loco Magistratus
367 abesse, licet in eadem Ciuitate sint. † Exsilium
autem, vt ad ipsum redeant, triplex esse Marcel-
368 lus asserit, in l. exsilium, ff. eod. tit. Nec † Fran-
cisco Hotoman. in Commentar. Verborum iu-
ris, in verbo, exsilium, assentior, qui dicit propo-
suisse Iurisconsultum triplex esse, & duplex tan-
tum narretur, quia Iurisconś. ait, aut certorum
locorum interdictio, puta Vrbe Roma, Neapo-
li, & similibus, & hoc est primum: Aut fuga lata,
idest longa, quia totum forte Regnum ei inter-
dictum, præter certum locum contineatur, pu-
ta toto Ecclesiæ Romanæ Dominio quis absti-
neat, præter Vrbem Romam, Perusium, vel Bo-
noniam, & hoc secundum est. Aut insulæ vin-
culum, idest relegatio in insulam, & hoc est ter-
tium. Vnde sub exsilio potius id statuerem, quod
idem Hotoman. ibi sub interdicto ponit, Histo-
369 rian: L. Lamiæ Equitis † Romani, qui à P. Ga-
binio Consule, quod milia passuum ducenta Vr-
be abesset, decreuit, vt est apud Ciceronem in
370 Orat. pro Sextio. Concludam † itaque cum Se-
neca de Consolation. ad Albinam, cap. 6. Exsiliũ
loci commutatio est, quam hæc sequuntur in-
commoda, paupertas, ignominia, contemptus.
Qui alia Deportationis, ac Relegationis, & simi-
lia desiderat, dico in consil..... Centur. 2. eo pro
mea virili lectores remitto. Hæc pęna Exsilij,
siue Relegationis affectus per Areopagitas pater
Brauroniæ sacerdotis, quod cum quidam alium
occideret, occidendo, impellebat, & cohor-
371 tabatur, † non solum enim manu, sed voce,
ac proclamatione auxilium maleficio datur, vt
est author Demosthenes aduersus Cononem.
372 Valerius † Torquatus, in bello cum Tuscis ge-
sto Imperator, cum Clusiam Regis filiam vxo-
rem petitam habere nequiuit, direpto Opido, il-
la se è Turri præcipitem dedit, at tumefactis ven
to vestibus, incolumis ad terram delata est, eam
cum stupro violasset, publico Senatus Romani
decreto, nemine refragante, in Corsicam in ex-
silium missus est, vt post Theophilum rerum
Italicarum lib. 3. scripsit Plutarchus in Paralellis
373 cap. 28. † Phialus Syracusanæ Classis Præfectus
contra Tyrrhenos missus, cum quãdam illorum
insulam esset depopulatus, & pecunia capta, nihi-
lo plus confecto redijsset, proditionis accusatus,
à Senatu, Populoq. Syracusano exsilio dãnatus,
374 vt refert Diodor. Sicul. Biblioth. lib. 11 † Thime
ron Lacedæmoniorum Dux aduersus Thissa-
phernum pro custodia Ciuitatum Ioniç missus,
rediens, accusatus, quod amicos exercitus di-
ripuisset. exsilio damnatus est, vt scripsit Xeno-
phon rerum Gręcarum lib. 1. A Domitiano Im-
375 peratore hac pœna damnatus Sanctus † Ioan-
nes Apostolus, & Euangelista, quia in insula Pat-
mos relegatus ibi septennio permansit, vt scri-
bit Paulus Orosius Historiarum lib. 7. cap. 7. Eu-
tropius rerum Romanarum lib. nono, capite
tertio. Ioannes Zonaras Annalium libro secun-
do; non dissimilè meminit Franciscus Ferrettus
in Nocturno octauo, capitulo octauo. Sic

P 3 Ouidius

376 Ouidius † Naso Poeta celeberrimus in Pon-
tum ab Augusto relegatus vt ipse pluribus in lo-
cis testatur, præsertim lib. Tristium primo, dum
vxorem illum discedentem, & alloquentem
inducit.

Tunc vero coniux humeris abeuntis inhærens
Miscuit hæc lacrymis tristia dicta meis.
Non potes auelli, simul hunc, simul ibimus inquit,
Te sequar, & coniux exsulis, exsul ero.

377 Clemens Romanus † Tertius post Diuum
Petrum Pontifex sub Traiano Principe in insu-
lam relegatus est, vt Baptista Platina docet. Sed
& Antoninus Princeps cũ iurasset se nullũ Sena-
torem percussurum, Senatorem Parricidam in
insulam desertam relegauit, ita vt eum mori, vel
bestijs obijci necesse esset. Vt scripsit Iulius Capi-
tolinus in Antonino Pio.
378 Relegati † etiam diuersis temporibus subdi-
ris Principus, Tyrannis, & Magistratibus Sancti
viri Fulgentius, Hilarius Pictauiensis, Barsem,
Paulus Episcop. Cõstantinopolitanus, Dionysius
Episcopus, Macharius, Maximus, Victorinus,
Martinus Papa, Archadius, Theodorus, Theo-
phanes, Dasiosa, & Anthusa Virgo. Sic in exi-
liũ acti, Mela, Volusianus, Ioãnes Chrisostomus,
Meletius, Lucius Papa, Euagrius, Theophi-
lus, Paulus Episcopus, Euthimius, Nicepho-
rus, Nicetas, Pelagius, Macharius alter, Geor-
gius, Siluerius Papa, Eusebius Episcopus Samo-
setanus, Flauianus, Eustachius, Paulinus, Dona-
rianus, Cotridius, Theophilus, Ignatius, Faustus,
Valerianus, Palatiates, & Laurentia, Nereus, &
379 Achilleus, Asterius, Aemilianus, † In hoc Re-
gno Neapolitano nulla frequentior pœna, quam
relegationis, & exsilij.
380 Crurifragij † etiam pęna, & illa antiqua est,
quod patet apud sanctos Ecclesiæ Euangeliorũ
scriptores, dum latronibus illis, qui cum IESV
CHRISTO Domino passi sunt, fracta fuerũt
381 crura. † Sic Diuus Hadrianus filius, vel de ge-
nere Probi Imperatoris, sub Diocletiano apud
Nicomediam in Bythinia, cum viginti tribus
socij, crucifragij martyrio palmam obtinuerunt.
Eodem modo Licinij Imperatoris tempore, sub
Agricolao Præside apud Sebasten Armeniæ Ci-
uitatẽ quadraginta Martyres Cappadoces, post
diuersa tormentorum, ac pœnarum genera, tan-
dem crurifragio martyrium consummarunt,
382 Ferè † simili pœna vtũtur in Regno Sinarum,
nam condemnatos larga fuste, & plana verberãt
Tibiæ partem præposteram carnosam, & vix dan
tur quinquaginta verbera, & dãnatus moritus, vt
refert Martinus Egnatius in Sinarum itineratio,
cap. 10. & Ioannes Petrus Maffæus Histor. Indi-
car. lib. 6.
383 Remigum, siue Remigationis † pęna in hoc
Regno versatilis est, tum perpetua, tum etiam
temporalis, sed non minus biennio, qua condẽ-
nantur sontes ex delictis eam pœnam irroganti-
bus, quam & ipsam antiquissimã esse, tum apud
Græcos, tum apud Latinos, nonnulla ostendunt
exempla grauium authorũ. De Græcis Plutarch.
in Lysandro, loquens de Philocle, illum capto
Lampsaco, populum oratione sua permonuisse
vt captorum in pugna hostium, dexteræ manus
pollicem præciderent, vt cũ hastam ferre nequi-
384 rent, Remum tamẽ agere possent. Sic † Anibal
Victor ad Cannas, cum iam Arpos, Tarentum,
& Capuam haberet, & ad Vrbem Romanam
admoturus exercitum videretur, seruis ad Re-
mum datis, numero ex censu constituto, exerci-
385 tum reparauit, vt est author Liuius. Sic † Au-
gustus, bellũ Siculum aduersus Sext. Pompeiũ,
iam pluries intermissum, renouaturus, viginti
seruorum millia manumisit, & Remo addixit,
teste Suetonio Tranquillo in Augusto, cap. 16.
Idem Augustus iuuenem, qui se sororis Octauię
& Marci Antonij filium falso dixerat, Remo tra
didit, vt scribit Valer. Maximus lib. 9. cap. 18. Idẽ
386 † Cęsar quendam Iudęum, qui se Alexandrum
esse simulauit Herodis Antipę Regis filium, cũ
fastu Regio Romam ad Cęsarem accedens is ve
ritate detecta, subornatores, occidi, illum Sido-
nij remo tradi fecit, vt tradidit Iosephus Anti-
quitatum Iudaicarum, lib. 17. c. 14. Baptista Ful-
gos. lib. 9. cap. 16. Idem Ioseph. de Bello Iudaico,
lib. 2. cap... Euripedes in Iphigenia dicit;

At qui ibi videmus nauis Argolicæ Schapham
Probe ad cursum instructam, & impetum.
Prætereà habentes Remos quinquaginta nauitas,
Scalmis alligatos.

Hæc omnia apud Ianum Langlæum Ocij Se-
mestris lib. 10. cap. 5. Philippus Brodæus Miscel-
laneorum lib. 2. c. 30. quem probè refert Petr. Fa
ber Semestr. lib. 2. c. 5. Idẽ Brodæus ad Pollecũ
387 in foro Romano, lib. 5. c. 19. Sed & † de Remige
meminit Vlpianus in l. 1. §. nautam, ff. Naut. cau-
pon, & stabul. & in l. 1. ff. de bonor. poss. ex testam.
militis & nos dicemus alibi. Remigum itaque pę-
na, non modo apud laicos, sed etiã Prælatos, con-
tra presbyteros est frequentissima, vt scribit Ber-
nard. Diaz in Pract. Crim. Canon. cap. 135. num.
6. Et sic etiam Romæ, & in statu, & Dominio Sũ-
mi Pontificis. Scipio olim Carthagine noua ca-
pta in Hispania, multitudinem incolatum iuue-
num, ac validorum seruorum in Classem ad sup-
plementum Remigum dedit; testatur Liuius
lib. 26. propè finem. Nouissimè, nullum Iuriscon
sultorum huius pęna meminisse scribit Annæus
Robertus iudicat. rerum. lib. 4. cap. 16.
388 Carceris † pœna, iam & ipsa, quando perpe-
tua sunt vincula, pęna erit, nam, vt Cicero in Ca-
tilinam Orat. 4. inquit, Vincula vero, & ea sem-
piterna, certè ad singularem pœnam nefarij sce-
389 leris, inuenta sunt. † Idcirco consueuere
Ecclesiastici iudices condemnare reos ad pę-
nam perpetui carceris, c. pen. extra, de Apostat. c.
Nouimus, de verb. signif. in Extrauagant. c. Quã-
uis, de pœnis, in 6. cap. pęnult. de hæret. & apud
eos esse ad modum in vsu scribit Angel. in l.
prætor ait, §. si publicanus, num. primo, ff.
de vi bonor. rapt. Solebant autem Præsides in
carcere continendos damnare, vt in vinculis
perpetuis contineantur, sed id eos facere non
oporter,

oportet, nam huiusmodi pœnæ interdictæ sunt;
390 † carcer enim ad continendos homines non
ad puniendos habendus est, vt antiquum mo-
rem abolendo, nouum tradens scribit Vlpia-
nus in l. aut damnum, §. solent, ff. de pœnis, man-
datis enim principalibus, quę præsidibus dantur,
cauetur, ne quis perpetuis vinculis damnetur,
idq. etiam Diuus Adrianus rescripsit, vt inquit
Callistratus, in l. mandatis, ff. eod. tit. Vnde Impe
rator Antoninus, inquit; incredibile est, quod
allegas, liberum hominem vt vinculis perpetuis
contineretur, esse damnatum, hoc enim vix in
sola serui conditione procedere potest, vt in l.
incredibile, C. de pęnis, ideo apud laicos iudices.
391 hanc † condemnationem vsui non esse sed so-
lum apud ecclesiasticos dicit Angel. in cons. 257.
in fine & eius frater Bal. in consil. 443. in fin. vo-
lumi. 3. quem refert, & sequitur Iul. Clar. in Pra-
ctica Crim. quæst. 70. num. 5. & ante eum Ioan.
Milleus in Praxi Crimin. in §. hoc exacto, in ver-
bo, Ad carceres, num. 24. fol. mihi 40. Cyrillus
Fulgeon. in Summul. Crimin. parte 1. tit. de cu-
stod. reor. §. 1. nu. 2. Ioan. Bernard. Diaz in Pract.
Crimin. Canonica, c. 129. ante eos Archidiacon,
in cap. vt commissi, num. 16. de Hæretic. Zan-
chin. Vgolin. de Hæret. cap. 10. vbi Camill. Cam-
peg. in verbo, Detrusus; idem Zanch. cap. 20. nu-
mero secundo, vbi idem Campegius. Item in-
carceratio, Bernard. Comens. in Lucern. Inquit,
in rubr. Carcer. Eymeric. in Director. Inquisit.
par. 3. quæst. 58. & quęst. 59. & vtrobique Francis.
Pegna. Ad pœnam vero quandoque apud anti-
quos, tum Romanos, tum alios vsui fuisse carce-
rē ex eo patet, quod Latinorum Regis Amulij
tempore, de Ilia scribens Dionysius Halicarnass.
Antiquit. libro primo, sunt (inquit) qui confe-
stim eam necatam puellam tradant, nec desunt,
qui malint coniectam in occultum carcerem,
392 † eumq. perpetuum, vnde necatam esse vulgo
traditum est. Et Titus Liuius lib. 1. scribit de An
393 co Martio, Ingenti incremento † rebus auctis,
cum in tanta multitudine hominum, discrimi-
ne, recte, an perperā facti, confuse facinora clan-
destina fierent, carcer ad terrorem increscen-
tis audaciæ, media Vrbe imminens foro, ædifica
tur. Ideo C. Vatienus, qui sibi sinistræ manus di-
gitos absciderat, ne Italico bello militaret, publi
catis bonis, ad æterna vincula danatus est, vt re-
fert Valerius libro sexto, capit. 3. C. Fescennius
Triumuir C. Cornelium fortissime militiæ sti-
pendia emeritum, virtutisq. nomine quater ho-
nore Primipili ab Imperatoribus donatum, ob
patratum facinus, turpe relatu, in carcere mori
coegit. Idem Valer. libro sexto, capit. primo. In-
394 ter tres † carcerum species, vltimam pro noxio
rum supplicio statuit Plato de legibus Dialog.
10. Multa circa hanc rem scriberem, nisi dum
hæc scribo vidissem, alios perfecte illam tractas-
se. Petr. Foller. in Pract. Criminali Canonica, par
te secunda, capit. 12. Petr. Fabr. in Semestr. libro
secundo, capit. septimo, Iacob. Menoch. de Ar-
bitr. Iud. quæst. libro primo, quæst. 89. & eruditis-
sime, vt solet Ian. Langlęum, Ocij semestris lib.
octauo, capit. 5. & pleniori manu Petrum Gre-
gor. Syntagmat. iuris vniuersi, libro 31. capit. 33.
vbi ad satietatem. Gulielmum Fornerium, in l.
verum 216. & in l. vinculorum, 224. ff. de verbor.
significat. Philippum Brodęum, ad Polletum
in Histor. Fori Romani, libro quinto, capit. 14.
Ista carceris perpetui pœna morti, aut damnatio
ni in metallum comparatur, vt nouissime post-
quam hæc scripseram dicit Nicol. Reusner. in
decis. 17. num. 13. & 17. lib. 2.

Optio mortis concedi aliquādo solebat, quin
395 † sub Principe Tyranno, illud clementiæ tri-
buunt, vt quos crudeliter, atque iniustę interime
re faciunt, gratiam illis esse asserunt, dare, & eli-
396 gere mortis arbitrium. Sic † Tiberius Thraseæ
Consuli, viroq. innocenti, Bareæ Sorano, ac Ser
uiliæ Thraseæ filiæ, dedit mortis arbitrium; &
Thraseas porrectis vtriusq. bracchij venis, post-
quam cruorem effudit, humumq. super spar-
gens, proprius vocato quæstore. Libemus, in-
quit, Ioui liberatori, vt retulit Cornelius Taci-
397 tus Annalium lib. 16. Hanc † pęnam antea Ne
ro, viro integerrimo Senecæ intulit, vt scripsi su
pra hoc eodem capite, vbi de sanguinis missione
398 per venę sectionē, ac illius pęna scripsi. De † iu
re autem fieri non potest, vt est text. in l. aut dam
num, §. proinde, ff. de pęnis, Lud. Rom. in singul.
133. late Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quęst.
lib. 1. quæst. 86.

399 Fustigationis † pœnam in vtroque foro, Ec-
clesiastico scilicet, & Temporali, vsui esse. tradi-
dit Ioan. Bernard. Diaz in Pract. Crimin. Cano-
nica cap. 125. tractat autem de Verberatione. Su
per his ita ego statuerem, nam fustibus cedeban-
tur, liberi homines, flagellis vero serui, & humi-
liores, vt late comprobaui in Apologia Catholi-
ca lingua Italica a me inuulgata in sententiam
400 Pilati, Aquilæ repertā: si quidem † fustium pę
na hoc modo procedebat: verberabantur prius
hi, qui in publicum aliquod opus damnabantur,
l. in seruorum, 10. in princ. ff. de pęn. l. fin. ff. de ef-
401 fractor. † Honestiores autem, nec publicis ope
ribus addicebantur, nec fustibus subiiciebantur,
l. 2. §. in filijs, ff. de Decur. l. 1. l. 3. ff. dę Priuileg. Ve
teran. l. Decur. 5. C. de infam. l. Decurionem, C.
402 de pœn. Et † in hoc Regno Neapolitano fre-
quentissima est, & ea damnantur humiles, perso
næ abiectæ, latrones vrbici, secantes crumenas,
& marsupia, de quibus optime ex antiquitatum
arcanis agit Ianus Langlęus Ocij Semestris. lib.
403 8. cap. 4. † appellatur autem lęnis, & modica co
erctio ab Vlpiano, in l. prętor edixit. §. præterea,
ff. de iniur. l. fin. ff. de offic. præfect. vigil. Hinc lau
dat Lucillum Seneca. epistol. 47. ad finem, Re-
ctissime (inquit) ergo te facere iudico, quod ti-
meri a seruis tuis non vis, quod verborum casti-
gatione vteris, verberibus multa admonentur,
Milites autem vitibus, non fustibus, aut flagellis
cedebantur, vt late dico in Neanomologia, ca-
pit. 15.

404 Mitrationis † pœna aliqui afficiuntur, vt
in Regno hoc carta papiracea, qui fustigantur,
vel quadam mitra ad Coronę modum, quibus-
dam latronum principibus, siue capitibus, &
ijs in derisū. De his Ioa. Bernard. Diaz in Pract.
Crimin.

Crimin. Canon. cap. 134. vbi dicit etiam clericos
simili pœna puniri, ibi, num. 4. huius pœnę memi
nit etiam Bart. Cassanæus in Consuetud. Bur-
gund. rubr. 10. §. 12. in verbo, *Ou par le serment*. sub
405 num. 22. versic. Secundo vero casu. † Adria-
nus Imperator, Decoctores bonorum si suæ es-
sent authoritatis Catamidari in Amphithea-
tro, & dimitti statuit, vt testatur Spartianus in
406 eius Vita Hanc † pœnam apud Gallos imponi
inter alias, falsantibus sigillum Regis vt catami-
dati fustigentur, & alias pœnas patiantur, quas
scribit Petr. Gregorius Syntagmat. iuris iniuer-
si, lib. 36. capit. 5. num. 7. sed catamidationem, de
qua apud Spartianum irrisionem tantum aliqui
dixere.
407 Melle † perungi, nudumq; ardenti soli expo
ni, ac muscarum aculeis sic mori facere, in pœ-
nam aliqui tradiderunt, lacte etiam, ita vt amu-
408 scis, & apibus, † & formicis corroderentur, vt
post Apuleium de asino aureo, lib. 8. Cęl. ū Ro-
digin. antiq. lectionum libro decimo, cap. 5. scri-
bit Cardinalis Baronius in Martyrolog. sub die
28. Iulij.
409 Virgines † in lupanari lasciuis iuuenibus tra
ditæ ab impiis Tyrannis sed; tamen Dei Optimi
410 Maximi benignitate, semper præseruatæ, sic †
Sancta Theodora, Antonina, & Serapia, qua-
rum prima sub Eustrathio Pręside tēpore Dio-
cletiani, secūda sub Festo tempore Maximiani,
tertia sub Betillo Iudice tempore Hadriani, sic
expositæ, Deus tamen tutor Virginum, num-
411 quam id permisit; tamen moris fuit † Virgines
morti damnatas, numquam nisi vitiatas prius,
subijsse pœnas, vt est author Sueton. Tranquill.
in Tiberio, cap. 61.
412 Ad catenam † poni aliquos errantes in pluri-
bus locis solet, & in quam pluribus partibus, vidi
in Publicis Plateis, & Foris, stare quamdam tra-
bem in publico erectam cui catena ferrea affixa,
est & in eo circulus ferreus, quam ponere solent
ad collum inferentis damna in alienis vineis, &
possessionibus ac retinere solēt per horam, plus,
vel minus, vt dedecore affectus delinquens pœ-
nas luat, & alij à similibus abstineant, & huius po
sitionis ad catenam meminit Angel. in consilio
257. in fine, & Bartol. Cassanæus in consuetud.
Burgund. in d. rubr. 10. §. 12. in loco supra allega-
to, & Diaz in Pract. cap. 135. num. 5.
413 Ruinæ † domus, Meniorum, vel æquari so-
lo, ac aratro fodi, & sale superseminari pœna plu
rimis in vsu fuit, præsertim in diruendis Ciuita-
tibus, ac Vrbibus, & sic Vniuersitates etiā hec pę
414 na recipicere solet. Aratri † enim pęnā in delictis
Ciuitatis patiuntur, l. si vsus fructus, 21. ff. quib.
mod. vsusf. vbi loquitur de Carthagine, de qua
415 statim dicam. Solius † autem Principis opus est
ciuitatem destruere, & aratro illam subijcere, vt
dicit Bartol. in Extrauag. Qui sint rebelles, in ver
bo, rebellando, ad finem. Idem Bar. in l. aut facta,
§. nonnumquam, num. 6. ff. de pœn. vbi dicit suo
416 tempore † Hēricum Imperatorem ob rebellio
nem Brixientium, damnasse Ciuitatem ad ara-
trum, quam postmodum, misericordia motus,
& clementia, remisit, prout non ita pridem fa-
ctum est contra Gandenses, contra quos cum
prolata esset pœna similis, cum se humiliter post-
417 modum subiecissent, nil melius duxit † Caro-
lus V. quam, vt remissa eisdem rebellionis pœna,
quosdam rebellionis authores tantum sibi reser-
uans, contra quos postmodum animaduersum
est, ciuitatem intactam relinquens, Arcem ædi-
ficās ad Ripas Scaldi fluminis propè Templum
418 Sancti Bauonis. Terram † autem ob iusidelita-
tem pati aratrum dicit Andr. de Isern. in cap. 1. §.
fin. colum. fin. versic. hodie etiam, de Capitaneo
419 qui Cur. vend. Hinc † Ciuitatem mori posse, si
superioris authoritate damnetur ad aratrum, in-
quit Bald. in c. 1. §. nos Romanorum, in verbo, in
perpetuum, sub num. 8. de Pace Constantiæ. Mat
th. de Afflict. in c. 1. §. & iterum si clericus, num.
13. de capit. Conradi, vbi dicit, quod Ciuitas po-
test mori, si authoritate superioris damnetur ad
aratrum. Allegat Innocent. in cap. ex iuncto, de
oper. noui nunc. vbi hoc non dicit, sed tantum,
quod Ecclesia, vel ciuitates, siue alia loca, siue sa-
cra, siue prosana authoritate superioris destru-
untur propter delictum eorum de cetero nullus
dēt vocari clericus illius ecclesiæ, vel municeps
420 illius loci. & ille locus priuilegia perdit, † Medio
lanēsem vrbem, sic olim vti rebellem Federicus
primus Imperator solo æquauit, ac sale dissemi-
nauit, vt post alios plene scribit Carolus Sigonius
421 de Regno Italiæ, lib. 13. Sic † Rauestani vrbs in
422 Ripa Mosæ fluminis, sic † Astenaium quoque
a Carolo V. Cæsare, vt est author Guliemus Ze-
nocarus de Repub. Caroli, lib. 3. & quantum atti
net ad Carthaginem supra nominatam dixi ple-
ne in consil. primo, numero 186. Centuria prima,
quantum vero ad intellectum dictæ l. si vsusfru-
ctus, & pœnæ destructionis ciuitatum, dico ple-
nius in Neanomologia, capit. 16. Quo ad domus
423 ruinam, olim M. † Antonius Consul commina
tus est Ciceroni, ni vocatus veniret, se domum il-
lius demoliturum. Hanc pœnam vidi frequenta
ri in multis casibus in Regno a Regijs Magistra-
tibus, & in dominio Summi Pontificis tempore
Greg. XIII. in Castrū Montis Marciani erga Al
fonsum Piccolomineū. Et olim in Bahamonte
Tleupolo idem fecit Senatus Venetus, quia &
Principem, & Rempublicam opprimere tentas
set; domos eius in rino alto existentes demoliri,
& cōplanari iussit, vt nouissime scripit Ioannes
Aurpach. Singul. alleg. libro primo, cap. 48. De
aratri pœna scribit aliqua, & terræ destructione
Guliem. de Pern. in tract. de Principe, versic. in-
cip. Item Papa, & Princeps. Sed duob. exemplis
duarum rerum publicarum id corroborabo, v-
424 num Romanæ aduersus † Spurium Cassium,
qui affectati Regni Tyrannide insimulatus, in-
teremptus; domus diruta, & solum in ædem Tel-
luris redactum; post Dyonysium Halicarnass.
scribit Valerius, libro sexto, cap. 13. Venetæ alte-
425 rum Reipublicæ † in Marinum Falerum, Du-
cem qui cum esset deprehensus conspirasse in
Rempublicam cum quibusdam plebeis, ad Pala
tij scalas capite multatus, dirutis ędibus, perpetua
ignominia eius nomini tributa, quinimmo, nec
permissum vt eius imago videretur in loco, in

quo

quo omnium Ducum Imagines conſpiciuntur,
& promde, atei, & niger color appoſitus fine il-
lius imagine, & ibi additum Marinum Falerum
ibi eſſe, cuius caput ob crimen ademptum, vt
ſcribit Baptiſta Fulgoſ. libro ſexto, cap. 3. quam-
quam Marcus Antonius Sabellicus Hiſtoriar.
lib. tertio, Decade ſecunda, de domus dirutione
pertranſierit. Sic etiam Siluelter Girellus in eius
426 vita. Quo † ad pęnā ſeminationis ſalis, ea vſus
eſt Abimelech contra Ciuitatem Sichem, Iu-
dic. capit. 9.

Hic vela contraham, nam & tot pœnas nar-
raſſe me pœnitet; Fędiora etiam exempla ſilen-
427 tio præteribo † quibus Tyranni Principes Dę-
monum ſtimulis agitati, Fidei Chriſtianæ aſſer-
tores ſęuiſſime cruciarunt, iis nunc, & maiorib.
in Inferno ab eiſdem ipſi perenni æuo cumula-
buntur. I nunc tu Tyranne Princeps, tu iudex
humani ſanguinis effuſor, qui in hac vita perpe-
tuo dominari, ac omni ęuo damnare credebas,
nunc experiris; experietur & quiſquis hac praua
ſiti afficitur, vt extra ſemitas pœnarum, quas an-
tiqui reliquerunt, nouæ inuentioni ſtudeat, quia
dum hæc facit, maiores cruciatus in Gehenna
expectabit.

428 Nocte, † vel die exequi ſolitas fuiſſe pœnas,
iam diuerſi ſunt, atque extiterunt mores, ac ſe-
cundum gentium diuerſitatem diuerſimode e-
tiam obſeruari ſolitum fuit. Contra autem dam
429 natos, † mortis pœnam die non nocte inferen-
dam cenſuit Guliel. Benedict. in repetit. cap. Rai
nutius, in verbo, mortuo itaque taſtatore, il pri-
mo, numero 106. nouiſſime illum referens Poly
dorus Ripa, de nocturno tempore, cap. 91. nu-
mero quinto, illaq. ratio ſuadet, vt publicam in
delinquentes vltionem conſpicientes abſtineāt
à facinoribus, metuq. pœnæ terreantur, vt in hu
ius capitis principio diximus.

430 Nec vim facit, quòd † Areopagitæ nocte ius
dicerent: nam etſi hoc facerent, non tamen id-
circo pęnarum executiones nocte fiebant. Qui-
nimmò prout occaſiones ſeſe offerebant, & no-
ctu, & die eorum iudicia fiebant, quod ex De-
moſthene in cauſa Cteſiphontis apparet, etiam
die Senatum habitum, dum ait: Aduesperaſce-
bat tum, cum nuncius allatus eſt ad Prytanes, ca
ptam eſſe Elatiam. Tum vero eorum alij medio
conuiuio ſurgentes, omnes, qui in tabernis erāt,
& in foro verſabantur, eijciunt, & vela incen-
dunt, alij Prætores acceṙſunt, tubicines euo-
cant, in vrbe, plena tumultus erant omnia; Poſtri
431 die autem † prima luce, Prytanes Senatum in
curiam vocant. Hæc Demoſthenes, & clarius ap
paret ex his, quæ annotauit Arpocratio, qui di-
432 cit † horas litigatoribus in Areopago ſtatutas,
quarū vna Actori, Reo altera, tertia ipſis Iudici-
bus ad deliberandum, quæ notabantur per Cle-
pſydram, illudq. ſpatium Græci Διαμε τρημένην
ἡμέραν appellarunt; ad quæ faciunt, quæ protulit
Aeſchines in Cteſiphontem, dum ait. In tres par
tes diuiditur Dies, cum γραφὴ παρα νόμων in forum
introducitur. Prima enim aqua accuſatoribus,
& legibus, & Democratiæ infunditur. Sęcunda
vero reo, & patronis; vbi vero primis ſententijs
abſolutus non ſit, qui tranſgreſſus eſſe leges ar
guitur, tum tertia aqua infunditur, æſtimatio-
ni, & magnitudini iræ veſtræ. Et Demoſthenes
433 contra Neæram. Procedente oratione, † ſi vo-
lutitis audire, & mihi aquæ copia ſuppetat, de-
monſtrabo. Itaque apud eos etiam die ius dice
batur. Aqua autem in clepſydra, vtebantur ve-
teres, & nos modo puluere in illis vtimur.

434 Apud Romanos † conueniebant in Forum
prætor, iudices, litigantes, aduocati, quorum
erat intereſſe actioni, hora tertia a ſolis ortu, niſi
aliqua ex cauſa graui extra ordinem cognoſci
oporteret. A meridie vero hora Nona, tertia ſci-
licet poſt paſtum, vt mane poſt Solis exortum.
Vnde Cicero Actione 2. in Verrem. Nonæ ho-
die ſunt Sextiles, hora nona conuenire cępiſtis.
Hinc Martialis libro.....

Prima ſalutantes, atque altera detinet hora,
Exercet raucos tertia Cauſidicos.

Et iterum litibus operam datam ab hora ter-
tia ad ſextam ſcribit idem Martialis lib. 8. in Cę-
cilianum.

Horas quinque puer non dum tibi nunciat, & tum
Iam conuiua mihi Cæciliane venis.

Quo in loco Cecilianum arguit conuiuam,
quod ante horam quintam veniſſet, cum debuiſ
ſet venire hora nona, quę erat ſerius, vel celerius
facta hora tertia, quæ Canſidios in foro exerce-
bat, vt patet in verſiculo poſt ſupradictos,

Cummodo diſtulerint raucæ vadimonia ceræ,

Et idcirco in fine eiuſdē Epigrammatis Mar-
tialis concludit dicens.

Mane veni potius, nam cur te quinta moretur,
Aut cur non ſero Cæciliane venis.

435 Supradicta omnia demonſtrant † apud Ro-
manos iudicialia die, non autem noctibus agita-
ta, & illa fuiſſe etiam horis diuiſa; ſimiliter per
Clepſydrā, quod vſque adeo in vſu fuit, vt vbiq;
gentium, & apud noſtra ſubſellia hodie ſic ſerue
tur, vt olim Græci, Romaniq. Magiſtratus obſer
uarunt. Hinc Cicero in Verrem Actione 3. Hic
tu fortaſſe eris diligens, ne quam ego horam, de
meis legitimis horis remittam, niſi omni tempo
re, quod mihi conceſſum eſt, abuſus ero. Et Pli-
nius lib. ſecundo, Epiſtol. 11. ad Arrinium: Dixi
horis penè quinque, nam Clepſydris duodecim,
quas ſpacioſiſſime acceperam, additæ ſunt quat-
tuor. & paulo poſt inquit; Neque enim iam in-
choari poterat actio, niſi noctis interuentu ſcin-
deretur. Idem Plinius libro ſexto, Epiſtol. 2. illa
increbuit paſſim, & inualuit conſuetudo, bi-
436 nas, vel ſingulas † Clepſydras, interdum, & di-
midias, & dandi, & petendi. Hinc Martialis lib.
6. in eumdem Cæcilianum.

Septem

Septem Clepsydras magna tibi voce petenti
Arbiter inuitus Ceciliane dedit.
At tu multa diu dicis, vitreisq. tepentem
Ampullis potas semisupinus aquam.
Vt tandem facias. vocemq. sitimq. rogamus,
Iam de Clepsydra Ceciliane bibas.

Et in Cinnam, qui vt videretur causas longo
cursu orare, & in decem horis non dicebat no-
uem verba, iocatur, quod quo plures Clepsydras
peteret, longius haberet tacendi spacium, dicit
Martialis lib. 8.

Hoc agere est causas, hoc dicere Cinna diserte.
Horis Cinna decem, dicere verba nouem.
Sed modo Clepsydras ingenti voce petisti
Quattuor, ô quantum Cinna tacere potes.

Nec ergo dixerim semper vnamquamque
Clepsydram, vnius horæ spacium fuisse, sed da-
tas fuisse Phialas angustas, & capaces, paruas, vel
magnas, ad eorum, qui pro tribunali sedebant ar
bitrium; quod probatur ex eodem Plinij loco,
437 † qui dum dicit, supra duodecim Clepsydras,
fuisse illi additas quattuor, quę si fuissent horę ab
sorbuissent sexdecim horas, & sic vltra vnum
diem, & ex alijs, quæ omitto. Nunc etiam vti-
mur Clepsydris vnuis horæ, dimidię, & quartę
partis vnius horæ. Clepsydram autem aqua ple-
nam tunc fuisse, quemadmodum minutulis
nunc Arenis vtimur, non est, quod hic laborem
vt dixi. Non negauerim tamen, quandoque ad
noctem fuisse porrecta iudicia, die cępta, sed hoc
erat extra ordinem. Hinc Suetonius Tranquil-
438 lus in Augusto, cap. 33. Ipse ius † dixit assidue,
& in noctem nonnumquam. Cetera autem, ac
permulta, quæ nocte fieri prohiberentur, dicam
latius infra libro tertio, capit. nono. Sed hoc vni-
co claudam verbo magistratibus vespertinis tē-
poribus in publico esse, inconueniens est, l. 3. §.
eodem tempore cōstituti sunt. ff. de origine iur.
quem ad hunc finem allegat Iacob. Ardizzon. in
Summa Feudor. cap. 67. Incip. & licet in fine.

Ex Axiomate itaque nostro, in huius capitis
principio constat, iudices ac magistratus nouas
439 pœnas imponere non posse, † sed debere illos
pœnis legis esse contentos, nec excedere posse
iuris terminos. Vnde Bald. in l. Programma, nu-
mero primo, C. comminat. vel Epist. dicit, quod
440 † licet Prætor haberet potestatem legis con-
dendæ, tamen numquam reperies, quod fecerit
edictum aliquod de pœna capitali; Si igitur hoc
non inuenitur in Pratore, multo minus in Præsi
de, qui est minor, de cuius Prætoris authoritate
dixi supra, lib. primo, cap. decimoseptimo. Idem
Bald. in dicta l. Programma dicit similiter de
441 † Episcopo, quem dicit similem esse Prætori,
& potest facere statutum, siue constitutionem
continentem pœnam medicinales, non autem
exterminales, puta perpetui carceris, vel degra-
dationis, iuxta notata per Innoc. in cap. qualiter,
442 & quando, il secundo, de Accusat. similia † e-
nim præconia, & programmata vim sententiæ
non obtinent, vt in dicta l. Programma, & in si-
mili idem Bald. in l. prima, C. qui non poss. ad li-
bert. peruenire.

443 Hinc pœnam † Bullationis, vel mercationis
in facie imponi non posse, quia facies; quæ ad si-
militudinem pulchritudinis est cęlestis figurata,
macularetur, quod prohibuit Constantinus in l.
444 si quis, C. de Pęnis. Hinc Pœna † mercationis,
siue bullationis in fronte, quam statuit in quibu-
sdam furtis in Regno Rex Carolus Primus, in c.
Regni, Ad hoc, & in cap. Placuit, iam in desuetu
dinem abijt; & arbitror ex causa iam dicta, vti ni-
mis seuera, & pendens a fece Iurium Longobar-
dorum, ex l. furi, §. omnibus, sub tit. de Furt. in
Longobar. Ideo Angel. in dicta l. si quis, dixit,
445 † non valere statutum, quo disponitur, cuiusuis
delicti causa, hominis faciem inuri, quem sequi-
tur Ioan. Baptista Asinius in l. cum in diuersis,
numero 60. ff. de Religios. & sumpt. funer. Hip-
polyt. Bonacoss. in quæstionibus criminalibus, §.
statutum, colum. decimatertia, & antea hoc di-
xit Hostiens. in Summa, tit. de Pœnis. §. quæ, qui-
bus numero septimo, versic. sunt, & quædam pę-
næ. Iodoc. Damhouder. in Enchirid. crimin. tit.
de furto, capit. 110. numero trigesimotertio. Pę-
446 na † autem imposita in dictis capitulis saluari
posset, ex quo etiam in Scriptura Sacra videmus
pœnam respicientem faciem, vt est erutio oculi,
vt habetur Exodi, cap. vigesimosecundo, & Le-
uitici cap. decimosexto; nec negabit quisquam
plus esse oculum eruere, quam faciem bullare.
447 Ad text. in dicta l. si quis, C. de pœnis, responde-
448 tur † hominem factum non esse ad Dei simili-
tudinem secundum corporis lineamenta, sed
quantum ad animam, & illius immortalitatem,
vt tenent Theologi omnes debere intelligi Ge-
nes. cap. primo, Authent. de Monach. in princi-
pio, Glossa, in Constitut. Regni: Post mundi ma-
chinam, in verbo, Ad imaginem. Sed fusius om-
nium Theologorum Opiniones retulit Benedi-
ctus Pererius in Genesim, lib. 4. per totum, vbi ad
satietatem.

449 Ex causa † autem posse Magistratum pœnas
transgredi tradidit Innoc. in cap. primo, de Con
stitut. quod amplissime corroborat Andr. Tira-
quell. de pœnis, in præfat. per totum, argum. l. 1.
C. de precibus Imper. offer. l. si hominem, ff. Mā-
dati. Felin. in dicto cap. primo, colum. decimase-
ptima, vbi latissime, Bald. & Ias. in dicta l. prima,
C. de precibus Imper. offer. Sed quomodo id di-
ctum intelligi debeat, tractat Lud. Roman. in l.
si vero, §. de viro, fall. 42. ff. soluto matrimon. Pa
ris de Puteo, in tract. Syndicat. in verbo, Iudex,
cap. primo; Aliqui enim intelligunt, vbi certa pę-
na non reperiretur a lege taxata, sed iudicis arbi-
450 trio remissa, & tunc in illius † impositione, con
sideranda erunt illa sex, scilicet Causa, Persona,
Locus, Tempus, Quātitas, & Euentus, de quib.
eleganter Claudius Saturninus I. C. in l. aut fa-
cta, §. causa, ff. de pœnis, & illas declarat optimè
Lucas de Penna, in l. vnica, C. de Colonis Illyri
canis, libro duodecimo, & contextum d. l. aut fa-
cta, elegantius tractat Ioannes Rogerajus Tro-

chęus

chęus de offic. iudic. in causis capitalibus, in fi-
ne, de his plura Cicero in Rhetoric. ad Heren.
libro secundo, cap. de probabili, cap. de collatio-
ne, cap. de signo, & pluribus in locis. Et in casu
451 † arbitrij pœnarum iudici concessi, si extenda-
tur vsque ad mortem; Accurs. & Doctor. in §.
Summa, Institut. de iniurijs, Felin. in cap. Inqui-
sitionis, colum. fin. de Accus. Paris de Puteo de
Syndicatu, in verbo, Pœna, cap. An si statutum.
Decius in cap. ex litteris, de Constitut. Robert.
Maranta in Disputatione tertia, Matth. de Af-
flict. in decision. ducentesimaseptuagesimasex-
ta, sub numero sexto. Thom. Grammat. in
consilio crimin. trigesimonono, numero octa-
uo, Aymo Crauetta, in consilio 220. numero
decimoquarto, Prosper Carauita, in Ritu, qua-
dragesimoprimo, numero decimoquinto, Ge-
rardus Mazzol. in consilio decimooctauo, nu-
mero sexagesimoseptimo, volum. primo, Ioan.
Maria Monticel. in Pract. Crimin. Regul. 2. la-
te Menochius de Arbitrar. iudic. quæst. libro
primo, quæstione octuagesimasexta, nouissime
Barthol. Bertaz. in consil. crimin. centesimose-
xagesimoquarto, numero tertio, volum. pri-
mo.

452 In edicto † an pœnam Iudex possit incertam
apponere? puta suo arbitrio inferendam? Di-
cendum posse hoc facere, vt censuit Bartol. l.
prima, in princip. numero duodecimo, ff. si quis
ius dicenti non obtemper. quem sequitur Iason
in l. Necquidquam, §. vbi decretum, numero
decimoquinto, ff. de offic. Proconsul. & leg. quia
453 tunc † eius arbitrium regulabitur, vt supra di-
ctum est. non excedendo semitas pœnarum a le-
gibus statutarum.

454 Parti † autem pœnam in edicto applicari,
tunc Magistratus facere poterit, quando facti,
vel rei exitus natura sit, vt illam parti deberi sit
congruum, quando vero non parti congru-
unt Fisco illa reseruari debet, iuxta notabilem
distinctionem Salic. in dicta l. Programma, di-
centis, bonum non esse, vt si forte ratione con
temptus iudicis, vel iurisdictionis, parti pęna
applicaretur, iuxta notata per Specul. in tit. de
sententia, §. species, versic. Sed numquid iudex.
In casu vero mixto, vbi vertitur interesse par-
tis, & fisci iura, poterit pœna respectiuę, &
fisco, & parti addici. ad quod facit l. si vero, §.
pretor. ff. de his, qui deiec. vel effuderet habe-
tur in l. lege, vbi Bart. ff. Ad Syllanian. & in l. Se-
natus, § Senatus, ff. de iure fisci. faciunt no-
tata per Anton. de Butr. in rubrica, extra, de
iudic. vbi etiam Michael Calidonius, nume-
ro centesimoquinquagesimooctauo, & nu-
mero centesimoquinquagesimonono, Ale-
xand. in rubrica, C. de iudic. & ita intelligi
debent dicta Bald. in Addition. Specul. In titu-
lo, de sentent. prolat. §. pen. in fine. Alexand. in
dicta l. prima, §. primo. ff. si quis ius dic. non
obtemper. & Ias. in dicto §. vbi decretum, nu-
455 mero decimoquarto. Poterit † etiam pœna
in edicto applicari Ecclesiæ, vel pauperibus,
vt post Hostiens. & Ioan. Andr. voluit Abb.
Panormit. in cap. vt clericorum, in fine, de vi-
ta, & honestate clericorum, numero decimo,
dicens, quod ad euitandam Auaritiæ suspitio-
nem, Prælatus bene faciet si applicet pœnam
456 piæ causæ, vel applicari, ac deputari poterit o-
peribus publicis, & alijs causis necessarijs, ex ci-
uilibus pecunijs, vt in Authent. de Mandat.
457 Princip. §. si quis autem. Et † multæ simi-
les, quæ a delinquentibus extorquentur, Ec-
clesijs attribuuntur, vt in §. præ omnibus il-
lud, in Authent. de Sanctiss. Episcopis, §. si
vero susceperit, in Authent. quomod. oport.
458 Episcop. Hinc vsu † Serenissimæ Reipublicæ
Venetæ similes multæ pecuniariæ Armamenta
rio publico, siue Arsenali deputari solent. In-
telligitur vero de paruis quibusdam multis, quæ
ipsi Magistratui deberentur, vel essent paruæ, &
deputarentur pro fabrica, vel Palatij reparatio-
ne, in quo Curia regitur, iuxta dictum Bartoli
in l. multarum, C. de mod. multandi, in l. diuus,
459 in fine, ff. de bon. damnat. Hinc † etiam deputat
pœnas pro refectione viarum, & murorum Ci-
uitatis, quæ exiguntur a contemptoribus, quæ
non sunt Fisco applicandæ, vt dicit Lucas de
Penna in l fin. C. de Priuileg. domus August.
460 libro vndecimo Hinc † olim a Regina Ioanna
secunda, cautum, vt qui dum regeretur Curia si
lentium interrumperet, pęnam pecuniariam su-
biret, soluendam, & distribuendam in alimenta
461 captiuorum, & † carceratorum pauperum. vt
in Ritu 103. quamquã hodie sit pœna carceris,
ad arbitrium regentis magnam Curiam, & fiat
solutio tareni vnius alguzerijs, vt in Pragm. 32.
sub tit. de offic. Institut. & magnæ Curiæ.

462 Non omitto pro coronide huius capitis, †
quandoque priuari aliquem officij administra-
tione dedecus esse, & pœnam, l. testamento,
quinquasimoprimo, vbi Accurs. ff. de manu-
463 miss. testament. Priuari † etiam iure suo, vel
bonis, vt feudatarium priuari feudo, capit. pri-
mo, in princip. de Natur. feud. capit. primo,
de Feud. sine culp. non amitt. de quo late Ia-
cob. Ardizon. in Summa Feud. capit. quinqua-
gesimoquinto, Incip. Cum prædictum est, &
pluribus sequentib. Bald. in capit. primo, §.
Vassallus, il primo, Si de Feud. defunct. Lau-
rent. Syluan. de Recognit. Feud. quæstione vi-
gesimaquarta, Aymo Crauetta, de antiquit.
tempor. parte quarta, in princip. numero cen-
464 tesimoquinquagesimosecundo, & priuatio †
omnis rei suæ, vel sui iuris, pœna est, l. in Cri-
minali, C. de iurisd. omnium iudicum, l. prima,
465 C. de his quæ pęn. nom. † Caducitas, & com-
missum in emphyteusi pœna est. Andr. Barbat.
in consilio quadragesimotertio, numero deci-
mosexto, volum. primo, Cardin. Paris. in con-
silio octuagesimonono, numero trigesimo-
octauo, volum. secundo, nouissime Ioan. Petr.
Surd. in decis. Mantuan. centesimasecunda, nu-
mero secundo, Hieronym. Magon. in decis.
Florentin. septuagesima, numero octauo, sequi-
tur D. Ioan. Baptista Costa de Remed subsidiar,
Remed. 70. num. 9.

Hoc

466 Hoc autem non relinquam, quod † Ba-
rones, & Domini habentes iuriſdictionem ciui-
lem in eorum edictis, non poſſunt imponere
pęnas vltra vnum Auguſtale, vt in c. Regni Item
467 † ad inquiſitionem, vbi Lucas de Penna, &
468 Niger. pro quo vide Conſtitut. Regni. † Ad
officium Baiulorum, & ibi Afflict. & ante ipſos
Andr. de Iſern. in cap. primo, §. hæreditates, in
fine, tit. de pace tenenda. Idem Afflict. in Con-
ſtitut. iuriſgentium, notab. vndecimo, Idem Io-
ann. Anton. de Nigris, in cap. Regni, Grauami-
na, num. 47.

CAP. IX.

ARGVMENTVM.

Leges, & edicta in ſua quiſque Iuriſdi-
ctione an facere debeat. An verò non
ſuos ſubditos, vel alterius Iuriſdictio-
nis comprehendat.

COMPENDIVM.

1 *Princeps, & ſuperior quilibet extra ſuam Iuriſdictionem eſt loco priuati.*
2 *Edicto Magiſtratus non præſtatur obedientia extra ſuam Iuriſdictionem.*
3 *Iuriſdictio non extenditur extra ſuum diſtrictum.*
4 *Edicta non comprehendunt non ſubditum.*
5 *An forenſes, & non ſubditi, qui incolatum contraxerunt in loco comprehendantur edicto.*
6 *Domicilium contraxiſse in loco quando quis dicatur, & num. 7.*
7 *Habitatione decennij, an domicilium contractum dicatur.*
8 *Lex aliis non imponitur, niſi ſubditis.*
Subditi abſentes, an ligentur ſtatuto, remiſſiue ſub eod. num. 8.
9 *Clerici, an comprehendantur ſub ſtatuto, vel Edicto facto pro communi populi vtilitate, & num. 10. & 11.*
11 *Clerici regulariter laicorum praeceptis non ſubiacent.*
12 *Minores, an edicto, & proclamate ligentur, & num. 13.*
13 *Reſtitutio in integrum competit minoribus aduerſus edictum, vel proclama.*
14 *Iudæi, an edictis loci, in quo habitant, comprehendantur, & num. 15.*
15 *Iudæi ſunt de corpore illius Ciuitatis, in qua habitant,*
16 *Immunitates conceſsæ incolis certi loci, competunt etiam Iudæis.*
17 *Iudæi puniuntur pęnis ſtatutorum eiuſdem loci, in quo degunt.*
Iudæi dicuntur eſse de Populo Romano.
18 *Caſtra, Villæ, & Caſalia, num ligentur ſtatutis ſub qua degunt.*
19 *Princeps, aut Magiſtratus, qui facit edicta, an eis ligetur.*
20 *Apud Veteres ille optimus Rex exiſtimabatur, qui eſset iuſtiſſimus, & aliis virtutibus polleret, quæ referuntur,*
21 *Antiochus Tertius cauit, vt Ciuitates litteris ſuis non parerent, quæ contra leges eſsent.*
22 *Charondæ Tyriorum Regis, & Zaleuci Locrenſium Principis exempla Iuſtitiæ, & num. 23.*
24 *Principes, ac Magiſtratus tales eſse debent, quales alios deſiderant.*
25 *Principis domus qualis eſse debeat, & quomodo appelletur.*
26 *Princeps quo ad vim coactiuam eſt legibus ſolutus.*
27 *Princeps eſt ſimulachrum, in quo ſubditi ſpeculantur, Plutarchi ſententia.*
28 *Princeps non tenetur ad obſeruationem legis ab ipſo factæ.*
29 *Magiſtratus non ligatur ſuo proclamate, & edicto.*
30 *Exempla duo Hiſtoricarum, quibus oſtenditur, quo pacto in non ſuæ Iuriſdictiones homines animaduertatur.*

AXIOMA.

Suæ tantum iuriſdictionis ſubditos Edictis
comprehendunto.

1 PRinceps, † & Imperator extra ſuæ Iu-
riſdictionis, ac poteſtatis locum, eſt
loco priuati, c. per venerabilem, ex-
tra, qui fil. ſint legit. c. cum ad verum,
2 c. Duo ſunt, c. ſi Imperator, 96. diſtinct. Sic † &
Magiſtratus, quiſquis ille fuerit, in ſuos ſubditos,
ac ſuo tantum territorio edicta, ac ſtatuta facere
poterit, extra enim ſuam Iuriſdictionem, nihil
faciet, & ei, ſuiſq. edictis impunè non paretur, l.
finali, ff. de iuriſdict. omnium iudicum, cuius au-
thoritate Ioan. Crottus, in l. omnes populi, num.
3 247. ff. de iuſtit. & iure, inquit, † Iuriſdictionem
non ſe extendere extra territorium; quem ſequi-
tur Roland. à Valle, in conſil. 24. num. 17. & in
4 conſil. 33. num. 38. vol. 3. Et ideo † non compre-
hendunt non ſubditum edicta, c. Eccleſia San-
ctæ Marię, de Conſt. l. etiam, ff. de tutel. Alexand.
in conſil. 44. col. 2. verſ. Sed præmiſſis non obſtan
tibus, vol. 5. vbi inquit, ſtatuta nō ligare forenſes,
prout edictum, ac bannum forenſes non ligare
inquit Thom. Grammat. in conſil. Crim. 25. nu.
1. & 3. Hoc antea dixerant Cinus, & Bartol. in l. 1.
C. de ſacroſan. Eccleſ. Iacob. Philipp. Port. in con
ſil. 163. num. 14. Menoch. in conſil. 74. volum. 1.
5 Burſat. in conſil. 318. ſub num. 10. vol. 3. Niſi † fo
renſes, ac non ſubditi incolatum, ac domicilium
contraxerint, & in loco edicti habitauerint, quia
6 tunc eiſdem edictis ligari notorium eſt, † conie-
cturatur vero domicilium contraxiſſe, ſi vendi-
tis alibi bonis, cum omni familia ad locum ſe
reduxerit, quia proprios lares, vel priores ſedes
reliquerit, arg. l. prædia, §. 1. ff. de fundo inſtructo
7 & inſtrum. leg. Vel † Decennij ſpacio domi-
cilium in loco contraxerit, l. lex Cornelia, §. 1.
vbi Bartol. & Alberic. ff. de iniur. l. 2. C. de Incol.
lib. 10. Ioan. Mauritius in Repetit. l. vnicæ, C. Quo
loc. mul. mun. ſub. lib. 10. colum. 188. verſ. ſucce-
dunt præfatis. Portius in conſil. 21. num. 69.

Panorm.in consil.110.volum.2.Nicol.Festas.de
8 Aestimo, parte 2.c.2.nu. 45.† alijs autem quam
subditis lex non imponitur, l.1. C. de Sum.Trin.
Anton.Sola ad Constit.Sabaudiæ, in proœm.glos
sa 2.num. 14. & ante eos Oldrad. in consil. 248.
Andreas Gayl.Pract.Obseru.lib.2. Obseru. 124.
num.9.& per totam.

Ligare autem Edictum exteros dubium non
est, quando in re conceptum est, vt optimè con-
cludit M. Anton. Natta in consil.148.num.2.in
consil.149.per totum, vol.1. quem sequitur Ant.
ton.Tessaur.in Decis.106.num.5. & nouissimè
postquam hæc scripseram Anton. Faber in Co-
dice Fabr.lib.1.tit.5.Defin.7.vol.1.An autem Edi
ctum liget subditos absentes à loco, dicam infra
hoc eodem libro, cap.11.

9 Numquid † verò Magistratuum laicorum
Edicta pro communi omnium vtilitate facta cō-
prehendant Clericos? Dicendum est, Regulam
esse Communi omnium Doctorum calculo ap-
probatam, Legē, vel Edictum generale compre-
10 hēdere etiam personas priuilegiatas, † dummo-
do in re, de qua agitur, non ostendant ipsos esse
speciali iure priuilegiatos. Ita in l.in fraudem, §.
fin.vbi hoc voluit Bald.ff.de testam.milit.Dec.in
l.ex testamento, C.vnde lib.Idem Decius in con-
sil.5.Andr.Alciat.lib.4.Paradox. cap.10. Andr.
11 Tiraquel.de præscript.§.2.gloss.11. Sed † dicen-
dum est Regulam veram, esse in contrariū cum
Clerici sint alterius Iurisdictionis Ecclesiasticæ,
nec subditi laicorum præceptis. Vulg. Authent.
Cassa, & irrita, C.de sacrosanct.Eccles.Et dixi, de
Regis Catholici Præstantia, cap.71. Sunt autem
nonnulli casus, sub quibus in Edictis laicorum
comprehendantur, vt in Armorum, Annonę
extractionis, ac alijs Edictis, vt dicam lib.seq.

12 Minores † verò Edicto, & proclamate non li-
gari, habetur in l.2.ff.de minorib.l.finali, vbi Bart.
C.in quib.caus.in integr.rest. Alex. in consil.102.
vol.4.Socin.sen.in cons.60.vol.1.Bartol.in princ.
13 vol.5.Et † si ligarentur cridis, & proclamationi-
bus, vtique in integrum restituerētur, vt amplissi
mè tradidit Nicolaus Boer. in Decis.141.per to-
tam, quam sequitur Sfortia Oddus, de rest.in
integrum q.72.artic.1.num.16.

14 Iudęi † etiam Edictis, ac Statutis locorum, in
quibus habitant, comprehenduntur, & ipsis ligā-
tur; Quamuis enim nō sint de corpore spirituali,
15 dicuntur † tamen de eiusdem Ciuitatis, in qua
habitant, corpore, & eiusdem Ciuitatis Statutis
ligantur, c.Iudæi, il 2.c.sicut, de Iudæis, l.nullus, l.
Iudæi.C.eod.tit.Hinc Bald.in l.spadonem, §.iam
autem, ff.de excus.tutor.inquit, statuta Ciuitatis
extendi ad Iudæosq́, sicut ad Christianos, & alios
16 incolas. Vnde † immunitates concessæ incolis
certi loci, ad eosdem Iudæos extenduntur. Alex.
in consil.75.vol.5.& in consil.99.vol.6.in consil.
12.vol.7.Marian.Socin.senior, in consil.70.col.1.
17 vol.1.Andr.Barbat.in consil.63.vol.4.† Puniun-
tur enim in delictis secundum statuta Ciuitatis
quæ vigent, & locum habent etiam cum eis. Car
dinal.Paris.in consil.2.num.9.volum.4. confir-
mat Corn.in consil.114.volum. primo, vbi Iu-
dæum inquisitum de stupro, dicit debere con-
demnari secundum statuta Perusij, vbi delique-
rat.Georg.Natta, in Rep.c.quamuis, num.43.de
pact.in 6. faciunt notata per Roland. à Valle, in
consil.35.per totum, volum.2.late Marquard.de
Susannis, de Iudæis, parte 2.cap.2.num.1. Hippo-
lyt.Bonacoss in quæst.crimin.§. Iudæus, Augu-
stin.Berous in consil.28.nu.18.& 19.volum.3. Ri-
minal.senior.in consil.295.nu.9.volum.2. Quin-
ctilian. Mandos.in tract. Commiss. Form. 2. in
versic.de voto. Stephan.Lamberteng. de Con-
tract.Mulier.Gloss.2.num.77. Francisc. Becc.in
consil.84.volum.1. Iacob. Menoch. de arbitrar.
iud.quæst.lib.2. Centur. 3. Casu 290. Ioan. Petr.
Surdus, in Decis.Mantuan.133.num.2. Thomas
Triuisan in decis.Venet.67.num. 8.lib.1. dicun-
tur enim Iudæi esse de populo Romano. Glossa
in c. Ius Quiritum, prima distinct. Facchineus
Controuers.iuris, lib.10.cap.91.

18 Castra, Villæ, & Casalia, (quæ dicūt in hoc Re
gno) etiam ligantur Edictis, ac statutis Ciuitatis
cui subsunt, l.ex causa, ff. de postuland. & voluit
Iacob.Philipp.Portius in consil. 163.num. 16.&
multa ad hoc propositum, quam optimè scri-
psit Dominus Marchio Regens de Ponte in con
sil.51.vol.1.

19 Princeps † autem, vel Magistratus Edictum,
Legemq. facientes, num ijs ligentur, controuer-
sia hæc iam diu agitata à multis est, vt statim di-
cam, non tamen omittam, quæ de Aegyptiorum
Regibus profert Diodorus Siculus, Antiquitat.
lib.2.Sed multo (inquit) est mirabilibus illis, ne-
que iudicandi, neque pecuniam congregandi,
neque puniendi quem quam per superbiam, aut
iram, aut aliam iniustam ob causam, licentiam
permissam; sed veluti priuati, tenebātur legibus,
neque id ægrè ferebant, existimantes parendo le-
gibus se beatos fore. Dionysius Halicarnass. Hi-
stor.lib.5.inquit, a principio omnes Græcæ Ciui-
tates erant sub Regibus, nisi quod illi, non barba-
rica licentia dominabantur, sed legitimè iuxta
20 patrios mores Regnum exercebant, † optimusq.
Rex habebatur, qui esset iustissimus, & legū ob-
seruatissimus, nusquam discedens ab institutis
patrijs. Hinc apud Plutarchum Apophtegmate
Laconic.2.Agesilaus inquit, Bonum Imperato-
rē oportere legib. & Ephoris parere. Idē Plutar.
21 Apophtegm.33. est author, Antiochum † tertiū
ad Ciuitates scripsisse, vt si quid contra leges per
litteras facere iussisset, ne sibi, tamquā ignaro pa-
reant.Indè Paul.Iurisconf.Decet tantæ Maiesta-
ti, eas seruare leges, quib.ipse solutus videtur, in l.
ex imperfecto, 23.ff.de leg.3. Ad hanc rem appo-
22 sitè concinunt duo exēpla, † Charondæ Tyriorū
Regis vnū, qui in concessionē armatus ingressus
cōtra suā legem, proprio ferro occubuit. Alterū
23 † Zaleuci Locrensium Principis, qui cū in adul-
teros duorum oculorū effossionē pęnā statuisset,
ac vnicus filius adulterij facinore accerseretur, vt
legē impleret sibi vnū, filio alterum oculū effodi
iussit, vt post Diodorū Siculū, & Valeriū Maxi-
mū scripsimus de Cōpromiss.in Pręfat.n.6.& 7.
Hinc Plato de legib.Dialog.4.inquit, quod † Prin
cipes ministri legū appellādi sunt, tales enim sei-
psos præstare debent, quales alios videri volunt,

vt dicit idem Plato ad Dionem, Epiſtola 4. Vnde
Marſilius Ficinus Epiſtolarum lib. 5. ait: † Princi
pis domus eſſe debet Dei Templum, prudentiæ
oculus, libra iuſtitiæ, fortitudinis ſedes, regula
temperantiæ, honeſtatis exẽplar, charitatis ſplen-
dor, fons gratiarum, Muſarum chorus, Oratorũ,
Poetarumq. Gymnaſium, Philoſophorũ, Theo-
logorumq. Sacrarium, Prudentum Senatus, In-
geniorum fomentum, præmium litteratorum,
pauperum menſa, bonorum ſpes, refugium in-
nocentum. Præſidium miſerorum. Vnde quo ad
hanc quæſtionem attinet nouiſſimè Andr. Fac-
chineus Controuerſiar. iuris, lib. 1. c. 2. illam diui
dit in quatuor opiniones, & vltimo loco, quartã
opinionem ex Diuo Thoma, Dominico de So-
to, Didaco Couarruuia, & Gregorio de Valẽtia,
26 probat, ſcilicet † Principem quo ad vim coacti-
uam legibus eſſe ſolutum, cum nemo illum co-
gere poſſit ad legis obſeruationem, ſecus vero,
quo ad vim directiuam, quia tenetur ad ipſius le-
gis obſeruantiam. Hoc idem antea probauerant
Ioan. de Turrecremata, Albericus, Martinus
Laudenſis, Petrus de Biaſio, Felinus, Decius, An
dreas ab Exea, Andreas de Iſernia, Vdalrichus
Zaſius, Marius Salomonis, & Gregorius Lopez,
quorum locos, & opinionem retulit Dominus
Carolus Tapia, Regius Conſiliarius, de Conſtit.
Principum, in Rubr. cap. 1. num. 37. cum plurib.
ſeqq. quo in loco dicit, quo ad vim coactiuã Prin
cipem non teneri, cum nemo illum ad obſeruan-
tiam cogeret. Quo vero ad debitum omni iure,
cenſerem ex trita iuris diſpoſitione, teneri quidẽ
ad obſeruantiam, nec enim Princeps ipſe dicitur
niſi patiatur ſuam ipſius legem ab ipſo primum
obſeruari, vti exemplar ſubditorum, cum vt Plu-
27 tarchus aſſeruit, † Princeps ſimulachrũ ſit quod-
dam in quo ſubditi ſpeculantur, vt quemadmo-
dum ipſe facit, ſic ſubditi facere addiſcant. Ad
quod optimè concinit, quod pulchrè Actius Sin
cerus, Iacobus Sanazarius Eques, ac Nobilis
Neapolitanus, ad Federicum Regem reſpondit,
dum inquit,

Publica nimirum, res tunc ſibi conſtat, & æquum
Imperium, cum Rex, quod iubet, ipſe facit.

Iuris tamen dictamine, non niſi modo iam di-
cto Princeps tenebitur, quo non debet ſibi adula
ri facere Princeps, quod Dominus ſit perſonarũ,
& rerum, quia ſi ſeiungat ab æquitate iuſtitiam,
& à iuſtitia æquitatem, Principis nomine dignus
28 non erit, ad † obſeruationem verò non teneri le-
gis ab ipſo conditæ Principem vel Magiſtratum,
bene cõcludit Sebaſtianus Medices, de Legib. &
ſtatutis, par. 4. q. 3. per totam. & Nicolaus Bieſius
de Republ. lib. 4. inquit pulchre, An autem neceſ
ſarium ſit, vt is, qui Magiſtratum geſturus eſt, cõ
ſentiat, quæri poſſet? Atqui niſi conſentiat cum
omnibus ciuibus in communẽ felicitatem, Rei-
publicæ ſuæ deſertor erit, qui numquam in offi-
29 cio ſuo rectè ſit verſaturus. Non † ligari autem
ſuo proclamate Magiſtratum cenſuit Carolus
Ruinus in conſil. 12. nu. 10. vol. 5. quem ſequitur
Hippolyt. Bonacoſſ. q. crim. §. poteſtas, in fine.
30 Duo clariſſima exempla proferam, † quomo-
do in ſuæ iuriſdictionis ſubditos animaduerti
oporteat ex Plutarcho in Apophtegmatis, &
Aeliano de varia Hiſtoria, lib. 2. quorum Primũ
eſt, quod cum Chij eſſent apud Spartam peregri
nantes, poſt cœnam vrbem viſerent, in Ephororũ
Curiam euomentes, ſellas, ac tribunalia ſpurco,
ac ſtercore infecerunt; capta eſt diligens inquiſi-
tio, & cum contra eos conſtaret, Ephori edici, ac
per vrbem proclamari iuſſerunt. CHIIS PE-
TVLANTIBVS, ATQVE INFA-
MIBVS ESSE IVS, FASQVE EST.
Alterum vero, eſt, quod Clazomenij, qui per la-
ſciuiam Ephororum Sellas fuligine reſperſe-
rant, ſtatuere Lacedæmonij, vt Præco procla-
maret. IN DECORE AGERE CLA-
ZOMENIIS IVS ESTO.

CAP. X.

ARGVMENTVM.

Scripturam num requirat Lex, & Edi-
ctum, Mandata Pontificum, Gratiæ,
Diſpenſationes, Epiſcoporum electio
nes, authoritates, & conſenſus in con
tractibus, decreta, conceſſiones feu-
dales, aliaq.

COMPENDIVM.

1 *Andreæ Fachinei laudes, & num. 2.*
3 *Scriptura, an ſit de eſſentiam, & ſubſtantia legis? num. 4. 5. 11. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.*
4 *Leges duodecim Tabularum fuere ſcriptæ pro Roſtris poſitæ.*
5 *Anathema eſt, qui violat traditionem Eccleſiaſticam ſcriptam, & non ſcriptam.*
6 *Intellectus l. Ius Ciuile, ff. de iuſt. & iure, ex Budæo.*
7 *Sententia Principis non requirit ſcripturam.*
8 *Sententia principis vim habet legis generalis.*
9 *Solo populi conſenſu abſque ſcriptura lex non tollitur.*
10 *Caſus ſcripturam requirentes enumerantur remiſſiue, & num. 25.*
12 *Lex quo modo ab Imperatore fieri debeat.*
13 *Leges debent programmate publicari.*
Lex eſt Conſtitutio ſcripta, ſub eod. num. 13.
16 *Principis omne placitum legis habet vigorem.*
18 *Omnipotens DEVS Moyſi legem lapidibus inſcriptã dedit.*
19 *Athenienſes a Dracone, & Solone leges aſſeribus ligneis inciſas habuerunt.*
20 *Aſſes, in quibus leges erant inciſæ, quid ſint.*
Romani in Tabulis Aereis leges inciſas habuere, ſub eod. num. 20.
21 *Lacedæmonij ſcriptis legibus non vtebantur.*
22 *Minos Cretenſibus leges æreis tabulis inciſas tradidit.*
23 *Aegyptius Menas Rex leges ſcriptas tradidit.*
24 *Scripta, quæ appellet Hermogenes.*
26 *Mandata Pontificum, aliorumq. Principum, ſcripturam exigunt.*
3 *Gratia, an ſcripturam requirat.*

27 Gratia Pontificis, ac Principis solo verbo fit.
28 Gratia probatur Scriptura.
29 Dispensatio Pontificis, vel alterius Principis contra ius, scripturam requirit.
30 Episcopi electio in scriptis publicanda.
31 Eligentium voces, ac suffragia in scriptis redigenda.
32 Consensus, & authoritas in contractibus mulierum, an in scriptis dandi, & num. 33.
34 Decretum iudicis in alienatione rerum pupillorum vel minorum in scriptis esse oportet, & num. 36. & 37.
35 Decretum interloquutorium, an scripturam exigat.
38 Maioratus, siue Primogenituræ erectio, an scripturam exigat.
39 Peritorum, æstimatorum, siue tabulariorum electio, siue relatio an scripturam exigant.
40 Feudorum inuestitura, an scripturam requirat, vel breue testatum.

A X I O M A.

Edictaq. ipsa in scriptis redigere procuranto.


Ontrouersia hæc, an scriptura sit de essentia, & substantia legis? diuersimodè † à Doctoribus est agitata, & credebam illam reperiri apud Andream Facchineum in suis iuris Controuersijs, apud quē quantum conspicere valui, illam non inueni, idcirco eam succinctè more suo scribam,
2 sed vtinam † eadem ingenij felicitate, ac subtilitate.

Prima opinio est Canonistarum, qui asseruerunt, † scripturam non esse de substantia legis. Ioan. Andr. in c. nemo potest ad impossibile, de regul. iur. in Mercur. & ad Specul. in titulo, de Constit. Archidiac. in Proœm. Sexti, col. pen. Anton. de Butr. & Ioan. de Imola, in c. finali, de Consuetud. Panorm. in Rubr. de Constit. num. 3. & in c. 1. num. 19. de Postul. prælat. Dominic. de Sancto Gemin. in c. 1. de Renunc. in 6. Bart. & Raph. in l. humanum, C. de legib. Alberic. in Rubr. C. de legib. Angel. de Aret. in §. ex non scripto, Inst. de iure nat. gent. & Ciuili Christophor. Port. in §. constat, num. 3. cum pluribus seqq. Instit. eod. tit. & in §. singulorum, num. 3. Instit. de Rer. Diuis. Siluester Aldobrand. in d. §. ex non scripto, nu. 18. Rota in Nouiss. in Decis. 246. Incip. Constitutio. Petr. Belluga in Speculo Princip. Rubr. 47. §. sciendum, sub num. 9. Vacon. à Vacuna, Declar. Iuris Ciuil. lib. 4. Declarat. 63. num. 3. Cornel. Benincass. de Constitut. q. 8. in princ. Sebast. Medices, de Legib. & Statut. parte 3. quæst. 11. Paul. Leon. de Substit. in Pupillari, num. 26. Scipio Ianuarius in Apost. ad Napod. in Consuetud. Neapol. in Proœm. in addit. incip. An scriptura. Emanel Suarez in Thesauro recept. Sentent. §. lex, num. 135.

Mouentur Primò per text. in d. c. 1. de Renūc. in 6. vbi Bonifacius VIII. probat Constitutionē Celestini V. sui prædecessoris, quæ iam in scriptis redacta non erat.

Secundò mouentur argum. text. in c. Institutionis, 25. q. 2. vbi Summus Pontifex confirmat suas Constitutiones, ac Decreta, scripta, & non scripta.

Tertiò, ex l. 2. §. exactis, ff. de origine Iur. vbi
4 † duodecim Tabularum leges pro Rostris scriptæ positæ fuere.

Quartò ex textu in c. de iureiurando in sexto, vbi dicit, inuiolabiliter obseruanda statuta, & cōsuetudines, scripta, & non scripta.

Quintò, per text. in c. si quis omnem, 1. q. 7. vbi
5 habetur, † Anathema esse, eum qui violat traditionem Ecclesiasticam scriptam, & non scriptam.

Sexto, text. in l. Ius Ciuile, ff. de iust. & iure, vbi dicit, ius nostrum constare ex scripto, & non scri-
6 pto, in quo † Budæus arbitratur verba Græca, quę sunt in illo textu significare, ius scriptum, quæ huiusmodi sunt. τὸ νόμον ὁ μὲν ἔγγραφος, ὁ δὲ ἄγραφος. Sed Ferrandus Adduensis Explicationum lib. 1. c. 5. aliter declarat. Facit text. in §. constat, Inst. de iure naturali gent. & ciuili, ibi: νόμοι ἐν θεσμοῖς, vt nonnos legem scriptam; Tesinos leges non scriptas designent.

Septimò ex c. consuetudo, 1. distinct. vbi cum lex deficit, consuetudo pro lege deficiente, & sic scriptura non inducit differentiam, inter legem, & consuetudinem.

7 Octauò in sententia Principis non requiritur scriptura, Glossa, in c. finali, de Consuetud. in 6. Angel. in l. Princeps, ff. de legib. sed sententia
8 † Principis habet vim legis Generalis, l. 1. cum glossa, ff. de Constit. Princip. l. finali, ff. de legib. c. de causis, de re iud. ergo in sententia Principis scriptura non requiritur.

Nonò, facit text. in §. singulorum, Inst. de rer. diuis. vbi dicitur, quod ciuilia iura esse cęperunt, cum Ciuitates condi, Magistratus creari, & iura scribi cęperunt, & sic antea non scribebantur.

9 Decimò, quemadmodum solo consensu populi, sine aliqua scriptura lex non tollitur, l. de quibus, ff. de legib. §. pen. ff. de iure natur. gent. & ciuili, c. fin. de Consuetud. eodē modo absque scriptura inducitur, l. nihil tā naturale, ff. de reg. iur.

10 Vndecimò, † casus scripturam requirentes, enumerantur per Glossam, in c. 1. de Censib. in 6. in l. pactū, quod bona fide, C. de pact. & alibi per Doctores, inter quos numquam fit mentio legis, ergo in ea non exigitur scriptura.

11 Secunda opinio, est contraria, quod † de legis essentia; sit scriptura hanc tenuit Gloss. in c. 1. in verbo, interpretatus, ad finē, de postul. pręlat. Archid. & Dominic. in c. lex est, 1. distinct. Cin. Bald. & Salic. in l. humanū, C. de legib. Bald. & Andr. Barbar. in Rubr. ext. de Const. Alberic. in prima parte statutorum, q. 14. Bald. in c. In causis, de re iud. Gnido Papæ, in Decis. 91. num. 1.

Nititur hæc opinio pluribus argumentis. Pri-
12 mò ex l. humanum, C. de legib. † vbi ponentes Imperatores legis condendæ modum, dicitur, quod postquam fuerit ab vniuerso cętu probata, tunc dictetur, In consistorio recitetur, & authoritate Imperiali firmetur.

Secundò authoritate, l. leges, C. de legib. vbi

13 leges debent programmate id eſt † ſcriptura publi-
cari, vt ibi Accurſ. in gloſſa.

Tertiò per c. lex, prima diſtinct. vbi dicitur le-
gem eſſe conſtitutionem ſcriptam.

Quartò ex §. conſtat, ſupra allegato, & d. l. Ius
Ciuile, vbi dicitur, aliud eſſe Ius ſcriptum, aliud
verò non ſcriptum, vt ſcriptum ſit lex ſcripta, nō
ſcriptum verò ſit cōſuetudo, aliàs confunderen-
tur inſimul Lex, & Conſuetudo.

Quintò ex §. Ne igitur, Auth. Vt nouæ factæ
Conſtit. vbi in pluribus locis ibi habetur, condi-
tionaliter in lege requiri ſcripturam.

Sextò, ex l. Inciuile, ff. de legib. vbi inciuile eſt,
non perſpecta, id & oculis viſa, & lecta lege, iu-
dicare,

14 Tertia opinio, quod † ſcriptura non eſt de for-
ma ſubſtantiali legis, ſed de accidentali, ad indu-
cendam obligationem ex lege ipſa, vt poſt Petr,
tenuit Bald. in l. humanum, num. 6. C. de legibus,
quam ſequitur Decius in Rubr. C. de Con-
ſtitut,

Quarta opinio, (vt omittam quaſdam alias,
15 quæ in eaſdem reincidunt) eſt, † quod aut loqui-
mur in lege à Principe facta, aut ab inferiori Ma-
giſtratu. Primo caſu quod non exigatur ſcriptu-
ra aliqua; Secundo verò caſu ſit neceſſaria, Hæc
fuit originalis opinio Anton. de Butrio, in Rubr.
de Conſtit. ea ratione, quod in Principe ſola vo-
luntate eius lex conſiſtat, ſecus in inferiore, in cu
ius ſententia requiritur ſcriptura, aliàs non valet,
l. 2. C. de ſentent. ex breuiculo recit. & ſicut non
valet ſententia ſine ſcriptura, ita nec Conſtitu-
tio, aut Lex, quæ maioris eſt authoritatis, cap. erit
aut lex, 4. diſtinct. c. vbi periculum, de elect. in 6.
Hæc opinio, etſi impugnetur ab Andrea Barba-
tia, & Ripa, nihilominus, mihi ſemper placuit.
16 Confirmo illam: quia † Principis omne placitū,
etiam in ſcriptura non redactum, legis habet vi-
gorem, §. ſed, & quod Principi, Inſtit. de iure na-
tur. gent. & ciuili, vnde Alfonſus de Caſtro, de po
teſtate legis pœnalis, lib. 1, cap, 1. inquit: Lex eſt
recta voluntas eius, qui vicem populi gerit, voce,
aut ſcripto promulgata, cum intentione obligan
di ſubditos ad parendum illi, Hæc non procedūt
in inferiore, cui ſine ſcripto non creditur,

Quidquid comminiſcantur antiqui noſtræ
profeſſionis Scriptores, in reſoluendis fundamē-
tis ſupraſcriptarum opinionum, tamen reſponſā
17 † dari poterunt, ex ſcriptis per Cornelium Be-
nincaſſam in dicto tractatu de Conſtitutionib.
quæſt. 8. & Sebaſtian. Medic. in tract. de Legibus,
& Statutis, Parte 3, quæſt. 11. per totum.

Communis nihilominus Principum, aliorū-
que etiam inferiorum Magiſtratuum obſeruan-
tia eſt, quod ipſas Leges, ipſaq. etiam edicta, num-
quam niſi ſcriptura intercedente conficiant; qui
enim circumſtantias Legum, & Edictorum ob-
ſeruare vnquam poterunt, ni ad vnguem illas cō
18 ſpexerint? Quid, quod † DEVS omnipotens
dedit Legem Moyſi in lapidibus ſcriptam? Ideo
Exodi cap, 24. dixit: Aſcende ad me in montem,
& eſtò ibi, daboq. tibi tabulas lapideas & legem,
ac mandata, quæ ſcripſi, vt doceas eos. Et iterum
cap, 31. in fine: Deditq. Dominus Moyſi, comple-
tis huiuſmodi ſermonibus in monte Sinai, duas
tabulas teſtimonij lapideas, ſcriptas digito DEI.
Idem patet Deuteronomij cap. 9. Hinc Domi-
nus Ioſue cap. 1. inquit; Non recedat volumen
legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo die-
bus, ac noctib. vt cuſtodias, & facias omnia, quę
ſcripta ſunt in eo, & 1. Regum. cap. 10. Loquutus
eſt Samuel ad populum legem Regni, & ſcripſit
in libro, & repoſuit corā Domino. Et mille ſunt
in Scriptura Sacra teſtimonia, quibus apparet
legem ſcriptam ſemper fuiſſe. Hinc Philo Iu-
dæus de Vita Moyſis, lib. 2. inquit: Lex antiqui-
tus ſcripta fuit lingua Chaldaica, manſitq. longo
tempore in ea, quamdiu legis ipſius pulchritudo,
non eſt intellecta ab externis hominibus. Quo in
loco tradidit Hiſtoriam traductionis eiuſdem le
gis in linguā Græcam per ſeptuaginta interpre-
tes procuratā à Ptolomęo Philadelpho Aegypti
19 Rege. † Athenienſes ipſi, & à Dracone, & Solo-
ne poſtmodum leges habuere aſſeribus ligneis in
ciſas, Diogenes, & Plutarchus in Solone, Aulus
Gellius Noctium Atticarum lib. 2. cap. 12. Erant
20 † autem aſſeres tabulæ ſectiles, vt inquit Feſtus
Pompeius. Apud Romanos verò leges ab Athe-
nienſibus habitas in duodecim tabulis æreis in-
ciſas habitæ ſunt, vt eſt author Alexand. ab Ale-
xandro poſt alios, Genial. Dier. lib. 6. cap. 10. Ay-
mar. Riuall. Hiſtor. Iuris Ciuilis, lib. 2. Quod non
à Principio naſcentis Vrbis fuit, ſed trecentos cir
21 citer poſt annos. † Lacedæmonij autem, ſcriptis
legibus minimè vtebantur, vt eſt author Plu-
22 tarch. in Lycurgo. † Cretenſibus ſcriptas leges
tradidiſſe Minoem æreis inciſas tabulis, ſcribit
Plato Dialogo de lege 7. qui Minos inſcribitur.
23 † Sic Aegyptijs Menam Regem alium ſcriptas
illis leges tradidiſſe author eſt Diodorus Siculus
Antiquit. lib. 2. Concludimus itaque cum Her-
mogene, in Rhethoricis, de ſtatibus lib. primo,
24 cap. quinto. † Scripta, inquit, appello, vt Leges,
Teſtamenta, Decreta, Epiſtolas, Edictaq. termi-
nata, quæ quidem omnia in ſcriptis continen-
tur.

25 Multi ſunt præterea caſus, † in quibus ſcriptu-
ra exigitur, quos enumerauit Gloſſa ordinaria, in
capit. primo, in verbo, in ſcriptis, de Cenſibus, in
ſexto, & ibi alios addunt Dominicus de Sancto
Gemin. & Philippus Francus, aliique Do-
ctores.

26 In Mandatis † Pontificum, ac aliorum Prin-
cipum, ſcriptura exigitur, c. finali, de Præbend.
in 6. Clement. vltima, de reſcript. Petr. Rebuff.
in Concordat. Franc. tit. de Mandat. Apoſtolic.
in verbo, litteras, & habetur in l. vnica, C. de Man
dat. Princip. l. Prohibitum, C. de iure fiſci, libro
decimo, l. Probatorias, C. de diuerſ. offic. lib.
duodecimo. Marc. Anton. Natta, in conſil. 420.
num. 2. & 4. vol. 2.

Gratia verò quo ad ipſam, nō requirit ſcriptu
ram, ſecus verò ad illius probationem: quia
27 † ſolo Romani Pontificis, aut Principis verbo
gratia facta eſt, cap. inſtitutionis vigeſimaquin-
ta, quæſt. ſecunda. Archidiac. Ioan. Andr.
& ceteri in Prooem. Sexti. Vnde Bald. in c.
Capitulum, colum. penult. de reſcript. inquit:

In lingua Principis stat gratia, in scriptura testi-
28 monium, in exequutione commoditas. Ad† probandam tamen gratiam scriptura requiritur, c. Porro, de priuileg. Petr. de Anchar. in cap. ex diligenti, in fine, de Simon. Abb. Panorm. in c. Nostræ, col. 1. c. qualiter, not. 1. de elect. Aegid. Bellamera, in decis. 610. Bald. in l. humanum, C. de legib. voluit Ioan. de Selua, de Benefic. parte 1. q. 2. col. 12. vers. Quintū beneficium, & parte 3. quęst. 22. col. 2. Francisc. Marc. in Decis. 1023. num. 7. & 8. vol. 1. Petr. Rebuff. in loco supra allegato. Natta, in consil. 402. num. 31. in consil. 420. per totum, vol. 2. Cardinal. Paris. in consil. 12. in fine, volum. 4. Rota in Antiq. in Decis. 882. plene Hieronym. Gabriel. in consil. 190. num. 10. vol. 1. in consil. 192. num. 6. vol. eod. & in consil. 193. num. 3. & 7. vol. 2. Ludouic. de Molina, de Hispanor. Primogen. lib. 2. cap. 8. num. 8. Afflict. in Decis. 253. num. 3. & 4. Rainald. Corsus, ad Oldrad. in consil. 324. in addit. vltima. Tetigi de Regis Catholici præstantia, cap. 38. num. 56. & 57. licet probari etiam per testes velit post Paridem de Puteo, de reintegr. feudor. cap. 239. Incip. an si reperiatur, num. 17. fol. 127. Ioan. Vincent. de Anna, in Allegat. 47. num. 8. de quo ego alibi dico.

29 Dispensationem † autem, quæ contra iuris dispositionem emanat, à Pontifice, alioue Principe in scriptis esse oportere, aperti iuris est, l. idem Vlpianus, §. sunt & alii, ff. de excus. tutor. Oldrad. in consil. 325. num. 5. & 6. in consil. 328. Natta in d. consil. 420. num. 45. vol. 2. August. Berous, in consil. 175. num. 25. vol. 2.

30 Electio † etiam Episcopi in scriptis publicari debet, c. quia propter, & c. cum dilectus, de elect.

31 De quo dicam hoc eodem libro, cap... & † voces ac suffragia eligentium in scriptis etiam redigi debent, vt in dicto c. quia propter, & habetur in c. omnes, 27. quæst. 1. Petr. Rebuff. ad Concord. Franciæ, tit. de Regia ad prelaturas nominat. fac. §. vltimo, in verbo, formam, versic. octauo.

32 Consensum, † atque authoritatem in contractu mulierum à statuto requisitam, in scriptis præstandam esse, voluit Lambertengus de contractibus mulier. in verbo, cum authoritate, in Glossa 14. num. 10. quod non ita facilè firmare au-
33 derem, cum satis sit cõsensum † expressum esse. Bald. in l. 2. §. voluntatem, ff. soluto matrim. Ioan. de Arnon. Comment. 60. & Soliloquio 85. Bernard. Pand. de Exeq. instr. parte 2. Declarat. 18. num. 86. quæ expressio consensus, vt patet, & scripto, & non scripto, proferri potest. Vnde Ioan. Andr. in c. 1. num. 5. de Rebus Eccles. non alien. in 6. dicit, hanc authoritatem, quandoque sine scriptis interponi; quem sequitur Bellamera, in c. cum consuetudinis, num. 2. de Consuetud. Virginius Boccat. in Constit. Picentin. gloss. 3. numero 18.

34 Decretum † etiam Iudicis in alienatione rerū pupillarium, vel minoris, scriptum esse debere, argum. l. 1. 2. & 3. C. de sent. ex breuiculo recitan. voluit Innocent. in c. dudum, col. 1. de reb. eccles. non alienand. At Octauius Simoncellus de Decret. minor. in præfat. num. 28. & duobus sequentibus, voluit nullam exigi scripturam in decreto alienationis minorum, ac pupillarium bonorum authoritate Nattæ, in consil. 162. num. 12. volum. primo, & in consil. 631. num. 31. volum. tertio, vbi dicit, quod sententia profertur in scriptis,
35 † decretum vero interloquutorium sine scriptis. Respondet dictis iuribus, l. 1. 2. & 3. C. de sent. ex breuiculo recitan. quod illæ leges loquuntur de sententijs definitiuis, quod proferan tur in scriptis, secus autem dicit ipse de sententijs, quæ non sunt definitiuæ. Sed ego, in hac ambiguitate een-
36 seo, scripturam requiri in decreto alienationis bonorum, quia decretum quod bona pupillaria vendantur, & de ijs satisfiat creditoribus, est definitiuum, & non interloquutorium: quia per illud sopitur totum negotium, aut saltem vim habet definitiui, quia post ipsum non expectatur alia sententia, ex notatis per Anton. de Butr. Ioan. de Imola, Panorm. & Philipp. Franc. in c. cum cessante, de appell. Bart. in l. Quod iussit, ff. de re iudic. post alios Andr. Gayl. Pract. obser-
37 uat. lib. 1. Obseruat. 130. num. 6. & † decreta super alienatione rerum minoris, debere in scriptis fieri, & in publicam formam redigi, voluit Alexan. in consil. 163. Aliàs consultus, in fine, volum. 5. quem refert, & sequitur Rebuff. in Concord. Franciæ, titulo, de Conclus. Lateran. Concil. in verbo, Decretis, colum. mihi 10. versic. Quartò infertur.

38 Ad Maioratus, † siue Primogenituræ institutionem, an requiratur scriptura? Anton. Gomez. in l. Tauri 41. num. 2. & sequenti, tenet opinionem, non ad aliud, quam ad faciliorem probationem requiri; & eum sequitur Ludouic. de Molina, de Hispanorum Primogen. lib. 2. cap. 8. parte 1. qui diffusè illam scribit, & enucleat.

39 Relatio † æstimatorum, siue petitorum in arte scribi apud acta debere, notari potest ex cap. quoniam contra, vbi hoc voluit Ioan. Andreas, de probat. Et hunc esse modum tutiorem, & optimum post Salicet. censuit Hieronym. Cagnol. in Rep. l. secunde, num. 263. C. de rescinden. vend. probat Ioan. Baptista Lupus de vsur. Commentar. 2. §. 5. num. 153.

40 Quo verò ad feudi concessionem, & inuestituram, non est de substantia, vt in eo scriptura sit necessaria, cum sufficiat inuestitura coram paribus facta, vel per Breue testatum à paribus, ipsis existentibus firmatum, sin autem, ab extraneis fide dignis, vt habetur in cap. primo. Si de inuestit. feudi controuers. fit, lib. primo, titulo quarto, & ibidem hoc voluit Andr. de Isernia, sub Rubr. de Controuers. inuestituræ, in princip. num. primo, & per totum. Idem Andr. in cap. primo de Content. inter domin. & vassall. & in cap. primo, numero 1. & 2. cum pluribus sequentibus, si de inuestitura int. domin. & vassallis. & melius in cap. primo, num. 8. & 9. de controuers. inter mascul. & femin. de Benef. Sed est etiam text. in c. primo in princip. Quid sit inuestitura cap. 1. de Consuetud. recti feudi. Quod & voluit Gulielmus Hannetonius iuris feudorum lib. 1. cap. 8. Paris de Puteo, de Reinregr. Feudor. cap. 50. Pone, quod, num. 20. fol. mihi 35. & iterum cap. 76. Sequitur, num. 6. fol. 49. Francisc. Hotoman. in Disput. Feudist.

cap.25.in fine. Petr. de Gregor. Siculus, de conceſſ. Feud.par. 2.q.4. num.4. Barthol. Camerar. in Rep. cap. Imperialem, fol.8. littera K.& L.de de prohib.feudi alienat. per Federic.& nouiſſime Nicol. Intrigliol.de feudis Centur.1.quæſt 56.num.76.& ſeq.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Edicta, ac leges publicari debent, & in publico loco poni, vt omnibus nota ſint.

COMPENDIVM.

1 Edicti definitio.
2 Ignorari non præſumuntur, quæ publicè deſcribuntur.
3 Edicta Prætorum palam in loco edito ponebantur.
4 Edicta Neapoli publicantur cum ſono tubarum.
5 Populus concurrit ad tubarum ſonum.
Publicatio Legum & Edictorum ſiue Pragmaticarum Neapoli fit apud Plateas, & Sedilia Nobilium, vbi adeſt ciuium, & populi frequentia ſub eod.num.5.
6 Conſtitutiones Eccleſiaſticæ publicantur quandoque in Miſſarum ſolemnibus, Sermonibus vel Concionibus, & etiam in nundinis,
7 Leges proponuntur in quadriuijs, & locis præcipuis Ciuitatis, ac pro Roſtris ante omniũ oculos, vt legi poſſint, & num.25,
8 Edictum Cyri Regis publicatum de ædificanda domo Dei ſeu templo in Hieruſalem, vt eſt apud Eſdram in ſacra pagina.
9 Artaxerſis Edictum ad Iudæorum fauorem propalatum.
10 Mamuchan vnus ex ſeptem præcipuis Principibus Aſſueri, perſuaſit, vt Edictum contra Vaſthi Reginam ſcriberetur,
11 Edictum, quod procurauit Aman de nece omnium Iudæorum pependit in Suſam Regia Perſarum & Medorũ vrbe,
12 Edictum procuratum fuit ab Heſter regina in fauorem liberationis populi Iudæorum,
13 Edicta Darij Regis in ruinam primo, poſt liberationem Danielis, emanarũt, vt in Hiſtoria prophetiæ eiuſdem Danielis legitur,
14 Senatuſconſulta vbi facta erant publicabantur olim apud Romanos.
15 Anycius Prætor pronunciauit Scodræ pro tribunali ſedens, Illyrios ex Senatuſconſulto libertate donatos fuiſſe,
16 Macedones Edicto liberi pronunciati.
17 Edicta quando ligare incipiant, & num.22.& 25.
18 Edicta, ſiue Banna non habent vim ſententiæ definitiuæ ſed interloquutoriæ.
19 Edictis prolatis ſtatur, niſi ab ijs intra decem dies appelletur.
20 Edictum, ſiue Lex an ligent ante prolationem.
21 Edicto, an ligentur ignorantes, & num.22.
22 Ignorantia quando allegari poſſit.
23 Edictorum promulgatorum in locis publicis ignorantia non allegatur, & num.24.
24 Abſcentes Edictis, & proclamatibus non ligantur.
27 Ignorantia craſſa, & ſupina non excuſat.
28 Lex facienda eſt litteris cognitis in loco.
29 In Gallia, Sententiæ, Edicta, & Inſtrumenta materna illorum lingua fiunt.
30 In Regno Neapolitano Edicta fiũt lingua Latina, Itala, & Hiſpana.
31 Claudius Imperator virum, qui Græcæ erat linguæ peritiſſimus, qui ignorabat Latinam, ex albo iudicum, eraſit.
32 Caio Caligulæ imputatur, quod legem fecisset minutiſſimis litteris ſcriptam.

AXIOMA.

Eademq. in Albo, publicoq. loco manifeſta eſſe ſinunto.

SIue inſpiciamus Edicti definitionem
traditam à Iaſone, in l. 1. in princ. nu.
1 7.ff.de oper.noui nunc.quod † edictũ
ſit Lex Prætoris publico præconio in
Albo deſcripta, quam retulimus ſupra, lib.1.cap.
17.ſiue definitionem à nobis ibidem traditam,
quod Edictum ſit Lex à Magiſtratu poteſtatem
habente, publicata, aliquid pro tempore mandans.
Ex ambabus admonemur, Legem, Edictumq. vt ſubditos ligent, publicari oportere,
2 quia † ignorari nõ præſumuntur, quæ in publicũ
proponuntur, l.ſed & ſi pupillus, 11. in princip.ff.
de inſtitor. act. Vdalrich. Zaſius, in l. 2. in verbo,
Præmunirent, num.8.ff.de origine iur. Hinc Iuſtinianus, in §.ſi vero cauſas, in verſic. iubemus in
Authent.de Litigioſ. Iubemus (inquit) Ordinarios Iudices, non ſolum præconum vocibus, ſed
etiam edictis propoſitis, quamcumque litigatorum partem abſentem in iudicium vocare. Facit
text.in §.1. Authent. Vt nouæ factę Conſtit.l.ſed
& milites, §.penult.in verbo, Promulgatum, ff.
de excuſat. tutor. §.fin. Authent. de Defenſor.
ciuitat. ibi: Et per hanc Sacram inſinuata ſunt
Legem, tua ſublimitas in prouincijs, quibus præeſt, facere manifeſta per programmata propria
3 ſtudeat. † Quamobrem Prætorum Edicta, &
Leges, vt ſcirentur ab omnibus, palam editam, in
Albo, aut edito loco erant, l. ſi quis id quod, 7.ff.
de iuriſdict.omnium iudic.l.prima, §.edere, ff.de
eden.l.in lege, 203.ff.de verb.ſignific. & proinde
Leges, & Edicta promulganda, & publicãda, publico in loco, præconis voce, ex præfatis palam
eſt, idq. inter alios voluit Andr. de Iſern. in c.1.
num.3.& 4. de milite vaſſallo qui contumax eſt.
4 † Quandoque cum ſono tubæ, vt fit Neapoli, &
fieri in Vicecomitatu Pariſienſi, ſcribit Ioan.
Milleus, in Praxi crimin.in princip.in verbo. Deſtinatis, num.83.& per Nuncium, & præconem,
vt poſt Bartol.& alios cenſuit Barthol. de Caſſanæo, in Conſuetud. Burgund. Rubr.1.§.2.in verbo, *Crié par trois edictz*. num.1. cum duobus ſeqq.
Ad ſonum namque tubarum. fit populi concurſus, & demum publicatio, vt in Ciuitate Neapolis fit publicatio Legũ, & Pragm. apud plateas, &

Sedilia

Sedilia Nobiliū, vbi adesset ciuium, ac populi fre-
6 quentia. Hinc † Constitutiones Ecclesiasticæ, & similes, quandoque publicantur in Missarum sollemnibus, in sermonibus, & in nundinis. Clement. Cautam, in verbo, sollemniter, de elect. Cardinal. Paris. in consil. 39. num. 30. volum. 4. Federic. de Senis, in consil. 211. Felin. in cap. exceptionem, colum. penult. de Except. dicentes,
7 † quod ponuntur in quadriuijs, & præcipuis locis Ciuitatis, ac pro Rostris, ante hominum oculos, vt legi possint. Bald. Cagnol. & ceteri, in l. secunda, ff. de orig. iuris, latissime Anton. Sola in Decret. Sabaudiæ, in Proœm. Glossa 4. num. 3. & 9. & pluribus seqq. Francisc. Herculan. in tractatu de Negatiua, num. 240. cum pluribus seqq. Alexand. in consil. 76. & in consil. 171. num. 12. volum. 6. Ioan. Neuizan. in consil. 58. numero 6. Ioan. Baptist. Plotus, in l. Si quando, num. 858. C. Vnde vi. Francisc. Porcellin. de Inuentar. quæst. 4. num. 8. Petr. Rebuff. in Concord. Franciæ, tit. de Mandatis Apostolicis, §. Et vt obuietur, in verbo, Ad perpetuam, & in rubr. de Registrat. Concord. in verbo, Quocirca. Ioan. Coras. Miscellan. lib. 4. cap. 6. num. 3. Sabastian. Medic. de Legib. & Statut. parte 4. quæst. 34. per totum. Guliel. Forner. Selection. libro 1. capit. 24. Roland. à Valle in consil. 99. num. 4. & 36. volum. 2. Francisc. Marc. in decis. 63. num. 2. volum. 1. Renatus Choppinus, in Consuetud. Andegauens. lib. 1. tit. de Iurisdict. Andegauens. cap. 52. in fine. De Albo autem post pauca dicam, lib. 3. cap. 18.

Et propemodum apud multas nationes legū promulgatio, vel scripto vel voce præconum,
8 alioue modo fieri solita. † Hinc Esdræ 1. capit. 5. Cyrus Rex proposuit Edictum, quod ædificaretur Domus DEI in Hierusalem; Cuius Edicti exemplum, perquirere fecit Darius Rex in Bibliotheca Babylonis, & repertum narratur Es-
9 dræ 1. cap. 6. † Aliud etiam Edictum Artaxersis, similiter ad fauorem Hebræorum promulgatum narrat idem Esdras lib. 1. cap. 7. & similiter cap. 8. habetur, quod dederunt Edicta Regis Satrapis, qui erant de conspectu Regis, & Ducibus trans flumen, & eleuauerunt Populum, & domū DEI. Hinc etiam Hester capit. 1. dicitur, quod
10 Mamuchan † vnus ex septem Principibus Assueri Regis, dixit: Si tibi placet, egrediatur Edictum à facie tua, & scribatur iuxta Legem Persarum, & Medorum, quam præterire illicitum est, vt nequaquam vltra, Vasthi ingrediatur ad Regem, sed Regnum illius altera, quæ melior est illa, accipiat. Et hoc in omne (quod latissimum est) Prouinciarum tuarum diuulgetur Imperium, & cunctæ vxores tam maiorum, quam minorum,
11 deferant maritis suis honorem. Sic † Aman procurauit Edictum, quod omnes Iudæi tertiadecima die mensis duodecimi occiderentur; Et Edictum hoc in loco publico pependit in Susam, vt habetur in libro Hester capit. 3. Cuius exemplar Edicti pendentis in Susan meminit ibidem cap.
12 4. Aliudq. † Edictum eiusdem Regis Assueri ad petitionem Reginæ Hester similiter pependit in Susan, vt habetur ead. in Historia Sacra Hester cap. 8. & 9. & Edictum contra Aman, & eius filios misit idem Assuerus, qui & Artaxersis dictus fuit ab India vsque ad Aethiopiam, Ducibus, & Principibus centum viginti septem Prouinciarum, dicens: Hoc autem Edictum, quod nunc mittimus, in cunctis vrbibus proponatur, vt liceat Iudæis vti legib. suis, vt habetur Hester
13 cap. 16. Eodem modo † de alijs Edictis Darij Regis tum aduersum, tum pro Daniele habetur apud Danielem Prophetam cap. 6. Non solum
14 † autem Edicta, sed & Senatusconsulta cum facta essent, publicabātur & recitabantur, ita quod in notitiam omnium venirent, & interdum præco classico populum conuocabat, vt audientiam faceret, & tum recitabantur. Exemplum habemus, nā C. Popilius, & Cn. Octauius Legati, qui in Græciam missi erant, S.C. Thebis primum recitaturi, per omnes Peloponessi vrbes circumtulerunt, ne quis vllam rem in bellum Magistratibus Romanis, præterquam, quod Senatus censuisset, conferret, vt est author Liuius lib. 43. Sic deuicto Gentio Illyriorum, & Perseo Macedonum Regibus, vtriq. populo libertas concessa
15 est; Nā Anycius † Prætor Scodræ, quo è Roma quinque Legati venerant, euocatis ex tota Prouincia Principibus, conuentum habuit, ibi pro tribunali pronunciauit de sententia Concilij, Senatum, Populumq. Romanum, Illyrios esse liberos iubere. Eodem modo Paulus Aemileus Amphipoli, vbi dies venit, quo adesse denos Ciuitatum Principes iusserat, circumfusa omni Macedonum turba, in Tribunali consedit, facto per Præconem silentio. Paulus Latinè, quæ Senatui, quæ sibi ex Concilij sententia, visa essent, pronunciauit. Ea Cn. Octauius Prætor (nam & ipse aderat.) interpretata sermone Græco referebat,
16 † omnium primum liberos esse iubere Macedones, vt refert idem Liuius lib. 45. Plura, quo ad hanc rem exempla inducerem, verum quia aliqua ex iam dictis, & longe plura reperi apud Ianum Langlæum virum grauissimum, & oculatissimum, Ocij semestris lib. 7. cap. 19. ad eum lectores remitto.

Itaque & scriptura, & descriptio in Albo, pendebat, vt ciues, quod de Iure eo anno dicendum esset, perciperent; Vnde Ausonius in Gratiarum actione ad Augustum. Has ego literas tuas, in omnibus pilis, atque porticib. vnde de plano legi possent, instar Edicti pendere mandauero, de quo Albo dicam infra lib. 3. cap. 18.

17 Quando † aūt Edicta ligare incipiant, quæri solet Si nō sunt publicata, nō ligāt, præsertim Banna, & Edicta, vt scribit Card Paris. in consil. 171. volum. 4. Nouæ enim Leges, & Constitutiones non ligant, nisi post duos menses, vt in Authent. Vt factæ nouæ Constit. in principio, & post Ioan. Baptist, Caccialup. Crot. Panorm. Felin. Deciū & Mātuam, voluit Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. qq. lib. 2. Centur. 2. Casu 185. num. 7. versic. Quartus est casus; & ante eum voluit Abbās Panorm. in consil. 35. per totum, volum. 1. Quæ omnia procedunt in Lege, & Constitutione emanata à Principe, vt voluerunt præfati, secus in emanata ab inferiore, vt ex eisdem patet & voluit Angel. in l. genero, ff. de his qui not. inf. infam.

Andr.

Andr. Barbat. in consil. 8. volum. 4. & post eos
Matth. de Afflict. in Constitut. Regni Homines,
18 sub num. 1. Considero insuper, quod † similia
Banna, siue Edicta, sic in publico proposita, non
habent vim sententię definitiuæ, sed inter loquu
toriæ, vt in l. Programma, C. Comminat. vel Epi
stolæ; quod tenuit expresse Marc. Mantua, Dia-
log. Denar. Classe 14. capit. 4. num. 2. & 3. Ex quo
non proponuntur perpetuæ Iurisdictionis cau-
sa, sed incidenter, l. finali, ff. de poen. & est potius
Bannum, vim interlocutoriæ habens, d. l. progrā
ma, & Authent. Qui semel, C. quomodo & quan
19 do iud. qua ex causa, † si ab eo non appelletur in-
tra decem dies, statim ligabit. Circa alia verò
quæ considerari possunt hac in re, melius videri
poterunt apud Menoch. in dicto Casu 185. An
20 † verò Lex vel Edictum ligēt ante promulgatio
nem, late tradit Alfonsus de Castro, de potesta-
te Legis pœnalis, cap. 1. in fine, Dominicus de So
to, de iust. & iure, lib. 1. quęst. 1. Articulo 4. & post
eos Ferdinand. Vasquez Controuers. illustr. lib.
1. cap. 44. per totum, qui de his agunt, tam in fo-
ro Poli, quam in foro fori.
21 Edicta † verò ipsa ignorantes non ligant, nec
obligant, l. generali, C. de Tabular. lib. 10. l. finali,
ff. de Decret. ab Ordin. faciend. & in princip. Au-
thent. Vt factæ nouæ Constitut. cap. Proposuisti,
82. distinct. l. si ignorans, ff. locati, cap. cognoscen
tes, de Constitut. cap. 1. de postul. prælat. l. si quis
in graui, §. si quis ignorans, ff. Ad Senatusconsult.
Sillan. Signorol. in consil. 134. num. 2. Corn. in
consil. 106. num. 10. volum. 3. Ioan. de Anan. in
consil. 72. vbi Lud. Bolognin. Hieronym. Grat.
in consil. 151. num. 9. volum. 2. Cardinal. Paris. in
consil. 49. num. 2. volum. 4. Albert. Brunus in cō-
sil. 20. num. 2. Decius in consil. 63 num. 5. Ludo-
uic. Roman. in consil. 228. num. 7. Ioan. Botta, in
consil. 18. num. 93. volum. 1. & optime adde no-
uissimè, Ioan. Bapt. Costam, de facti scientia,
& ignorantia, Centur. 2. distinct. 98. Bursar in
consil. 318. sub numero 10. volum. 3. Hæc tamen
22 ignorantia allegari non potest, † quando ante
duos menses ab ipsa promulgatione, de qua pro-
xime egimus, ad illius notitiam peruenit, qui il-
lam allegat. Gloss. in cap. 2. in Verbo, Hactenus,
de rebus Eccles. non alienand. Bartol. in l. omnes
populi, quæst. 7. ff. de Iustit. & iure, & in Authent.
23 Vt factæ nouæ Constitut. num. 6. Nec † etiam
admittitur ignorantiæ allegatio, si est publice
promulgata in solitis locis, Bart. in l. 1. §. in pari,
ff. de Arbitr. quem refert, & sequitur D Regens
Lanarius, in consil. 27. num. 4. volum. 1. Pręsumi
24 tur † etenim scientia, dum in locis solitis Edi-
ctum, ac Bannum propositum est, ac promulga-
tum. Marcus Mantua Dialog. Denar. Classe 17.
25 cap. 33. num. 1. Et ideo † Proclamata, & Edicta
in Ciuitatibus, ac quadriuijs, & locis solitis facta
existentes in Ciuitate ipsa ligant. Roffr. de libell.
sub rubrica, si quis ius dicenti non obtemper. Id-
26 circo absentes, ignorantiam allegare poterunt,
cum ab ipsis proclamatibus non ligentur, cap.
cum in tua, extra. Qui matrim. accus. poss. Ale-
xand. in consil. 31. volum. 5. Alberic. in rubrica
C. Ne fil. per patre, colum. fin. Cardin. Zabarella,
in consil. 33. & in consil. 40. Andr. Sicul. in con-
sil. 80. volum. 4. Bernard. Scodob. in Authent.
Habita, capit. 8. num. 11. C. Ne fil. pro patre Ro-
land. à Valle, in consil. 64. num. 33. volum. 1. Bar-
thol. de Cassanæo in Consuetud. Burgund. rubr.
1. §. 2. in versic. *Cy est par trois Edictz* num. 3. Thom.
Grammat. in consil. 25. num. 3. in Criminalibus.
27 Nec † in casu supradicto admittenda erit crassa,
vt dicunt, & supina ignorantia, l. Nec supina l. Re
gula, ff. de iure, & facti ignor. Diuus, in c. igno-
rantia, de Regul. iur. in 6. Ludouic. Roman. in
consil. 59. num. 5. versic. Contrarium. Ioan. Ce-
phal. in consil. 314. num. 30. volum. 3. Francisc.
Bursat. in consil. 118. num. 13. volum. 1. Lancelot.
Gallia, in consil. 48. num. 36. volum. 1. Thom.
Doct. in consil. 15. quem refert, & sequitur Ale-
xand. Raudens. de Analogis, capit. 22. num. 109.
Andreas Facchineus Controuer. Iuris lib. 9. cap.
8. in fine, Ioan. Paul. Lancelot. in Regul. Iuris
Pontific. lib. 1. cap. tribus, in verbo, quam igno-
rantiam. Nec præsumitur ignorantia quando est
publicata in loco solito, & in publico posita,
Thom. Grammat. in decis. 36. num. 16. & 17. la-
te Ioan. Bapt. Laderchius in consi. 204. volum. 1.
quem nouissimè sequitur Ioan. Bapt. Costa, de
facti scient. & ignor. Centur. 1. Distin. 49. num. 7.
Ne autem ignorantia aliquando alio ex capi-
te allegari valeat, quod non intelligatur lingua;
28 Hinc de iure † lingua, & loci idiomate Edicta fa-
cienda sunt, & proclamata, vt ciues illam intelli-
gant, super quo rectè Vlpianus, in l. sed & si pupil
lus, 11. §. de quo, ff. de institut. act. inquit; Literis
vtrum Græcis, an Latinis? Puto fieri secundum
loci conditionem, ne quis causari possit ignoran
29 tiam literarum. † Vnde Regia Gallorum Re-
gum Constitutione cautum est, Instrumenta,
Sententias, & Arresta, materna illorum lingua
fieri. De quibus Petr. Rebuff. ad Const. Gall. to-
mo 1. in Proęm. Glossa 5. num. 89. & in peculiari
illius legis loco, tomo 2. titulo, Vt Contractus,
Testamenta, Sententiæ. &c. Articulo 1. Glossa 1.
30 & per totum. Sed † in Regno hoc Neapolitano,
fiunt Constitutiones Regiæ diuersis linguis, La-
tinis, Italis, & etiam Hispanicis, quas maiori ex
parte subditi callent. Magistratuum verò, & Ci-
uitatum Regiarum, ac Domanialium, & Baro-
nalium Edicta, & proclamata, vulgari Italo idio-
mate conficiuntur. Quo in negotio addi possunt
quæ scripsimus de Regis Catholici Præstantia,
cap. 51. per totum. Ad hanc rem facit, quod hoc
31 eodem capite diximus, dum † Claudius Impera-
tor virum Gręcę lingue peritissimum, quia erat
Latini sermonis ignarus ex albo Iudicum erasit.
32 Quinimmo † damnatur quodammodo à Sueto
nio Tranquillo Caius Caligula, in eod. c. 34. Dū
inquit; Vectigalib. indictis, neque propositis, cū
per ignorantiam scripturæ multa cōmissa fierēt,
tandem flagitante populo, proposuit quidē legē;
Sed tamen minutissimis literis, & angustissimo
loco, vti ne cui describere liceret. Vnde de illo re
cte inquit Gulielmus Fornerius Selectionum
lib. 1. cap. 24. hanc fuisse fraudem, non Principe
Romano, sed vulpecula dignam.

CAP.

CAP. XII.

ARGVMENTVM.

Nomen, inſcriptionem, ſiue ſubſcriptionem facientis Legem, ſiue Edictum, continere oportet, ſic epiſtolæ, ac ſcripturæ priuatæ.

COMPENDIVM.

1 *Epiſtola mittentis, & eius, cui mittitur, nomen continere debet.*
2 *Epiſtola ſcripta Artaxerſi in ſcriptura ſacra.*
3 *Epiſtola ſcripta Artaxerſis Eſdræ ſacerdoti.*
4 *Spartanorum Epiſtola ſcripta Simoni Magno Sacerdoti Machabæo, ſenioribus & Sacerdotibus, et reliquo populo Iudæorum.*
Antiochi Regis Epiſtola ad eumdem Simonem magnum Sacerdotum.
6 *Paulus Apoſtolus Epiſtolas ſcripſit pluribus.*
Iuriſconſulti Epiſtolas ſcripſere. ſub eod. num. 6.
7 *Epiſtolas Iuriſconſultorum coadunauit ex iure noſtro Ioannes Raimundus I.C. Toloſas.*
8 *Iuſtinianus Imperator ſuum nomen propoſuit Codici, Authenticis, & libris Inſtitutionum.*
9 *Epiſtola ſine nomine mittentis eam fidem non facit:*
10 *Edicta & Leges nomen facientis ſeu inſcriptionum vt vocat Menochius, per errorem licet, continere debent.*
11 *Reſcripta Principum, quænam erant:*
12 *Inſcriptio in libellis erat neceſſaria.*
13 *Subſcriptio facientis debet eſſe in lege, & Edicto, & numero 14.*
15 *Scripturam ſubſcribens confirmare cenſetur.*
16 *Principum omnes litteræ ſubſcriptionem deſiderant.*
17 *Gratiæ, Priuilegia, Diplomata Principum, illorum ſubſcriptione roborantur.*
18 *Contractus perfectus non dicitur, ſi Notarij publici ſubſcriptionem non habeat.*
19 *Notarius ſe extra ſolitum morem ſubſribens Cõtractui, eſt ſuſpectus de falſo.*
20 *Scriptura reperta in ſchedis Notarij non groſſatur, ſiue in publicam formam reducitur, niſi eius manu ſit ſubſcripta.*
21 *Vbi ſubſcriptio requiritur, non ſufficit implementum fieri per æquipollens.*
22 *Conſilium ſapientis, illius manu ſubſcribendum eſt.*
23 *Carinus Imperator per alium nomen ſuum ſub ſcribi faciebat, quem quandoq. obiurgabat, quod bene ſuam manum imitaretur, & num. 24.*
25 *Reges noſtri Catbolici omnia ſua manu firmant & ſubſcribunt Leges, Reſcripta, Epiſtolas, &c.*
26 *Nomen principis Edicta continere debent.*
27 *Heluidius cum Prætor eſſet, & nomen Principis in ſuis Edictis non apponeret, ſolemni pœna notatus fuit.*
28 *Senatuſconſulta apud Romanos, an ſubſcriberentur.*
29 *Principes oblatis precibus, & libellis, ſe ſubſcribebant.*
30 *Apocha ſubſcribi debet, & recognoſci, vt fidem faciat.*
31 *Alexander Macedo, Tabellionibus mandauit, vt ſuis ſcripturis Ephæſtionis nomen præponerent.*

AXIOMA.

Edicentis nomen illiusue ſubſcriptionem continento.

1 EPiſtolas, † quas alijs mittimus, mittentis, & illius, cui mittitur nomen continere oportere, ipſa geſtarum rerum antiquiſſima memoria admonemur.
2 Hinc † Eſdræ lib. 1. c. 4. huiuſcemodi Epiſtola habetur. Reum, Beel, Teem, & Samſai, ſcriba, & reliqui conſiliatores eorum, Dinæi, Apharſachæi, Terphalæi, Apharſæi, Erchuæi, Babylonij, Suſanechæi, Dieui, Aelamitæ, & ceteri de Gentibus, quas tranſtulit Aſenaphar, magnus, & glorioſus, & habitare, eas fecit in Ciuitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus trans flumen in pace, Artaxerſi Regi, ſerui tui, viri, qui ſunt trans fluuium ſalutem dicunt. Sic etiam patet in Epiſtolari Edi
3 cto, de quo ibidem, cap. 7. † Artaxerſes Rex Regum Eſdræ Sacerdoti, Scribæ Legis Dei Cæli doctiſſimo, ſalutem. Alia exempla ſunt Eſdræ
4 libro 3. capit. 2. de alia Epiſtola dicitur. † Spartianorum Principes, & Ciuitates Simoni Sacerdoti Magno, & Senioribus, & Sacerdotibus, & reliquo populo Iudæorum fratribus ſalutem. De
5 qua Machabeorum lib. 1. cap. 14. † Similiter Antiochus Rex ſcripſit Epiſtolam eidem Simoni Magno Sacerdoti cap. 15. Lucius Romanorum Conſul Ptolemeo Regi. ibidem. de alijs plurib.
6 Machab. lib. 2. cap. 9. & capit. 11. Eodem † modo Paulus Apoſtolus, ſcripſit Epiſtolas ad Romanos, Coloſſenſes, & alios complures, nomen ſcribentis denotantes. Sic apud noſtros Iuriſconſultos, in vſu fuit, vt in l. Neſennius, ff. de Negot. geſt. in l. Lucius Titius, in l. Publia, ff. Depoſiti.
7 Sed illarum † cõgeriem in vnum coaceruauit ex omni iure noſtro Ioannes Raimundus I.C. Toloſas in duos libros legalium Epiſtolarum. Sic fe
8 cit † Iuſtinianus Imperator præponens nomen ſuum ante Proœmium Digeſtorum, in Codice, in Authenticis, & in libris Inſtitutionum. Et
9 † niſi mittentis nomẽ cõtineat Epiſtola, fidem nullam faciet, vt poſt Cin. Bart. & Alberic. voluit Cagnol. in rubr. Proœmij Digeſtor. num. 96. Sed quando Epiſtola faciat fidem late diſcutit Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. qq. lib. 2. Centuria 2. Caſu 94. num. 5. cum pluribus ſeqq.
10 Et ideo nomen † continere debent, Leges, & Edicta, vt inquit Menoch. in dicto Caſu 94. numero 5. quam ipſe appellat Inſcriptionem, per aliquas Leges, quod id mihi non probatur, ſed
11 tantum quod Principes Reſcripſerint, † Principum autem Reſcripta, reſponſiones erant ad ſupplices libellos porrectos, vel ad conſultationes petitas, à Magiſtratib. abſentibus, l. Diui fratres, 17. ff. de iure patron. l. ſed ad, 19. §. 9. ff. locati. Quę reſcripta, non idcirco nomen niſi nudum conti-
12 nuiſſe perſpicuum eſt, vel ſubſcriptionem. † Inſcriptio vero in libellis neceſſaria erat, & ſubſcriptionem

ptionem declarat eſſe Paulus Iuriſconſultus, in
l.libellorum, §.Item ſubſcribere, ff. de Accuſ. l.
qui crimen, C.qui accuſ. non poſſ. de ea Cyrillus
Fulgeon. in Summula Crimin. parte 1.tit. de ac-
13 cuſ.§.quinto, num.10.& §.6.† Subſcriptionem
tamen Legi, & Edicto neceſſariam eſſe docet Vl
pianus in l.1.ff.de Conſtit. Principum, ibi: quod-
cumque igitur Imperator per Epiſtolam, & ſub-
ſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, vel
de plano interloquutus eſt, vel Edicto præcepit,
14 legem eſſe conſtat. Nam † ſaltem totam ſcriptu
ram ſubſcriptio repræſentabit. Cardin. Pariſ. in
15 conſil. 29.num.108.volum.2.& † qui ſcripturam
ſubſcribit, illam & acceptare, & confirmare in-
telligitur. Bart. in l. Emptor.§. Lucius, ff.de Pact.
Alexand. in conſil.146. volum.2. & in conſil.61.
volum.5.cum alijs allegatis à Portio in conſil.
192.num.10.Didac. Conar. Pract.quæſt. cap.22.
nu.12. & ego dico ad Bellugam in Speculo Prin-
cip.rubr.3.in verbo, ſignate, vbi late, quem lo-
cum refert, & ſequitur Petrus Cened. Collectā.
Iuris Canonici, parte 2.cap.71.num.6. Roland. à
Valle, in conſil.44.num. 28.cum ſeqq.volum.1.
Cornel Benicaſ.de Conſtitut. quæſt.9. num.31.
M.Anton.Natta, in conſil.287.num.4. volum.2.
16 Omnes † autem Principum litteræ ſubſcriptio-
nem eius deſiderant. Idem Natta in conſil. 420.
num. 46. volum.2. Franciſ. Marc. in deciſ. Del-
17 phin.992. num.4. volum.1. In † Græcijs, Diplo-
matibus, & Priuilegijs Principum illorum ſub-
ſcriptiones exiguntur. Late Franciſc. Marc. in
deciſ.1230.num.5.volum.1.Bernardin. Scodob.
in Repet. Authent. Habita, cap.23.in fine, C.Ne
18 filius pro patre. Et † Contractus non dicitur per
fectus, niſi Notarij ſubſcriptionem contineat. la-
te Ioan. Cephal. in conſil.241.num.83. & 84.vo-
19 lum.2.quinimmo † ſi ſe ſubſcribat extra ſolitum
morem, de falſo ſuſpectus redditur. Idem Ce-
20 phal. in conſil.287.num.26.volum.2. Et † ſcriptu
ra, quæ reperitur in ſchedis Tabellionis ſiue No
tarij non groſſatur, ſiue in publicam formam
non reaſſumitur, ſi illius ſubſcriptionem non
contineat. Idem Franciſc. Marc. in deciſ.518.vo-
21 lum. 1. Et † in caſibus, in quibus requiritur ſub-
ſcriptio, non ſufficit impleri per æquipollens.
Franciſc. Aretin. in l.ita ſtipulatus, colum.4.ff.de
verbor.obligat. quem ſequitur Iaſ. in l.1.num.19.
ff.de lib. & poſthum. quos refert, & ſequitur Fer-
dinand. Vaſquez de Succeſſ. creation. lib. 1. §.4.
22 num.38.parte 1. Et † ſapientis conſilium melius
eſt, vt illius manu ſubſcribatur, vt dicit Pace Sca
la, de Conſilio Sapientis, lib.1.cap.22. & lib.4.ca.
1.in fine, & ita omnium Iuriſconſultorum vſus
obſeruat. Et Conſilium Vniuerſale Tridentinū,
etiam Summi Pontifici manu ſubſcriptum Pij
IV. & Cardinalium etiam ſubſcriptionibus Au-
23 thenticatum † Hinc Carinus Imperator faſti-
dium ſubſcribendi tantum habuit, vt impurum
quendam, cum quo ſemper meridie iocabatur
24 ad ſubſcribendum poneret, quem † obiurgabat
plerumque, quod bene ſuam imitaretur manū.
vt ſcribit Flauius Vopiſcus in Carino. Quam
25 † optime Reges noſtri hoc munus explent, vt
cum tot Regnorum, & Dominiorum Leges,
Reſcripta, Epiſtolas, Mandata, Priuilegia, aliaſq.
ſcripturas eorum manu ſubſcribunt, pro optima
Reipublicæ adminiſtratione, Optimorum Prin-
cipum, iure merito gloriam adepti ſunt. In
26 † Edictis autem Principis nomen deſideratur.
27 Hinc † in Heluidium, quod cum Prætor eſſet,
in ſuis Edictis Principis nomen non apponeret,
ſollemni pœna animaduerſum eſt, vt docet Sue
ton. Tranquill. in Veſpaſiano, cap.15.
28 Sed & † dum Romana viguit Reipublica, Se-
natuſconſulta ipſa ab ijs, qui in Senatu aderant
ſubſcribebantur, ac nomina illorum, qui decer-
nebant, aſcribebantur. Cicero de Oratore lib.3.
in principio, dum loquitur de L.Craſſo. Permul-
ta (inquit) tum vehementiſſima contentione
animi, ingenij, virium, ab eo dicta eſſe conſta-
bat, ſententiamq. eam, quam Senatus ſequutus
eſt, ornatiſſimis, & grauiſſimis verbis, vt Populo
Romano ſatisfieret, numquam Senatus, neque
Conſilium Reipublicæ, nec fidem defuiſſe ab eo
dictam, & eumdem (id quod authoritatibus
præſcriptis extat) ſcribendo affuiſſe. Idem Cice-
ro ad Atticum lib.1.Epiſtola 16. De tuo negotio
ſæpe ad me ſcribis, cui mederi nunc non poſſu-
mus. Eſt enim illud Senatuſconſultum, Summa
Pedariorum voluntate, nullius noſtrum autho-
ritate, factum. Nam quod me eſſe adſcribēdum,
vides, ex ipſo l. C. intelligere potes, aliam rem
tum relatam. Quo in loco Paulus Manutius in-
quit: Nam in Senatuſconſultis adſcribebantur
eorum nomina, qui affuiſſent, eaq. dicebantur
Senatuſconſulti authoritates, allegat pro ſua opi
nione Ciceronē in dicto lib. 3. de Oratore, & in
Epiſtola familiari 117. Sed tamen apud Cicero-
nem lib. Epiſtol.8. Epiſtola pariter 8. M. Cœlij ad
Ciceronem, dum ait: Senatuſconſultum, quod
tibi miſi, factum eſt authoritateſq. perſcriptæ.
S. C. authoritas Pridie Calendas Octobris in
Aede Apollinis habitum fuit, cui ſcribendo af-
fuerunt L. Domitius Gn. F. Aenobarbus. Q. Ci-
lius, Q.F. Metellus Pius, Scipio, & ſequuntur no
mina circiter octo aliorum. Authoritates per-
ſcriptæ illæ erant, nomina illorum, qui decreto
Senatus interuenerant: Perſcribebantur autem
nomina, ex quo cum Decreto Senatus aliquis
intercederet, ſiue impediret, aut opponeret, cū,
Senatuſconſulta, non exequerentur, niſi ad Po-
pulum relata fuiſſent, & is probaret, vt videret
populus cenſentium Senatorum vota, ex perſcri
pto nominum, illorum grauitatem perpēderet,
vt ex Dione, & Cicerone pluribus in locis proba
uit vigilantiſſimus rerum Romanarum ſcruta-
tor Ianus Langleus Ocij ſemeſtris lib. 7. cap.12.
Ibi inter alia probat, verbum ſcribere, & aſcribe-
re, de quo authores in prænotatis locis loquun-
tur, nil aliud ſignificare, præter quam ſubſcribe-
re, idq. ex authoritate Lampridij in Heliogaba-
lo, qui ſcripſit Heliogabalum, quo primum die
Senatum habuit, Matrem ſuam in Senatum ro-
gari iuſſiſſe. eamq. cum veniſſet, vocatam ad Cō
ſulum ſubſellia ſcribendo affuiſſe, id eſt (inquit)
Senatuſconſulti faciendi fuit teſtis: & poſtmo-
dum ſubdit; ſicut illum, cum ingreſſus eſt Cu-
riam, Auiam ſuam Variam nomine, ſecum in-
duxiſſe,

duxisse, ità, vt ad scribendum rogaretur, & sententiam diceret. Quod Franciscus Connanus, Comment. Iuris Ciuilis libro 1. cap. 14. num. 5.
29 Hæc Langlęus. † Principes precibus, & libellis oblatis, dum respondebant, subscribere solebāt, vt inquit Imperator Antoninus, in l. 1. C. quomodo, & quando iudic. ibi: propter subscriptionem patris mei.
30 Et de † subscriptione Apochæ, quod ipsa debeat per scrib entem esse recognita, & videatur fateri debitu m cui accessit, post Marc. Anton. Nattam in consil. 287. num. 4. volum. 2. voluit nouissime Flamin. Chartar. in decis. Genuens. 71. num. 4.
31 Sic † Alexander Macedo, Tabellionibus omnibus iussit, vt in conficiendis inter contrahentes tabulis, Ephestionis nomen inscriberent, vt est testis Arrianus Nicomedensis Historiar. Alexand. lib. 7.

CAP. XIII.

ARGVMENTVM.

Sigilli authoritas, & fides, quanta; qui teneant sigilla, & an de substantia sint gis, vel Edicti.

COMPENDIVM.

1 *Sigillum est tamquam cifra, & chymera sine subscriptione, fidem non faciens, sed cum subscriptione probare, num. 2.*
3 *Consilium Sanctius, quod Collaterale dicitur in Regno Neapolitano, Regia Camera, & Magna Curia Vicariæ, sigillo Regio vtuntur, & num. 4. & 5.*
5 *Litteræ, ac Prouisiones sub nomine Regio emanatæ, sui natura sigillum exigunt.*
6 *Rescriptis Regiæ Cancellariæ sine sigillo Regio creditur, etiam nullo testium interuentu.*
7 *Edictis magistratuum cum sigillo, & subscriptione creditur.*
8 *Delegatio per solum delegantis sigillum, an probetur?*
9 *Sigilli appositio vim habet subscriptionis.*
10 *Producens alicuius sigillum, tamquam illius procurator cum cautione rati admittitur.*
11 *Sigillum in publicis, & priuatis quando probet.*
12 *Sigillum Papæ duplex, vnum quod dicitur plumbum, habens imagine SS. Petri & Pauli, altera vero facies habet litteras, & nomen eiusdem Pontificis.*
13 *Litteræ Pontificis sine sigillo non exequuntur.*
14 *Sigillum Pontificis aureum, quod dicitur Annulus Piscatoris.*
15 *Sigilla Summi Pontificis, eo mortuo statim per Cardinalem S. R. E. Camerarium franguntur.*
16 *Imperator aute Coronationem vtitur sigillo, post vero Bulla aurea.*
17 *Bulla aurea quid? & num. 18. & 19.*
19 *Sigillum quid a Bulla aurea differat?*
20 *Regiæ litteræ sigillum exigunt, præsertim in hoc Neapolitano Regno.*
21 *Intellectus c. In forma sigilli, Regis Caroli.*
22 *Intellectus cap. Item quod ad petitionem, Reginæ Ioannæ.*
23 *Intellectus Prag. Regis Ferdinandi Incip. Consueuerunt.*
24 *Intellectus Prag. Incip. el Rey Reuerendo, de fide memorial. Caroli 5.*
25 *Annulus signatorius quis esset.*
26 *Episcopi etiam sua sigilla habent.*
27 *Vniuersitates, & Collegia, habent sigilla & conseruatur penes digniorem num. 28.*
29 *Omnes sigillo vtuntur & annulo.*
30 *Sigillum vel gentilitia arma quid continere debeat?*
31 *Iulius Cæsar Capacius vir eruditissimus laudatur.*
32 *Muamedes vtebatur sigillo argenteo, & quæ in eo inscripta erant.*
33 *Sigillum Alis Ducis Sarracenorum quid continebat.*
34 *Sigillum Muauiæ Ducis eorumdem quid erat.*
35 *Sigillum non est de legis vel Edicti essentia, nisi consuetudo aliud obseruet quæ seruanda est & num. seq.*
37 *De sigillo an fidem faciat, & quam fidem.*

AXIOMA.

Eademq. sigilli impressione muniunto.

BAld. in l. Falsus, num. 33. in fine, C. de
1 furt. inquit, quod † sigillum solum, est res inanimata, & tamquam Cifra, & Chimera, & nihil sine subscriptione operatur. Sequitur Aymo Crauetta, in consil. 46. num. 5. & Francis. Marc. in decis. 992. in
2 princip. volum. 1. vbi † dicit cum subscriptione probare. Consueuere tamen Magistratus, & præsertim Regij in hoc Regno, omnia cum subscri-
3 ptione, & sigillo munire, † & sigillo Regio vtitur Sanctius Consilium, quod Collaterale dicitur;
4 alio sigillo † vtitur Magna Curia Vicariæ, & alio
5 Regia † Camera Summariæ, emanant enim sub nomine Principum, prouisiones, ac litteræ, quæ sui natura, & authoritate sigillum exigunt, c. inter dilectos, & ibi Innocent. & alij, extra, de fide instrum. cap. Nobilissimus, 97. dist. l. Sacri affatus, C. de Diuers. rescript. l. bene à Zenone, vbi
6 Ang. C. de quadrien. præscript. Et † in Rescriptis Cancellariæ Regię, creditur sigillo sine testibus, vt dicit Guido Papa, in decis. 176. In Edictis itaque Magistratus, & Ordinarij Officiales sigillo
7 vtūtur, † cui cum subscriptione fides adhibetur, in his, quæ suam iurisdictionem concernunt, Francisc. Marc. in decis. 992. num. 2. volum. 1. Appositio sigilli est signum ratificationis, & confirmationis. Bald. in l. in fraudem. ff. de testam. mi-
8 lit. Et † delegationem probari per solum sigillū delegantis, voluit Ang. in l. Consentaneum, prope finem, C. quomodo & quādo iudex, dicit hoc voluisse Innocent. in c. quoniam contra, de Pro-
9 bat. & † sigilli appositio, vim habet subscriptionis, Bartol. & Lud. Roman. in l. quæ dotis, ff. solu to matr. Ludouic. Roman. in consil. 103. num. 2. Hippolyt. de Marsil. de Probat. num. 300. & in du cit

cit contra ſigillantem perfectam probationem
vt poſt multos voluit Ioan. Cephal.in conſil.141.
10 num, 11. volum.1. Et † producens ſigillum ali-
cuius, admittendus eſt tamquam illius procura-
tor, cum cautione de rato, vt voluerunt Innio-
cent.& Ioan. Andr.in cap. 2.extra de ſolut.Car-
din.Alexan.in cap. ſignificauit, de Appell. Lud.
Roman,in conſil,446. num. 12. Quod mihi du-
rum videtur, nec ſcio an obtineretur in foro iu-
diciali,per ea,quæ ſcribit Felin. in cap.corani, de
offic.deleg.de eo,qui habet inſtrumentum debi
ti, quod non idcirco probetur creditoris procu-
rator;de quo plenius Andr.Alciatus in tract.præ
ſumpt.Regula 1.Præſumpt.33, num.6. vbi Ioan.
11 Nicol.Arelat.in Apoſtill. Quando † autem pro-
bet,ſuppleat,confirmat, robur adijciat ſigillum,
& quid operetur, tam in publicis, quam priuatis
negotijs, plene Doctores in cap.poſt ceſſionem,
extra de probat.Bald.in Pace Conſtantiæ,in ver-
bo,ſigillo, & in l.in bonæ fidei, num.6.C.de re-
bus cred.Iaſ.in l.Non dubium, num.53.C.de le-
gibus Capell. Toloſ.in deciſ. 24. & in deciſ. 31.
Guido Papa, in deciſ.175.& in deciſ.481.Didac.
Couar. Pract.quæſt.cap.22.num.9. Anton.Ga-
briel.Commun.Opin.lib.1.tit.de Præſumpt.Cō
cluſ.4. Aymo Crauetta,de Antiquit.tempor.par
te 1.§.quæritur,num.44.Iacob.Menoch. de Ar-
bitr.iudic.quæſt.lib.2.caſu 113.Lancelott.Gallia,
in conſil.15.num. 28. volum.1. Thomas Triui-
ſan.in deciſ.Veneta,4.num.22.lib.2.Anton.Sola
in Decretis Sabaudiæ,in Decreto Malitijs. Gloſ
ſæ quintæ partis, num. 4. cum pluribus ſeqq.&
Ego Dixi in conſil.12.num.36.volum.1.Maſuer.
in Pract.tit.de litter.& notis, num.4. & 12.Ioan.
Fab. in §.poſſunt, Inſtit.de teſtament.

12 Sigillo † vtitur Summus Pontifex dublici,
vno Plumbeo habente ab vna parte Imagines
Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli; altera
verò litteras cum nomine Summi Pontificis, vt
voluit Gloſſa, in Proœmio Sexti in data.Gloſſa
In Clement.1.in verbo Aurea, de iureiur. Spe-
cul.de Reſcript.præſentand.ſub num.38. Domi-
nic.de Sancto Gemin.in cap. quis neſciat.15. di-
ſtinct.Felin.in cap.ex parte,il primo, num. 18.de
Reſcript. Ludouic. Gomez.in Regul.Cancell.
de Non iudic.iuxta formam ſupplic. quæſt. 1.
Ioan.de Selua,in tract.de Benefic.parte 1.quæſt.
13 2.num. 27. & eſt † de ſubſtantia litterarum Apo-
ſtolicarum, vt ſine ſigillo, ac Plumbo pendente
non exequantur, vt poſt alios dicit Ioan. Baptiſt.
Ferret.in conſil,127.in princip.volum.1.

14 Habet, & † Summus Pontifex ſigillum alte-
rum,in annulo ſignatum,qui annulus Piſcatoris
dicitur,eſtq. totus Aureus, quem ipſe ſolus geſta
re ſolet, nec alicui confidere, & hoc annulo ſi-
gnantur Breuia, in eo inſculpta eſt Diui Petri
Imago exiſtentis in Nauicula, in qua remis inſi-
ſtit,de quo Decius in conſil.175.ſub num.7. Petr.
Rebuff. in Pract. Beneficior. ſub rubr. de Breui
15 Apoſtolico, num. 21. Iſtaq. Summi † Pontifi-
cis ſigilla, mortuo eo, ſtatim à Camerario Car-
dinale franguntur,ad euitādas fraudes, vt ſcribit
Marcellus Archiepiſcopus Corcyrenſis,in Cere
moniale Roman. Eccleſ.lib.1.ſectione 15.cap.4.
Quinctil. Mandoſ.in Regula Cancell.de Non
iudic.iuxta formam, ſupplic.quæſt.11.numero
6.& 11.

16 Imperator † vtitur ſigillo ante coronationem,
17 poſt vero vtitur Bulla † Aurea,de quibus loqui-
tur Pontifex in Clemen.1.in fine, de Iureiur.vbi
gloſſa dicit, non vidiſſe, niſi vnum priuilegium
18 cum Bulla aurea. Eſt † autem Bulla aurea, ſigil-
lum magnum totum aureum pendens,cum ima
gine Imperatoris in ſolio Imperiali ſedentis,Dia
dema Imperiale in capite gerentis,in manu dex-
tra Sceptrum, & in ſiniſtra Pomum rotundum
tenentis; de quo Speculat in d. tit. de Reſcript.
præſent.§.primo igitur, colum.2. de quo hæc, &
alia Cardin.Zabarella,in d.Clement.1.quæſt.19.
19 † Quid autem differat ſigillū Imperiale, à Bul-
la Rexplicat Reſtaur. Caſtald. de Imperatore,
quæſt.47. per totum. Ioan. Franciſc. Ferrar. in
Pract.Papienſ.in forma Oppoſit. cōtra Inſtrum.
in verbo,eius ſigillum,num.1.& 2.

20 Reges etiam, † alijq. Principes ſigillis vtūtur,
quinimmo, de ſubſtantia Regiarum litterarum
eſt ſigillum, vt voluit Andr. de Iſer. in cap. 1.§.
quoniam, num.5. de Prohibit. Feud.alien. per
Lothar.ſequitur Matth. de Afflict. in deciſ. 253.
num. 2. Et idem cautum eſt per Carolum III.
21 Regem in hoc Regno,in cap. † In forma ſigilli,
22 & per Reginam Ioannam, in cap. † Item quod
ad petitionem,quod demum confirmatum eſt à
23 † Rege Ferdinando 1. per Pragmaticam, incip.
Conſueuerunt,ſub data Vallis Oleti.die 31. Au-
24 guſti,1509.Confirmatam à † Carolo V. Cæſare
ſub data Burgi, 20.Decembris, 1527. incip.El
Rey, Reuerendo, quæ ſunt ſituatæ in Prag. 1.&
2.ſub tit.de Fide memorial. & per aliam Pragm.
incip.Conſiderato,ſub titulo de Feudis, factam
in anno 1542. ſigillum autem apud antiquos in
25 annulo erat, & † ideo annulus ſignatorius dice-
batur, vt ſtatim dicam. Hinc de ſigillo Achab
Regis Samariæ habetur Regum lib.3. capit.21.
Scripſit itaque litteras ex nomine Achab, & ſi-
gnauit eas annulo eius,& miſit ad maiores natu,
& Optimates,qui erant in Ciuitate eius. Et de lit
teris Aſſueri Regis habetur Heſter cap.3. Et lit-
teræ ſignatæ ipſius annulo, miſſæ ſunt per Curſo
res Regis ad vniuerſas Prouincias. Et oſtium à
ſeruis Regis Babylonij ſignatum eſt annulo Re-
gis,Daniel.c.14. ſic fecerunt Iudæi in ſepulchro
D.N.Ieſu Chriſti,ſignantes lapidem monumen
ti. Matth.cap.27.in fine.De Gallorum Regum ſi
gillis agit plene Ioan. Faber, in l. ſcripturæ, C.de
Fide Inſtrum.in l.vnica, num.9.C. de Confeſſ.&
in dicto §.poſſunt,& in §. ſed cum aliquis, num.
12.Inſtit, de teſtam. & Maſuer.in dicto tit. de lit.
& noto num.4. & 12. Plene Renat. Choppin. in
conſuetud.Andegauenſ.tit.4.cap.43.num.11.&
15.parte 1. Barthol.de Caſſanæo in conſuetud.
Burgund. in ...Concluſ. in verbo, *Nos auons faict
mettre noſtre ſeel*,num.5.& 6.

26 Epiſcopi † & ipſi habent ſua ſigilla,cap. In no-
mine,73.diſtinct.gloſ. magna, in cap. fin.verſic,
Nam & Epiſcopus,97.diſtinct.Gloſſa fin. in cap.
2.vbi DD.de Fide Inſtrum.Felin. c.in poſt ceſſio
nem, colum.ſecunda, de Probat. Plene Rota,in
Nouiſ.

Nouiſ.Deciſ.22.& Franciſ. Marc. in Deciſ. 991.
num.6.cum duobus ſequentibus, in Deciſ. 992.
num.1.volum.1.
27 Vniuerſitates † & Collegia habent ſua ſigilla,
quibus vtūtur, argumento notatorum per Bald.
in cap.1. de Fratrib. de nouo benefic. inueſt. vbi
28 dicit, ſigillum vniuerſitatis conſeruare debere
penes digniorem. Sequitur Anton.Capic.in De-
ciſ.Neap.27.num.8.
29 Alij † etiam omnes ſigillo vtuntur, & annulo:
quia plerumque pro eodem † ponuntur, l. ad te-
ſtium, §.ſi ab ipſo, §.ſignum, ff.de teſtam. l.ſigna-
torius annullus, ff.de verb. ſignific.l.Caius, ff.de
pignorat. actio. §. poſſunt, Inſtitut. de teſta-
mentis.
30 Sigillum autem, vel gentilitia arma continere
ſolet, vel imagines antiquorum, vel nomen ſigil-
lantis, aliaq. dicteria, varijs ex cauſis quæſita,
& adinuenta, quarum plures reddidit rationes
31 Iulius † Cæſar Capacius in tractatu de inſi-
gnijs, & impreſſijs lib. 1. cap. 6. ad quem virum
eruditiſſimum lectores remitto. Muamedes
32 † Turcarum impijſſimus, argenteo ſigillo pen-
dentes litteras principibus dabat, vt ſuæ religio-
ni adhærerent, in quo hæc ſcripta erant. Muame-
33 des Dei Nūcius. Sic † Sarracenorum Dux Alis,
in eius ſigillo, has litteras habebat: Corde ſince-
34 ro Deum Dominum veneror. Et Mnauias † eo-
rumdem Dux Sarracenorum. O Deus ignoſce
mihi. Hęc omnia habes apud Cælium Augu-
ſtinum Hiſtor. Sarracenicę lib.1.
35 Verum † de eſſentia Legis, ſiue Edicti non
eſt, quod Principis ſigillum interueniat, vt vo-
luit Bald. in Pace Conſtantiæ, §. Imperialis
clementiæ, in verbo, ſigillo, numero ſeptimo,
36 vbi hoc firmat poſt Odoffredum. Niſi conſue-
tudo aliter obſeruet, quæ in ſimilibus ſeruanda
eſt, cap.cum dilectus, de conſuetud. voluit
poſt Specul. in tit. de probat. §. viden-
dum. Caſſan. in Conſuetud. Bur-
gund. in loco allegato,
num. ſexto, Ioan. Fa-
ber in d. §. poſ-
ſunt.
37 De Sigilli † fide apud Romanos, hoc pro ſigil-
lo annotabo, quod dicit Seneca de Be-
nefic. libro tertio, capitulo quinto.
O turpem (inquit) humani ge-
neris, & fraudis, ac nequi-
tiæ publicæ confeſſio-
nē, annulis noſtris,
plus quam ani-
mis credi-
tur.

CAP. XIV.

ARGVMENTVM.

Edicta, ac Leges, Annum, Menſem Diem, Indictionem, locumq. quo Pontifice, Imperatore, Rege, Principe, facta ſint, contineant. Quid ſit Annus remiſſiuè, Menſis, & alia narrantur.

COMPENDIVM.

1 *Locus de ſubſtantia legis eſt.*

2 *Data loci deſcribitur præſertim in Papæ Conſtitutionibus.*

4 *Imperatores tum Orientales quam Occidentis Datam Romæ, Conſtantinopoli, vel vbi facta erat Lex apponebant.*

4 *Inſtrumenta locum debent continere.*

5 *Annus Incarnationis Domini Noſtri IESV CHRISTI in inſtrumentis apponendus.*

6 *Romani ponebant Vrbis conditæ annum, & quibus Coſs.*

Athenienſes, in publicis inſtrumentis nomina ſuorum Archontium ponebant, ſub eod.num.6.

7 *In Priuilegiis Diplomatibus, Legibus, & Edictis, Imperatores Chriſtiani apponere conſueuerunt Annum Incarnationis & Natiuitatis D.N. Ieſu Chriſti.*

8 *Inuocatione Diuini nominis ſi careat Inſtrumentum, vitiatur.*

9 *Annus diuerſimode captus olim, à diuerſis nationibus, remiſſiuè.*

10 *Menſis, & Dies in Edicto eſſe debet, & num.14.*

11 *Accuſatorius libellus Diem, & Conſulem continere debet.*

12 *An in feudorum inueſtituris, quæ ab Imperatore fiunt, dies requiratur.*

13 *In citatione dies apponendus.*

15 *Conſulum mentio receſſit ab Aulæ, vt dicit ſolet, obſeruatione, & periit cum Romana Republica.*

16 *Indictio, an in Edicto apponi debeat.*

17 *In ponenda Indictione mos Regionis attenditur.*

18 *Indictio quid ſit, & quare à Romanis fieret, remiſſiue.*

19 *Indictio, ad quid hodie deſeruiat Tabellionibus, & Notariis.*

Edictum quo Dominante fiat dicendum eſt, ſub eodem num.19.

20 *Edictum in Statu Romanæ Eccleſiæ, quo Pontifice fiat, dicendum eſt.*

21 *In Statu Regum, ac aliorum Principum ſimiliter edictum faciendum eſt quo Rege, vel Principe.*

22 *Anni Domini, Principis nomen, Regni anni, menſis, & dies, apponendi ſunt in Edicto.*

Camilli Borrelli Iurisconsulti,

AXIOMA,

Annum Domini Nostri Iesu Christi, mensem, diem, indictionem, locumq. in eis apponanto,

Quo Pontifice, Imperatore, Rege, ac Principe annotanto,

1 LOcum,† vbi leges, & edicta fierent, ap
poni debere, nemo negabit, de sub-
stãtia enim legis locum esse, ea ratio-
2 ne conuincitur, quia nesciretur, cui-
nam Lex ea posita esset. Hinc † Ro-
mani Pontifices in eorum Constitutionibus da-
tam apponere consueuere, vt in data libri Sexti
Decretalium, fecit Bonifacius octauus summus
3 Romanus Pontifex, Sic † Imperatores Romani,
cum Occidentalis, tum Orientalis, quondam Im
perij, quia data Romæ, Constantinopoli, & alijs
in locis, vbi leges condiderant, apponere fece-
runt; quod amplissime declarant Ioan. And. Phi
lippus Franc, & ceteri Doctores in dicta Data
Sexti, & constat ex textu de Pace Constantiæ, §.
finali, in verbo, acta, versic. Datum apud Constan
tiam. Felinus & Decius in cap. 1. de Fide instrum.
Cardin. Paris. in cap. quoniam contra, colum. 2.
de Probat. Hieronym. Cagnol. in l. si librarius, in
fine, ff. de Regul. iur. Ludou. Bologn. in consil,
30. Matth. de Afflict. in Constitut. Baiulos, num.
4 24. qui dicunt, † Instrumenta etiam locum con-
tinere debere; Si tamen data careat loco, nihil
referre, cum data in loco domicilij, vt post Ripã,
& Coras. voluit Menoch, de arbitrar. iudic. q. lib,
2. Centur, 1. Casu 94. num. 12. de qua late Andr.
de Isern. in c. 1. §. quoniam inter, num. 5. vers. du-
bitatur vtrũ, de prohib. Feudi alien. per Lothar,
Cornel. Boninc. de const. q. 9. num. 6.
5 Annus † Dominicæ incarnationis apponẽdus
6 est, † Apponebant Romani Annum Vrbis con-
ditæ, ac annum Consulum, sicut apud Athenien
ses enumerabant ab Archontibus. Postmodum
7 Romani † Imperatores Christiani Annum In-
carnationis, ac Natiuitatis Domini Nostri IE-
SV CHRISTI apponere cõsueuere in Di-
plomatibus, Priuilegijs, ac Legibus, & Edictis.
Bal. & Doctores in l. sacri Afflatus, C. de diuers. re
script. post Bart. in Extrauag. Qui sint Trebell, in
verbo, data. Bald. in Pacæ Constantiæ, in verbo,
In nomine. Didac. Couaruu. Practic. quæst. capit.
20. num, 1. & 2. Bernard, Scodob. in Authen. Ha
bita, cap. 23. in fine, C. ne fil. pro patre. Afflict. in
d. Constit, Baiulos, num. 19. Vincent. Maxilla, in
Consuet. Bari, sub rubr. de fide instr. §. veneranda
8 vetustas, in fine, Qui dicunt † vitiari etiam instru-
mẽtum, si sine inuocatione Diuini nominis fiat.
Omnes mouentur per Glossam in Authen, vt
proponatur nomen Imperator. cuius contrariũ
censuerunt DD. in rubr. de oper. noui nunciat.
Bal, & Paul. de Castro, in l. iuris gentium, §. quod
fere, ff. de pact. Panorm. in cap. 1. de fide instrum,
Alciatus Parergon. libro 9, c. 6. Grammat. in de-
cis. Neapolit. 106. num. 9. & 10. Sed consuetudo
vbique seruat Cõtrarium, & ideo ipsa attendi de
bet, Petr. Costalius aduersarior, iuris, lib. 1. in prin-
cip. vbi allegat Bart. & alios.
9 Annum † vero diuersimode sumptum fuisse
olim apud diuersas Nationes, scribit Diodor. Si-
culus, libro 1. Xenophon, in lib. de Aequiuocis,
Plin. lib. 7. cap. 48. Plutarch. de placitis Philoso-
phorum, lib. 3, & in Numa Pompilio, Macrobius
in Somnium, Scipionis, lib. 2. cap, 11. & Saturnal.
lib. 1. cap. 12. Iul. Solin. in Polyhistore, cap. 3. Aul.
Gellius Noctium Acticar. lib. 3. cap. 16. Alexan.
ab Alexand. Dier. Genial. lib. 3. cap. 24. Augu-
stin. de Ciuit, Dei, lib, 12. cap. 10. Quintus Curt.
Histor. libro 3. Iosephus Scaliger de emendat.
tempor. lib. 3. & e nostris Andr. Tiraquell. de re-
tractu consanguin. §. 1. glossa 10. per totam, & ego
dixi latius in Apolog. Catholic. aduersus sentent.
Pilati Aquilæ repertam.
10 Mensem, ac diem requiri, in instrumentis con
ficiendis ijdem Doctores censuerunt, & habetur
in l. 1. C. de Apoch. publ. lib. 10. Bald. de Pace Con
stantiæ, in verbo peccata, Andr. de Isern. d. §. quo
niam inter, numero quinto, Afflict. in d. Consti-
tut. Baiulos, numero 25. Scodob. vbi supra, Felin.
in c. in litteris, de fide instrum. Ludouic. Zunt. in
responso pro vxore, num. 206. qui tractant de in-
11 strumento, & scriptura priuata. Diem, † & Con-
sulem, requiri in libello accusatorio, iuxta l. libel-
lorum, ff. de accus. voluit Ioan. Mill. in praxi cri-
min. §. conqueruntur, numero 54. fol. mihi vige-
simosecundo, Iul. Clarus in practica, quæst. 12.
numero decimoquarto, & decimoquinto. Fran-
cisc. Viuius in Cõmun. Opinion. vigesimoquar-
12 to, numero tertio, parte prima, † Sed in Inuestitu
ris feudorum factis ab Imperatore, non requiri
diem attentauit Oldrad, in consil. 312. num. 2. cu-
ius opinionem, minime sic in aduertenter proba
13 uerim; vt † de die citationis apponi debere scri-
bit Barthol. de Cassanæo in Cõsuetud. Burgund.
14 Rubr. 1. §. 6. nu. 100. & in casu † nostro in edictis
inquit Theodosius. Si qua post hac edicta, siue
constitutiones, sine die, & Consule fuerint de-
prehensa authoritate careant, vt in l. prima, C.
de Constitut. in Theodosiano, quod e nostris
aduertit Gaspar Caballinus in milleloq. 754. Cõ
15 sulum † memoria iam recessit ab Aula, &
perijt cum Romana Republica. Quo vero ad
menses, videnda est mea Apologia quam supra
retuli.
16 Indictionem † fore necessariã videtur ex Au-
thoritate Federici Imperatoris, in dicta Pace
Constantiæ, & in instrumentis requiri censuere
Iason, & Ripa, in l. admonendi, ff. de iureiurando
Decius, & Felin. in d. cap. primo, de fide instru-
ment. Cagnol. in l. si librarius, numero vigesimo-
quarto, ff. de regul. iuris, Corn. in consil. 93. vol.
quarto, post Alexand. in consil. 190. volum. sexto,
17 † attenditur autem mos Regionis, vt si omitta-
tur nos vitiet. Afflict. in dicta Constitut. Baiulos,
numero 29. Marc. Anton. Natta in consil. 47. vol.
3. Aymo Crauetta, in consil. 146. quid autem

sit

18 sit † Indictio, & quo pacto apud Romanos fieret dicā DEO volente in Rubr. C. de Indict. lib. 10.

19 Quid † autem hodie deseruiat Notarijs, & Tabellionibus, ego non video, me verò iudice, non seruit, nisi in Camera pro fisci negotijs.

Quo autem dominante edictum fiat, ponen-
20 dum est, vt † in Statu Summi Pontificis, tali Pontifice Maximo existente dicatur, in statu Impera-
21 toris, similiter, sic † in statu Regum, ac aliorum Principum. In Auth. Vt propon. nom. Imperat. vbi & annum Regis, ac Principis annotari præcipit Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. si initium, ff. de edendo. Felin. & Decius, in d. c. 1. de fide instrum. Ias. & Ripa, in dicta l. admonendi, Anton. Corset. de Porestat. & excell. Regia, q. 46. Barth. de Cassanæo in Catalogo Gloriæ mundi, par. 5. Considerat. 24. nnm. 183. Lucas de Penna, in l. in sacris, col. 2. C. de Proxim. sacror. scrinior. lib. 10. Afflict. in d. Constit. Baiulos, nu. 23. & in Const. Instrumentorum robur, nu. 1. Marinus Freccia de Præsenr. Instr. par. 1. q. 2. n. 6. Barrhol. Bertazol. de Clausulis instr. clausula 1. gl. 6. Iacob. Cuiac. in Nouell. 47. Francis. Marc. in Decis. 68. num. 1. vol. 1. Anton. Scappius de iure non scripto, lib. 2. cap. 23. num. 1. & 4.

22 Annum † itaqne Domini, Principis nomen, annumq. Regni, mensem, diem, ac locum desidero; cetera si apponantur, certiorem actum, ac meliorem reddunt.

CAP. XV.

ARGVMENTVM.

An Tabellionis, vel Notarij manu edicta scribi debeant, Notarij nomen quare appellatum? Acta Iudiciaria an Tabellionem exigant.

COMPENDIVM.

1 *Acta iudiciaria per Notarium scribenda sunt publica authoritate creatum.*

2 *In Regno Neapolitano Notarij à Rege creati acta scribere debeant.*

3 *Intellectus Const. Regni, Magistri Camerarij.*
Dispositio c. quoniam contra, de probat. an locum sibi vendicet in Regno Neapolitano, sub eod. num. 3.

4 *In Regijs omnibus subsellijs in Regno hac tempestate cōficiunt acta etiam si non sint Notarij.*

5 *Actuariæ officia in Regno Neapolitano sunt de Regalibus.*

6 *Actuarij indistincta in Regno hodie administrant non Notarij, & in hoc vertitur maximum periculum, quia etiam Inalphabetos admittunt.*

7 *Personam Iudicis, & Scriba, non debet vnus administrare.*

8 *Persona publica eligenda de iure adscribendos actus, vel duo priuati scriptores.*

9 *Notarij, quare sic appellentur.*

10 *Acta coram iudice, vel ipso præsente facienda sunt, & num. 11.*

11 *Aut Iudice mandante.*

12 *Etiam si iudex commissarius sit Sacri Consilij.*

13 *Actuarius cuius ætatis esse debeat.*

14 *Intellectus Const. Regni. Minorum iura.*
Aetas minor in hoc Regno Neapolitano est annorum vsque ad decem, & octo.

15 *An Notarij Apostolici in hoc Regno acta conficiant.*

AXIOMA.

Tabellionis publici manu illa scribi faciunto.

1 Acta † iudiciaria, præsertim Edicta, scribenda esse per Tabellionem, & Notarium publica authoritate creatum, iam notorium est ex Iuris Communis dispositione, cap. quoniam contra, extra, de probat. Marian. Socin. in tract. Cirat. articulo 24. quæst. 5. colum. finali, est text. in l. in fraudem, §. quoties, ff. de iure fisci, quem ad hunc effectum dicit esse rotundum, Ludouic. Roman. in consil. 281. num. 6. & ipsum sequitur Robert. Marantha, in Speculo Aureo, in 10. actu, num. 10. & Prosper Carauita, in Pragm. Filiorum familias, §. 4. num. 9. & 10. Iosephus Cumia, in Ri-
2 tibus Siciliæ, cap. 17. num. 11. In † hoc Regno Neapolitano ex lege Gulielmi Regis in Constit.
3 Magistri † Camerarij, similiter prouisum est, vt Tabelliones à Rege creati scribant acta in Tribunalibus Iudicum. Quinimo Matth. de Afflict. in d. Constit. num. 14. dicit, dispositionem d. cap. Quoniam contra, qua prouidetur duos scriptores sufficere ad confectionem actorum, non habere locum in Regno Neapolitano; quem sequitur Vincent. Maxilla, in Consuetud. Bari, tit. de Iudic. §. in scriptis, num. 5. tamen Robert. Marantha, in loco supra allegaro, tenet contrarium, dicens, quod eadem Constit. Magistri Camerarij est conformis dispositioni d. c. Quoniam contra, cum ambo hæc iura velinr actorum scriptorem Notarium, & Tabellionem esse debere. Et quo ad duos scriptores defectu Notarij, esse omissum à Constitutione, & idcirco remanere in dispositione Iuris Communis, l. commodissimè, ff. de liber. & posthum. vt sufficiant duo scriptores, de quo Thom. Grammatica, in Concil. Ciuil. 63. num. 11. & 12. Hodie † tamen, in hoc eodem Regno in supremis Regijs subsellijs, in Concilio Sanctiori Collaterali, in Sacro Consilio, in Magna Curia Vicariæ, in Regia Camera Summariæ, in Audientijs Regis Prouincialibus, sunt plures Actuarij, cōstituti à Rege, & ista officia, siue exer-

citia cum eorum emolumentis venduntur ad
vitam ementis, & vt placet Regiæ Maieſtati, &
in Audientijs Regijs Prouincialibus, quotannis
locantur etiam perſonis non Tabellionibus, &
pretium à Quæſtoribus Regiis redigitur in Re-
5 giam Theſaurariam, quia iſta † ſunt de Regalib.
vt per Anton. Capic. in inueſtitura feudali, §. feu-
dorum clauſulæ, in verbo, Actorum magiſtros.
6 In † Ciuitatibus verò, Opidis, ac Terris aliorum
Dominorũ indiſtinctè adminiſtrant hoc Actua-
rij officium, non Tabelliones, & Notarij, ſed aliæ
perſonæ, abſque delectu, etiam ex viliſſimis qui-
buſque nationibus, non abſque Maximo Reipu
blicæ, & ſubditorum detrimento, quia hominũ
vitæ periclitãtur in manu ſordidorum virorum,
& aliquorum, qui vix ſunt Analphabeti, & vix
ſcribere ſciunt, cui malo ſpero eos, qui habenas
iuſtitiæ moderantur, quandoque remedia, & an-
tidota daturos.

7 Concluſio itaque firma eſt, non † poſſe ipſum
Iudicem, & Magiſtratum ſubire perſonam Iudi-
cis, & ſcribæ actorum, niſi in leuibus, & volunta-
riæ Iuriſdictionis. Bart. in l. iubemus, §. ſanè, C. de
ſacroſanct. Eccleſ. Bald. in l. 1. §. huius ſtudij, ff. de
8 iuſt. & iure. Iafred. Lanfranc. in Deciſ. 215. † de-
bet enim eligere publicam perſonam, vel duos
viros, qui faciant acta, & omnia quæ continentur
in dicto c. quoniam contra, vt voluit Ioan. Mil-
læus in Praxi Crim. §. conqueruntur, in verbo,
ſcriba, num. 62. de Notarijs Cameræ Apoſtolicę
annotauit Octauian. Veſtrius in Praxi Romanæ
Curiæ, lib. 2. cap 12. & de Notarijs Sacri Palatij,
cap. vltimo. Guido Papa, in Deciſ. 481. num. 1. in
Deciſ. 564. in Deciſ. 616. num. 2. & ſeqq.

9 De his Notarijs, non ſine cauſa eos † Notarios
appellari cenſeo, quia notas ſcribebant apud acta
Præſidũ, vt dicit Modeſtinus, in l. inter eos, ff. ex
quib. cauſ. maior. & illorum non fuit noua adin-
uentio, ſed olim illius meminit Ariſtoteles Poli-
ticor. lib. 6. cap. 8. vbi dicit, in Politia neceſſarium
fore, apud quem pacta, ac forenſia acta perſcribi
debeant, Indeq. publicus vſus inoleuit, vt illos
Actuarios appellemus, hinc Strophilus apud
Plautum in Aulularia.

Heus tu, noſtra ætas non multum fidei gerit,
Tabulæ notantur, adſunt teſtes duodecim,
Tempus, locumq. ſcribit Actuarius.

10 Acta † tamen coram ipſo Iudice faciẽda ſunt
vel eo præſente, Bald. in l. 1. C. qui accuſ. non poſſ.
num. 30. & 31. Matth. de Afflict. in Deciſ. 245. nu.
8. non diceretur enim Iudicium, neque diceren-
tur acta quæ fierent per ſolum actuarium, iudice
minimè mandante, quia deficeret vna perſona,
quæ facit iudicium, ſcilicet ipſe iudex, & ideo
11 † ipſo non mandante, vel ordinãte, nihil faceret,
vt latè ſcribit Nicol. Boer. in Deciſ. 258. num. 1.
3. 13. & 14. & ſequitur Sebaſtian. Vantius de Nul-
litate ex defectu citation. num. 42. verſic. prout
etiam. Quod procedit, nedum quando coram
12 ſuo Capitaneo, ac Iudice procedit, ſed † etiam
quando procedit vt Commiſſarius Sacri Con-
ſilij, vel alterius Curiæ, vt poſt Paul. de Caſtro in
l. cum ſcimus, not. 3. C. vbi, & apud quem, & Ia-
cobin. in l. ſolet, §. Prætor, in 2. lectura, ff. de iuriſ-
dict. omn. iudic. voluit Ioan. Vincent. de Anna,
in Singul. 4. Quod eſt ſatis notabile; ſed videmus
paſſim obſeruari Contrarium.

13 Qua vero † ætate iſti Actuarij, qui ſcribunt
acta apud Iudices, eſſe debeant? Rem exactè tra-
ctauit Franciſc. March. in Deciſione 629. vol. 1.
vbi tenuit eſſe debere annorum viginti quinque,
quamquam poſſe eſſe Notarium maiorem quat-
tuordecim annorum ſcripſere Bart. & Alberic.
in l. Impuberẽ, ff. de falſis. Ioan. Bertach. in tract.
de Epiſcop. parte 1. lib. 2. num. 56. ſed attenta
14 † Conſt. Regni Minorum Iura, qua ſtatuitur
ætas maior decem, & octo annorum. Blaſ. de
Murch. in long. de eo, qui falſ. cart. ſcripſ. in fine
tenuit, Notarium eſſe poſſe decem, & octo anno
rum; & hac ætate periculoſa res eſſet ponere ho-
minum vitas in tanto periculo.

15 An verò Notarij Apoſtolici in Regno poſſint
pro actuarijs laicorum Dominorum deſeruire?
Quod poſſint videtur concludere idem Franciſ.
Marc. in Deciſ. 489. vol. 1. Sed videnda erunt, quę
nos ſcripſimus de Regis Catholici præſtantia, c.
30. num. 58. cum plurib. ſeqq. Et hæc de ſecundo
libro dicta ſufficiant. Laus Deo Optimo Maxi-
mo, Trino, & Vni, cui Honor, Gloria, & Impe-
rium per ęterna ſęcula, Glorioſiſſimę Marię ſem-
per Virgini, Angelorum Principi Michaeli, om-
niq. cohorti Cæleſtium Spirituum, ac toti San-
ctorum, Sanctarumq. congregationi Grates in-
finitæ, Amen.

Finis Libri Secundi.

CAMILLI BORRELLI

I. C. EQVITIS AVRATI

ET PALATINI COMITIS.

De Magiſtratuum Edictis.

LIBER TERTIVS.



CAP. I.

ARGVMENTVM.

Silentium ſeruari oportere in loco vbi iuſtitiæ ſubſellia ſunt loquacitas vitanda, tempus enim loquendi, ac tempus tacendi conſiderandum eſt.

COMPENDIVM.

1 *Silentium dicitur Iuſtitiæ cultus.*
2 *Vir prudens tacet.*
3 *Pythagoras ſcholaribus quinquennale ſilentium indicebat.*
4 *Lingua quare ſic dicatur.*
5 *Theocritus Philoſophus, ob linguæ dicacitatem, Antigoni Regis Macedoniæ iuſſu, fuit vita priuatus.*
6 *Poſthumi garrulitatem damnat Martialis.*
7 *Rector debet eſse diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſsat.*
8 *Vir, qui loquelam non cohibet, eſt ſicut vrbs abſque murorum ambitu.*
9 *Q. Fabius Maximus a Cōſulibus increpatus, quod Craſso tertium bellum Carthagini inferendum reuelaſset.*
10 *Romani Populi ſilentium aduerſus Perſen Macedoniæ Regem.*
11 *Multiloquium omne fugiendum.*
12 *Antoninus Imperator Aduocatis interdixit cauſa perorata, & poſtmodum ſeruato ſilentio, ſententiam dixit.*
13 *Iudex aduocatum garrulum, reijcere poteſt, ne ſuum auditorium turbet.*
14 *Epaminundas Thebanus laudatur a Pindaro, quod cum multa ſciret, pauca loqueretur.*
15 *Aduocatus debet eſse pauciloquus.*
16 *Areopagitarum mos in audiendis aduocatis, & oratoribus.*
17 *Alfonſus Hiſpaniarum Rex, Medicum quendum Gallum acutiſſimum, ſophiſtam tamen, cauſas tractantē, & ſophiſmatibus forum inuoluētem, & foro prohibuit, & decreto ſtatuit, omnem cauſam, quam ille reciperet iniuſtam iudicari.*
18 *Multiloquio ſeruiens, iuſtitiæ rectitudinem non retinet.*
19 *Adoleſcens verboſus, iuſtitiæ hoſtis eſt.*
20 *Silentium, & taciturnitas quandoque ſeruanda, quandoque pro temporis, ac rei neceſſitate loquendum eſt.*

AXIOMA.

Dum Iuſtiiæ tribunal regitur, ſilentium obſeruato.

QVam optime Federicus Imperator in
1 Cōſt. Regni, † Cultus Iuſtitię, dixit, ſi
lentium cultum Iuſtitiæ appellari,
edoctus ab Eſaia cap. trigeſimoſecun
do vbi inquit; Erit opus Iuſtitiæ pax, & cul-
tus iuſtitiæ ſilentium. Vnde Salomon præce-
ptum tradidit Prouerb. cap. vndecimo, vt
2 † vir prudens taceat, & cap. decimotertio, inquit:
Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam,
qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſen
tiet mala. Et idcirco Prouerbiorum cap. deci-
moſeptimo, inquit: Stultus quoque ſi tacebit, ſa-
piens reputabitur. Hinc Simonides apud Plu-
tar. in lib. de tuēda bona valetud. inquit Nūq̄ me
pœnituit tacuiſſe, ꝙ loquutus ſim, ſæpe. Quia, vt

dicit Ambrosius Officior. lib. 1. quamplures vidi, loquendo in peccatum incidisse, vix quemquam tacendo. Haud † igitur perperam Pythagoras silentium Scholaribus quinquennij spacio indicebat, vt interim auditores dicerentur, donec probarentur, vt de ipso Diogenes Laertius in eius Vita lib. 8. Ideo Vlyssem laudans Homerus, vocem mittere ait, non ex ore, sed ex pectore, vt loquendi temeritas non cordis tantum custodia, atque vigilia cohibeatur, sed & quibusdam quasi excubijs, dentibus, labijsq. in ore positis sepiatur. Vnde de his, quæ ex ore exeunt, Ambrosius in libr. de Virginitate. Ingreditur (inquit) mors per ostium tuum, si falsum loquaris, si turpiter, si procaciter, postremo, si vbi nō oportet, loquaris. Hinc Hugo de Anima lib. 2. vanus sermo, vanæ conscientiæ est index, mores hominis lingua pandit, qualis sermo ostenditur, talis animus approbatur, quoniam ex abundantia cordis, os loquitur, sermo vanus non erit absque iudicio, quia ab omni statu rectitudinis deuiant, qui per vana verba dilabūtur. Et Aulus Gell. Noctium Attic. lib. 1. ca. 15. inquit, sapiens sermones suos præcogitat, & examinat prius in pectore, quam proferat in ore, qui enim sunt leues, & futiles, & importuni locutores, quiq. nullo rerum pondere innixi, verbis tumidis, & laxatibus defluunt, eorum orationem, bene existimatum est, in ore nasci, non in pectore, & post pauca dicit: Neq. minus insigniter, veteres quoque nostri, hoc genus hominis, in verba proiectos, locutuleios, & Blaterones, & linguaces dixerūt. Vnde idem Hugo in loco supra allegato inquit;

4 † Lingua dicitur, quia lingit adulando, mordet detrahendo, attrahit mentiendo, ligat, & ligari non potest, labilis est, & teneri non potest, sed labitur, & fallitur, labitur, vt anguilla, penetrat vt sagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas, seminat discordias, vno ictu multos percutit, & interficit. Blanda est, & subdola, lata, & parata ad exhaurienda bona, & miscenda mala; qui custodit linguam suam, custodit animam suam, quoniam mors, & vita in potestate linguæ

5 est. Hæc Hugo. Hinc † Theocritus Philosophus ob linguæ dicacitatem Antigoni Macedonis Regis iussu, vita priuatus est, vt est author Plutarchus in lib. de Liber. educandis. Propterea † de

6 Garrulitate Posthumum damnans Martialis, libro 5. Epigrammatum inquit,

Quæ mihi præstiteris memini, semperq. tenebo,
Cur igitur taceo Posthume? Tu loqueris.
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamat, dixerat ipse mihi.
Non bellè quædam faciunt duo, sufficit vnus
Huic operi, si uis vt loquar, ipse tace.
Crede mihi quamuis ingentia Posthume dones,
Authoris pereunt garrulitate sui.

Quam recte Gregorius in Pastorali, parte 1. c.

7 4. Sit † Rector, inquit, discretus in silentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Quia, vt dicit Salomon Prouerb. cap. 10. In multiloquio non deest peccatum. Ea ex causa, virum, qui nesciat linguam silentio cohibere, vrbi sine muris existenti, similem dicit

8 idem Salomon Prouerb. cap. 25. Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Et ideo optime Coriolanus Martiranus in Prometheo inquit:

Interea sile
Si quid sapis, nec illud è corde excidat,
Loquacitatis præmium, infelicitas.

9 Increparunt † Romani Consules, Q. Fabium Maximum, quod omisso silentio, Crasso reuelasset, honesto tamen errore, bellum Tertium Carthagini inferendum, cum tam diu Senatorum nullus reuelasset, numquam enim taciturnitatem, optimum, ac tutissimum administrandum rerum vinculum labefactari volebāt.

10 Ergo † cum Asiæ Rex Eumenes, aduersus Romanos à Perse Macedoniæ Rege bellum parari nunciasset, non ante sciri potuit, quid, aut ille loquutus esset, aut Patres respondissent, quam captum Persen cognitum est. Fidum erat & altum, Romani Populi pectus, cura, silentijq. salubritate munitum, vt refert Valerius lib. 2.

Seruari itaque silentium decet in consessu, &

11 Curijs Magistratuum, cum † omne multiloquium sit fugiendum. l. Dominus testamento, ff. de cōdict. indeb. Clem. Auditor, de Rescript. Non solum id ab ipsis litigantibus, sed Aduocatis, & causarum Patronis, ne iudices, & illorum

12 aures nimia verbositate obtundant; Hinc † nobis pulchrum exemplū reliquit Antoninus Imperator, coram quo, cum multi Aduocati vtrinque causam defenderent, ipsis tamen interdixit, illisq. remotis sententiam suam protulit, vt refert Marcellus in l. Proxime, ff. de his, quæ in testam, delent. cuius authoritate Specul. in titulo

13 de Aduocat. num. 12. versic. Nam † iudex, dicit Aduocatum loquacem, & garrulum reijcere potest, ne suum Auditorium turbet. Sequitur Federic. Scotus in consil. 36. in fin. lib. 1. tomo 1. Et quanto alijs Aduocatus sapientia præstat, eo modestior, in reuolutione linguæ esse debet; nam

14 † Epaminundam Thebanum Pindarus laudat, quod cum multa sciret, pauca admodum loque retur. Refert Francisc. Patritius de Institut. Reipubl. lib. 5. titulo 5, Præstat enim pauca bene, & pertinenter dicere, quam multa indebite coaceruare, quam multis inutilibus, ac impertinētibus astantium aures offendere, l. tanta, §. cōtrarium, versic. Demum, C. de veteri iure enucl. cuius authoritate, Iodocus Damhouderius in Praxi cau-

15 sar. ciuil. cap. 96. num. 16. dixit † Aduocatum debere esse pauciloquum, nam ob multiloquium aduocatus quisq. diffamatur, & reiectari potest.

16 † Areopagitarum mos fuit; Audiebant litigantes, Aduocatos, & Oratores, quamdiu ea dicerent, quæ ad rem, quam agitabant, attinebant, Senatu summo sileutio auscultante: Ceterum si quis meditato Procemio, orationem exordiretur, vt iudicum animos ad se propensos redderet, aut eorum beneuolentiam, miserationem, aliaq. huiusmodi aucuparet, progresso actu, rumi

per

per Præconem ſilentium ei indicebant, vt refert
Lucian.in lib.de Gymnaſijs. Pellēdi itaq. eſſent,
qui inutilibus Rabularum verbis fora, & ſubſel-
lia implent, de quibus egi in Præſatione ad Con
ſilia mea, Centur.1. conuenit quod in Neuolum
dicit Martialis Epigrammatum lib.6.

Dum clamant omnes, loqueris tu Neuole ſemper,
Et te Patronum, cauſidicumq. putas.
Hac ratione poteſt nemo non eſſe diſertus,
Ecce tacent omnes, Neuole, dic aliquid.

Antonius Panormita de dictis, & factis Alfon
17 ſi, lib.4.cap.38. refert, † quod cum Alfonſus Hi-
ſpaniarum Rex, accepiſſet, Medicum quendam
Gallum acutiſſimum, ſophiſtam tamen, ad agen
das cauſas ſe contuliſſe, forumq. omne ſophiſma
tibus inuoluere, forum illi prohibuit, decreto
edito, vt lis omnis, quam Gallus patronus ſuſci
peret, ipſo iure iniqua, & iniuſta haberetur. Tra-
ctatur enim in Tribunali de Iuſtitia, in qua obti-
nenda, melius eſt ſilentio, quam blaterationibus
18 vti; qui † enim multi loquio ſeruit, rectitudinem
iuſtitiæ retinere non poteſt, vt inquit Gregor.
Moralium lib.7.c.25. Vnde S. Bernard. de Con-
ſideratione lib.4.
19 Adoleſcens † verboſus iuſtitiæ hoſtis, tenen-
da igitur eſt Regula, vt in omni contentione, ci-
uiliter, pacatoq. animo agatur; cum .n. profeſſio
noſtra, aut Ciuilis, aut Canonica ſit, inciuiliter
ea pertractare, ac prorſus ſine vlla norma, profe-
cto, vel ab ipſo verborum myſterio diſſonat. Ve
rum manſuete, ac modeſte, non frigide, aut ſub-
timide, quippe interdum cum cauſa poſtulat, vo-
cis cōtentione maiore, & acriorib. verbis, atque
vrgentioribus vti non prohibemur, vt inquit Lā-
celott. Polit. de offic. Aduocati, cap.10. Conſide-
rati itaque oportet, eſſe tempus tacendi, & tēpus
loquendi, diſcreta viciſſitudine penſanda ſunt tē
pora, ne aut cum reſtringi lingua debet, per ver-
ba ſe inutiliter ſoluat, aut cum loqui vtiliter po-
teſt, ſemetipſam pigre reſtringat, vt inquit Gre-
gor. lib.7. Moral. cap.26.
20 Itaque † pro re, & tempore ſilentij obſer-
uatio facienda eſt; ſicuti è contra,
quandoque nocet taciturnitas,
& opus eſt loquela, iuxta no-
tata per Doctor. in cap.
Is qui tacet, de
Regul. Iur.
in 6. &
ha-
bemus in mille locis, quos
omitto, cum non
ſit ſpeculatio-
nis huiuſ-
modi.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Blaſphemia Omnipotentis DEI Beatiſſimæ Virginis, Sanctorum Omnium diſtrictè prohibenda, huius delicti grauitas, qualitas, pœna, aliaq. ad materiam neceſſaria.

COMPENDIVM.

1 *Cauſa blaſphemiæ omnes cauſas ſuperat.*
2 *Lingua a DEO homini data, vt ipſum laudaret, & benediceret.*
3 *Pœnalis legis fræno, corpus, & lingua hominis refrænatur.*
4 *Blaſphemiæ definitio prima ex Alberto Magno.*
5 *Blaſphemiæ definitio Secunda ex D. Thoma Aquinate.*
6 *Blaphemiæ Tertia definitio ex eodem D. Thoma.*
7 *Blaſphemiæ Quarta definitio ex Hugone de Sancto Victore.*
8 *Blaſphemiæ Quinta definitio ex D. Hieronymo.*
9 *Blaſphemiæ Sexta definitio etiam ex D. Thoma.*
10 *Maledictum omne relatum ad DEVM, & Sanctos, an ſit Blaſphemia.*
11 *Blaſphemiæ ſpecies, ſiue modi quot.*
12 *Blaſphemiarum diſtinctio, bimembris, cordis, & oris, & num.13.*
14 *Blaſphemia corde, quo pacto fiat.*
15 *Blaſphemia ore & actu quomodo fiat.*
16 *Blaſphemia hæreticalis, vel non hæreticalis, quæ remiſſiue.*
17 *Blaſphemia, quot modis committatur.*
18 *Blaſphemiæ pœna de Iure Diuino.*
19 *Blaſphemiæ pęna de Iure Ciuili olim a Iuſtiniano Imperatore ſtatuta.*
20 *Blaſphemiæ pęna de Iure Canonico.*
21 *Blaſphemo laico excommunicationis pœna infligitur.*
22 *Blaſphemo clerico, an pœna excommunicationis immineat.*
23 *Intellectus, c. ſiquis per capillum, 22.q.1.*
24 *Blaſphemiæ pęna in Regno Neapolitano.*
25 *Intellectus Conſt. Regni, Blaſphemantes.*
26 *Intellectus Prag. Incip. Hac perpetua, Regis Ferdinandi, ſub tit. de Blaſph.*
27 *Intellectus Prag. Incip. Maxima nobis.*
28 *Intellectus Prag. Incip. Circa Blaſphemia Caroli V. Cęſaris.*
29 *Intellectus Prag. Philippi Regis Secundi.*
30 *Blaſphemiæ pęna apud Mediolanum.*
Intellectus Conſtitut. Mediolan. §. ſeuere puniendi, lib.5. tit. de pœnis.
31 *Blaſphemiæ pęna ex Nabuchdenoſore Babyloniæ Rege.*
32 *Mnamedes Blaſphemo DEI, Ieſu Chriſti, & glorioſæ Virginis pœnam, vt medius diuidatur, appoſuit.*
Blaſphemus poteſt a quocumque percuti ſecundum Chryſoſtomum.
33 *Blaſphemiæ pęnę apud Gallos.*

Bla-

34 *Blaſphemum punit Eccleſiaſticus, & ſecularis index.*
35 *Peccatum omne Blaſphemiæ comparatum, eſt minus.*
36 *Blaſphemia reſpectu obiecti, in quo peccatur, eſt maior homicidio.*
37 *Blaſphemiæ execratio.*
38 *Pro blaſphemia in exercitu Sennacherib Regis Aſſyriorum, occiſi fuere per Angelum vna nocte centum octoginta quinque millia hominum.*
39 *Quot periere in exercitu Benadab Regis Syriæ ob blaſphemiam.*
40 *Nicanori ob blaſpemiam, inciſum caput, amputata manus, excauata lingua, & in partes ſciſſa, & auibus data.*
41 *Blaſphemus Eccleſiaſtica immunitate non gaudet.*
42 *Blaſphemiæ pęna damnati teſtes legitimi non ſunt.*
43 *Hominibus fidus non eſt, qui eſt DEO infidelis.*
44 *Teſtes, an reprobentur in blaſphemia.*
Calor iracundiæ an in blaſphemia excuſet.
45 *Blaſphemiæ materia, vbi tractetur remiſſiuè.*
46 *Iudices, ac Magiſtratus ſeuere puniant blaſphemos.*

A X I O M A.

In Dei, Sanctorum blaſphemias, ne prærumpunto.

1 SIt apud † capitalium cauſarum Iudices, & Magiſtratus, cauſa, & inquiſitio quælibet grauis, nulla tamen ſui pondere, & grauitate blaſphemię cau
ſam ſuperat: qua ratione, nouum non eſt, vt per
publica Edicta, huic hominum peruerſę actioni,
& tranſgreſſioni obuietur, vt quod humanis, &
Chriſtianis moribus aduerſatur, ob pœnarum
impoſitionem auertatur. Deus enim Optimus
Maximus, dum hominē creauit, ratione, atque
intellectu ipſum ornauit, vt non modo Creatoris ſui omnipotentiam, & magnitudinem con-
2 templaretur, ac contemplando cognoſceret † linguamq. illi dedit, vt cognoſcendo ipſum, & bene
diceret, & laudibus efferret, iuxta illud Noe Geneſis cap.9. Benedictus Dominus Deus Sem. Sic
Melchiſedech Geneſ. cap. 14. Benedictus excelſus, qui creauit cęlum, & terram. Sic etiam puer
ille miſſus ab Abraham Geneſ. cap.24. Benedictus Dominus Deus Domini mei Abraham, &
Deuteron. cap. 8. Benedicas Domino Deo tuo
pro terra optima, quam dedit tibi, & 1. Regum,
c.25. Benedictus Dominus Deu Iſrael. Et Eſdræ,
cap.9. Surgite, benedicite Domino Deo veſtro
ab æterno vſque in æternum, Tobiæ cap.4. Omni tempore benedic Deum. & Tobiæ cap. 13.
Benedicite Dominum omnes electi eius. & ibidem. Benedic Deum ſæculorum. Iudith cap.7.
Benedicamus Dominum viuentes. & Dauid
Pſal. 15. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi
intellectum. & Pſal. 29. Benedicite Dominum in
omnibus operibus ſuis. & Pſal. 33. Benedicam
Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in
ore meo. Pſal. 65. Benedicite gentes Deum. Pſal.
95. Benedicite nomini eius. Pſalm. 102. Benedicite Dominum omnia opera eius. Pſal. 144. Per
ſingulos dies Benedicam te. Eccleſiaſtici, c.39.
Benedicite Dominum in operibus ſuis, date nomini eius magnificentiam. Ieremiæ cap.4. Benedicent enim omnes gentes. Daniel. cap.3. Benedicite omnia opera Domini Domino, 2. Machab. cap. 15. Omnipotentem Dominum benedicebant; & Paulus Apoſtol. Romanor. cap. 12.
Benedicite, & nolite maledicere. Et Dauid Pſal.
70. Repleatur os meum laude, vt cātem tota die
gloriam tuam. Ingratus autem, ac peruerſus homo linguæ membro abutitur, vt dum ex ore ſuo
laudes, ac benedictiones eructare deberet, peruerſas, malignas, iniurias, maledictiones, ac Blaſphemias in Deum omnipotentem, intemeratā,
& glorioſam Virginē, in Sanctos, ac Sanctas eius
mat. Ex fonte eodem vnde dulces, ac ſuaues
aquas emittere deberet, amaras, ac venenoſas
exhibeat, vt dicit D. Iacobus Apoſtolus, cap. 3.
Ob has itaque hominum tranſgreſſiones, oportet Legem, ſiue Edictum facere, vt vnuſquiſque
iuxta Conſilium Dauid Pſal. 38. ponat ori ſuo cu
3 ſtodiam. Vt † quemadmodum equi fræno, & naues gubernaculo, ad rectam ſemitam diriguntur
ſic frænos legis pęnalis, & corpus, & lingua circumcidatur.
Videndum erit, quid ſit blaſphemia? quot ſint
eius ſpecies? quot modis committatur? quomodo puniatur? quis iudex de illa cognoſcat? quam
ſit nefanda, quantaque eius vituperatio.
Ad primum, plures traditæ ſunt à ſcriptoribus, Theologis, Canoniſtis, ac Legiſtis illius de-
4 finitiones. Prima † diffinitio tradita ab Alberto
Magno, lib.2. Sent. Diſtinct. 35. eſt, quod blaſphemia eſt impoſitio falſi criminis in Deum. Secun-
5 da, † quod Blaſphemia ſit derogatio excellentis bonitatis Diuinæ, vt dicit D. Thomas, in ſecū-
6 da ſecundæ q. 13. artic. 1. Tertia, † quod Blaſphemia eſt impoſitio falſi criminis in Deum, vel ei
ſubtrahendo, quod ineſt, vel ei tribuendo, quod
non eſt. Idem Thom. vbi ſupra, & in 4. Sentent.
diſtinct. 14. vbi Thom. de Vio Caietan. Silueſt.
Prier. in Summa, §. Blaſphemia. Et has tres ego
retuli in conſil. 43. num. 2. cum pluribus ſeqq.
7 Centur. 1. Quarta † Blaſphemia eſt cum quadam
probroſa religioſitate conuitiorum in alterum
iaculata maledictio, vt dicit Hugo de Sancto victore, in lib. de fructu carnis, & ſpiritus, cap.6. quā
refert Perus de Aragon. 2. ſecundæ q. 89. artic.6.
8 Quinta † traditur à Diuo Hieronymo quòd Blaſ
phemia eſt contumelia, vel vitij illatio in iniuriā
9 creatoris. Sexta † eſt, cum attribuitur creaturæ,
quod eſt creatoris. Idem Thom. in dicta 2.2.q.13.
10 artic. 1. in reſponſ. ad 3. Septima † omne maledictum, prout referuntur ad Deum, & Sanctos, eſt
Blaſphemia, vt in c.2. de Maled. Hoc idem Bart.
in l. item apud Labeonem, §. prætor ait. num.4. ff.
de iniur. & dixi in dicto conſ. 43. num. 5. Centur.
prima.
11 Ad ſecundum verò, † quot ſint Blaſphemiæ
ſpecies, non poſſum non aſſerere, meo iudicio,
quoſdam grauiſſimos viros errare, quod dum volunt dicere Blaſphemiæ ſpecies, narrant modos,
quibus cōmittatur blaſphemia. & hi mille ſunt,
quæ reincidunt in vnum; Inter hos eſt Arnaldus

Alber-

Albertinus Episcopus Pacensis de Agnoscend.
assert. Catholica, vel hæretica, q.27.nu.16. & Se-
bastianus Medices, in Sūma, Peccator, Capital.
12 q.31.& alij, quos omitto. Vnde † breuiter dicen-
dum est, aliam esse blasphemiam mentalem, alte
ram vero affectalem; vel Cordis vnam, & Oris al-
13 teram. Et rursus† illā subdiuidi in blasphemiam
simplicem, & blasphemiam hæreticalem, & has
species præsensit D. Thomas vbi supra, & sequi-
tur Tiberius Decia. in Tractatu. Crim. lib.6. c.2.
14 nu.2. Corde,† mente, & intellectu dicitur com-
mitti blasphemia cum corde falsa de Deo opina-
15 mur.† Ore vero, affectu, & actu committitur, cū
modis omnibus aperto ore blasphematur: & dū
fit ore blasphemia cōtra fidem, vel etiam in intel
lectu, tunc tractaretur, vt infidelitas, vt post Caie-
tan. ad D. Thomam vbi supra, articulo primo vo-
16 luit Decian. in dicto c.2. Blasphemiam † hæreti
calem, vel non hæreticalem declarat optimè Ar
nald. Albertin. vbi supra, q.6.nu.25.
17 Ad Tertium, quot † modis blasphemia cōmit
tatur? dicendum est in hoc nolle me declarare
modos, quibus tale delictum perpetratur, ne sit
potius blasphemandi doctrina quædam, quàm
abominandi delicti huiusmodi cautela. Decem
modos, quibus hæc corruptela blasphemandi fie
ri potest, ennumerauit Arnaldus Albertinus in
dicta, q.27.num.16. At decem, vel vndecim mo-
dos inducit Iacob. Menoch. de Arbitr. Iudic. qq.
lib.2. Centuria 4. Casu 375. num.4. cum pluribus
seqq. Septem verò ante ipsum numerat Iul. Cla-
rus i §. Blasphemia, n.1.& 2. aliter numerat Seba
stian. Medices in summa peccator capital. q.32. et
plures refert. Tiberius Decian. in d. lib.6. Tit. de
blasphemia cap.2.nu.3. cum pluribus seqq.
18 Ad Quartum qua † pena blasphemiæ delictū
puniatur? Iure Diuino puniebatur pœna mortis,
lapidationis, vt habetur Leuitici ca.24. Educ bla-
sphemum extra castra, & ponant omnes qui au-
dierunt manus suas super caput eius, & lapidet eū
populus vniuersus, Et ad filios Israel loquens: Ho
mo, qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum
suum, & qui blasphemauerit nomē Domini mor
te moriatur, lapidibus opprimet eum omnis mul
titudo populi, siue ille ciuis, siue peregrinus fue-
rit, qui blasphemauerit nomen Domini moria-
tur. De hac pęna Iuris Diuini, agebant fortè Iudęi
dum Iesum Dominum volebant lapidare, qui à-
pud Ioan. cap.10. dixerunt, de bonis operibus non
lapidamus te, sed de blasphemia, de hoc Lucas
de Penna, in l. Omnes, C. de Delat. lib.10. Matth.
de Afflict. in Const. Regni blasphemantes. Nic.
Boer. in Decis.301. num.4. Francisc. Squillacens.
de Fide Cathol. cap.16. num.2. Iul. Clar. in §. Bla-
sphemia, num.4. Iacob. Menoch. in dicto Casu
375. num.24.
19 De Iure † Ciuili verò, erat pęna mortis statuta
à Iustiniano Imperatore, vt in Auth. Vt non lu-
xur. contra natur. quam Iustiniani Constitutionē
dicit esse tam piam, quòd posset legi in Ecclesia
Ioan. de Anania, in c. finali, de Maled. sequuntur
Bartol. & Angel. ibidem. Alex. in consil. 233. vol.
6. Nicol. Boer. in dicta Decis.301. num.10. Catal-
din. de Viso, de Syndicatu, num.106. Petr. Foller.
in Pract. Crim. in Fragme. nu.15. Didac. Couaru.
in c. quamuis, parte prima, §.7. num.10. de pactis
in 6. Luc. de Penna, in dicta l. omnes, num.6. vbi
dicit, hāc pęnam abiisse in desuetudinem. Quem
sequūt Didac. & Boer. vbi supra. Latè Menoch.
in dicto Casu 375. nu.24.25. & 26. Latius Tiber.
Decian. vbi supra, cap.6. num.4. Hippolyt. Bona-
coss. in Commu. Opin. Criminal. lib.1. §. Blasphe
mia, Idem Foller. in Pract. Censu. §. Nicolaus E-
piscopus, nu.45. & pluribus seqq. Marsil in Pract.
Crimin. §. & quia, nu.25.
20 Iure autē † Canonū diuersæ pęnæ pro tempo-
rum diuersitate impositæ reperiuntur, & dum lo-
quimur cōtra laicos, in c. si quis per capillum, 22.
21 q.1. Laico † pęna excommunicationis infligitur,
& habetur in c. Apostolicę, 23. q.4. ibi: Tradendi
sunt Satanæ, vt blasphemare dediscant. Hinc Pau
lus Apostolus, 1. ad Timoth. cap.1. dicit, Hyme-
neum, & Alexandrum tradidisse Satanæ, vt di-
scant non blasphemare. Sed tamen Pęnam exco-
municationis non esse in vsu hodie, voluerūt Ho-
stiens. in Summa, Tit. de Maledic. num.4. & fuisse
correctam per c.2. extra de Maledic. eo quòd ho
die imponatur pęna publica ante fores Ecclesiæ
intra Missarum solemnia, vt in dicto c.2. traditur
forma, quod voluit etiam Abb. Panorm. in dicto
22 cap.2. nu.8. & 10. In† Clerico verò non habere lo
cum dictam pęnam c.2. de Maledic. quia Clerici
non subeunt pęnas publicas, c. ex pęnitentibus,
50. dist. c.1. de Bigamia. Sed in eo esse pęnam ar-
bitrariam censuit Panor. in dicto, c.2. num.8. Ia-
cob. Simāchas in Praxi Hæreseos, titulo 9. Aegid.
Bos. de Inquis. num.131. Iacob. Menoch. in dicto
23 Casu 375. num.30. Nec pœna † dicti c. si quis per
capillum, quòd Clericus deponatur, depositione
Verbali, non actuali, locum habere censeo, cum
dicendum sit cum clericis agendum esse pęna sta
tuta sub Leone Decimo Pontifice Maximo in
Concilio Lateranēsi. sess.9. de Reformat. Curiæ
quod & tenuit Ioann. Bernardus Diaz in Pract.
Crim. Canonica ca.103. num.5 Simon Maiolus
de Irregularitate, lib.5. ca.32. nu.2. Tiber. Decian.
in d. cap.6. num.3. Foller. in d. Pract. Censuali, in
§. Nicolaus Episcopus, nu.51. & Canonem dicto
Concilij Lateranensis inseruit Menoch. in dicto
Casu 375. nu.29
Apud omnia optimè instituta Regna, & Res
publicas, super huiusmodi scelera committentes,
24 pęnæ graues constitutæ fuere. In † hoc Regno
Neapolitano passim pęnę constitutę sunt. Prima
à Federico Imperatore, qui dicit: blasphemantes
Deum, & Virginē gloriosam, Linguæ maliloquæ
25 mutilatione punimus, vt † in Const. Blasphemant
tes, Qui minorauit pęnam mortis, quia, vt dicit
Bald. in l. Iurisiurandi, C. de Reb. credit, per totam
Italiā moderata est pęna in blasphemos. Et volēs
reddere rationē dictæ minorationis, Afflict. in di-
cta Const. Blasphemantes, nu.1. dicit, id fuisse fa-
ctum ob multitudinem blasphemantium, post-
modum sub die 21. Aprilis, anni 1481. In prag. In-
cip. Hac perpetua sub tit. de blasphem. imposuit
26 pœnam † mutilationis linguarum, Rex Ferdinan
dus primus, blasphamātibus Deum, Omnipotētē.
Gloriosissimam Virginem, Apostolos, Sanctosq;
alios

alics in Sanctorum Catalogo deſcriptos, ac ad
pęnam ertiæ partis bonorum. Poſtmodum idē
Rex Ferdinandus in anno 1483. die 10. Aprilis,
27 per aliam Pragm. Incip. Maxima † nobis, cauit,
maledicentes, & blaſphemantes Deum Beatam
Virginem, ſanctos, ac ſanctas, puniri irremiſſibi-
liter arbitrariè, iuxta formam conſtitutionum,
& capitulorum huius Regni, & per hanc prag-
maticam, videtur renouaſſe pœnam impoſitam
ab Imperatore Federico in dicta Conſtitut. Blas-
phemantes. Carolus Quintus Imperator in an-
28 no 1540. In prag. incip. † Circa blasphemias: Di-
ſpoluit obſeruari leges, & conſtitutiones Regni,
capitula, & Pragmaticas, ſub Philippo 2. Rege
Catholico, tempore adminiſtrationis Don Pe-
rafanni de Riberas Proregis Ducis de Alcalà, in
29 anno 1566. die 26. Octobris, impoſita eſt † pęna
remigationis per quatruor annos in Regijs trire-
mibus, vltra pęnas aliarum pragmaticarum. In
30 ſtatu † Mediol. lingua præciditur blaſphemo ſed
tertia vice, vt in §. ſeuerè puniendi, in tit. de pęn.
31 lib. 5. Conſt. Mediol. Apud † Babylonios legem
protulit Nabuchodonoſor Rex vt omnis Popu-
lus. Tribus, & lingua quęcunque loquuta fuerit
blaſphemiam contra D E V M Sidrach, Miſach,
& Abdenago, diſpereat, & domus eius vaſtetur;
neque enim alius D E V S, qui poſſit ita ſaluare.
Nabuchodonoſor Rex omnibus populis, genti-
bus, & linguis, qui habitant in vniuerſa terra,
pax vobis multiplicetur, Signa, & mirabilia fecit
apud me D E V S excelſus. Placuit ergo mihi
prædicare ſigna eius, quia magna ſunt, & mira-
bilia eius, quia fortia, & Regnum eius Regnum
ſempiternum, & poteſtas eius in generatione, &
32 generationem, vt habetur Daniel. cap. 3. Sic † &
Muamedes Turcicæ Legis, & Principatus au-
thor, in ſuo Alcorano legem in Blaſphemos hāc
poſuit: Quicumque D E V M, vel Chriſtum, vel
Beatam Virginem blaſphemauerit, medius di-
uidatur, vt refert Ioannes Aquilanus ſermone
21. Diuus Ioannes Chryſoſtomus ad Populum
Antiochenum Homelia quinta inquit: Quia de
blaſphemia dictum eſt, vnam vos omnes petere
volo retributionem pro concione hac, atque ſer
mone, vt in Ciuitate blaſphemantes mihi caſti-
getis; & ſi quęmque in biuio, vel foro D E V M
blaſphemantem audieris, accede, increpa, & ſi
verbera infligere oporteat, ne recuſes ipſius fa-
ciem alapa percute, contere os ipſius, percuſſio-
ne manum tuam ſanctifica. Et ſi illi accuſaue-
rint, & in carcerem duxerint, ſequere; Et ſi pœ-
nas iudex pro tribunali repopoſcerit, dic cum li-
bertate, quòd Regem Angelorum blaſphema-
uit; Si enim Regem terræ blaſphemantem pu-
niri oportet, multò magis illum contumelia affi-
cientes, commune crimen eſt, publica iniuria,
cuique licet accuſare volenti. Hæc Chryſoſto-
33 mus. Apud † Gallos pluries mortis, aliasque pę-
nas illatas, refert Io. Paponus lib. 1. tit. 2. per plura
Arreſta. alias etiam nonnullas refert Petr. Greg.
Syntagmat. Iuris vniuerſi, lib. 33. c. 11. per totum.
34 Ad quintum verò, † quis iudex ſit Blaſphe-
miæ cognitor? Breuis eſt reſponſio, quòd vter-
que iudex Eccleſiaſticus, & ſecularis poteſt bla-
ſphemum punire, & pęna ab vno impoſita, non
impedit, quin poſſit ab altero puniri, vt eſt tex. in
d. c. 2. vbi Abb. Panorm. & alij de Maledicis Ae-
gid. Boſſius in tit. de inquiſ. num. 131. & 132. Iul.
Clar. in d. §. Blaſphemia, num. 5. poſt Bald. Fran-
ciſc. Aretin. Andr. Alciat. Didac. Couar. Anton.
Gomez, & alios, dixi ad Bellugam in Speculo
Princip. rubr. 11. §. videamus, in verbo, mixtis,
quem locum refert Perr. Cened. in Collect. Iuris
Canonici parte 2. cap. 126. ſub nu. 4. Fabius Mon-
teleon. in pract. arbitr. parte 4. num. 743. Ioan.
Roias de hæreticis, par. 2. aſſert. 12. num. 168.
Ad ſextum, ac vltimū, quam ſit nefandum ſce-
lus blaſphemia ac quanta ſit execratio ſacrę litte-
ræ atteſtantur. Nam Iudas Thadæus Frater Ia-
cobi in Epiſtola Catholica, cap. 1. Magnum cri-
men committere ait, Maieſtatem blaſpheman-
35 tem; & gloſſa ad Iſaiam, cap. 18. dicit, quod † om-
ne peccatum blaſphemiæ comparatum eſt læ-
ue; vndè rectè Auguſtinus non minus peccant,
qui blaſphemant Chriſtum regnantem in cęlis,
quàm qui crucifixerunt ambulantem in terris.
Idcirco concludit D. Thomas in ſecunda ſecun
dæ, q. 13. art. 2. quòd blaſphemia ſit delictum gra-
36 uiſſimum, & ideò † reſpectu obiecti, in quod
peccatur, blaſphemia eſt peccatum maius ho-
micidio, vt vbi ſupra concludit D. Thomas, &
poſt eum Tabiena, in Summa, §. blaſphemia, nu.
6. Fumeus in Armilla, in verbo, blaſphemia, nu.
2. Dominic. de Soto, de iuſtit. & iure, libro 8. q. 2.
artic. 3. Maius etiam periurio, vt dicit gl. ad Paul.
37 ad Epheſcos, cap. 4. ſuper illis verbis, † blaſphe-
mia tollatur à vobis, quòd peius eſt blaſphemare,
quam peierare; quod & diſcurit D. Thomas vbi
ſupra. Execratio vero huiuſmodi delicti eſt ſa-
tis nota, & Chriſtiano lectori obuia, cum vnum
ſit Sacrę ſcripturę teſtimonium, quo apparet vin
38 dicta à D E O in blaſphemos illata, cum † per
Angelum vna nocte in exercitu Sennacherib
Regis Aſſyriorum, occiderit centum octuagin-
ta quinque millia hominum vt habetur libro 4.
Regum, cap. 19. & poſt Beronm ſcribit Ioſephus
Antiquit. Iudaicar. lib. 10. cap. 1. & 2.
39 Aliud exemplum † patet in exercitu Bena-
dad Regis Syriæ, quia cum obtinuiſſet Achab
Rex Iſrael quandam in eos victoriam, blaſphe-
mauerunt Syri, dicentes Deus montium, ipſe eſt
Dominus eorum, & non eſt Deus Vallium, dabo
hanc multitudinē grandem in manu tua, & ſcie-
tis, quia ego ſum Dominus. Septima die pauci
filij Iſrael vna die percuſſerunt centum millia pe
dites Syros, & cū reliqui aufugiſſent in Aphec,
cecidit ſuper illos murus ciuitatis, atque occidit
ex eis alia viginti ſeptem millia, ita, vt Benadad
ab Achab veniam, & fœdus petierit, vt habetur
lib. 3. Regum cap. 20. Chriſtianus Adrichomius
40 in Chronic. Anni Mundi, 3031. Sic impio † Ni-
canori ob Dei blaſphemiam, inciſum caput, am-
putata manus, & excauata lingua, & in partes
ſciſſa, & auibus data, vt habetur libro 2. Macha-
bæor. cap. 15. Hinc mos erat Iudæis, cum audie-
bant blaſphemiam, aures obturabant, & veſti-
menta ſua ſcindebant, vt patet Matth. cap. 26.
41 Hinc † delictum iſtud adeo odioſum eſt, quòd
blaſphe-

blasphemus non gaudet Ecclesiastica immunitate, sed inde extrahitur, quia frustra legis auxilium implorat, qui in illam committit. c. quia frustra, de vsur. Blasphemus enim dum in Deum, atque in Ecclesiam eius Sponsam deliquit, immunitatibus, & gratijs illius gaudere non debet, c. conquæsti, c. cum pro causa, c. finali, de senten. excom. Ioan. Faber in l. 1. C. de his, qui ad Eccles. confug. vbi hoc de Blasphemo non dicit, sed sic eum refert, ac sequitur Nicol. Boer. in Decis. Burdegal. 110. num. 1. & pluribus seqq. Petr. Rebuff. in Constit. Galliæ, tomo 2. de Immunit. Eccles. articulo 3. num. 23. Remigius de Gonny de Immunit. Eccles. Fallent. 24. per totum. Tiberius Decian. in tract. Crim. lib. 6. tit. de Blasphem. cap. 6. num. 23.

42 De Blasphemia insuper damnati † in testimonio ferendo non admittuntur, Alexan. in consil. 152. vol. 5. Alexand. de Neuo in consil. 2. num. 10. Ripa, in l. Admonendi, nu. 180. ff. de iureiur. Felin. in c. 2. in fine, extra, de exception. Thom. Grammat. in Decis. 11. num. 12. in Voto 22. num. 5. & 6. in Consil. Crimin. 12. num. 29. in consil. 70. num. 9. in fine, refert Decian. in dicto cap. 6. num. 21. Iacob. Nouell. post Duen. Regula 216. num. 23. Ioan. Baptista Plotus, in l. si quando, num. 803. C. Vnde vi. Lancellot. Corad. de offic. præt. in caus. ciuilib. §. 2. tit. de person. test. num. 35. tamen Decius, in consil. 163. sub num. 10. vers. Tertiusdecimus, dicit, quod si blasphematores, lusores, & similes repellerentur, nullus posset examinari, quod non est magnifaciendum. Sed supradictam primam opinionem confirmando idem dicit Roland. à Valle, in consil. 57. num. 43. & in
43 consil. 94. num. 34. vol. 4. quia † non poterit hominibus esse fidelis, qui Deo fidelis non est. Bald. in c. cum Ioannes, de fide instrum. arg. c. non potest, 2. q. 7. Idem Roland. in consil. 63. num. 25. volum. 2.

44 Nec reprobãtur testes † nisi ex capite inimicitiæ, vel quod calore iracũdiæ blasphemauerint, vt voluit, idem Thom. Grammat. in cons. crim. 15. num. 12. & duobus seqq. Alexand. in consil. 72. num. 7. vol. 1. Nec tenenda est opinio Paridis de Puteo, quam refert Iul. Clar. in d. §. Blasphemia, num. 5. dicentis, blasphemum non admitti ad probandum contra testium personas, quia contrarium tenuit Nicol. Boer. in Decis. 301. nu. 21. in fine, quem sequitur ipse Clarus vbi supra: Nam, etsi offensio in Deum magna sit, & omni vltione digna, semper tamen defensio inquisito danda erit, ne forte iniquis, aut vilissimis quibusq. testibus præbeatur ansa, aliquos hoc intuitu malignandi; sequitur hoc idem Decian. cap. 5. in princip.

Multas quęstiones congerere possem ad hanc materiam, quas omitto, quæ videri possunt
45 † apud eos, qui de ipsa scripsere, prout sunt Diuus Thomas, in 2. 2. quęst. 13. Didacus Couar. in c. quamuis, parte 1. §. 7. Tabien. Syluest. Angel. Armilla, in verbo, Blasphemia. Thom. Gram. in Decis. 50. Nicol. Boer. in Decis. 110. in Decis. 301. Bernard. Diaz, Pract. Crimin. Canonica, c. 103. Et Ignat. Salzedo, D. Ant. Flor. in Summa, par. 2. tit. 8. cap. 7. Anton. Gomez. Variar. resolut. cap. 1. num. 1. cap. 2. num. 2. tomo 3. Arnald. Albertin. de Agnoscend. assert. Cathol. vel hæretic. q. 6. & q. 27. Iul. Clar. in d. §. Blasphemia. Dominic. Sotus, de Iust. & Iure, lib. 8. q. 2. artic. 3. Conrad. Brunus de Hæretic. lib. 5. cap. 20. Ludou. Carrer. de Hæretic. num. 26. Alfonsus de Castro, de iusta hæret. punit. lib. 1. cap. 12. Iacob. Symanch. in Praxi Hæreseos, tit. 9. & de Cathol. instit. tit. 8. Io. Roias de Hæret. par. 2. Assert. 12. Ioannes Franc. Poncinib. de Lamijs, num. 86. Francisc. Squillacens. de fide Catholica, cap. 16. Iodocus Damhoderius, in Praxi Crimin. cap. 61. num. 10. Petr. Gerard. in Singul. 83. Sebastian. Medic. in Summa peccat. par. 1. tit. 4. quęst. 31. Aegid. Boss. in tit. de Inquisit. num. 131. & seqq. Ioan. de Arnon. in Singul. 4. Paul. Fusc. de Visit. lib. 1. cap. 21. num. 30. Simon Maiol. de Irregular. lib. 5. cap. 32. Eymeric. in Director. Inquisit. parte 2. quæst. 41. vbi Francisc. Pegna. Lelius Zanch. de Priuileg. Eccles. Priuileg. 150. Anton. Scappus de iure non scripto lib. 5. cap. 135. Menoch. in dicto Casu 375. & infinitos ex his & alijs propemodum copiose more suo Petr. Cened. Collectan. Iuris Canonici, parte 2. cap. 126. per totum. Petr. Plaza in Epitome Delictor. lib. 1. cap. 1. num. 18. in fine, Tiber. Decian. tract. crim. lib. 6. per plura capita. Marc. Anton. Blanch. in Pract. Crimin. Caut. 8. Petr. Follet. in Praxi Crimin. in Fragment. num. 12. & pluribus sequentibus, in Pract. Censual. in verbo, Nicolaus Episcopus, num. 43. cum sequentibus Petr. Greg. Syntagmat. iuris vniuersi, lib. 33. cap. 12. Francisc. Marc. in Decis. 109. par. prima. Hippolyt. Bonacoss. quęst. crimin. §. Blasphemus. & Opin. Commun. Crimin. §. Blasphemia, parte prima. Barth. Bertazol. in consil. crimin. 553. vbi Claudius filius, vol. 2. Pelbar. à Themisuar in Rosar. Sacræ Theolog. versic. peccatum, 4. §. 40. parte secunda.

46 Reliquum est, vt moneãtur † Domini, & Magistratus, vt seuerè puniant hos DEI hostes Blasphemos, nec sinant suis Edictis, ac legibus hoc delictum inultum, ne à Barbaris, atque Ethnicis in vlciscenda Diuini Numinis iniuria vincamur, & Diuinum honorem silentio præterijsse quandoque culpemur. Nonnulla quo ad blasphemiam oris, ac facti scribit nouissimè postquam hæc scripseram Ioan. Baptista Costa, de facti scientia, & ignorantia. Inspect. 17. per totam. Adde etiam nouissimè Carolum Iallongum, Racemation. 41. numero vigesimo.

CAP.

CAP. III.

ARGVMENTVM.

Summo Pontifici, Imperatori, Regibus, Principibus Eccleſiaſticis, vel profanis maledicendum non eſt, quando ſemper linguæ petulantia in Principes extitit punita diuerſimodè.

COMPENDIVM.

1 *Maledicendum Principi non eſt.*
2 *In ſummo Pontifice locum ſibi vendicat tit. C. ſi quis Imperat. maledix.*
3 *Tiberij Deciani opinio reprehenditur.*
4 *Intellectus l. vnicæ, C. ſi quis Imp. maledix.*
5 *Seuerus Antiochiæ Epiſcopus punitus ab Irænco Præſide ob maledicta in Sanctum Calcedonenſe Concilium prolata.*
6 *Daphitas Grammaticus, quod Reges verſibus inceſſerat in monte Thorace, cruci affixus fuit.*
7 *Maledicentia in Principem inter Maieſtatis crimina poni.*
8 *Antiſtius Maieſtatis delatus, quod probroſa quadam in Principem ſcripſiſſet.*
9 *Conſiderandæ perſonæ ſunt, quæ Principi maledixerint.*
10 *Heluidius, quod Veſpaſianum maledictis, & fuctis laceſſiuerat, morte danatus, à Veſpaſiano tandem reuocatus fuit.*
11 *Claudius Cæſar, dixit, non ita de Pulice, vti de fera vindictam ſumendam.*
12 *Philippus Rex Secundus ægre tulit quendam fuiſſe capite truncatum eo quod dixerat, officia dari indignis in Regno.*
13 *Senator non eſt conuicio afficiendus, ita ſcribente Arnobio aduerſus Gentes.*
14 *Aſsyrii maledictis Principem ac ſuperiorem afficere non audebant.*
15 *Veſpaſianus Imperator decreuit, non oportere maledici Senatoribus.*
16 *Rex, nec ferre, nec inferre iniuriam debet.*
17 *Maledicentiæ Principis caſus ad eumdem Principem referendi ſunt.*
18 *Accurſium, an bene declarauerit Menochius in loco allegato.*
19 *Tiberius ægre tulit, quod Senatus morte mulcaſset Q. Lutorium, quod in Druſum ægrotātem Poeticum Carmen ſcripſiſset.*
20 *Nicolaus Francus Beneuentanus, morti traditus, quia in Pium V. Pontificem Maximum clandeſtinè maledicum carmen in publicum poni fecisſet.*
21 *Semei conuitiator Dauidis Regis morte multatus poſt obitum Regis à filio Rege Salomone.*

AXIOMA.

Principibus, Dominiſq. ne maledicunto.

PRæceptum notiſſimum traditum eſt
1 Exodi cap. 22 † Dijs non detrahes, &
Principi populi tui non maledices.
Hinc reprehenſus, & percuſſus Paulus mandato Ananiæ Pontificis, quod parietem
dealbatum illum vocaſſet, qui reſpondit: neſciebam fratres, quia Princeps eſt Sacerdotum, ſcriptum eſt enim, Principem populi tui non maledices, vt habetur Actuum, cap. 23. verſu quinto.
2 Qua de re arbitror † titulum, C. ſi quis Imperat.
maledix. in maledicente Summo Pontifici locum ſibi vendicare, vt plenè ſcripſi in Conſil.
3 meo 26. Centuria 2. Nec † idcirco mihi arridet
opinio Tiber. Deciani in tract. crimin. lib. 7. cap. 50. num. 34. parte ſecunda. Qui cenſuit de Iure Canonum Maledicentem Papæ, vel Epiſcopo, non puniri: quando conſiderari debet, ſi in Imperatore id fiat, ac puniatur, tanto plus in Pontifice, cui, & Imperator, Reges, omneſq. Principes colla ſubmittunt. Eſtq. inſuper contra morum Regulam, qua, ore, lingua, & actu tenemur eum, qui CHRISTI Domini Noſtri Vices gerit in terris, venerari, & honore afficere nec contemptui ex maledicentia illum habere.
4 Nam Imperatores in l. vnica, C. ſi quis Imper.
maled. non abſoluerunt maledicendi in ipſum Principem libertatem, atque petulantiam, ſed huius criminis reos ad ſuū examen, arbitriumq. deduxere; cuius rationem reddere ſtuduit M. Anton. Natta, in conſ. 592. quod eſt duplicatum in conſil. 595. vol. 3. Sed vnum eſt pro I.C. Petrino Bello, alterum eſt pro Vincentio Petrini fratre. Refert namque Euagrius Hiſtor. lib. 3. cap.
5 34. & lib. 4. cap. 4. Seuerum † olim Antiochiæ
Epiſcopum, ob nonnullas varias, atque innumerabiles blaſphemias, & maledicta in Sanctum Calcedonenſe Concilium, ac illius Patres prolata, ab Iræneo Præſide Antiocheno Iuſtini Imperatoris iuſſu debitas ſuæ procacitatis pœnas, nēpe linguæ amputationem, ſuſtinuiſſe, vt qui pluries monitus, maledicendi ſermones defendere, & ab incepto deſiſtere noluiſſet. Nicephor. lib. 17. cap. 2. & cap. 9. ego dixi in conſil. 43. num. 1.
6 Centur. 1. Vnde † Daphitam Grammaticū cruci
affixum in monte Thorace, quod verſibus Reges inceſſerat, & inde prouerbium ortum, Caue
7 à Thorace, ſcribit Strabo, lib. 14. Ad † crimen
olim Maieſtatis ſpectaſſe maledicentiam in Principem poſt Iacobum Cuiacium inquit Tiberius Decian. in d.c. 50. num. 29. ex authoritate Iulij Pauli, lib. 5. Sententiarum ad filium, titulo 29. vt eſt in fine Codicis Theodoſiani, ibi: quod crimē non ſolum facto, ſed & verbis impijs, ac maledi-
8 ctis maximè exacerbatur. Hinc † Antiſtium, quia
quædam probroſa in Principem ſcripſerat, Maieſtatis delatum ſcribit Cornel. Tacitus Annal. ū
9 lib. 14. Arbitror autem † hac in re pēſandas fore
perſonas.

personas, qui in hanc maledicendi in Principem Scenam descenderint, num viles sint, & abiectæ plebis homines, nam si Duces illi fuerint, præfecti, aliiue graues, vel clarissimi viri, à quibus verba hæc petulantia, & vana exierint, & proficiscantur, tunc vel infirmandi principatus, aut illius affectandi, ac peruertendi, aut tumultus, vel bella, ac populorum motus excitandi suspitiones nascentur; & idcirco graui animaduersione hos dignos iudicarem. Sin autem illi viles sint, impotentes, infimiq. status, quid in eorum animaduersione Princeps, suiq. Magistratus decoris vnquam quærere poterunt? Eorum disciplina, & punitio reputabitur si id clementia antiquetur.

10 Sic † Vespasianus, Heluidium, quod ipsum nomine proprio non Imperatorio salutasset, ac in eius Edictis Imperatoris nomen non apponeret, cumq. dicendi liberrate, declamationibus, nimia dicendi insolentia pungeret, relegatum primum, deinde mori iussum, missis, qui percussores reuocarent, seruati iussit; vt est author Sueton. in Vespasiano, cap. 15. Mille supersunt exempla, quibus Principes clementia vsi sunt in eos, qui illos maledictis lacessiuerunt, quos nunc ex

11 professo, omitto, cum arbitrer iuxta † dictum Claudij Cæsaris non ira de Pulice, sicut de fera vindictam esse inmendam, vt dicit Dio Nicens, lib. 60. & ego refero in consil. 76. num. 20. Cent. 1. nam non ita pridem cum quidam Doctor in quodam memoriali dixisset, Magistratus Regis viris doctis omissis, ignorantibus dari, fuit Neapli capite truncatus; Quod cum audisset Philip-

12 pus II. Rex, adeo † ægrè tulit, vt parum abfuerit quin in Magistratus, qui illi eam penam inflixerant, grauiter animaduerteret. Refert Lucianus in Demonacte, quod quidam Cynicus Philosophus cum lapidem ascendisset, circumforaneorum more, qui per compita, ex eminentiore loco suas crustulas vendiant, & ibi in proconsulē, quod delicatior esset, & corpus sæpè vngeret, acrius, & vehementius declamasset, vix fustium ictus, exsiliumq. effugit. Nam Magistratui, quam diu in Magistratu est, contumeliosum aliquod, vel turpe non est obijciendum, qualiscumque ille sit in precio habendus, ac illum venerati oportet, ne ex contagione propria, ac personæ vitio, dignitas, & officium contaminetur. Quinimmo

13 † nec Senatorem conuicio prosequi debere, scri

14 bit Arnobius aduersus Gentes, lib. 4. Hinc † maledictis Principem, ac superiorem Assyrij afficere non audebāt, vt dicit Diodor. Siculus, lib. 3. Et quemadmodum Senator non debet maledictis, ac iniurijs affici, eodē modo, nec ipsum in alios id facere decet, ne cogat mordentem remordere, iuxta Decretum Vespasiani Cæsaris, qui de iurgio quodam Senatoris, & Equitis Romani

15 ita pronunciauit † Non oportere maledici Senatoribus, remaledici ciuile, fasq. esse, vt refert Sueton. in Vespasiano, c. 9. Exemplum suppetit Ptolomæi, qui cum irridendi causa quendā Grāmaticum interrogasset, quis Pilei pater fuisset vicissim illum Grāmaticus interogauit, qui parer fuisset Lagi, quo verbo mordaciter Ptolomæi ignobilitatem notabat. Ptolomæus ad eos conuersus, qui illum in Grammaticum incitaran

16 † Regem (inquit) vt iniuriam ferre, ita nec inferre honestum.

17 Vnde dum † similis casus occurreret, siue temulentia, & ebrietate, vel ex insanias, siue ex iniuria, in omnem casum ad Principem referendum est, & maledicus remittendus, vt in dicta l. vnica, C. si quis Imper. maledix. quod refert Xiphilin. in Tito, & voluit Restaurus Castald. de Imperatore, q. 110. notabili 169. Et latè concludit Iacob. Menoch. de arbitr. iud, quæst. lib. 2. Centur. 4. Casu 377. & huius opinionis fuisse Accurs. ibidem arbitror, licet Menoch. dicat illum solo vltimo casu remittendum. Nam etsi Accurs. in Glossa ibi, in verbo, Remittendum, dicat non tamen id dixit, meo iudicio, Accursius, sed cōtrarium eius

18 quod illū dixisse retulit Menoch. nam † in Glossa, in verbo, Ex leuitate, dum dicit tribus modis maledici posse Principi, & vltimo remittat. Non est intelligēdum, vltimo casu, vel vltimo modo, sed vltimo loco, remittat, aliàs contradiceret sibijpsi, cum cum dixisset prius, & nullo casu puniri iudex. Vnde facta remissione, dicet Princeps quid de illo faciendum; notant hoc etiam, sequētia verba: Integris omnibus, quasi nulla facta innouatione, & negotio intacto, Similia verba sunt in l. A Diuo Pio, §. sed sciendum, ff. de re iudic. & habetur plenè per Gloss. & Doctor. in §. item si

19 adhuc, Inst. Mandati. Hinc cum † a Senatu Romano esset condemnatus, ac morte mulctatus Q. Lutorius, quod in Drusum ægrotantem carmen Poeticum scripsisset, ægrè tulit Tiberius, quod ipso inscio morti illum Senatus tradidisset, vt refert Dio lib. 57. quamquā arbitrer fuisse causam, quod Senatus eum interfici iussisset, sua voluntate prius non explorata. Tandem maiori ex parte petulantia, & dicendi libertas in Principes nascitur à praua aliquorum consuetudine, quæ

20 retundi debet à Magistratibus, † vt non ita pridē laquei pœna in loco solito pontis Romæ affectus fuit à Romanis Magistratib. in senecta Nicolaus Francus Beneuentanus vir non indoctus quod in Pium V. Summum Pontificem maledica carmina clandestinè in loco publico affixisset. De loquente malum contra Principem, loquitur Accurs. in rubr. de Præposit. Labar. lib. 12. sequitur Martin. Laudens. de Principibus, §. 298. Hinc

21 † ob conuitia, quæ in Dauidem cumulauerat pu nitus est Semei, vt habetur lib. 3. Regum, cap. 2. versu 46. Non enim benè cōsultum est Reipublicæ, si in Principes, vel eius Magistratus libertas connitiandi tribuatur, vnde in optimè constituto Dominio, hæc maledicendi libertus seuerissimè punitur, vt placuit Aristoteli, Politicorum, lib. 5. cap. 11. & apud Romanos Oratorem cum nimias altè oscitasset coram Censoribus, graui multa damnare eum Censores volebant nisi iureiurando seipsum purgasset, assignando eo malo se natura labo tare, vt dicit Baptista Fulgos. lib. 2. cap. 4.

CAP. IV.

ARGVMENTVM.

Superioribus, & Magistratibus obedientia praestari debet, nec eis debere, ac posse resisti.

COMPENDIVM.

1 *Principibus, earumq. legibus obediendum est.*
2 *Natura duce homines congregantur.*
3 *Homines pro publica commoditate in vnum conueniunt.*
4 *Ciuitas est hominum communio quadam.*
5 *Communio discordiam parit.*
6 *Sine Imperio, nec domus, nec Ciuitas consistere potest.*
7 *In ordine debet esse maior, qui praesit, & minor, qui subsit, & obtemperet.*
8 *Magistratus iubendi, ac imperandi potestate funguntur.*
9 *Regens naturaliter recto melior est.*
10 *Subditis necesse est obedire.*
11 *Abraham ob obedientiam fuit à DEO benedictus, & num. 12.*
13 *Obedientia melior est quam victima.*
14 *Ecclesia Romana caput Ecclesiarum omnium, & mater, & ideo illi obediendum, & infra num. 25.*
15 *Pontifici Maximo obedire de necessitate salutis est.*
16 *Papae obedientiam denegans, censetur paganus.*
17 *Reuerentia praestatur inter maiorem, & minorem.*
18 *Superiorum mandatis iustis, vel iniustis parendum, dum tamen non sint contra DEVM.*
19 *His, qui sedent super Cathedram Petri est obediendum.*
20 *Magistratibus concessum est, vt poenali iudicio iurisdictionem suam defendant.*
21 *In ius vocatus debet venire.*
22 *Leges dominari oportet, & homines illas obseruare.*
23 *Lex vbi non dominatur, Ciuitas moritur.*
24 *Ecclesiae Catholicae obtemperandum est.*
25 *Deuiandum non est ab Ecclesiae regulis.*
26 *Ecclesia figurata in Area Noe.*
27 *Praelati omnes iurant se fideles futuros Ecclesiae Romanae.*
28 *Imperator iurat se Ecclesiam Romanam defensurum.*
29 *Beneficiarij debent praestare fidei professionem, ex Concilio Tridentino & Constitutione Pij IV. Summi Pontificis.*
Pij IV. Constit. incip. Iniunctum nobis, super fidei professione.
31 *Obedientiam praestandam Petro, & successoribus; & de primatu Summi Pontificis remissiue.*
32 *Princip̄, qui non obediet, morte moriatur.*
33 *Obsequium, & obedientia superioribus praestanda.*
34 *Iudex debet virtute disrumpere iniquitates.*
35 *Moyses intrepidus DEI auxilio, ante Pharaonem non timuit.*
36 *Helias intrepidus coram Rege Achab fuit.*
37 *Quid dixerit Heliseus absque timore ante Ioram.*
38 *Magistratus est lex loquens, & Lex est Magistratus mutus.*
39 *Ciceronis quandam legem Decemuiralem perperam appellauit Tiraquellus sententia auctoris.*
40 *C. Buturius, quod Tribuno plebis in foro ambulanti via non decessisset, vltimo supplicio affectus.*
41 *Inter duos Magistratus ambulare priuatus non debet, Adriani Imperatoris decreto.*
42 *Purpuratis superioribus honor exhibendus, quo denegato id factum instar sacrilegij etiam decreuerunt Valentinianus & Valens Impp.*
43 *Honore Magisterij, vel Comitiua aerarij existens decoratus absque acclamatione non praeteritur & Statuto Impp. Arcadii & Honorij.*
44 *P. Decius Praetor, quia non assurrexit M. Aemilio Scauro Consuli, iussus assurgere, vestis scissa, ex interdictum, ne vt Praetor adiretur.*
45 *C. Martius Coriolanus, quia vocatus venire noluit, in exilium perpetuo missus.*
46 *Principis iudicium quis recusare nequit.*
47 *T. Manlius Torquatus Aulum filium Consul virgis caesum, morti addixit, quia eo inscio bellum Latinum fecisset, quamuis victoriam ab aduersariis retulisset.*
48 *Tribunus Maerinus Imperator, quod exploratores quo mandauerat, non misisset, crudeli morte peremit.*
49 *Parere Imperatori melius est, quam hostem necare.*
50 *Tiberius Senatores Dominos vocabat.*
51 *Lybiae populi Regibus obediunt, illi eos vt socios diligunt.*
52 *Lacedamonij felices iudicabantur, quia legibus obtemperabant.*
53 *Imperare quis non recte potest, nisi seruire didicerit.*
54 *Pulcherrimum, & vtilissimum disciplinae ciuilis est, Principibus, ac Magistratibus obtemperare.*
55 *Pulchrum est ad vestibulum Praetorij magistratum salutare.*
56 *Equiti Romano equus ademptus est, quod coram Censoribus altius oscitaret.*
57 *Ridere coram Senatu Areopagitarum nefas erat.*
58 *Virtus nec apud Barbaros inhonorata est.*
59 *Potestati, qui resistit, DEI ordinationi resistit.*
50 *Resistentiam facere, rebellare est.*
61 *Obedientiam praestari Magistratui quando agit ea, quae ad suum officium pertinent.*
62 *Iudici proferenti sententiam contra absentem euocatum feriarum tempore, non obtemperabitur, & sine appellatione illa infirmabitur.*
63 *Resisti potest Officiali non portanti signa, quibus pateat eum Officialem esse.*
64 *Obediendum non est iudici iniustè faciendi, de cuius iniustitia constat.*
65 *Condemnatus de facto resistere potest exequutioni sententiae.*
66 *Captus iniuste resistere potest eum armis, non solum per seipsum, sed etiam per vicinos, & tertios.*
67 *Iniuste captus, an occisis satellitibus, possit se tueri.*
68 *Iudici exequenti appellatione pendente resistitur, & quo modo id sanè intelligendum sit, num. 69.*
70 *Resistere Magistratui ob iniustitiam, est res periculo plena: quia perplexa est cognitio, an quid iuste, vel iniuste actum sit.*
71 *Magistratui officij metas egredi non licet, id namque si faciat impune ei contradicitur.*
72 *Auli Hostilij Mancini Aedilis Curulis cum Manulia meretrice Historia.*
73 *Consulum, ac Tribunorum dissensio super obedientia inter eos obseruanda.*

Durouius

74 *Duronius Senatu motus, quod contra legem roſtra conſcendiſſet, vt lex, cui reſiſtebat, abrogaretur.*

75 *Iuſtitiario in Regno Neapolitano an reſiſtat Aſseſsor, vel Iudex.*

76 *Intellectus c. Regni. Item exeant Iuſtitiarij.*

77 *Apparitori, vel Nuncio reſiſtenti quæ pœna infligatur.*

78 *In Magna Curia Vicaria, vt cognoſcantur Birruarij, ac viatores portant baculum, cum argenteo ſigillo armorum Regiorum in cuſpide.*

79 *Nuncio dicenti ſe fuiſſe offenſum ab aliquo, non creditur.*

A X I O M A.

Magiſtratibus, ac Ius dicentibus obtemperanto, eiſq. minimè reſiſtunto.

PRincipum, † Magiſtratuum, ac ſupe-
1. riorum imperio, & poteſtati obtem
perandum eſſe, & illis obedientiam
præſtari oportere naturalis ratio di-
ctat, & vt principibus, eorumq. legibus obtempe-
retur, Iura Diuina, atque humana concludunt.
2 Tametſi, natura † duce homines congregaren
tur, vt vnus alteri, & è contra ſuffragia miniſtra-
ret, labefactata tamen illa, ob primi hominis la-
pſum, ad malum prona, neceſſe fuit alicuius im-
perio ciues in vnum congregatos in officio con-
3 tinere. Homo † natura cum ſit ciuile animal,
ad conuictum eſt procliuis, publicaq. commodi-
tas operatur, vt in vnum locum homines conue-
niant, vt inquit Ariſtot. Politicor. lib. 3. cap. 4. Ci-
uitas fit cum nullus ex ſeipſo ſatis ſufficiens eſſet
ſed multorum auxilio indigeat, nec alia ex cauſa,
quam ea, ad conſtituendas Ciuitates initium fuiſ
ſe conſtat, vt inquit Plato de Repub. lib. 2. Idcir-
4 co † Ciuitatem eſſe ſimilium hominum com-
munionem quādam, optimè, quo ad fieri poteſt,
viuendi cauſa conflatam, ſcribit Ariſtoteles Po-
litic. lib. 7. cap. 8. Oportuit autem hanc ciuium
5 vnionem, & congregationem, † cum ſui natura,
communio diſcordiam pariat, alicuius Domi-
nantis iudicio gubernari. Hinc Cicero de Le-
6 gibus, lib. 3. † ſine Imperio, nec domus vlla, nec
Ciuitas, nec Gens, nec hominum vniuerſum ge-
nus ſtare, nec rerū natura omnis, nec ipſe Mun-
dus poteſt. Nicolaus Bieſius de Repub. lib. 1. in-
quit, Rempublicam, ac Ciuitatem multorum
hominum ordinem quendam eſſe, & ſine ordi-
7 ne non rectè conſtare. In † ordine autem datur
maior, qui præſit, ac dominetur, minor, qui ſub-
ſit, ac obtemperet. De hoc Ariſtoteles lib. Poli-
tic. 4. cap. 4. ait Magiſtratus gerentes ſuum offi-
cium præſtant, ſiquidem Ciuitas eſſe abſque ma-
8 giſtratibus non poteſt. Hic † autem Magiſtratus
cum iubendi, ac imperandi poteſtate fungatur,
vt inquit Ariſtotel. in Politic. lib. 4. cap. 15. At ſi
iubeat, & præcipiat, ac ei non obtemperetur, va-
num eſſet illius imperium, ac riſu digna illius ad-
9 miniſtratio, quando quidem Regens † naturali-
ter recto melior eſt, vt dicit Ariſtot. lib. 1. Politic.
cap.... Ideoq. ſubditum, qui regitur, neceſſe eſt
regenti, vti meliori, ſubijci. In rebus in ſuper natu
ralibus ſuperiora mouent inferiora ad ſuam
operationem, ob excellentiam naturalis virtutis
diuinitus collocatæ. Eodem modo in humanis
oportet, quod ſuperiores moueant inferiores per
ſuam voluntatem, ex vi authoritatis diuinitus or
dinatæ. Mouere autem eſt præcipere, ergo, & è
10 conuerſo † ſubditis neceſſe eſt obedire, vt argu-
mentatur D. Thomas in 2.2.q.104. artic.1.
11 Iure Diuino, † quam magni fuerit obedientia,
patet ex benedictione, quam DEVS Optim.
Max. fecit Abrahæ. Quia, inquit, feciſti hāc rem,
& non pepercisti filio tuo vnigenito propter me,
benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſi-
cut ſtellas cæli, & velut arenam, quæ eſt in litore
maris; poſſidebit ſemen tuum portas inimicorū
12 ſuorum, & benedicentur † in ſermone tuo om-
nes gentes terræ, quia obediſti voci meæ, vt habe
tur Geneſ. cap. 22. verſic. 16. 17. & 18. Et iterum,
Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes, eo
quod obedierit Abrahā voci meæ. Geneſ. c. 62.
verſ. 4. & 5. Hinc Exodi, c. 15. veſ. 26. Si audieris,
inquit, vocem Domini Dei tui, & quod rectum
eſt coram eo feceris, & obedieris mandatis eius
cuſtodierisq. omnia præcepta illius, cunctum lan
guorem, quem poſuit in Aegypto, non inducam
ſuper te. Qui Exodi cap. 24. verſic. 23. responde-
runt: Omnia, quæ loquutus eſt Dominus, facie-
mus, & erimus obedientes. Et Moyſes Deute-
ronom. cap. 11. verſic. 26. 27. & 28. En propono
in conſpectu veſtro hodie benedictionem, & ma
ledictionem, benedictionem ſi obedieritis man-
datis Domini Dei veſtri, quæ ego hodie præci-
pio vobis. Maledictionem, ſi non obedieritis
mandatis Domini Dei veſtri, ſed receſſeritis de
via, quam ego nunc oſtendo vobis, & ambula-
ueritis poſt Deos alienos, quos ignoratis. Et
Deuteronom. cap. 7. verſic. 12. & 13. dicitur, qui
autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis im
perio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo
tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. Et
iterum Deuteron. cap. 21. num. 18. 19. 20. & 21.
Si genuerit homo filium contumacem, & pro-
teruum, qui non audierit patris, ac matris impe-
rium, & coercitus obedire contempſerit, appre-
hendent eum, & ducent ad ſeniores Ciuitatis il-
lius, & ad portam iudicij, dicentq. ad eos, filius
noſter iſte proteruus, & contumax eſt, monita
noſtra audire contemnit, commeſſationibus va-
cat, & luxuriæ, atque conuiuijs, lapidibus eum
obruet populus eius Ciuitatis, & morietur.
Hinc Iſraelitæ promiſerunt Ioſuæ cap 1. verſic.
decimooctauo. Qui contradixerit ori tuo, &
non obedierit cunctis ſermonibus, quos præ-
ceperis, ei moriatur, tu tantum confortare, &
viriliter age. Vnde Samuel. lib. primo Regum,
cap. decimoquinto, verſic. vigeſimoſecundo, in
13 quit, † melior eſt obedientia, quam victima. Et
ideo dicit Salomon Prouerb. capit. 21. verſic.
28. Vir obediens loquetur victoriam. Effundens
lacrymas Tobias ad Dominum capit. 3. ver-
ſic. quarto, dicebat. Quoniam non obedi-
uimus præceptis tuis, ideo traditi ſumus in
direptionem, & captiuitatem, & mortem, &

in fabulam,& in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. Hinc dum decipere intẽdit Holofernem Iudith cap. 11.versu 5. adulatoria verba protulit, quòd Nabuchodonosor Regi, non solum homines, sed bestiæ terræ obtemperarent. Quasi quòd obedientia summa quædam res sit. Et præceptum vltimo loco dat Paulus ad Collossen. c. 3. versu 22. Serui, inquit, obedite per omnia dominis carnalibus. Et iterum ad Ephesios, cap.6.versu 5.Serui obedite dominis carnalibus cum timore,& tremore. Et ad Titum cap.3.versu 1.Admone illos,Principibus, & Potestatib. subditos esse,dicto obedire,ad omne opus bonum paratos esse.Et pro peculiari pręcepto idem Apostolus ad Hebræos c.13.versu 17. Obedite Præpositis vestris & subiacete eis. Idcirco Augustinus lib.2. Confessionum. Generale, inquit,pactum est societatis humanę,obtemperare Regibus suis.& Gregorius Moralium lib.35.c. 12.Obedientia victimis iure pręponitur,quia per victimas aliena caro,per obedientiam vero,voluntas propria mactatur. Hinc Hugo in lib. de duodecim abusionib. Inobedientię(inquit) morbus, ex superbiæ tumore procedens, sicut sanies ex vlcere,sic ex superbia contemptus manat. Et ideo 1. Petri, cap.2. fit præceptum, vt obediamus non solum bonis,& modestis, sed etiam discolis.

Iure Pontificio, iam Romanæ Ecclesiæ, post
14 DEVM obediri oportere constat cum illa † caput sit,ac omnium ecclesiarum mater,c.si inimi-
15 cus,& c.seq.93.dist.Obedientiam † præstari Summo Romano Pontifici de necessitate salutis est. Gloss.in Clem. ad nostram,in verbo,ecclesiæ, de hæret.& habetur in Extrauag. Vnam Sanctã,Bo-
16 nifacii VIII. Quia † Papæ obedientiam denegãs censetur paganus,c.si qui sunt,81.distin.glos.in c. dolentes,de celeb. missar. Vnde obediendum est omnibus superioribus,dummodo non sint heretici,licet sint aliàs mali,quamdiu illos tolerat Ecclesia, c.Sacerdotes, 2.q.7.& obedientia est inter
17 prælatum, & subditum,† Reuerentia vero inter maiorem,& minorem. Gloss.in c.non est sine cul-
18 pa,de reg.iur.in 6. Et in summa † superiorũ man datis iustis,siue iniustis parendum est, nisi sint cõtra Deum,c.qui resistit,c.Iulianus,in 11.quæst.3. Panorm.in c. Pastoralis.§.quia vero,notab.3. extra, de offic. deleg. Sed Summo Pontifici principaliter; quia si CHRISTVS, illos,qui sedebant super Cathedram Moysi dixit esse audiendos. Matth.cap.23.versu 2.quanto magis illi, qui
19 sedent † super cathedram Petri audiendi erunt, vt dicit Aluar. Pelagius de Plancta Eccles. par. 1. cap.8. & cap. 28.

Iure ciuili etiam hoc prouisum est, Hinc Vl-
20 pianus † omnibus Magistratibus, non tamen Duumuiris secundum ius potestatis suæ concessum est iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio,vt in l.1. ff. si quis ius dicenti non obtemper. ex quacumque enim causa ad prætorem, vel
21 alios, qui iurisdictioni præsunt, † in ius vocatus venire debet,vt hoc ipsum sciatur, an iurisdictionis eius sit,l.2.ff.si quis in ius voc.non ierit, vbi apparet inobedientem mulctari. Sicuti, qui iussu iudicis aliquid facit,non videtur dolo malo facere quia parere necesse habet, l.non videtur, 128. §.qui iussu,ff.de regulis iuris. Quinimmò, non potest dolo carere, qui imperio magistratus non obtemperat, l. non potest, 160. ff.eodem titulo. Hinc non agit iniuriarum actione, is qui ducitur, quòd Prætoris decreto non obtemperauerit, l. iniuriarum. §. si quis quod decreto, ff. de iniurijs. Principi enim, Magistratui, ac superiori parendum esse, non multis id legibus probandũ.

Prudentum verò, & scriptorum omnium authoritate hoc idem probari perspicuum est; legibus enim obtemperandum,Ecclesiæ Catholicæ, Pontifici, Principibus, Magistratibus,omnibusq. superioribus,& iudicibus. Legibus parendum fo-
22 re, iam illud suadet, quia † leges dominari oportet, & homines illas obseruare, hinc dicit Aristoteles Politic.lib.1.cap.12. quòd præstat legem dominari, quàm vnum quempiam ex ciuibus, qui legem imperare iubet. Hinc Plato de legib.Dia-
23 log.4.inquit,† quod vbi lex subdita est, & non dominatur, ciuitati illi paratum interitum patet. Ideo in Critone, idem Plato, legibus parendum esse iubet, & Aristoteles Rhetoricor.libro 1. Qui legibus (inquit) semper obtemperarunt, hi optimi videntur: nam qui obseruantius legibus parent, his magistratus committi debent, inquit Marsil. Ficin.in Platonem de legib.Dialog.4. Ec-
24 clesiæ † itidem Catholicæ obediendum,& obtẽperandum esse, quis ambigat? Quam constituit, Dominus Deus, suoq. sanguine fundauit illam Iesus Christus; Nos omnes membra sumus Ecclesiæ, non decerà capite membra discedere, cũ omnia membra caput sequantur. Nulli verò du-
25 biũ est,quòd Apostolica † Ecclesia mater sit omnium ecclesiarum,à cuius regulis nullatenus cõuenit nos deuiare,vt inquit Calistus, in c.non decet, 12. distin. Vnde tamquam illius membra capiti simus obsequentes. Hinc Salomon Prouerb. cap.6. versu 20.de Ecclesia,& illius capite inquit: Conserua fili mi præcepta patris,& ne dimittas le-
26 gem matris tuæ. Et † Ecclesia figurata per Arcã Noe est, cui, qui non obtemperant, sed extra illam sunt, Diluuij aquis pereunt. Genes.cap.7.per totum. & testatur Hieronymus in c. Quoniam, 24.q.1. Hinc CHRISTVS peccantem monendum cum dixisset,data corrigendi regula,dicit, dicendum esse Ecclesiæ,& si Ecclesiã non audierit,sit tibi tamquam Ethnicus,& publicanus, vt habetur Matthęi c.18. versu 17. Dicitur enim mater Ecclesia, cuius filii omnes sunt omnium mysteriorum sacrorum libamine ore materno imbuti. August.in lib.de meritis, & de remissione peccatorum,& habetur in cap. mater ecclesia,de consecr.dist.4. Idcirco illi, vti matri omnes obedire tenentur. De obedientia ecclesiæ præstanda plura optime scripsit Aluarus Pelagius de Plãctu
27 Eccles.lib.1.c.70.in fine. Vnde Prelati † ac Episcopi omnes iurant se futuros fideles Romanæ Ec-
28 clesiæ,vt in c.ego N.extra de iureiur. Sic † Imperator iurat ecclesię obediẽtiam pręstaturũ,atque eam defensurum,c.tibi domino,63.distin.c. Principes,23.q.5.Clementina Romani,de iureiurando, Panorm.in cons.82.nu.4.vol.1.Corn.in cons. 177.vol.1,Martin. Laudens.de Principib. §. 180. de

dequo latiſſimè Reſtaurus Caſtaldus de Impe-
rator.q.36. Et egoplenè dixi de Regis Catholici
Præſtantia,cap.64.vbi iuramenti fidelitatis, Ho-
magij, Aſſecurationis, aliorumq. formulas tra-
didi. Optime autem Concilium Tridentinum
29 ſeſſione 24. cap. 12. ſtatuit,† publicam à benefi-
ciarijs, alijsq. fidei profeſſionem faciendam, in
qua inter alia, in Romanę Eccleſiæ obedientia
ſe permanſuros promittunt. Hinc emanauit om-
ni ęuo memorabilis Pij IV. Summi Pontificis
Romani Conſtitutio, qua ſolemniter tradita eſt
fidei profeſſionis formula, ſub anno 1564. Incip.
iniunctum nobis. Summo itidem Romano Pō-
tifici ab omnibus obedientiam præſtari oporte-
re, non eſt quod multis ſermonibus id confirme-
31 mus, quando † de primatu Summi Pontificis,
deq. poteſtate Petro tributa à Ieſu Chriſto Do-
mino Noſtro, & obedientia illi præſtanda, plene
ſcripſerunt Hieronym. in Matth. cap. 16. & con-
tra Pelagianos lib. 1. Auguſtin. contra Epiſtolam
Donati Serm. 26. Gregorius in Regiſtro ad Mau
ritium Imperatorem, lib. 6. Epiſt. 36. Ambroſius
in Sermone 47. & in Sermone de pœnitentia, &
de fide Petri. Idem Hieronym. in Epiſt. ad Euſto-
chium. Ioan. Chryſoſtom. in Matth. Homil. 56.
& Hilarius ſuper Matth. Origenes in Matth.
Homil. 6. Cyrillus in Ioannem lib. 2. cap. 12. Ci-
prianus lib. 1. ad Cornelium, & lib. 4. Epiſtolarū
ad Papinianum, Epiſt. 8. Leo de Anniuerſario
ſuæ aſſumptionis, Sermone 3. Bernardus Sermo-
ne 3. de ſeptē panibus. Tertullianus de præſcript.
hæreticorum. Theophilactus ſuper Matth. cap.
16. & ſuper Lucam, cap. 22. Euſebius Hiſtor. Ec-
cleſ. lib. 2. cap. 24. Irenęus aduerſus hæreſes, lib. 3.
cap. 3. D. Thomas contra Gentiles, lib. 4. cap. 76.
in fine, Ruardus Tapperus in quæſt. quodliberi-
ca, poſt Orationes aduerſus hæres. Alfonſus de
Caſtro aduerſus Hæreſes lib. 12. in verbo, Papa.
Hæreſi 1. ante eum Ioannes EccKius locorum
commun. tit. de primatu Petri. Ioan. de Turre-
crem. de Eccleſia, lib. 2. cap. 84. & lib. 4. cap. 35.
Paul. Gryſaldus Deciſ. Catholic. §. Papa, num. 11.
& 12. Damianus Roſcius de Agnoſcend. hære-
ſib. in verbo, Papa, nu. 26. & 35. Ioan. de Capiſtr.
de poteſtate Papæ, parte 3. ſecundæ partis. Mi-
chael Bucchingerus in Hiſtoria Eccleſiaſtica,
fol. 78. & 79. vbi id probat etiam authoritate Ioā-
nis Huſs, & Martini Lutheri Hæreticorum, ac
etiam aliorum. Antonius Paganus de ordine, &
Iuriſdictione Epiſcop. Section. 7. & ego latiſſimè
dixi in conſil. 2. Centur. 2.

Prælatis igitur, Principibus, Vrbiumq. Magi-
ſtratibus, honorem atque obedientiam eſſe præ-
ſtandam, quos tamquam ſuperiores, & præſtan-
tis animi viros Deus illos ſtatuerit, omnium ſcri-
32 ptorū ordo fatetur, hinc illud, † quòd qui Prin-
cipi nō obedierit morte moriatur, de quo in c. 2.
vbi DD. de maior. & obedient. illi enim obtem-
perādum eſt, vt ſumma Regnorum, Prouincia-
rum, atque Vrbium tranquillitas obſeruetur. De
33 † hac obedientia, & obſequio ſuperioribus præ-
ſtando, nonnulla ſcripſere, Bart. in Auth. Sacra-
menta puberum, num. 15. verſic. Ego dico, C. ſi
aduerſ. vend. Doct. in c. Nam concupiſcentiam,
de Conſtit. Guid. Papæ, in Deciſ. 359. Franciſc.
Marc. in Deciſ. 666. vol. 1. Iacob. Philipp. Portius
in conſil. 36. num. 49. in conſ. 112. num. 33. Ioan.
Cephal. in conſil. 113. num. 13. vol. 1. in conſ. 213.
num. 10. vol. 2. Rebuff. in Concord. Franc. in Ru-
br. de Conſtit. in verbo, Capit. Hippolyt. Bona-
coſſ. Commun. Opin. crimin. in verſ. contuma-
cia, vol. 1. Bernardin. Scodob. in Authen. Habita,
cap. 10. C. Ne fil. pro patre. Decius, Hieronym.
Cagnol. & Ioan. Ferrar. Montanus, in l. Non vi-
detur, 128. §. qui iuſſu, ff. de regul. iur. Petr. Faber,
de regul. iuris antiq. cap. 167. Menoch. de arbitr.
iud. quæſt. Caſu 319. num. 20. Marian. iun. in con
ſil. 95. num. 62. vol. 3. Barth. Bertazol. in conſil.
124. nu. 6. in Ciuil. vol. 1. Anton. Sola in Proęm.
Decretor. Sabaud. Gloſſa 2. num. 20. Roland. à
Valle, in conſil. 47. num. 4. vol. 2. in conſil. 12. nu.
24. vol. 3. Proſper Farinac. quæſt. crimin. lib. 1. ti-
tulo de delict. & pœnis, q. 18. num. 27.

Hinc Eccleſiaſticus, cap. 7. Noli quærere fieri
34 iudex, † niſi valeas virtute irrumpere iniquitates,
ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas
37 ſcādalum in agilitate tua. Ideo † Moyſes minan-
tem Pharaonem Regem non timuit, ſed man-
dato, & Dei auxilio ante eum intrepide ſtetit, vt
habetur Exodi cap. 5. Elias in faciem Achab in-
36 quit. † Non ego turbaui Iſrael, ſed tu, & domus
tua, & dereliquiſti mandata Domini, vt ſcriptum
37 eſt lib. 3. Regum. cap. 18. Et Heliſeus † reſpondit
Ioram Regi Iſraelis, quid mihi, & tibi? vade ad
Prophetas patris tui, & matris tuæ. Viuit Domi-
nus, in cuius conſpectu ſtò, ſi non vultum Ioſa-
phat Regis Iuda erubeſcerem, non attendiſſem
quidem te, nec reſpexiſſem, vt lib. 4. Regum, cap.
4. Oportet itaque ſubditos ſuperioribus obſequi,
& Magiſtratus, ac ſuperiores minime ipſos, eo-
rumq. Iuriſdictionem contemptui, & ludibrio
habere. De quo Cicero lib. 3. de Legibus inquit,
38 Magiſtratus † ea vis eſt, vt præſit, præſcribatque
recta, & vtilia, & coniūcta cum legib. quem legē
eſſe loquentem, legem autem mutum Magiſtra-
tum, verè dici poſſe Magiſtratibus igitur opus
eſt, ſine quorum prudentia, ac diligentia, eſſe Ci-
uitas non poteſt, quorum deſcriptione omnis
Reipublicæ moderatio cōtinetur. Neque ſolum
his præſcribendus eſt imperandi, ſed etiam ciui-
bus obtemperandi modus. Nam, & qui bene im-
perat, paruerit aliquando neceſſe eſt; & paulo
poſt, idem Cicero ibidem legem formauit. Iu-
ſta imperia ſunto, hijſq. ciues modeſtè, ac ſi-
ne recuſatione parento. Magiſtratus non obe-
dientem, & noxium ciuem, multa, vinculis,
39 verberibuſque coercento. Quam † Decemui-
ralē legem appellauit Andr. Tiraquell. de Nobi-
litate, cap. 28. num. quinto, cui in hoc non ſub-
ſcribo. Imponebant Iudices multam, qui cita-
tati non venirent, illaque fiebat per pignorum
capturam, vt ex Ciceronis Philippica prima,
& alijs dicit Franciſc. Polletus in Hiſtoria fo-
ri Romani, libro tertio, cap. decimo, numero
primo. Magiſtratus vero maiores maiorem
etiam, & grauiorem pœnam imponebant.
40 † C. Buturius, quod Tribuno Plebis in foro
ambulanti de via non deceſſiſſet, à Romanis vlti-

mo ſupplicio affectus, fuit, vt refert Plutarchus
41 in Gracchis, Adrianus † Imperator videns ſer-
uum ſuum quēdam in duorum Senatorum me-
dio ambulantem, miſit, qui ei colaphum daret,
& diceret, Noli inter duos ambulare, quorum
adhuc ſeruus eſſe potes, vt eſt author Aelius
Spartianus in eius vita. M. Militius, Cn. Lo-
lius, & L. Sextilius Triumviri nocturni, quòd ad
incendium in Sacra via ortum, tardè obtempe-
rando venerant, à Tribuno Plebis die dicta ad
Populum damnati fuere, vt eſt author Valerius
libro 8. capitulo primo, à Valentiniano, & Va-
lente reſcriptum eſt, penam ſacrilegij ſimilem
42 eſſe, ſi honor † non tribuatur his, qui vel pur-
purati ſunt, vel Principis purpuram contin-
gunt, in l. prima, C. de domeſticis, & prote-
43 ctor. libro 12. & † ab Arcadio, & Honorio ſtatu-
tum eſt, ne qui honore magiſterij, aut vtriuſ-
que ærarij Comitiua fungitur, vt incognitus
prætereatur, & vt ea, qua ſolet, acclamatione
excipiatur, l. vnica, C. de Quæſt. & Magiſtr. li-
44 bro 12. cum † P. Decius Prætor ſedens pro tribu
nali, tranſeunti M. Aemilio Scauro Conſuli
non aſſurrexiſſet, iuſſit eum Conſul aſſurgere,
& quòd ſponte non aſſurrexiſſet, ſcidit ei veſtem,
Sellam cōfregit, & ne quis eum pro Prætore adi-
ret prohibuit, vt eſt author Plinius Nepos de
45 Viris Illuſtribus, cap. 73. Sic C. † Martius Co-
riolanus à Tribunis ad Populum vocatus, non
paruit, & cum iuſſi eſſent miniſtri, vt eum pre-
henderent, & ducerent, eos ceciderat, & pul-
ſauerat, denique ne quidem à Tribunis violen-
tas manus abſtinuerat, nam hi licet inſolentius
ſe gererent, attamen Sacroſancti, & inuiolabi-
les habebantur. Ex hoc Populus Coriolanum
in perpetuum exſilium ire voluit, qui abijt in
Volſcos exulatum, vt ſunt authores Dionyſius
Halicarnaſſæus libro 7. Liuius libro 1. Cicero in
libro de Amicitia, Valerius, libro 5. capitulo
4. Claudius Cæſar detrectantem, cauſam ab eo
ſic agitari poſſe, ſed Iuris eſſe ordinarij, iuri co-
ram ipſo ſtare coegit, vt eſt author Sueton. Trā-
quill. in Claudio, capitulo 15. hic actus à Sueto-
nio non probatur; ego exiſtimarem non eſſe
46 nota dignum, nulla † enim exceptione tueri
poſſe arbitror eum, qui coram Principe voca-
tus, iudicium illius refugit, ac declinat. Ma-
47 ximum † autem omnium aduerſus inobediētes
ſeueritatis exemplum, quod Titus Manlius Tor
quatus, in Aulum filium exercuit, qui cum con-
tra Patris Conſulis in bello Latino edictum ab
hoſte prouocatus eo inſcio victoriam, atque o-
pima ſpolia reportaſſet, tamen virgis cęſum,
ſecuri percuti iuſſit, cuius rei ante alios memi-
nit Claudius Quadrigarius Annalium lib. 1. vbi
tradidit, aſpera, & immitia exēpla, idcirco Man-
liana appellari, Valer. Maximus, libro 2. cap. 2. &
lib. 9. cap. 13. Aulus Gellius Noct. Acticar. lib. 9.
cap. 11. Qui id fuiſſe in bello Latino tradiderunt,
& in bello Samnitico fuiſſe tradidit Plutarchus
in Parallelis, cap. 26. & cap. 27. tradiderat idem
feciſſe Epaminondam Thebanorum Ducem in
48 Eteſibrotum filium, Macrinus † Imperator in
militari diſciplina ſeuerum ſtudium exercuit,
Is Tribunum, quod eo modo, quo mandarat,
exploratores non miſiſſet, crudeli morte ſuſtu-
lit, ad currum enim pedibus alligatum per tota
caſtra trahi iuſſit, donec in fruſta corpus lace-
rum diſcerperetur, vt eſt author Iulius Capito-
linus in eius vita, & poſt eum Baptiſta Fulgoſius
libro ſecundo, capitulo ſecundo. Hinc Lace-
49 dęmonius ille miles, inquit, † Parere Imperato-
ri melius eſſe, quàm hoſtem necare, vt author eſt
Plutarchus in Apophtegmat. Laconicis.
50 Laudatur † Tiberius Imperator, quòd Sena-
tores Dominos vocaret, & quod ipſe ſe diceret
Senatorem, eoſque venerari admodum ſolitum
fuiſſe ita ſcribit Sueton. Tranquillus in Tiberio
51 c. 29. & 30. Naſamones, Anochitæ, † & Marma-
ridæ Lybiæ populi Regibus parent, annisq. ſin-
gulis adiurant vt Principi pareant, obtemperan-
tes illi, vt ſocios diligunt, vt ſcribit Diodorus
52 Sicul. Antiquit. libro 4. Felices, † ac beatos fe-
cit Lacedæmonios, quòd promptam Lycurgi le
gibus obedientiam præſtiterint inquit Xenophō
Moralium lib. 1. Per obedientiam voluntas pro-
pria deprimitur, c. ſciendum, 8. q. 1. per obedien-
tiam quis ſeipſum vincit, & idcirco obedientia
maximum meritum dicitur. Abb. Panorm. in c.
illud, notab. 1. de maior. & obedien. Dum ſubdi-
torum erga ſuos ſuperiores, ac magiſtratus offi-
cia docuit Iſocrates in Nicocle. Oratione 3. Do-
cete, inquit, liberos veſtros obtemperare Regi,
taliq. virtutis inſtitutione, maximè immorari
illos aſſueſcite, nam vbi regi didicerint, ſeu iugū
ferre, longè rectius dominari poterunt. Nam,
53 vt Plutarchus in Politica ſcribit, non † rectè quis
imperare poterit, niſi ſeruire didicerit. Hinc ſe
humilem Iunoni Reginę Aeolus oſtendit apud
Virgilium Aeneidos lib. 1.

Tuus, ò Regina, quid optes
Explorare labor, mihi iuſsa capeſsere fas eſt.

Sic Hippolyto Phędra inſano amore agitata
loquitur apud Senecam in Hippolyto, cap. 5.

Te imperia regere, me decet iuſsa exequi.

Et Coriolanus Martiranus in Electra inquit.

At ipſis obſequendum Regibus.

Optimè Proſper Aquitanicus dum ait:

Reddendum eſt quidquid mundi bene poſtulat ordo,
Propoſitumq; pia non violat fidei.
Mitibus, & ſanctis, nulla eſt ſpernenda poteſtas,
Aequum eſt ſeruire Regibus, & Dominis.
Vt Chriſti famulis ad verum proſit honorem
Dilexiſse bonos, & toleraſse malos.

Theoponipus Lacedęmoniorum dux, affir-
manti cuidam, idcirco Spartam ſaluam, atque
incolumen eſſe, quòd Regibus vteretur impe-
randi peritis; Atqui ipſe reſpondit, & ciuibus,
& populo obſequente. Plutarchus in Politicis
54 ait, † pulcherrimum, & vtiliſſimum inſtitutum
ciuilis diſciplinæ hoc eſt, vt Principibus, Ma-
giſtratibusq. quiſque obtemperet, etiam ſi o-
pibus, ac natalibus inferiores eſſe aliquatenus
videantur. Ideoque optimè quandoque Nea-
poli fit, dum Magiſtratus Regios nonnulli
comitantur, dum ad Tribunal accedunt; nam
55 idem Plutarchus inquit, Pulchrum † profecto
ſpectaculum, & iocundum, ſi prior is ad veſti-
bulum

bulum Pretorij Pretorem salute impertiat, atque eum amplexus, spaciando per vrbem deambulet. Magistratus itaque non modo violare, sed non venerari, ac non colere turpe est. Dei enim permissione sua potestate fungitur. Romani, id perpetuo & sanctius, & perfectius ob-
56 seruarunt.† Equus enim ademptus est equiti Romano, quod coram Censoribus al tius oscitaret, vt scribit Valerius lib. 2. cap... Narrat Aeschines
57 in Orat. contra Timarchum, † quod coram Senatoribus in Areopagitarum Senatu ridere etiã nefas erat. Illis autem locis, ac illis temporibus, Magistratus, & Imperia, non pecunijs, vel fauoribus, alijsq. sordibus, vel suffragijs quærebantur, sed sola virtute; vnde nõ modo dignitatis authoritas, sed decoris, ac virtutum respectus honorẽ exhibere sibi ab hominibus suadebant. Numquã
58 enim † etiam apud Barbaros, & incognitos stetit in honorata virtus.

Firmissima igitur regula est, obedientiam prę stari oportere superioribus, ac Magistratibus, illisq. ac eorum iurisdictioni, & imperio minime
59 resistendum, cum omnis potestas a Deo sit † & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, vt dicit Apostolus ad Roman. cap. 13. & supra am-
60 ple comprobatum est, † resistentiam enim facere, rebellare est, l. 2. C. de desertor. lib. 12. vt dicit Guido Papæ in decis. 589. num. 4. dicens, quem resistentiam facere, ac resistere faciendo aliquid contra, vel non faciendo, & non obediendo. Nouissime postquam hæc scripseram Aldouin. de Aldouinis, in consil. 26. num. 1. vol. 1.

61 Declaratur tamen † id non procedere vbi Magistratus faceret, vel iudex quod ad eius officium minime pertinet, tunc enim ei parendum non erit, puta, quia procederet extra suam iurisdictionem, l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. 1. §. finue-
62 ro. ff. de ferijs, vbi † iudici procedenti, ac proferẽti sententiam contra absentem euocatum feriarum tempore, non obtemperabitur, & sententia eius sine appellatione infirmatur. Factum enim a iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non est, l. factum, 132. ff. de regul. iur. vbi hoc voluit gloss. & idem voluit in dicto §. qui iussu, & Decius, ibi, in fine Francisc. Marc. in decis. 750. num. 1. vol. 1.

63 Declara secundo, posse † resisti Officiali non portanti signa, quibus pateat ipsum esse officialem. Angel. in l. si quis virginem, ff. de iniur. quem sequitur August. Ariminens. ad Angel. in tract. Malefic. in verbo, fama, num. 54. puta cum infulis rubeis, vel cum baculis depictis, vt dicit Specul. in tit. de citat. §. sequitur, num. 5. versic. quandoque, vel portant vestes ex rubeo, & viridi dispartitus vt dicit solere Birruarios in Gallia. Nicol. Boer. in decis. 170. num. 5. Petr. Follet. in Pract. crim. §. notatos.

64 Declara non † esse deferendum, & obediendũ iudici iniuste facienti, vbi constaret de iniustitia, quia tunc ei resistitur. Dinus in l. 1. C. vnde vi, Guliel. de Cuneo, in l. vt vim, vbi Paul. de Castro, & ceteri Doctor. ff. de iust. & iure, arg. l. prohibitum vbi Bart. C. de iure fisci lib. 10. glossa ante eos, in l. quoniam, C. de appellat. qui dicunt, quod officiali de facto facienti resisti possit, & conuocare cõiunctos, & amicos, l. 3. §. cum igitur, ff. de vi, & vi arm. Bartol. in l. si quis in seruitute, in fine, ff. de furt. iudex enim notorie suum officiũ transgrediens, agit tamquam priuatus, l. nec Magistratibus, ibi; vel quasi priuatus, ff. de iniur. l. Item apud Labeonem, §. si quis virgines, ff. eod. tit. l. qui fundum, §. si tutor, ff. pro emptore, c. conquerente, de rest. spoliat. faciunt notata per Felin. in c. dilectus, nu. 2. extra, de rescript. post Bal. in d. l. vt vim, Paris de Puteo, in tractatu Syndicat. in verbo resistentia, sub nu. 3. & Iafred. Lanfranc. in decis. 143. vbi iudici iniuste exequenti, fit resistentia, Martinus Laudẽs. de officialib. Dominorũ, §. 97. Marc. Anton. Natta in consil. 83. nu. 12. vol. 1. &
65 † potest condemnatus de facto, resistere exequutioni sententiæ, vt inquit Abb. Panorm. in c. cum causam, notabili 4. de offic. deleg. sequitur Rol. a Valle, in consil. 6. num. 23. vol. 2. Thom. Gram. in Voto 1. num. 15. & in Voto 32. num. 24. Hine di
66 cunt captum † iniuste posse resistere etiam cum armis, non solum per ipsum, sed etiã per vicinos, & tertios. Glossa in c. ex litteris, in verbo, Denunciens, de offic. deleg. Decius in consil. 469. nu. 3. pulchre Petr. Duen. regula 190. ampliatione 8.
67 † Quinimmo aliqui voluerũt iniuste captum, et occisis satellitibus, posse se defendere. Marsil. in Pract. Crim. §. attingam, nu. 40. Ioan. Neuizan. in
68 consil. 52. nu. 11. & † iudici exequenti appellatione pendẽte resisti posse impune, notatur in l. quoniam iudices, C. de appellat. Innocent. Panorm. & Felin. in c. si quando, de offic. delegati, & Ro-
69 land. a Valle, in consil. 77. num. 7. vol. 2. Hæc † autem omnia sanè intelligenda sunt, tũc nimirum resisti iudici, quãdo notoriè excedit iudicis terminos, & induit potius personam priuati, vel quando per appellationem posset reparari, vt præfati
70 Doctores astruunt. Ista † autem omnia periculosa sunt: nam etsi iniuste detenti, aut molestati resistere possent, etiam cum armis, cognoscere tamen an Iniustitia notoria sit, necne, periculo plena res est, a qua omnes merito abhorrent, vt notabiliter inquit Petrus Pecchius de iure sistendi, capit. trigesimoprimo, per totum, Idem Iafredus in dicta Conclusione 143.

71 Magistratum † tamen officij metas egredi nõ
72 licet, aliàs impune ei contradicitur. Aulus † Hostilius Mancinus Aedilis Curulis, a Manulia meretrice noctu lapidis ictu vulneratus, quod ad ædes suas venisset, noluisset q. illum admittere, & is cũ vi irrumperet, ac lapidibus summotus esset, tribuni decreuerunt, quod rite deiectus esset, ipsaq. absoluta fuit, vt narrat Aulus Gellius Noctiũ Atti
73 carum lib. c. 14. cum pro lege ferenda † Icilius Tribunus Plebis Senatum, Cõsulesq. rogauerat, vt illam primo quoque tẽpore decernerent, Cõsules morã trahebãt, nec Senatũ cogebant, vt de ea lege referretur, Tribunus Plebis misit apparitorem, qui Consules ad cogendũ adigeret. E contra missus est a Consulibus, qui Tribunitium illũ viatorem summoueret. Tribunus se læsum dicebat, cũ esset facta suo officiali iniuria, qui sacrosanctus, & inuiolabilis est, quapropter apprehendit Consu-

Conſulum lictorem, ducit ad Tribunos ſocios, & de capite poſtulat. Cauſa tamen cognita, lictor dimiſſus, quia Conſulibus, Magiſtratibusq. ſuis ſedulò parere tenebatur, vt eſt teſtis Diony-
74 ſius Halicarnaſ. Hiſtor. lib. 10. Lata † apud Romanos lege de coercendis conuiuiorum ſumptibus, M. Antonius, & L. Flaccus Cenſores Duronium Senatu mouerunt, quod contra legem roſtra conſcendiſſet, & vt ſuperiorum eorumdem lex abrogaretur, illi reſiſtendo ſuaſerit, vt eſt authot Valerius Maximus lib. 2. cap. 4.

75 In hoc Regno Neapolitano, † Iuſtitiario, ſiue Aſſeſſor, ſiue Iudex reſiſtere poteſt, ac ſimiliter ſuo officiali male agēti, & interim Regi nuncia-
76 re, vt † in c. Regni, Item caueant Iuſtitiarij, aliàs puniuntur eadem pœna, qua officiales male agentes. Paris de Puteo, in dicto verbo, Reſiſtentia, ſub num. 2. Ioan. Anton. Niger, ibidem, & in c. Regni, Grauamina, num. 10.

77 Qua autem † pœna puniatur, qui facit reſiſtentiam Apparitori, vel Nuncio? Videbis apud Bartholom. de Caſſanæo, in Conſuetud. Burgundiç, Rubr. 1. §. 7. in princip. num. 14. & ſequenti. Et latè Matth. de Afflict. in Conſt. Paciscultum, num. 56. & plures declarationes in hac materia ſcribit præceptor meus Ioan. Bolognett. in l. vt vim, num. 54. cum pluribus ſequentibus, ff. de iuſtit. & iure, & ibi etiam Franciſc. Zoannettus
78 Bononienſis. In † Magna Curia Vicariæ Viatores, & Birruarij portant baculos in manu cum ſigillo armorum argenteorum Regis in cuſpide. Quo verò ad punitionem in reſiſtente eis, ſecundum qualitatem reſiſtentiæ, ita ſoliti ſunt Magiſtratus procedere, qui varij ſunt, nec deſcribi poſſunt.

Nuncio autem, aliquem illum offendiſſe non creditur, quia deponeret extra ſuum officium
79 † vt dicit Iaſon in l. properādum, §. Et ſi quidem, num. 8. C. de iudic. & in l. age cum Geminiano, col. pen. C. de tranſact. Philipp. Franc. in c. cum parati. de Appellation. Guido, Pap. in Deciſ. 557. latè, & optimè Andr. Alciat. in tract. Præſumpt. 14. Greg. 3. præſump. 14. n. 6. Plotus in Rep. l. ſi quando, num. 103. C. vnde vi. Hippolyt. Bonacoſſ. in quæſtionib. criminal. §. iniuria, colum. tertia, & an credatur in alijs cauſis? vide quæ dico infra hoc eodem libro, capitulo vndecimo, numero nonageſimo primo,

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Bannitorum, atque malefactorum receptatores punire debent Magiſtratus, eiq. malo ſuis pœnalibus edictis prouidere.

COMPENDIVM.

1 *Receptatorum genus peſſimum eſt, & puniuntur tanquā latrones.*
2 *Præſes bonus & grauis curare debet, vt quietam & pacatam reddat prouinciam quam regit.*
3 *Intellectus Conſtit. Regni Patarenorum, & num. 25.*
Receptatores improuidi ſunt.
4 *Sine receptatoribus latere diu latrones nequeunt.*
Intellectus c. Regni, Frequens, & ineffrenata, ſub eodem num. 4.
5 *Intellectus c. Regni. Creſcit culpa.*
6 *Receptatores malorum puniendi ſunt.*
7 *Qui receptat, opem ferre dicitur.*
8 *Complices criminis dicuntur, qui facta raptoris non detexerunt.*
9 *Receptare quid ſit.*
10 *Receptatorum monitio ipſos magis afficit.*
11 *Edictum, ac bannum publica cuiuſdam monitionis vim habent.*
12 *Receptator quando non puniatur, & num. 13. 16. 17. & 18.*
Pater, fratres, & ſimiles receptantes, an puniantur, ſub eod. num. 12.
13 *Receptator ignorans illum eſſe bannitum excuſatur.*
14 *In receptatore ſcientia illum eſſe bannitum, eſt probanda.*
15 *Scientia, quomodo probetur, & quot modis quod quis ſit bannitus.*
Ignorantia excuſat a pęna proclamatum.
16 *Receptator per vim coactus, an teneatur edicti pęna.*
17 *Facere non dicitur, qui coacte, ac per metum facit.*
18 *Caupo, & Tabernarius excuſatur a receptatione.*
19 *Caupo, ſtabularius, & lanio, an cogātur ad hoſpitandum, & ad vendendas carnes.*
20 *Magiſtratus venientes exteros videat, & cognoſcat de eorum ſtatu.*
21 *Authori dum fuit Nurſiæ, quid ei à Gubernatore Ciuitatis acciderit.*
22 *Receptatorum pœna quæ ſit de iure.*
23 *Receptatoris hæreticorum pęna quæ, & num. 24. & 25.*
24 *Clerici receptantes hæreticos, qua pęna puniantur.*
25 *Pęna receptantium in Regno Neapolitano.*
26 *Receptator committentis crimen læſæ Maieſtatis humanę, qua pęna puniantur. Quid in Regno Neapolitano, & num. 27.*
27 *Intellectus c. Regni. Nuper apud Tranum.*
28 *Receptator furum, & latronum qua pęna plectatur.*
29 *Receptator rerum furto ſubtractarum.*
30 *Receptator furi æquiparatur.*

Recepta-

AXIOMA.

Contumaces, bannitos, aliosq. Curiæ rebelles, maleficosq. ne receptanto.

1 Receptatorum † genus pessimum est, sine quibus latere nemo diu potest, & præcipitur, ut puniantur æque ac latrones; In pari enim causa sunt, qui cum apprehendere latrones possent, pecunia accepta, vel surreptorum parte, dimiserunt, inquit
2 Martianus, in l. 1. ff. de receptator. Proinde † congruit bono, & graui Præsidi curare, ut pacatam, & quietam teneat prouinciam quam regit, illamq. malis hominibus purget, illosq. conquirat, nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, fures, conquirere debet, & prout quisque deliquerit, in eum animaduertere, receptatoresq. eorum coercere, sine quibus latro diutius latere non potest, ut suus contemporaneus Vlpianus inquit in l. congruit, ff. de offic. præsid. Vnde non immerito
3 Federicus Imperator in † Const. Regni. Patarenorum, dicit, hos receptatores esse improuidos, qui, ut alios a pœnis eximant, seipsos non formidant. Et Rex Carolus Primus, dicit, quod receptatorum securitas, incentiuum, & materiam
4 præbet delinquendi, cum † sine receptatoribus latrones delitescere minimè valeant, ut habetur in c. Regni. Frequens, & ineffi enata. Ideo contra eosdem innehit Carolus Roberti Regis primogenitus, dū scribit Iustitiario terræ Hydrunti, in c. Regni. Crescit culpa, dicens: Sanè frequens querulantium in auribus nostris murmur obstrepuit, quod nō sine negligentiæ vestræ nota, in decreta vobis Prouincia, Banniti, Foriudicati, fures, homicidæ, disrobatoresq. stratarum, & alij grauiorum scelerum labe respersi, quos virtutis amor, & formido pœnarum à malo non retrahunt, sed in stratis publicis prædones insistunt, violentas aggressiones ingeminant, hos feriunt, hos occidunt, qui cum se sine receptatorib. diu latere nō possunt, captis prędis, & spolijs, sibi fautores inueniunt, & de iniquitatis mamona præce-
6 ptores acquirunt. Ideoq. † similium scelerum patratores occultantes, puniendi sunt cum omnib. odio sint. Nicol. Boer. in cons. 4. nu. 63. Iacob. Phi
7 lip. Portius in cons. 206. nu. 3. Qui enim receptat, dicitur opem pręstare, l. eos, C. de furtis. Bart. in l. qui uas, §. qui furem, num. 1. & in l. furtum, num. 2. ff. de furt. Raphael Comens. in cons. 161. col. 3. vers. cum igitur armigeri. M. Ant. Natta in cons.
8 79. num. 6. in consil. 174. nu. 22. vol. 1. † complices enim dicitur criminis, qui non detexerunt facta raptoris, inquit Aurelius Cassiodorus variar. lib.
9 5. c. 39. Receptare † autē, vel recipere est abscondendi causa refugium præstare, vel in suo agro, vel in alieno loco, ędificioue, ut in l. 1. §. Quod autem, ff. de seru. corrup. Idcirco ad euitanda huiusmodi flagitia, bonum erit per Magistratus, eorumq. edicta prohibitiones receptationum fieri,
10 † monitio enim ipsos magis afficit, l. 2. C. de his,
qui

11 qui latrones, habet enim † edictum, siue ban-
num vim cuiusdam publicæ monitionis, cap. de
multa de Præben. ob rationes redditas ab Alex.
in l. ita stipulatus, col. 3. ff. de verb. obligat. per Fe
lin. in c. 2. num. 5. & seq. de Magistr.

Prohibitio itaque de Iure regularis sit, recepta
tores ad pœnam teneri, tum de Iuris dispositio-
ne, tum etiam statutis, & bannis, ac prohibitio-
nibus, quam tamen declarandam esse duximus
pluribus modis.

12 Primo † in Patre receptante filium bannitum,
& è contra, & fratre receptante fratrem, gene-
ro receptante socerum, & è contra, ac in con-
sanguineo, seu affine receptante consanguineos,
& affines, vxore receptante virum, & è contra,
In his enim ratione affinitates, vel consanguini-
tatis, non similis pœna danda est, quæ bannito,
vel delinquenti receptato daretur, nec eadem lo-
cum sibi vendicabit, vt dicit Paulus in l. fin. ff. de
Receptator. Licet non in omnibus consangui-
neis, coniunctis, atque affinibus idem obseruan
dum esse dicerem, quandoquidem maiore di-
gni excusatione iudicabuntur pater, & filius,
qua alij, vir, & vxor, fratres, socer, & gener, & id-
circo vbi est maior, ac strictior sanguinis nodus,
ac strictius vinculum, ibi minorem, atque mitio-
rem pœnam statuendam esse diiudico, ex nota-
tis per Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæst.
lib. 2. Centur. 4. Casu 348. num. 7. vsque ad n. 15.
vbi ex his facit quattuor declarationes. His adde
Hippolyt. de Marsil. in l. Diuus Hadrianus, 3. ff.
de Sicar. Portium in dicto Consil. 206. num. 11.
eumdem Marsil. in Consil. 119. num. 15. Ioann.
Igneum in l. 1. §. quod si quis, num. 21. ff. Ad Syl-
lan. Hierony. Gigan. de Crimine læsæ Maiest.
lib. 1. Tit. Qualiter, & à quibus, quæst. 5. num. 10.
& lib. 3. Tit. De pluribus, & Var. quęst. 9. & 10. n.
5. Iacob. Nouell. in Tract. Ad defensam. §. Re-
sponsiones reorum, nu. 27. Iodoc. Damhouder.
in Praxi Crimin. cap. 134. num. 4. Latè Barthol.
Bertazol, in Consil. Crim. 98. in Consil. 99. vol.
primo, & in Consil. 343. num. 7. vol. 2.

13 Secundò † declara non esse locum pœnę edi-
cti, ac Iuris in eum, qui ignorat eum quem rece-
ptat, maleficum, vel bannitum esse, vt dicit post
Bartol, Bald. Cin. & Decium Menoch. in dicto
Casu 348. num. 15. Sed in hoc est text. in l. Metro
dorum ibi, Sciens. ff. de Pœnis, cuius intuitu ita
dicit Ludouic. Roman. in Consil. 473. in fine, Al-
bert. Gandin. in Tract. Malefic. Tit. de Furibus,
& Latronib. nu. 13. & 14. Angel. in Tract. Male-
fic. in Verb. Dicto Maleficio semper astitit. num.
23. vers. Quæro quia supra, Bonifacius Vitalin.
in Titul. de Recep. furum, nu. 1. 9. & 10. Nellus in
Tract. Bannitor. in tertia Parte Secundi Tem-
poris. q. 20. Aegid. Bossius in Titul. de Rapinis,
num. 16. 17. 33. Lud. Carrer. in Tract. de Homic.
§. 4. num. 32. 33. & Ioan. Petr. Surd. in consil. 433.
nu. 9. Vol. 3. Thom. Grammat. in Decis. 99. nu.
3. nouissimè postquam hæc scripseram Costa de
facti scient. & ignor. 1. Cēt. 1. Dist. 49. n. 5. Burs. in
Consil. 331. num. 3. Vol. 3. requiritur enim dolus
14 & cum † de sui natura receptatio non sit deli-
ctum, idcirco scientia debet probari, iuxta dictū
Bartol. in l. dolum, la prima, C. de Dolo, & in ter-
minis nostris voluit Boss. vbi supra, num. 21. Quę
15 † probatur quattuor modis. Primò, si delinquēs
Notorius receptatur; Secundò, si erat more soli-
to publicatus pro delinquente in locis solitis, &
bannitus, quia tunc allegare ignorantiam esset
turpe; Tertiò, si receptatus deliquisset præsente
receptante; Quartò, si in eo loco publica erat fa-
ma quòd esset delinquens; ita dicit Fabius Mon
teleo, in Pract. Arbitrali, parte 4. num. 907. præ-
sumitur enim ignorantia, l. Verius, ff. de probat.
Sed quòd in notorio delinquente, & de quo est
publica vox, & fama, dixerat antea Accurs. in di
cta l. 1. in gloss. magna, in fin. & ibi Bartol. in §. In
pari, nu. 2. Gloss. in c. 1. §. receptatoribus, in Verb.
feriendis, in fin. de Pace iur. fir. ibi Bald. num. 3.
& Præposit. col. 1. Bartol. in l. omnes, num. 2. C.
de Agricol. & Cens. lib. 11. & in l. colonos, num.
2. C. de colonis Illyric. lib. 12. & Salit. in l. 2. C. de
his, qui latron. Aliam distinctionem scientiæ,
vel ignorantiæ tradidit Menoch. in dicto Casu
348. num. 15. Regulare est autem ignorantiam
excusare à pœna proclamatum. Francisc. Bec-
cius in Consil. 60. Præceptor meus Ioann. Bolo-
gnett. in Consil. 25. in princ. Bursat. in dicto
Consil. 331. num. 4. Vol. 3

16 Tertiò declara, † excusandos à pęna receptan
tium illos, quibus est illata violentia à bannitis,
ac delinquentibus, puta per minas induxerunt
timorem, vt receptarentur, tunc enim exc[...]satio
ne digni sunt, arg. dictæ l. 2. C. de his qui latron.
Bald. in l. in delictis, in prima lectura, ff. de Noxal.
actio. Menoch. vbi supra, num. 16. Sed idem dixit
quem nemo allegat Florian. de Sācto Petro, in l.
in omnibus, in fin. ff. de Noxalib. act. dicens non
teneri de receptante bannitum, si receptauit,
quia prohibere non potuit, puta quia decem ban
niti congregati vadunt ad domum rustici, & di-
cunt, si non aperis nobis portam, imponemus
ignem qui timens aperuit, excusatur, quia non
valebat resistere, quem refert, & sequitur Hippo
lyt. de Marsil. in l. 1. §. Præterea, num. 28. ff. de
quæst. & in l. 1. §. Item is cui, num. 5. ff. Ad leg.
Corn. de Sicar. & in l. vnica, nu. 204. C. de Rapt.
Virg. Matthęus de Afflict. in Const. Patareno-
rum, num. 13. Lud. Carrer. in dicto §. Homici-
dium, 4. num. 39. Aymo Crauetta, in consil. 309.
17 Ioan. Arnon. Dialog. 45. Qui † enim coactè
quid facit, & per metum, facere non dicitur, &
hinc non dicitur rebellis, qui coactè quid facit,
vt ex multis scribit Aymo Crauetta, in Consil. 6.
num. 84. dixi de Regis Catholici præstantia, cap.
18. num. 24.

18 Quartò, etiam † caupo, qui cauponam publi-
cè exercet, excusabitur, si bannitos, ac maleficos
hospitio suscipiat, ac soluta mercede illis alimen
ta præstet, vt post Bartol. Alexan. Riminald. &
Bossium tenuit Menoch. in dicto Casu 348. nu.
17. Sed idem voluit Matth. de Afflict. in dicta
Const. Patarenorum, nu. 9. vers. Septimo fallit.
Petr. Foll. in Praxi Crim. in verbo, Banniantur,
num. 15. & in §. Item, quòd fuit leno, num. 39.
Idem Foller. in dicta Constit. Patarenorum,
num. 47. cum enim cauponæ, & stabularij publi-
cum

cum hoſpitationis officium exerceant, non tenẽ
tur Hoſpitatorum cõditionem inquirere, cum a
principio inuitus ad id non cogatur, l.1.in princ.
ff.naut. caupon. & ſtabular. & pulchre Andr. de
19 Iſern.in Conſt.Omnes noſtri Regiminis, vbi † di
cit ſtabularium non cogi ad hoſpitãdum, neque
lanionem ad vendendas carnes, niſi eſſent de pu-
blico conſtituti, tunc enim ſi denegarent, iniuria
rum actione tenerentur, vt dicit ibidem Afflict.
num.5.contra Andream. Sed an receptãtium pę
na hi teneantur; totum id ego iudicis arbitrio re
linquendam dicerem: nonnullos enim videmus
eſſe explorat latronum, & participes, contra
quos puto ſeuere vindicandum. Alij vero, qui ho
ſpitio excipiunt exteros in Ciuitatibus magnis,
vt videmus, Neapoli, Salerni, Beneuenti, & ſimi-
libus, qui ſui natura hoſpitio ſuſcipere ſolent per-
ſonas magnas, nobiles, Prælatos, ac ſimiles om
nis generis homines, quorũ conditionẽ ſi quære-
rent, hoſpitati forte ſibi cõuitium fieri crederẽt,
contra illos itaque aliter agendum eſſet. Non ne
gauerim tamen poſſe Magiſtratus, & Officiales,
20 quando † venirent exteri in ſuam prouinciam,
vel Ciuitatẽ inquirere de eorumdem extraneo-
rum ſtatu, vt dicit Angel.in Authent.de quęſtor.
in princip.quem ſequitur Franciſc. Marc.in de-
ciſ.356.num.4.vol.1.vbi dicit, ita facere Domi-
nos in Lombardia, qui tenent exploratores, qui
explorantur forenſes venientes, & propter quam
21 cauſam venerint, & ſic † mihi accidit Nurſiæ dũ
peterem cum Comitiua mea ad viſitandam Ec-
cleſiam Sanctæ Mariæ Virginis de Laureto, vo-
luit enim Gubernator Ciuitatis modeſte a me
ſcire, quis eſſem, quoue irem, cum his qui mecũ
equitabant; quo cognito, voluit honoris ergo re-
nere in ſuo palatio me, & meos, ac poſtmodũ da-
re mihi equites alios itineris comites.

Adducũt nonnuli plures declarationes ad hãc
edicti materiam, quæ non ſunt declarationes ad
Regulam, ſed potius declarationes quo ad diuer
ſas punitiones receptatorum, quo ad diuerſa fla-
gitia, idcirco operæ precium erit videre, qua pœ-
na receptatores teneantur.

22 Pęna † receptatorum de iure ſtabilita eſt, vt ſit
eadem, quæ & delinquentis, vt in dicta, l.1.ff.de
recept.a qua non excipiuntur, niſi affines, & co-
gnati, qui quem admodum, nec ita ſeuere, vt
principales puniũntur, nõ tamen abſoluuntur, vt
in l.fin.ff.eod.tit.& dixi ſupra in 1.declaratione.

23 Receptatores † hæreticorũ, & ſic læſæ maieſta
tis diuinæ rei, declarantur excommunicati, & ſi
per annum indurato corde perſeuerauerint, nec
ſe corrigere curauerint, poſt annum infames effi
ciuntur vtraque infamia, itaque laici omnibus iu
ridicis actibus ſunt incapaces, & tamquam mor-
24 tui reputantur. Clerici † autem his criminibus
notati, ſi per annum in excommunicatione per-
ſtiterint, elapſo anno omnibus officijs, & benefi-
cijs eccleſiaſticis ſunt priuandi, c.excommunica-
mus, §.credentes, il 1.extra, de hæret.plene Zan-
chin.de hæretic.cap.6.& cap.17.& vtrobique Ca
millus Campegius in Apoſtil. Paul.Grilland.de
hæret.q.9.Gundiſaluus Villadieg. de hæret.q.16.
Iacob.Simanchas.Inſtit. Catholicar.tit.15.num.
14.Eymeric.in Director.inquiſit.par.2.q.51.vbi
Franciſc.Pegna.Ita etiam cautum eſt a Federico
25 Imperatore in Conſt.† Regni, Patarenorum qui
vltra has pœnas, impoſuit bonorum publicatio-
nem, & relegationem in perpetuum; Filios rece-
ptatorum ad honores non poſſe aſſumi, ſed vt in-
telligantur, perpetua infamia notati, vt nec in te-
ſtes, nec in cauſis, vbi repelluntur infames, admit
tantur vbi Andr. de Iſern. Lallus de Tuſcia Af-
flict.& Foller.cuius Conſtitutionis meminit Zã-
chin.in dicto cap.17.nu.4.Pegna, vbi ſupra, Gof-
fred.de Trano, in Summa, tit.de hæretic.col.fin.
Bonifac.de Vitalin.in titulo de crim.hæreſis, nu.
9.Ludouic. Carter.de hæretic. num.162.& ſeq.
Alfonſus de Caſtro de iuſta hæretic. punitione,
lib.1.c.17.& nouiſſime Tiberius Decian.in tract.
crimin. lib.5.cap.51.num.64.cum pluribus ſeqq.
apud quos declaratur, an, & qñ incidant in pęna
pręfatas, an cõſanguinei, & affines, an qñ retinẽt,
vt illis alimẽta præbeãt, vel vt illos a debitis pęnis
ſubtrahãt, & alia ad hanc legetem neceſſaria ad
quos lectores remitto, & etiam ad Brunorum a
Sole in conſ.crim.nu.42. Petr. Cened.in collect.
iuris canonici, 28.parte 3.

26 Receptator † committentis crimen læſæ Ma-
ieſtatis humanæ, iure communi non punitur, ea
dem pęna, l.quiſquis, C.ad leg.Iul. Maieſtat.ſed
alia mitiori, vt deportatione, & publicatione bo-
norum, l.eorum, l.Metrodorum, ff.de pęn.ſed iu-
27 re huius Regni Neapolitani, puniuntur pęna
mortis, & publicationis bonorum, vt per Regem
Carolũ primum, in c. Nuper apud Tranum, vbi
hoc ſequuntur Sebaſtian.Napodan.& Niger, &
ante illum Afflict. in dicta Conſt. Patarenorum,
num.6.& Foller.num.44.

28 Receptator † Furum, & Latronum, punitur
eadem pœna, qua fur, & latro, & hoc loquitur di
cta, l.1.ff.de receptator.de quo per Iacob. Meno-
ch.de arbitr. iud.quæſt.lib.1.q.86.nn.23.& lib.2.
centur.4.caſu 394.nu.95.Marc. Mantua Dialog.
de narrat.claſſ.15.cap.35.nu. 6.Iul.Clar.in pract.
q.90.num.10.quamquam contrarium certo mo
do teneat Barthol.de Caſſan.in Conſuetud.Bur-
gund.rubr.1.§.1.in princ.num.11.12.& Portius
in conſil.206.poſt Marſil.in conſil.47.& in con-
ſil.53.contrarium tamen ſecundum primam opi
nionem fuiſſe deciſum Cathaloniæ refert Ludo
29 uic.de Peguiera, in deciſ.crim.25.de † receptãte
rem furto ſubtractam, & ſimilibus ſcribit Rimi-
nald.iunior in conſil.106.vol.1.conſil.crimin.di-
uerſorum ante eum alter Hipolyt.de Marſil.in l.
qui cum telo, num.4.5.& 6.C.de ſicar.non mirũ,
30 † qa recuptator furi æquiparatur, vt inquit Ferd.
Vaſq.de ſucceſſ.reſolut.§.20.num.57.

31 Receptator Abigeorum † non punitur pęna
eadem qua punitur abigens, ſed cum in l.fin.in fi
ne, ff.de Abigeis, ex Diui Hadriani Epiſtola Calli
ſtratus dicat, teneri pœna relegationis decennij
extra Italiam, & in alijs locis extra Prouinciam,
dicit ibi Accurſ.& in l.1.ff.de recept. eius occaſio
ne, cum hodie non ſit in vſu relegatio, dicit eſſe
pœnam arbitrio iudicis remiſſam. Menoch.in
32 dicto Caſu 348. num.18.& 19. ſed cum in hoc
Regno Neapolitano plures habeamus inſulas, &
relega-

relegatio sit in continua obseruatione, vt proba
ui supra lib.2.c.8.num.333. tantum abest, vt in ijs
seruanda sit pęna d.l.fin. in fine, ff. de Abig. vt scri-
bit etiam Carrerius in d.§. Homicidium, 4. num.
34. in fine.

33 Receptator Aleatorum, & Lusorum puniri
debet, quia, vt inquit Paris de Puteo in tractat. de
Ludo. nu.4. receptatores lusorum, & aleatorum
grauius delinquere. Sed illos non puniendos ali-
qua pęna voluit Iacob. Menoch. de arbitr. iudic.
quæst. lib.2. Centur.4. Casu 399. num.16. cum tri-
bus sequentib. ea ex causa, quòd Ludus de iure
prohibitus non sit; quæ ratio, an vera sit, & mili-
tet, dicam infra de edicto contra Lusores vbi scri
bam, cap.11.

Receptator † corrumpentis virginem per vim,
34 non punitur eadem pęna, vt post Cin. in l. crimen,
C. de vi publ. voluit Carrer. in d.§. Homicidium,
il quarto, num.37. & ante eum Matth. de Afflict.
in dicta Constitut. Patarenorum, num.10. & ibi
Foller. num. 40.

35 Quid † autem, si quis receptaret bannitum to-
leratum in Ciuitate, an teneatur pęna edicti, pro-
posita contra receptatores? Salic. in l. nulli, C. de
36 iudic. dicit, quòd statutum † factum contra ban-
nitum, non includit bannitum toleratum per su-
periorem, quem sequitur Alex. in cons.1. in fine,
versic. pro hoc quod dicit, & in cons.107. col. fin.
vers. Accedit etiam, vol.2. hoc idem voluit Ioan.
Baptista Plotus in consil.19. num. 103. & sequen.
& ante eum Iason in l. vbi pactum, num.17. C. de
transaction. Marsil. in Practic. crimin. §. Aggre-
dior, num.28. & in singul.77. incip. Patientia. Io-
seph Ludouic. in decis. Perus.31. num.11. Simon
de Pretis, in consil.81. num.5. volum. primo. Au-
gust. Berous in consilio 54. num. 32. volum.2. in
cons.182. in consil.183. in consil.184. in cons.194.
num.2. volum.3.

37 An edictum † comprehendat dantem opem,
auxilium, mutuantem arma, præbentem cibum,
potum, & alimenta bannitis? Cum, vt supra dixi-
mus, receptatio consideretur, quòd abscondendi
di causa fiat, dicta l.1. §. quod autem, ff. de seruit.
consequens erit, minimè comprehendi, dantes
opem, auxilium, mutuantes pecuniam, arma, &
similia, iuxta distinctionem Bartoli, in l. in furti,
§. ope, ff. de furtis. Salicet. in l.1. C. de his, qui la-
trones, & pinguius in l. 1. colum.7. C. de Raptu
Virginum. & idcirco ex his dicendum est, cautos
Magistratus, facere bannum, & edictum, quòd
nemo receptet, nec de nocte, nec de die, non
præstet eis domum, habitationem, opem, auxi-
lium, consilium, fauorem, non præstet ignem,
equos, arma, pecuniam, cibum, potum, lectum,
nec suffragium aliquod, & hoc modo vnum-
quodque verbum habebit suam largissimam si-
gnificationem. De his latissimè Angel. in tracta-
tu maleficiorum, in verbo, dicto maleficio sem-
per astitit, & per totum, & ibi Augustin. Ari-
minens. Felin. & alij latè in cap. primo, extra de
offic. delegar.

Eodem modo dicendum videtur, vt melius sit
declarare per verba clara, quod etiam associan-
tes teneantur pęna statuta contra receptatores;

38 Quamquam † de iure socius comitans criminno-
sum diffidatum tenetur eadem pœna, capitulo
felicis, vbi glossa, in verbo, socius, de pœnis, li-
bro sexto, Clementina prima, de pœnis, capitulo
quicumque, de hæretic. in 6. cap. 1. de homicid.
in sexto, l. raptores, §. sin autem post commissum,
C. de episcop.s, & clericis, l. prima, §. sin autem,
C. de Raptu Virginum, & voluit Alberic. de Ro-
sate, in 3. parte statutor. quæst. 35. quem refert, &
sequitur August. Berous in consilio 197. num.4.
& 5. volumine 3. vbi dicit, quod associans, comi-
tansq. bannitum, subiacet pœnis statutorum pu-
nientium bannitorum fautores, receptatores,
& defensores ipsorum. Melius autem erit si per
verba prægnantia in edicto clarius specificen-
tur.

39 Sic etiam erit specificandum, quod † cum ban-
nitis non colloquantur, quamuis hæc colloquia,
essent consideranda, si ex professo quis accede-
ret ad loquendum cum eis, nam si casu in banni-
tos quis incideret, & illi cum eo loquerentur,
per vim cogeretur cum eis verba facere, & coa-
ctè, & ideo aliqua pęna non teneretur, secus ve-
ro si idipsum procuraret cum bannitis habere
colloquia, quia dum loquitur, conuersatur,
& in edicti pœnam incideret. Quinimmo si
40 prohibita est loquutio cum bannitis, † quæstio-
nis erit, an in pœnam incidat, qui eisdem litte-
ras scribit? Super quo Andræas Alciatus, in l. pri-
ma, in principio, numero 20. ff. de verbor. obli-
gation. qui tenuit, prohibitum loqui cum ali-
quo, non esse prohibitum ei epistolam, ac litte-
ras scribere. sequitur Cornel. Benincass. in §. su-
perest, numero 31. Institut. de actionib. Sed con-
traria sententia est Communior, quòd prohibi-
tus loqui, prohibitus censetur etiam litteras, &
epistolas scribere, & ità in pœnalibus disponi-
tur, vt prohibitus loqui, prohibeatur litteras,
ac epistolas scribere. Clementina si summus
Pontifex, de sententia excommunic. glossa in ca-
pitulo constitutione, de sententia excommunic.
in 6. qui enim scribit, loqui videtur, vt in dicto §.
superest, & hanc opinionem tenuerunt Ludou.
Gomez, & Benincass. in dicto §. superest, qui te-
nuere prohibitum loqui cum bannito, prohiberi
etiam ei litteras scribere. Idem tenuerunt post
Ludouic. Roman. Aretin. Socin. Iason, Ripa, in
dicta l.1. in princip. num.58. ff. de verbor. obligat.
& ibi illos sequitur Zas. num.34. Marian. Nepos,
ibidem num.52. cum pluribus seqq. asserens esse
Communem opinionem: quos sequitur Ludo-
uic. Zuntus in Responso pro vxore, numero 881.
Ferdinand. Vasq. de success. lib.2. §.15. requisito
17. num.55. cum duobus seqq. tomo 1. Laudatur
Agesilaus à Xenophonte, quòd litteras, quæ sibi
à Persarum Rege priuatim mittebantur, recipe-
41 re noluit. Quia † capitale est, ciuem ab hoste lit-
teras, & legationes accipere, & vt Asconius ait,
maiestatis crimen est, priuatum ab hoste publi-
42 co, litteras capere. Hinc Titus, ac Tiberius Iu-
nij Bruti Consulis filij, atque Aquilij, quia litte-
ras Tarquiniorum eiectorum, recepissent, & a-
lias in vicem scripsissent, de proditione, suspe-
cti habiti, & ad palum ligati hi Bruti filij, alijq.

morti

morti traditi fuere, vt eſt author Cicero offic.
lib.3. Liuius lib.2. Halicarnaſſ. lib.5. Plutarch.in
43 Publicola.† Aeſchines idcirco Demoſtheni im-
putauit, quod a Principibus Aſiæ, & Europę pri-
uatus litteras, atque Epiſtolas recepiſſet.
44 Sed an pœnas † Edicti incurrat, qui ex aliquo
loco ad ſuam domum, vel aliunde, de loco ad lo-
cum banniti corpus, ſiue cadauer transferat? vi-
debatur dicendum, quod non, ex quo regulare
eſt crimina morte extingui, l. defuncto vbi An-
45 gel. & Ioan. de Imol. ff. de public. iudic. Sed † ta-
men dicendum eſt incurrere pęnas, nec licere ca
dauera bannitorum tangere, aut ſepulturæ trade
re, l.2. ff. de cadauerib. punit. vbi Bart. annotauit,
& Bald. in l. Sororem, C. de his, quib. vt indig. &
voluit Franciſc. Marc. in Deciſ. 954. num. 6. vol.
1. tanto plus ſi forte erit bannitus, Foriudicatus,
aut rebellis curiæ declaratus, quia habetur, ac ſi
per Iuſtitiæ miniſtros eſſet mors illata, & tam-
quam cadauera ſuſpenſorum, à nemine tangi de
bent. cadauera enim rebellium, & confinatorum
non poſſunt ſine licentia Principis reduci ad Ci-
uitatem, vel locum in quo viui ſtare non potue-
runt. Ioan. Staphileus de lit. grat. & iuſt. par. 2. ſub
tit. de reſcript. in forma breuium, nu. 44. & 45. vbi
allegat Bald. in l.2. C. qui teſt. fac. poſſ. vbi hoc nō
dixit. & hoc tenuit Nellus in tract. Bannit. ſecun-
da par. 3. tempor. q.2. num.2.
46 Niſi † Principis licentia interueniſſet vt ibidē
dicitur, & voluit Franciſ. Marc. vbi ſupra, dixi la-
tius de Regis Catholici Pręſtantia, cap. 71. num.
374. 375. 378. & 379. vſque ad nu. 384. Habetur in
l. oſſa, in princ. & in l. ne corpora, in princ. ff. de Re
47 lig. & ſumpt. fun. Secus eſt aūt in ciuilib. quia † ſi
ſolui debet gabella per hoīes trāſeuntes per Ciui
tates & Prouincias nō fit ſolutio ꝑ homine mor-
tuo, & cadauere, nec pro debito impeditur ſepul
tura cadaueris. Bald. in l. cum ſit iniuſtum, & in
Authent. ibi poſita, C. de ſepulch. violat. ſed de
hoc videndi ſunt Anton. de Butr. in c. ex parte,
num. 4. de ſepult. Piſanell. in verbo, Sepultura, il
1. in fin. Angel. de Clauaſ. in verbo, Sepultura, nu.
34. Silueſt. de Prier. num. 12. Tabiena, num. 20.
Armill. num. 23. & qui hos ſequitur Sebaſtian.
48 Medic. de ſepultur. q. 13. num. 3. Et † extante ſta-
tuto, quod pro qualibet beſtia ſoluatur gabella
non fiet ſolutio pro beſtia mortua. Bart. in l. cum
de lanionis, in princip. ff. de Fundo inſtructo, late
Ioan. Baptiſta Aſinius, in l. ſcriptus hęres, §. ſed
tunc locus, num. 24. ff. de religioſ. & ſumpt.
funer.
49 Quando verò Edictum diceret, † quod rece-
ptans ſpacio duorum dierum, & quis receptaſſet
prius vno die, & ſpacio, ac interuallo poſito rece-
ptaſſet alio die, quod non incidit in Edictum,
quia ſunt dies ſeparati, qui non iunguntur, dicit
Angel. in Proęm. Digeſtorum, §. hęc autem tria,
vbi dicit, ita vidiſſe terminatum per gloſſ. in di-
cto §. hęc autem tria, in verbo, Denarum, quem
refert, & ſequitur Bartholom. de Caſſanęo, in
Conſuetud. Burgund. Rubr. 1. §. ſecundo, in ver-
bo, *Par le ſpace*, num.3.
50 An autem † occultans debitorem contuma-
cem, vel alio modo incurrat pœnam Edicti, vel
teneatur parti ad ſolutionem debiti? Bald. in l.
finali, C. de oper. lib. tenuit teneri ad ſolutionem
debiti ipſi parti, argum. l.3. C. de exact. tribut. lib.
11. ſed dicit ſpeciale eſſe in debitoribus fiſci, quia
aliàs non tenetur ad ſolutionem debiti, niſi vi exi
51 meretur. Tamen † teneri occultatores, & re-
ceptatores ad debiti ſolutionem tenuit Ioan. de
Anan. in conſil. 55. num. 4. Petr. de Ancharan. in
conſil. 340. in fin. quos refert, & ſequitur Hippo-
lyt. de Marſil. in ſingul. 137. & in Rubr. de fi-
deiuſſ. num. 16. & 17. latè Benuenutus Stracc. de
Decoct. in ſecunda parte vltimæ partis. Incip.
circa propoſitam, per totum, pulchrius Petr.
Pecchius de iure ſiſtend. cap. trigeſimo tertio.
Marc. Mantua Dialog. Denar. Claſſ. 14. cap. tri-
geſimo quinto, num. ſeptimo. Sed plenius ego
Conſului proximis diebus habetur in conſil.....
Centuria ſecunda, ſi autem erit pro ciuili cauſa
contumax, non tenebitur pœna Edicti emana-
ti contra contumaces, & criminoſos.
52 In Regno † Neapolitano paſſim per Magiſtra
tus Regios receptatores acriter puniūtur, & ema
narunt plures Pragmaticę diuerſis temporibus
factæ, vna Regis Ferdinandi Catholici in anno
1505. Data apud Pinciam, 22. Aprilis, incipit:
53 † Aſſiduè penſantes. Hanc confirmauit Caro-
lus Cæſar, & eius nomine Don Bernardinus Vil-
lamari Prorex data Neap. 18. Aprilis 1515. Incip.
Præterea quia. Tertia ſub die 4. Septēbris 1553.
Incip. Eſſendo tanto. Quarta in anno 1560. per
Ducem Alcalæ Regnante Philippo Secundo
Rege, ſub die 26. Septembris. Incip. Per quanto.
Quinta ſub eodem Rege ab eodem Duce Alca-
la ſub die 18. Ianuarij 1561. Incip. Alli giorni. Sex
ta ſub eodem Philippo Rege ab eodem Duce in
anno 1563. die 12. Auguſti. Incip. Eſſendo tanto.
54 Prima prohibet has receptationes † nec à priua-
tis, nec à Baronibus, qui Barones nec poſſint eis
guidaticos, & ſaluos conductus concedere,
etiam ſi id habeant ex priuilegio, ſub pęna Regię
indignationis, vnciarū auri mille, & alia pęna Re
55 gio arbitrio reſeruata. Secunda confirmat † idē,
in dantes omne auxilium, cōſilium, & fauorem,
& quod non receptent vltra duas noctes quin
Officialibus reuelent, ſub pęnis ibi ſtatutis. Ter-
56 tia prohibet receptationes, & quod quę † retinēt
à furibus reuelentur, ſub pœnis ibi contentis.
57 Quarta † quia prohibet receptari etiam malefa-
ctores non contumaces, qui non poſſint nec per
patres receptari, quod eſt contra diſpoſitionem
Iuris Communis, de quo diximus in prima de-
claratione. Quinta, modificatur ſupra dictam
58 Pragmaticam, vt per eam non † intelligatur prę-
iudicatum antiquis legibus, conſtitutionibus,
capitulis, & Pragmaticis, neque interpretationi-
bus illis dari ſolitis, nec innouatum eſſe aliquid
quoad patres, fratres, & alios coniunctos. Sex-
59 ta, quod † de receptatione ſtetur dicto in Tor-
tura trium delinquentium, etiam deponentium
de diuerſis actibus.

Pulchram receptatorum hiſtoriam narrabo,
quā Plutarchus ſcribit in libro de Amatorijs nar
60 rationib. Phocus † Beothus filiā habens vnicam,
modeſtia, & forma præcellentē, hanc triginta cir

citer primarij adoleſcentes in vxorem ambiebāt. Sed quia pater verebatur ne filiæ vim afferrent, moras trahebat, & ſe Pythium Apollinem conſulturum dicebat. Adoleſcentes in iracundiam verſi,facto impetu,Phocum miſerè interficiunt. Puella Coroneam profecta ad; Itoniæ Mineruæ templum conſidet, explicat procorum iniquitatem nomē vniuſcuiuſque,& patriam indicat.Hi in Orchomenum contendunt, vbi non admiſſi, ad Hippotas confugiunt, Vicum inter Thebas, & Coroneam.Thebani Homicidas poſtulant,re non impetrata,illis bellum inferunt, vico expugnato,homicidæ lapidibus obruuntur, Hippotæ receptarores in ſeruitutem rediguntur ,ager, dirutis mœnibus,diuiditur.Hæc Plutarchus.

Sed non ſic Auguſtus,qui T.Iunium Philopo mænem Equeſtri dignitate decorauit,quod Patronum proſcriptum celaſſe diceretur, vt eſt author Suetonius Tranquill.in Auguſto, cap.27.

61 Vnde quo anno † Macrinus Imperium aſſumpſit,ſerui omnes quicūque dominos detuliſſent, patibulo ſuffixi ſunt, vt ſcribit Herodianus lib. Hiſtoriar. Hoc vnum memoro, cum prauis,& præſertim latronibus, nullum debet eſſe commercium,nulla pax,nulla concordia, ſed æternū odium,communis perſequutio, nec illorum oc-

62 cultatorib. parcendum vnquam, latroni † enim ad latrocinia aſpiranti parcere, non eſt miſericordia,ſed iniuſtitia, vt ex Ambroſio lib. Officior.1, habetur in c.eſt iniuſta,23.quæſt.4.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Pro bannitorum, & malefactorum exterminatione, & quiete inducenda, an fieri poſſit Edictum,vt occidi, capi,& perſequi poſſint, & an ea ex cauſa præmia capientibus, & occidentibus promitti.

COMPENDIVM.

1 *Edictum,ac Statutum an fiat,vt Banniti, & malefactores occidantur,& præmia dentur capientibus, & occidentibus, & num.2.3.4.5,6.7.8.9.10.& 11.*

2 *Vualdenſes Hæretici tenuerunt nec principibus,nec iudicibus licere quemquam occidere,& num.10.*

6 *Praeceptum Decalogi, Non occides, quo pacto intelligatur.*

7 *Principes, & Magiſtratus poſſunt occidere malefactores,quando ſunt membra Reip.nociua.*

8 *Intellectus cap.13. Pauli ad Romanos, Non ſine cauſa portat gladium.*

9 *Illud de Zizaniis in Euangelio quid denotet.*

11 *Banniti ſunt publici hoſtes,& num. 42.*

12 *Princeps ſolus poteſtatem dare poteſt, vt capiatur, vel occidatur bannitus, vel eius locum tenens, & num.13.*

14 *Statutum, vel Edictum dicens quod bannitus poſſit impunè offendi,an extendatur, vt poſſit occidi.*

15 *Præmium ſtatutum capienti,aut occidenti bannitum, an debeatur magiſtratui,aut eius familiæ, vel ſatellitibus id facientibus,& num.16.& 17.*

18 *Præmium ſtatutum occidenti bannitum, an debeatur bannito ſeipſum occidenti.*

19 *Corocotta latro inſignis ,ſe coram Auguſto præſentauit, & præmium obtinuit.*

20 *Occidens bannitum, quem ignorabat eſſe bannitum, an conſequatur præmium.*

21 *Conditio poteſtatiua debet impleri a ſciente , non fortuito.*

22 *Occidens bannitum ſe defendendo, præmium non conſequitur.*

23 *Occidens ſocios bannitorum , an immunitate , vel præmio gaudeat.*

24 *Aſſiſtens bannitis armatus, dicitur illis opem præſtare.*

25 *Edictum ſi diceret, quod qui reuelauerit bannitum, conſequatur præmium, ſi vnus poſt alium plures reuelent, quis præmium habebit , & num.26.27.28. & 33.*

29 *An conſequatur præmium, qui oſtendit bannitum latitantem,& num.30.*

31 *Verbalis detectio banniti non ſufficit ad conſequendum præmium.*

32 *Locus,in quo oſtenditur eſſe bannitum,congruus eſſe debet, ac aptus ad capiendi facultatem.*

33 *Intellectus c.Regni,Frequens.*

34 *Occidens Bannitum extra territorium, an conſequatur præmium,& num.35.*

36 *Forenſis occidens bannitum extra Regnum, conſequitur præmium,& num.37.*

37 *Verba generalia etiam inhabiles comprehendunt.*

38 *Si Statutum,vel Edictum diceret,quod conſequatur feudum qui cepit bannitum,& qui conſequitur,vel ceperit, ſit ſurdus,mutus,claudus, an conſequetur.*

39 *Veneno bannitum occidens,an conſequatur præmium,& num.40.& 41.*

40 *Occidens veneno dicitur proditorie occidere.*

41 *Venenantem committentem crimen læſæ maieſtatis, conſequi præmium,notum eſt.*

43 *Hoſtes æterni debent ex lege 12. Tabularum eſſe banniti.*

44 *Bannitus petens declarari nullum bannum, an nullitate pendente poſſit occidi, & numero 45. 46, 47. & 48.*

48 *Pendente appellatione à ſententia banni, interim non occiditur bannitus.*

49 *Intra decem dies datos ad appellandum, bannitus interim non occiditur.*

50 *Petita reſtitutione in integrum aduerſus bannum, interim bannitus non occiditur.*

51 *Bannitus reſtitutionem in integrum petere poteſt.*

52 *Occidens bannitum, quando conſequatur , vel non conſequatur præmium,remiſſiuè.*

Henricus Guzmanus Comes Oliuarenſium laudatur.

53 *Præmio inuitantur ad occidendum bannitum.*

54 *Cum milite transfuga, qui multos latrones occidit,poteſt paciſci.*

Qui

55 *Qui Catilinæ coniurationem detexerunt, præmio honestati fuere.*
56 *Solon, eorum qui in prælio occubuissent filios afficiendos esse, præmijs decreuit.*
57 *Diagoras, qui dubitauit an Dij essent, occisus fuit & occidens talento argenteo honestatus.*
58 *Hominum societas nulla efficacius, quam Religione regitur.*
59 *Serpens triginta cubitorum ob præmiũ captus, Ptolomæo Aegypti Rege præmium dante.*
69 *Præmiorum exempla virtutes nutriunt.*
61 *Virtuti præmium æquale dari nequit.*
62 *Officialibus, & famulis Curiæ, quando liceat occidere capiendum.*

AXIOMA.

Quinimmo illos persequunto, capientes, præmia expectanto.

1 MAgna cõtrouersia † est apud scriptores, an possit fieri Edictum, vel Statutum, quod Banniti occidantur, aut capiantur, & præmium statui occidentibus, vel capientibus; in qua partem negatiuã, videtur suaderi posse, qua prohibentur penitus homicidia fiere, ex illo Decalogi, Exodi, c.20. & Deuteron.c.5. Nõ occides. Leuitici c.19. Qui occidẽt occidentur patet ẽt ex illo loco Matth.c. 13. vbi dicitur, vis imus, & colligamus Zizania, respondit Iesus, sinite vtraque crescere vsque ad messem, vnde cum Zizania eo loco pro hæreticis interpretẽtur Theologi omnes, sequitur nec pro eis euellendis, & eradicandis datam esse potestatem, & tanto minus occidendi. Insuper Christus Petro vulneranti, & abscindenti auriculam Malcho, prohibuit, dicens: qui qui gladio ferit, gladio peribit, vt patet Matthæi cap.25.& 26. tanto plus prohibuit homicidium fieri. Hinc Scotus lib.4. Sentent. distinct.15.q.3.art.2. dicit, in eo præcepto prohiberi cuiuscumque hominis, siue nocentis, siue innocentis, & quacumque authoritate, siue publica, siue priuata facta occisionem, nisi quos Deus exciperet. Quinimmo Vualdẽses,
2 † tenebant, nec Principibus, nec etiam Iudicibus licere, quemquam occidere, vt refert Alfonsus de Castro, contra hæreses, lib.7. in verbo, occisio hæresi prima.

Contrarium tamen Theologi cõmuniter te-
3 nuere, ex illo Exodi cap.22. Non sinas † maleficos viuere super terram, & quod illud præceptũ de quo supra, Nõ occides, declaratur, per illud, quod subsequitur Exodi c.23. vbi dicitur, Insontem, & iustum non occides; ita vt nõ intelligatur de maleficatoribus, propterea Leuici c.22. mãdatur, puniri blasphemos, adulteros, & similes, & Psal.100. in matutino interficiebã omnes pecatores terræ. Hoc tenuit D. Thomas, 2.2.q.64.art.2. & plenius idem Thomas Contra Gentiles, lib.3.c.146. declarandum tamen, id permitti iudicibus, & superioribus, qui non vindictæ animo, sed iustitiæ zelo id faciunt, propter cõmune Reipublicę, & aliorum bonum. Hinc illud Augustini contra Manicheos, libro 2.cap.... Gladium (inquit) accipit, qui nulla superiori, ac legitima potestate, vel iubente, vel concedente, in sanguinem alicuius armatur, ergo qui iniuste occiderit reus erit iudicio, qui vero iuste, remuneratur a Domino. Sic
4 † non peccauit Moyses, qui ob conflatilẽ vitulũ præcepit Exodi c.32. Ponet vir gladiũ sup femur suum, & demũ subsequitur, occidat vnusquisque fratrem, amicum, & proximum suũ. Propterea August. lib.1. de Ciuit. Dei, c.... dicit: Qui sine aliqua publica administratione, maleficios interfecerit, velut homicida iudicabitur, & tanto acrius,
5 quanto nõ sibi † a Deo concessam potestatẽ vsurpare non timuit declarat plene Alex. de Ales, parte 3.q.34. quẽ sequitur Pelbart. a Themesuar in Rosario Sacræ Theologiæ, in verbo, homicidiũ, 1.§.4.& in verbo, homicidiũ, 2.§.2. facit illud Hieronymi in Ezechiel.4. qui malos percutit, in eo, qui mali sunt, & habet causam interfectionis, id est potestatem, vt occidat pessimos, minister Dei est.

6 Non obstant Cõtraria, Non occides, † quia vt supra intelligitur de innocente, & insonte, secus de malefico. Secundò, debet intelligi prohibitio de persona priuata id faciẽte, quia etsi maleficos occidat, contra præceptum facit. Tertiò, intelligitur prohiberi, quando priuatus occideret, etiã in casu permisso, vim vi repellendo, non tamen cum moderamine inculpatæ tutelę. Hæc omnia declarãtur per Michaelem de Salon, ad D. Thomam, in dicta q.64. articulo 2. Conclus. 1. & ibi etiam per Petr. de Aragon. art. 2. vnde sequitur,
7 permissum † esse Principibus, & publicis Magistratibus, occidere, ac occidi permittere malefactores, quando sunt membra Reipublicæ nociua, idq. Iure Diuino, & Naturali, & ita intelligi debet illud Pauli ad Romanos cap.13. Non sine
8 † causa portat gladium, vindex enim Dei est, & ideo à præcepto prohibitæ occisionis eximitur casus, dum quis occidit suum aggressorem, necnon malefactoris interfectio publica authoritate facta, quæ in præcepto minimè comprehenduntur. Ita pręceptum illud interpretatur Diu. Thomas in 1.2.q.100. articulo 8. Dominicus de Soto, de iust. & iure, lib.5. quæst. prima, articulo secundo, & Francisc. à Victoria in relect. de homicid. num.15. cum duobus seqq. Sebastian. Medic. in Summa peccatorum Capit. tit.4.q.93.94.
9 97.& 98. Quo verò ad illud † de Zizania, vt supradicti dicunt, respondetur, expectari debere, vt non offendantur boni prætextu malorum: quia aliàs esset punire errantem, cum non errante,
10 quod fieri nequit. Nec obstat illud † Vualdensium Hæreticorum, quia rectè illud confutatur ab Alfonso de Castro, maximè quia Hęreticorũ si hoc dictum permitteretur, sequeretur numquam maleficum aliquem puniri posse, & sic tolleretur omnis Iustitia à mundo, idq. dixerunt, ne Principes, & Magistratus, illos persequerentur ad pœnas debitas, & ideo illorũ assertio vana est.

Ex quibus dici potest ad propositam quæstio-
11 nem, † & Edicto, & Statuto id fieri posse, vt malefici, & bãniti occidantur impunè, quia sunt publici hostes, qui impunè occidi possunt, l.1. ff. ad leg. Corn. de Sicar. qua de causa ob publicã vtilitatẽ

id permittitur, vt voluit Ioan. Andr. ad Specul. in
titulo, de Conſtit. in fine. Alberic. de Roſate, in
vltima parte Statutorum, q. 17. Nellus in tract.
Bannitor. in prima parte ſecundi tempor. q. 1. &
hos referens Barthol. Socin. in cōſ. 157. in princ.
vol. 2. Petr. Plaza in Epitome Delictor. cap. 36.
num. 1. Menoch. de Arbitrar. iud. quæſt. lib. 1. q.
96. num. 4. Roland. à Valle, in conſil. 45. num. 59.
vol. 1. Iul. Clar. in §. homicidium, num. 46. Hip-
polyt. Bonacoſſ. in Commun. Opin. Crim. in ver
bo, Bannitus, parte 1. Hippolyt. Riminald. in con
ſil. 238. num. 5. Auguſt. Berous in conſil. 196. nu.
12. vol. 3. Barthol. Bertazol. in conſil. Crim. 223.
num. 1. vol. 1. Vaſq. Controuerſ. illuſtr. lib. 1. cap.
49. num. 4.

12 Declarandum tamen† ſolum Principem id fa
cere Edictum poſſe, vt quis tamquam bannitus,
& diffidatus poſſit occidi, vel offendi, vt annota-
uit Dominic. de Sancto Gemin. in c. 1. §. ſacri, de
homicid. in 6. Martin. Laudenſ. de principib. §.
508. benè Reſtaurus Caſtald. de Imperat. q. 110.

13 Caſu 145. † quod procedit etiam in habente po-
teſtatem à Principe, quia eo caſu repręſentabit
Principis perſonam, & per ſeipſum facere videa-
tur, l. 1. §. deieciſſe, ff. de vi, & vi armata, l. ita au-
tem, ff. de adminiſtr. tut. c. mulieres, §. 1. de ſent.
excommun. in 6.

14 Quid autem ſi † Edictum, vel Statutum diceret
bannitum poſſe impune offendi, an tunc poſſit
occidi? Ioan. Andr. in Addit. Specul. in titulo de
Conſtit. col. fin. in fine, omiſſa diſtinctione Mar-
tini de Fano, de qua ibi, tenuit, occidi poſſe. Idē
tenuit Bartol. in conſil. 188. incip. Statuto caſtri
Plebis. Alberic. de Roſate, in 1. parte ſtatutor. q.
5. & q. 8. Elorian. de Sancto Petro, in l. Binas ędes.
in fide, ff. de ſeruit. vrb. præd. Nellus in tract. Ban-
nitor. in ſecunda parte, 2. Tempor. q. 7. verſic. exa
minatis. Hippolyt. de Marſil. in l. 1. num. 37. C. de
Raptu virginum. Tamen Alberic. & Neſl. in lo-
cis allegatis intelligunt, tunc permitti, quando
bannitus eſt pro cauſa, & delicto Ingerente pę-
nam mortis, ſecus in lęuiori. Quod alijs cogitan-
dum relinquo.

15 An autem † pręmiū ſtatutum capienti, vel oc-
cidenti Bannitum, debeatur Officiali, vel Magi-
ſtratui, atque eius militib. vel familiæ caprēti; Bar
tol. in l. ſi quis in graui, §. vtrum, num. 2. ff. ad Sena
tuſconſ. Syllan. tenuit, Officiali non deberi præ-
ſcriptum præmiū, cum id facere teneatur ex ſui
officij neceſſitate, cum teneatur purgare prouin
ciam malis hominib. l. cōgruit, ff. de offic. præſid.
16 cumq. ad † id teneatur gratis facere, ſi præmium
acciperet, turpiter faceret, l. 1. ff. de cōd. ob turpē
cauſ. Bald. in l. qui ſine, in 1. lect. in fi. & in 2. lect. in
princ. ff. de neg. geſt. & in l. 2. C. de opor. lib. Ang.
de Aretio, in tract. malefic. in verbo, Necnon ad
denunciand. num. 27. verſic. quęro ſecundum
Salicet. & in verbo, Fama publica, num. 74. vbi
Auguſt. Atiminenſ. & multi, quos allegat Andr.
Tiraquell. in Repet. l. ſi vnquam, in verbo, Dona-
tione largitius, num. 106. C. de reuoc. donat. Ioā.
Ant. de Nigris, in c. Regni, Frequens, nu. 106. &
hæc eſt Communis Opin. omnium. Blanch. in
Pract. Crim. §. poſtquam, num. 105. Mart. Laud.
de offic. dom. §. penult. Hoc autem totum pēdet
17 ex inſpectione verborum Edicti, † vel Statuti, vt
comprehendantur etiam Officiales, & aliud in-
ducerent, vt dicit idem Bald. in conſil. 394. Statu
to Ciuitatis, Peruſij vol. 1. & vt quotidie videmus
apud Magiſtratus Latrunculos plerumque præ-
mia obtinent; totum autem iſtud ex voluntate
Principis, aut Magiſtratus eius nomine, & autho
ritate exequētis pendet. Et quæ diximus in Offi-
ciali idem eſſet in teſte, qui tenetur reuelare ma-
lefactorem, vel denunciare Officiali ad hoc
deputato, ſecundum tamen inſpectionem, vt di-
ctum eſt verborum, arg. dicti §. vtrum.

18 In quæſtionem deducitur, an præmium ſtatu-
tum occidenti bannitum, debeatur occidenti
ſeipſum bannitum? Bald. in l. 1. num. 21. C. de ſer
uis fugit. dicit quod non, quinimmò nec id fieri
poſſe. Sequitur Curt. iun. in conſil. 182. num. 3. &
alios referens Menoch. de arbitr. iud. quæſt. lib. 2.
Centur. 3. Caſu 284. num. 31. Sed dubium facit,
num debeatur præmium pecuniarium hæredib.
ipſius? multa hinc inde dici poſſent, præſer-
tim pro hæredibus, & per ea, quæ dicit. Decius
in cap. quæ in Eccleſiarum, num. decimo quar-
to, de Conſtit. & ſic è contra, cum etſi debe-
retur præmium pecuniarium occidenti ſei-
pſum, tamen dubitari poſſet, qui cum immineat
pœna publicationis bonorum occidēti ſeipſum
maximè ob patrata ſcelera, l. 3. ff. de bonis eorum
qui ſibi mort. conſciu. ideo illud præmium in pu
blicationem veniret. Quia tamen quæſtio hæc
non ita facile accidere poteſt, idcirco illam relin
quo alijs cogitandam. Pulchram tamen, hac in
19 re hiſtoriam referam. † Auguſtus Corocottam
inſignem latronem in Hiſpania perquiri iuſſit,
præmio propoſito decies Seſtertium ei, qui ho-
minem adduxiſſet: Corocotia ipſe ſeſe Impera-
tori præſentauit, & obtulit, ac pręmium ſibi dari
poſtulauit. Quæſitum eſt de pręmio, & pœna, pla
cuit Imperatori humanior ſententia, reo pre-
mium decernendum, quia ipſe ſe annotatum
prodidiſſet, & nihilominus pœna liberandum,
quia in ijs fere annotationibus, impunitas reo, ſo
cijsq. promittitur, quapropter fidē publicam ſer-
uare oportet, pręſertim, quæ à Principe data eſt,
vt eſt author Dio Nicæus Hiſtoriar. lib. 56.

20 Sed dicendum, † in eo, qui bannitum occidit,
quem ignorabat eſſe bannitum, an gaudeat Edi-
cto, vel Statuto dante immunitatem, impunita-
tē, & pręmium? Iſta quęſtio habet duo capita; pri
mum caput reſpicit occiſionē, & iam nō tenetur
de homicidio, & non punitur Bart. in l. inter oēs,
§. recte, nu. 4. ff. de furt. in l. genero, ſub nu. 2. ff. de
his qui notātur infam. in l. omnes populi, nu. 38.
ff. de iuſt. & iure Alex. in conſil. 36. in fine, vol. 4.
Bart. Veron. in conſ. crim. 7. in 1. dubio, Nellus in
tract. Bannitor. in ſecunda parte, ſecundi tempo-
ris, q. 25. Hippolyt. de Marſil. in l. 1. num. 69. ff. de
Sicar. Decius in conſil. 327. num. 4. Matth. de Af-
flict. in Conſt. Pęnam eorum, ſub num 53. Iulius
Clar. in §. homicidium, num. 63. verſ. fuit etiam,
Bonacoſſ. in Commun. opin. crimin. par. 1. in ver
bo, Bannitus. Secūdum caput reſpicit præmium
puta indultus quia diceret Edictum, ſiue Statu-
tum, quod occidens bannitum conſequatur abo
litionem ſui banni, vel indulgentiam ſuorū de-

lictorum,

lictorum, vel conſequatur quingentos aureos,
quod iſto caſu ſi ignoranter, quis bannitum occi
derit, non conſequitur iſtud præmium; ita Bart.
in dicto §. vtrum, nu. 3. rationem affert concludē
tem, quia nō vltro, vel ſua ſponte, ſed fortuito ca-
21 ſu id fecit, & conditio † poteſtatiua debet imple-
ri a ſciente, nō fortuito, l. 2. ff. de condit. & demō-
ſtrat. iſto caſu conditio dicitur poteſtatiua, ſi cœ-
perit, hoc eſt ſi ſponte cœperit, l. ſi quis in aliena,
§. quod ſi ſeruus, ff. de Acquir. rer. domin. & ita re
ſident ſupradicti, præſertim Afflict. Iul. Clar. Bo-
nacoſſ. & alij. Sed meo iudicio conſideratione
maxima opus eſt in hoc: quia ſi quis ignoranter
occideret Bannitum infami nominis, qui pro-
uincias, & Regna infeſtat, quem caſu fortuito
occideret, quare ille prœmio indignus iudicabi-
tur; maxime, quia Bald. in l. ſi quis hæredem, nu-
mero 7. verſic. extra quęritur, C. de inſtitut. &
ſubſtitut. dicit, in hoc paſſu, non attendi propoſi-
tum, ſed effectum, licet videatur ſequi ꝙ Bartol.
cuius opinio, etſi communiter ſit probata tamē
credo multoties per Principes contrarium ob-
ſeruari, & in hoc ponderanda ſunt verba Angel.
in l. nulla, num. quarto, in addit. ad Bart. C. de de-
lat. lib. 10. qui dicit, quod ſi occidat Bannitū, vt bā
nitum, non tamen ſciret eſſe præmium ſta-
tutum occidenti, quod non obſtante ignorantia,
conſequatur præmium Edicti, vel Satuti; ſed alij
conſiderent.

22 Idem dicunt procedere in † occidente ban-
nitum, tamen ſe defendendo, quia tunc non vl-
tro, ſed coacta neceſſitate, & euitandi periculi ſui
cauſa id feciſſe, vt voluit Bart. in dicta l. nulla, nu.
2. voluit Stephan. de Federicis, de interpret. iur.
parte 1. num. 45.

23 Quid autē erit, ſi quis, † occidat aliquos ſocios
Bannitorum, & qui cum eis reperiuntur, an vtan
tur Edicti, vel Statuti immunitate, & fruatur
præmio; ſuper quo dicendum eſt, ſine dubio, &
immunem illū eſſe ab homicidij pœna, & debe-
re præmium conſequi, quia illi ſocij ſunt malo-
rum, & delictorum, quorum comitiua inſolētio-
res euadunt, cum illis opem præſtent, & eiſdem
ſceleribus ſint coinquinati, ita Paul. de Caſtro, in
24 conſil. 194. ſiue 235. volum. 1. † dicitur enim
opem præſtare Bannitis, aſſiſtens cum eis arma-
tus, l. 1. §. tuliſſe. ff. ad Senatuſconſult. Sillanian.
l. item apud Labeonem, §. feciſſe, ff. de iniur. &
idcirco præmium deberi, ac ſi bannitos occidiſ-
ſent, qui ſocios occidunt, voluit pulchre Au-
guſtin. Berous in conſil. 196. numero decimoſex
to, & 17. cum pluribus ſeqq. & in conſil. 167. nu-
mero 7. & ſeq. volum. 3. & plene Barthol. Berta-
zol. in conſil. Crimin. 223. numero 12. & ſeq. vo-
lum. primo.

25 Quid autem, ſi edictum diceret, † qui reuelaue
rit Bannitum, vel Bannitos, aut coniurationem,
conſequatur præmium cancellationis, ac indul-
gentiæ delictorum, ac tantam pecuniarum ſum-
mam, & plures vnum poſt alium reuelauerint,
an omnes præmium conſequi debeant; dicen-
dum eſt primum tantum beneficio Edicti, vel
Statuti gaudere debere. Iaſ. in l. conuentionum,
numero quinto, ff. de pact. argum. d. l. Boues,
§. hoc ſermone, ff. de verb. ſignific. & alij nihil cō
ſequentur, & huc conferunt, quæ dicit Bart. in l.
hoc articulo, nu. 8. & 9. ff. de hæred. inſt. poſt Din.
26 & Iacob. de Arena, quos allegat, vbi inquit, † ꝙ
ſi verba Edicti dicerent, quicumque cœperit ve-
xillum inimicorum habeat tale præmium, tunc
intelligitur de prima captura, arg. dicti §. hoc ſer-
mone; ſic etiam voluit Alexand. in l. diuortio, §.
quod in anno, verſ. ex hac gloſſa infert, & ibi Ia-
ſon, col. 3. ſoluto matrim. idem Alex. in conſil. 16.
num. 4. vol. 4. & alios allegans Andr. Tiraq. in di-
27 cto §. hoc ſermone, num. 81. ſi † vero edictum
diceret, primus quia acceperit, & plures vnico tē
pore, & eodem acceperint, tunc nulli pæmium
debetur, vt concludit Alber. de Roſate in prima,
parte ſtatutor. q. 107. Sequitur Alexan. in l. qui fi-
liabus, §. ſi quis ita, num. 5. ff. de leg. 1. Bartol. in l.
ſi fuerit, num. 7. ff. de reb. dub. cum pluribus alle-
gatis per Tiraquell. de iure Primog. quæſt. 17. in
1. opin. ſub num. 24. in 4. opinione ſub num. 15.
& in 6. opinione numero 11. quid enim ſi plures
eodē tempore acceperint vexillum; peruenerint
ad Brauium; reuelauerint bannitum inſimul plu
28 ribus † ſcloppeti ictibus eodem tempore prolatis
bannitum occiderint; tunc ob incertitudinē. per
ſonale præmium ſcilicet indulgentiæ, vel delicti,
non accipient, ſin autem prēmium illud pecunia
rium fuerit, vnica vice inter omnes partietur, nō
autem vni inſolidum vt Bartol. in d. l. hoc arti-
culo, & ſic ſequuntur communiter alij & Socin.
in dicta l. ſi fuerit, & alij; ſimul enim hoc tribue-
tur, vltimo diſtinctionis capite, omnibus, vt
pluribus trabem inſimul portantibus, argum. l.
ita vulneratus; in fine, ff. ad leg. Aquil. & l. 4. ff. de
leg. 1. & per Alexan. in dicto §. ſi quis ita, nu. 5. pul
chre attenta ęquitate omnibus deberi præmium
cenſuit Guliel. Forner. in l. proximus, 92. ff. de
verb. ſignif.

Similiter, præmium nō cōſequitur, dum quis
manifeſtaret, aut Curiæ reuelaret malefactorem
latitantem, quem etſi curia inueniret, capiat, &
cōuincat de maleficio, quia tamen ipſum non cę
29 piſſet, non conſequetur † præmium capiēti ſtatu
tum, arg. l. ſi burſatorā. C. de fideiuſ. & volut An-
dr. de Iſern. in Conſt, pœnam eorum, in verb. Ho
ſtis publicus, in fin. de quo per Bart. in l. 1. in prin.
ff. de acq. poſſ. per Alex. poſt alios, in l. 3. §. Nera-
tius, ff. eod. tit. multa n. accidere poſſunt, q̃ captu
ram impedirent, vnde Iſern. in dicto loco infert,
30 non dici, quem detegere † bannitum, vel ho-
ſtem, dum dicit Curiæ, quod forindicatus, vel
bannitus ſit Romæ, Florentiæ, vel alibi, vbi de iu-
re curia effectualiter capere non poteſt, cum ſit
extra Regni limites, ac fines ? Idem ſi oſten-
deretur eſſe intra fines Regni, vbi de facto iu-
dex ire ad capiendum non poſſet, oportet enim
detegentem, iudicem inſtruere, nō decipere, cū
31 nō ſufficiat † verbalis tantum detectio. ff. ad leg.
Iul. Maieſt. l. in quæſtionibus. l. 1. §. hęc autem ver
ba, ff. quod quiſq. iur. locus enim detectionis dēt
32 eſſet cōmodus, & idoneus quo ad † capiēdi facul
talem l. 1. ff. ſi ex noxal. cauſ. agat. l. 2. ff. qui ſatiſd.
cog. arguere enim non eſt accuſarē ſolum, ſed cō
uincere, l. ſi quis homicidij, C. de accuſ. l. ſi quis,

§.ſi ſtipulatus,ff. ad Syllan.Andr.de Iſern.in loco
allegato. Hinc in Regno, regulariter præmium
non lucratur, niſi malefactor captus per examen
33 † ad mortem condemnetur, vt in c. Regni. Frequens. Niſi condemnatio Officialiũ, vel Curiæ
culpa, aut negligentia non fiat. Ita Andr. de Iſer.
in loco allegato,

An autem præmium conſequatur, qui banni-
34 tum extra territorium † occiderit? Quod ſic voluit Bald.in conſ.424.vol.5.quem ſequitur Marſil.in conſil.57.num.35. vol. 1. quia iam factum
eſt beneficium pro vtilitate Reipublicæ, & licitè
fieri poteſt vt poſt eumdem Bald. voluit Hippol.
de Marſil.in Singul.124.& in Singul.294.& optimè Hieron. Cagnol.in l.fin.num.18.& 19. ff. de
iuriſd.omn.iud. Non loquimur autem reſpectu
35 iudicis extranei, in cuius† territorio bannitus caperetur, vel occideretur, quia eo contradicente
fieri non poſſet extra territorium, vbi Edictum
non extenderetur.Deci.& Iaſ.in dicta l.fin.& declarat optime Cagnol. ibidem, ad quem me remitto,& remiſſiue Matth.de Afflict. in Conſuetud. Neap. Si moriatur, in apoſtilla incip. An &
quando appellatione ſub tit. de ſucceſſ. ab inteſtato,

Forenſis etiam occidens intra Regnum Ban-
36 nitum, prœmium conſequi † debet. Bartol. in l. ſi
quis in graui.§.vtrum,ff. ad Sillan.maxime dum
Edictum, vel Satutum diceret per verba genera-
37 lia, quia etiam † inhabiles comprehenduntur;&
opinionem Bartol.ſequitur Ioan. Lecerier de primogenitur.parte vlt.q.4.num.5.vbi poſt Guil.de
Cuneo, Alber.Bald.in lect.antiqua Salicet. Lud.
Roman.& Alexan. de Imol. in l.ſi filiusfamilias,
ff.li cert.pet.dicit,quod ſi fiat edictum,vel procla
ma publicum, quod quicumque ceperit talem
rebellem, conſequatur feudum, ſi ille,qui cepe-
38 rit,aliàs inhabilis eſſet, puta, quia † ſurdus, mutus,claudus, vel aliàs imperfectus, fauore publico ad feudum admitteretur, & ſic dicunt limitationem recipere,c.1. An mutus,vel ſurd.in feud.

Num autem occidens Bannitum veneno,cõ-
39 ſequatur præmium Edicti? Dicitur, quod non
conſequitur præmium, qui occidit bannitum veneno,vt voluit Hippol.de Marſil.in Rubr. de Sicariis,num.14.& in Singul. 16. & in conſil. 132.
num.16. Hippolyt. Bonacoſſ. in qq. criminal.in
verbo, Venenum, in princip. Dicitur enim tunc
40 † proditorie occidere, cum aliud demonſtret in
vultu, & aliud faciat in facto, qui venenum præbet,vt dicit Bart. Veronenſ.in conſil. 14.num.6.
in criminalib. quos refert, & ſequitur Ioã.de Arnon.in Soliloq.21. ante ipſos Ioannes de Lignano in conſil.20.num.11.diuerſorum criminaliũ,
vol.1.Aegidius Boſs.in tit. de homicid. num. 14.
Limitant ſupradicti, ſecus eſſe in venenante cõmittentem crimen læſæ Maieſtatis, quia tunc
41 † propter criminis atrocitatem meretur omne
præmium. Sed tamen in principali quæſtione ſtatuti,vel edicti promittentis præmium occidenti
bannitum, vel quod debeatur etiam venenanti,
voluit Bald.in conſil.445. incip. Super eo, quod
quæritur,col.fin.vol.6. Ego cum Baldo tenerem
42 quia banniti † publici hoſtes ſunt,l.amiſſione, §.
qui deficiunt,ff. de cap. dimin. Nellus de Bannit.
in 3.par.ſecundi temporis,q. 15.num. 2. & cum
hoſte dici conuenit illud Virgilij lib.2.Aeneid.

Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?

Et ideo in 12. Tab. dicitur. Aduerſus hoſtem
43 † æterna authoritas eſto, cuius meminit Cicero
Officior.lib.1. & Zaz. Hotoman. Riuallius, Prateius, & alij. Sed tamen non id faciundum eſſe
dicerem ſecundum Chriſtianorum morem,
quo proditorij omnes actus procul pelli debent.

Si quis eſt bannitus, ſed tamen pendet diſcuſſio nullitatis banni, interim pendente nullitatis
diſceptatione an occidi poſſit impune, & occidẽ-
44 ti præmium debeatur? Dicendum † breuiter,
quod ſi apparet euidens nullitas banni, interim
offendi non poteſt, & offendens teneretur de homicidio, quia hoc caſu pendente nullitate banni
nil nouari debet. Similiter erit. ſi nullitas probari offeratur incontinenti, ita dicit Bald. in Authent. Quæ ſupplicatio, num.5. C. de precib. Imp.
offer.& in l.eum qui, num. 1. cum ſequenti, C. de
adulter. vbi dicit, quod dum pendet quæſtio nul-
45 litatis banni, ſi non exequitur iudex, quanto† minus id permiſſum erit homini priuato occidenti.
Sequitur Felin.in c.quæ in Eccleſiarum, num.8.
verſic. Tertius caſus, vbi Auguſtin. Berous, num.
120.de Conſtit. Vitalis Cambanis, in tract. Clauſularum, in clauſula, Nil.nouan.null.pend. num.
1. & 2. maxime cum tractemus de actu irretractabili, in quo etiam in caſu dubio, & in nullitate, quæ requireret altiorem indaginem, non debet eſſe promptus, non ſolum priuatus, ſed iudex
ad exequendum, & ideo interim bannitus offen-
46 di non † poteſt, vt eſt Communis opinio, de qua
poſt alios meminit Iaſ.in l.3.§. ſi ſeruus, num. 9.
ff. de acquir. poſſeſſ. quia data banni nullitate, il-
47 lud executionem non meretur.† l.4.§. condemnatum, ff. de re iudic. Sequitur hanc diſtinctionẽ
Marc. Anton. Blanc.in Pract.Crimin.§. ignorantia, num.120.cum quattuor ſequentib. Iul. Clar.
in §. Homicidium, num. 59.& in pract.q.94.nu.7.
Marc. Mantua Dialog. Denar. Claſſe 12.cap.16.
num.4. late Robert. Lancelot. de Attentat.app.
pend.parte 2.cap.17.num. 52.53.79.80.95.& ſeq.
Quæ facilius procedunt ſi penderet quæſtio ap-
48 pellationis † à ſententia banni, quia interim offendi nequit. Bart.in dicto §.ſi ſeruus, & in l.1.nu.
7.ff.nil nouar, appel.pend., & ibi Socin.& Cõmuniter ita teneri voluit Ioan. Bapt. Villalob. Commun. Opin.§.Bannitus, num.4. Franciſc. Viuius
Commun. Opin.lib. 1. Opin. 290. Emanuel Suarez in Theſauro receptar.ſent.§.Bannitus, num.
9. Lancelott. de Attentat.parte 2. cap. 12. in præfat. Ampliat.4.num.3. Hippolyt. Bonacoſſ. in qq.
criminalibus, §.offenſio, in princip. Petr. Plaza
Epit. Delictor.cap.36.in fine, Menoch. de arbitr.
iud.quæſt.lib.1.quæſt.90.num.58.Blanch.in practic.§.ignorantia, num.106. Idem dicendum eſt,
49 eoſdem bannitos offendi non poſſe † intra decem dies datos ad appellandum, vt ſentit Specul.
in tit.de exeq.ſent.verſic.videndum reſtat. Bart.
& Bald.in l.addictos.C.de appell. Lud Roman.
Socin. & Iaſon, in dicto §. ſi ſeruus. Bald. in l.
add.ctos,

addictos. C. de Episcopal. aud. qui reprobant Albert. Gand. in tit. de Bannit. ex malefic. num. 8. & Alberic. in vltim. parte statutor. q. 24. qui contrarium tenuerant, contra quos etiam tenet Blanc. in loco allegato, num. 108. cum pluribus sequentibus. Et supra dicta, vt non offendatur interim Bannitus, locum habebunt etiam pendente pe-
50 tita † restitutione in integrum, vt scribit idem Lancelott. in dicto tractatu, parte secunda, cap. 18. num. 43. & sequenti, quia Bannitus petere po-
51 test † in integrum restitutionem, & ei conceditur. Laiè Sfortia Oddus de rest. in integr. quæst. septima articulo 3. sub num. 11. quamquam illud non firmum sit, sed controuersum in iure.

Quo ad istorum Bannitorum materiam, an & quando occidentibus eos debeatur præmium, & plures quæstiones, quæ tractari possent omitto,
52 remittendo † lectores ad illos, qui hæc ad longum scripserunt, Nellum de Sancto Gemin. in tractatu Bannitorum, & Hippolyt. de Marsil. in tract. eiusdem tituli. Petr. Duen. in Regul. 68. Iulium Clarum, in §. homicidium, & ibi Baiardum Ioan. Mariam Monticell. in Practica Criminali. Regul. 3. & alios criminalistas scribentes, & nos diximus in discursu Bannitorum ad Henricum Guzmanum Comitem Oliuarem Principem numquam satis laudatum.

Per edictum præcedens, pœnarum metu receptatoribus delinquentium comminatur, per
53 hoc † vero præmiorum promissione ad illos pro sequendos, ac offendendos impelluntur, arg. l. 1. post princip. ff. de iust. & iure, hinc Caius ait, consueuisse Prætorem polliceri aliquid præmij nomine se daturum illi, cuius opera malefactor captus, conuictus fuerit; hinc Magistratus hoc faciens edictum, vt quicumque talem malefactorem ceperit, consignauerit, occiderit, consequatur mille libras, seu tale præmium, argum. l. omnes, §. fin. ff. de re milit. vbi transfugæ, qui multos
54 latrones apprehendit, posse parci † Diuus Adrianus rescripsit. Spes enim præmij, laboris est solatium, vt inquit Seneca de moribus, cap. 1. Hinc Romani, his qui Catilinæ coniurationem ape-
55 ruerūt pmia † statuerūt, seruo libertatē, H-S. C. libero vero eius rei impunitatem, & H-S. CC vt inquit Salustius in Catilinario. Et Solon eos,
56 qui † in prælio occubuissent, etiam præmijs esse illustrandos, ipsorumq. filios, publice nutriendos & erudiendos decreuit. Laertius in Solone. Athenienses cum haberent Diagoram Philosophum ἄθεος cognomento, qui ausus esset scribe-
57 re, primum ignorasse † se, an Dij essent? Deinde si sint, quales sint? illum exsilio damnauerunt, vt qui Diagoram occidisset argenteo Talento donaturos, vt sunt authores Athenæus Dipnosophistor. lib. 13. cap. 23. Valerius lib. 1. cap. 1. Quid enim ad dissoluendam hominum societa-
58 tem perniciosius? quæ nulla re † efficacius regitur, quam religione. Impotens enim, sæua, atque mutabilis alioqui multitudo, vbi, vel etiam vana religione decepta est, citius vati paret, quā Principi, vt inquit Quintus Curtius Historiar.
59 Alexand. lib. quarto. Ptolomæo secundo † Rege Aegyptum peragrante, serpens repertus est longus cubitis triginta, qui propè aquas habitans & homines, & animalia deuorabat, proposuit Ptolomæus capientibus premium, quo plures allecti, spes lucri timorem fugauit, illumq. miro artificio captum, Ptolomeo tradiderunt, vt est author Diodorus Siculus Antiquit. lib. 4. quem ipsum, & viuum, & extinctum, cum Regem comitaretur, apud Alexandriam vidisse scribit, Qua iuxta illud Ouidij in Heroidis.

Certamen præmia magna mouent.

Artes omnes, atque exercitia præmijs meriuntur. Nam vt inquit Aurelius Cassiodorus variar. lib. secundo, cap. 16. Nutriunt præmiorum
60 † exempla virtutes. Gymnicis tamen certaminibus prēmia statuta sunt, virtuti nulla; quia oportet in omni re præmium esse melius arte, vel actu ipso, ob quem tribuitur; sic in certaminibus peiora illa sunt, præmia, At in virtute nullum
61 præmium illi æquale, † prudentia vero ipsa, quid præstantius esse posset? inquit Aristoteles Problem. section. 3. cap. decimo. Viro itaque virtute, prudentiaq. referto, Dedit DEVS Optimus Maximus, virtutis gloriam, atque sapientiæ, quarum nulla maior, non dari solum, sedne cogitari quidem potest, præmij exhibitio.

Sed an liceat Officialibus, vel Curiæ familiæ, occidere delinquentem, resistentem, & an
62 impunè hoc liceat? Quod permittatur † ex pluribus refert Nicol. Boer. in Decis. 170. & Thomas Grammat. in Decis. 41. ante eos Paris de Puteo, in verbo, Resistentia. cap. Incip. An si iudex, vel eius nuncius, numero tertio. Petr. Follet. in Practica Crimin. in verbo, Notatos capiat de persona, numero septimo. Iodoc. Damhouder. in Praxi Crimin. capit. decimo quinto, numero vigesimo octauo. Iulius Clarus, in Practica Crimin. quæst. vigesima nona, numero 1. apud quos sunt declarationes, & limitationes, quo pacto supradicta conclusio procedet.

CAP.

CAP. VII.

ARGVMENTVM.

Quæ Ciuitates funditus perdunt, vt seditiones, rumores, tumultus, ac vis publica, à Magistratu tollendæ sunt; quomodo committantur, & quo pacto puniantur.

COMPENDIVM.

1 *Definitio omnis in iure periculosa.*
2 *Seditia quid sit.*
3 *Seditio vnde dicatur.*
4 *Seditio, quando committi dicatur.*
5 *Armentes, ac armari facientes homines cum telis, aduersus Rempublicam, aut Magistratus, Maiestatis crimen committunt, num. 6.*
Seditio moueri dicitur, cum quies publica turbatur.
Seditio dicitur, dum quis conclamat foras, foras, ad arma ad arma, & num. 11. 14. & 16.
9 *Ioannes Vincentius Starace Decurio populi Neapolitani ob annonam ab eodem populo dilaniatus.*
10 *Barnabas Brissonius I.C. grauissimum à populo Parisiēsi ex eadem annonæ causa à populo occisus.*
12 *Seditiosarum pœna.*
13 *Seditionem optimè descripsit Virgilius.*
14 *Seditiones plures, & graues tam apud Romanos, quam alios, remissiue.*
15 *Anibal Senior seditione Carthaginensium occisus, & lapidibus obrutus.*
16 *Seth Adami filius laudatur, a Iosepho Historico quod absque seditione patriam incolebat.*
17 *Pilatus seditionem populi in ipsum coortam coercuit multorum occisione.*
18 *Ap. Herdanius seditionem Romæ mouit; in qua interfectus est.*
19 *Leontius Vrbi Præfectus, optimè seditionem compescuit.*
20 *Seditio a Ciuitate fuganda.*
21 *Solon cauit, vt qui orta seditione neutralis fuisset, grauiter, vt exprimitur puniretur, & num. 22.*
23 *Apud Athenienses, excitasse seditionem capitale erat.*
24 *Bellum est inter alienigenas, seditio verò inter ciues.*
25 *Seditiones propter inæqualitatem oriuntur, & num. 26.*
27 *Seditiones inter nobiles, & populares plerumque oriuntur.*
28 *Ex seditionibus gradatim plerumque statuum mutationes oriuntur.*
29 *Oriuntur seditiones Magistratum incuria, ac imprudentia.*
30 *Seuerissima animaduersio Carthaginensium in Hannonem ob Regni affectationem.*
31 *Primordia seditionum Princeps, vel Magistratus debet amputare.*
32 *Scipio Africanus modestè seditionem exercitus compescuit.*
33 *Tumultus, ac rumores, qua moda fiant, & quos pariunt effectus.*
34 *Tumultus vnde appelletur.*
35 *Turba de genere tumultus est, & venit illius appellatione, num. 36.*
37 *Turba quando puniatur, & quando non, & num. 38.*
39 *Tumultus quando puniatur.*
40 *Tumultum faciens in Ecclesia punitur vltimo supplicio.*
41 *Ne fiant tumultus, Magistratus coget ciues ad pacem.*
42 *Occidens aliquem ad sedandum tumultum, non tenetur de homicidio.*
43 *Ob sedandum scandalum multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*
44 *Rumor est obstrepentium vocum multiudo.*
45 *Rumor est furiosa gentium proclamatio.*
46 *Vis publica committitur hominibus coadunatis cum armis.*
47 *In omni vis publicæ crimine dolus requiritur.*

AXIOMA.

Seditiones, tumultus, rumores, vim publicam, in populis ne facito.

SEditionem ita describerem, (cum om-
1 nis † definitio in iure periculosa sit, l.
omnis definitio, ff. de regul. iur.) ac
2 delinearem. Seditio est † multorum
hominum, ad malum faciendum, vel procurandum semota congregatio aduersus Principem, Magistratum, vel Rempublicam. Nolo tempus occupare in declaranda descriptione, quia ex di-
3 cendis enucleabitur. Dicitur † autē seditio quasi
seorsum itio, cum populus in diuersas partes diuisus est, & huc, atque illuc eundos in varias partes distrahitur; cui assentit Cicero de Repub. lib. 6. dum dicit, seditionis proprietatem, esse ciuium dissensionem, qui seorsum eant.

Comittitur autem seditio pluribus modis, ex quibus transit in diuersas criminum species, nā
4 † hi, qui faciunt armari homines cum telis, vel
lapidibus, vel in vrbe, vbi reperiuntur aduersus
5 Rempublicam, † vt homines ad seditionem cō-
uocentur, aut vt occidatur Magistratus, qui Imperium tenet, incurrit in vim publicam, & læsæ Maiestatis crimen, vt dicit Vlpianus, in l. 1. in fi.
6 ff. ad leg. Iul. Maiest. in eadē † (scilicet lege Iulia
de vi publica) causa sunt, qui turbæ, seditionisue faciendæ consilium inierint, seruos, aut liberos homines in armis habuerit, l. in eadem, ff. ad leg. Iul. de vi public. Commouent autem seditiones per acclamationes populi concitando, in quacumq. parte Ciuitatis fiāt, vt in l. Denunciamus, C. de his, qui ad Eccles. confuger. ibi, abstineatis ab omni seditione, nemo cōclamationib. vtatur.
7 Dicitur enim quis seditionē mouere, cum quie-
tem publicam perturbat, l. 1. & l. 2. C. de seditios. & dicit Alexand. in consil. 111. col. fin. volum. 1. arg. l. si quis aliquid, 38. §. Anthores, ff. de pen. Cum casu illicito clamant † Foras, foras, vel ad arma, ad arma, vel iuxta exemplum positum à

Bartolo,

Bartolo,in l.capitalium,§.solēt,ff.eod.tit. vt quia
8 dicant † viuat talis, moriatur talis. Bald. in l.data
opera,colum.4.sub nu.14.C.qui accus. non poss.
vt fecerunt in Ciuitate Neapolis infimæ plebis
homines in anno..... ob annonam, quia concla-
mabant,viuat Rex, & moriantur mali guberna-
9 tores, prout cęperunt Ioannem Vincentium
Staracem ex Sella, qua vehebatur, qui erat vnus
ex populi Decurionibus,quem per totam vrbem
acclamando raptarunt, donec vix ossa aliqua vi-
10 derentur; Sic factum fuisse † Lutesiæ Parisiorū
audio de graui Iurisconsulto Barnaba, Brissonio
à popularibus occiso,vel dum dicunt.iuxta exem
plum Lucę de Penna,in l.1.col.15.C.Publi.lætit.
11 lib.12.dum † clamant dicentes, populo, populo,
aut quocumque alio modo ad arma, & propter
acclamationes populus cōcitetur, pulsando Tu-
bam, sonando, & pulsando campanas ad arma.
Anton. Capic.in Decis. 130. num. 4. Authores
vero seditionis commissæ capitis pœna punitur
dicto §.Authores, to.l.1. C. de sedit. Alexand.in
d.consil.111.Iacob.Nonell.post Duen.Regula1.
12 limit.7.de † seditiosorum pœna. Ioan. Berberij
in Viatorio Iuris. Parte 1. Rubr.18. de seditiosis,
per totum,Guido Papa in Decis.437.in fine.Ae-
gid.Boss.in tit.de seditiosis. Nicol. Boer.in tract.
de seditios. Ludouic. Carrerius in l.obseruare.
num.97.Marc.Anton.Natta in consil 240.num.
13.volum.2.Iacob.Menoch.de arbitr. iud.quęst.
lib.2.Casu 266.num.4.Casu 394.num.78.Hippo-
lyt.Bonacoss.in Commun.Opin.Crimin.§. sedi-
13 tio.Sed † quasi cum Pictoris penicello, delinea-
ri seditio non potuit melius, quam illam descri-
psit Virgilius lib.1.Aeneidos dum ait,

Ac veluti magno in populo, cum sæpe coorta est
Seditio,sæuitq. animis ignobile vulgus,
Iamq. faces, & saxa volant,furor arma ministrat.

De qua etiam Ouidius lib. 9. Metamorphoseos,
inquit:

Crescitq. fauore
Turbida seditio.

Sed in seditiosos hos, apud plerasque gentes,
ac nationes, diuersimodè fuit animaduersum,
quarum seditionum nonnullas commemoraui
14 † in Commentarijs de Regis Catholici præstan-
tia, cap. 3. vbi Romanæ vrbis seditiones retuli.
15 † Annibal senior à Carthaginensibus classi ma-
ritimæ propositus, cum Romanis congressus, &
victus, in seditione exercitus, lapidibus obrutus
est, vt dicit Eutrop. Rer. Roman.lib.2.cap.5. Lau
16 dat † Seth Adami filium, quod patriam absque
seditione incolebat Iosephus Antiq. Iudaic. lib.
17 1.cap. 2. Sic † Pilatus aquæductum struere ag-
gressus ex Sacro ærario inductutus aquas Hie-
rosolymam, à ducentesimo stadio, id ęgerrimè
tulit populus, & congregati per cætus numero-
sos vsque ad multa hominum millia vocifera-
tionibus conabantur eum deterrere à proposito.
Non nihil verò, ita vt fit apud inconditam mul-
titudinem, etiam conuitijs lacessebant Prælidē.
At ille milites sub populari habitu clam arma-
tos, fustibus, iussit reliquam multitudinem coro-
na cingere, & quam primum vulgus cępit iace-
re conuitia, dedit illis signum ex composit.s. Illi
supra quam mādatum erat, vsi sunt fustibus, Tu-
multuantes, & quietos cædentes nullo discr.mi
ne. Ibi tam inclementer accepti inermes ab in-
structis, pars occisi sunt, pars discesserunt saucij;
atque hoc modo compressa est seditio, vt refert
Ioseph. Antiquit. Iudaicar. lib. 18.cap.4. Dum
18 † Ap. Herdonius coadunatis circiter quinque
millibus hominum inter quos maiori ex parte
serui erant, conuocans populum ad Arma ad Ar
ma, seditionem mouens, armatis Consulibus,
cū illi Capitoliū occupassent, cum eis acriter pu-
gnatum est, quo in loco Hordonius interfectus,
& Capitolium recuperatum, narrat Liuius, lib.
19 3.quam pulchrè Leontius Præfectus Vrbi, Phi-
loronium aurigam iusta ex causa rapi, ac duci prę
cepit; verum plebs secuta, veluti si reum nocen-
tem vi eximere conarentur, pręfectum lacessebat.
Is Maiestatis, authoritatisque suæ tuēdæ, ac con-
seruandę causa, missis apparitorib. obuios quosq.
& inter alios Petrum Valuomerem, olim etiam
in exercitu militem seditiosum, corripi iubet, ac
continuo suspendi, alios in insulam relegat, & sic
diffusum vulgus euanuit, vt est author Ammia-
nus Marcellinus Histor.lib. 15. Ideo optimè in-
20 quit Seneca in lib.de Morib.† Seditionem à Ci-
uitate fugandam propterea nullus ad seditiosa
consurgat, dicit Cassiodorus variar. lib. 11. cap.9.
21 Solon † apud Athenienses lege cauit, vt qui neu
tram partem in seditione sequuti essent ij domo,
patria, fortunisq. omnibus careret, atque exsul
esset, vt refert Aulus Gellius Noct. Atticar. lib. 2.
cap. 12. Plutarchus autem in Solone, tradit, eos,
qui orta seditione, neutram factionem sequuti
22 essent, honoribus † dumtaxat abdicari iussos; de
exsilio vero & bonorum publicatione, verbum
nullum. Quam verò ob causam eos pęna dignos
censeret, qui se procula à seditione remouissent?
Ea mihi videtur, vt ij patriam, principem, Magi-
stratum, amore, ac diligere non videantur, quie-
tem publicam odio prosequi videntur, nec enim
sufficit à malo abstinere, nisi id quod bonum est,
23 fiat. Idcirco seditionem † in vrbe cōcitasse, apud
eosdem Athenienses, capitale erat, vt testatur
Alexander Sardus de Moribus Gentium, lib.2.
cap.31. Seditio itaque bellum est, quod in Ci-
uitate oritur, & est omnium bellorum grauissi-
24 ma, † quia bellum fit in alienigenas, seditio au-
tem inter ciues, vt inquit rectè Plato de legibus
25 Dialogo primo. Oriuntur † autem in Rebuspu-
blicis seditiones propter inęqualitatem, vt in-
quit Aristoteles lib. Politicor.5. cap.primo, nam
26 ibi dicit, † quia alijs pares esse volunt, ijs, qui
plus possunt, & nisi hoc fiat, non acquiescunt,
alij se præstare dignos putantes, indigne ferunt,
nisi plus habeant. Et hæ in Republica, vel
ob lucrum, vel ob honorem, non vt aquirant,
sed quia vident alios partim iniustè, partim
iuste plus habere, propter contumeliam, pro
pter metum, propter impotentiam, propter
contemptum, propter incrementum excessum,
propter verecundiā, propter negligentiā propter
pusilla

puſillanimitatem, propter impatientiam, vt de-
clarat idem Ariſtoteles in d.libro 5.cap. 2. 3. & 4.
27 Oriuntur etiam † plerumque inter Nobiles, ac
populares, vt dicit Auguſtinus Niphus de Re-
28 gnandi peritia, lib.3.cap.10. & lib.4.cap.5. Ex † o-
dijs itaque naſcuntur ſeditiones, ex ſeditionibus
cædes, ex cædibus mutationes ſtatuum, ac Domi
natus, vt dicit Herodotus Hiſtor.libro 3. Idcirco
Magiſtratus ſeditionibus per eorum Edicta ob-
29 uiabunt, quia cum † illæ moueantur incuria, at-
que deſidia eorum, qui Ciuili præſunt ſocietati,
vt ſcribit Franciſc. Patritius de Republ.lib.6.cap.
5. neceſſe eſt, vt ab eis obuietur prauis ſucceſſi-
bus, Principis enim, ac Magiſtratus propoſitum
erit, vt ciuiles diſcordiæ, ſeditiones, ac illarũ cau-
ſæ eradicentur, quę cum ex inęqualitate plerum-
que naſcantur, concordia, & pace ſedentur, quæ
æqualitatis comites ſunt, cum in ſeruando ordi-
ne diſtributionis honorum, tum etiam, ſit æqua-
lis diuiſio præmiorum. Quàm optimè egit Se-
natus Carthaginenſium, cuius recitabo hiſtoriã
30 à Iuſtino relatam Hiſtor.lib.21. Hanno † in Afri-
ca Princeps Carthaginẽſium exiſtens, opes ſuas,
quibus Reipublicæ opes ſuperabat, vires ad occu
pandam Dominationem intendit, regnumq; in-
uadere interfecto Senatu conatus eſt. Cui ſcele-
ti ſolemnem nuptiarum diem filiæ ſuæ legit, vt
religione votorum, nefanda committeret, & ne-
fanda commenta facilius tegerentur. Itaque ple
bi Epulas in publicis porticibus, Senatui in do-
mo ſua parat, vt poculis veneno infectis, ſecre-
tius Senatum, & ſine arbitris interficeret, orbã-
que Rempublicam facilius inuaderet. Qua re
magiſtratibus per miniſtros prodita, ſcelus decli-
natum non vindicatum eſt, ne in viro tam poten-
ti, plus negotij faceret res cognita, quàm cogita-
ta. Contenti itaque cohibuiſſe decreto, modum
nuptiarum ſumptibus ſtatuunt, idq. obſeruari nõ
ab vno, ſed ab vniuerſis iubent, ne perſona deſi-
gnata, ſed vitia correpta eſſe viderentur. Hoc
conſilio præuentus, iterum ſeruitia concitar, ſta-
tutaq. rurſus cædium diem, cum denuò ſe prodi-
tum videret, timens iudicium, munitum quod-
dam Caſtellum cum viginti millibus ſeruorum
armatis, occupat. Ibi dum Afros, Regemq. Mau
ritanorum concitat, capitur, virgiſq. cęſus, effoſ-
ſis oculis, & manibus, cruribusq. fractis, velut à
ſingulis membris pęnæ exigerentur, in conſpe-
ctu populi occiditur, corpus verberibus lacerum
in cruce figitur, filij quoque cognatiq. omnes,
etiam innoxij ſupplicio traduntur, ne quiſque
aut ad imitandum facinus, aut ad mortem vlci-
ſcendam, ex tam nefaria domo ſupereſſet. Hæc
Iuſtinus, vnde in his tenenda regula eſt, quam in
31 Politica ſcribit Plutarchus, quas † ob res (inquit)
Principem Ciuitatis, & virum Ciuilem oportet
eiuſcemodi parua futura cladis initia, nihilo ſe-
gnius præuenire. Itaque curanda, & opprimen-
da ſuſcipere, vt aut nuſquam exiſtere poſſint, aut
ſi qua extiterint, præfocentur, ne paulatim aſ-
ſumptis viribus luculenter ſuccreſcant. Poſtre-
mo ſuapte magnitudine Rempublicam taxent,
& occupent. Quòd ſi tolli penitus nequeant,
ad eos ſaltem rejjciantur, è quorum priuatis
ſtudijs, & diſcenſionibus, ortum ſumpſiſſe
videntur. Hæc Plutarchus. Ex quibus patet
in paucos ſeditionum authores animaduerten-
dum, vt illorum pœna alij terreantur, vt fe-
32 cit † Scipio Africanus ſenior, qui ob ſedi-
tionem in exercitu factam, triginta quinque
militum ſupplicio, vt Liuius eſt author, illam
compeſcuit.

Tumultus, & rumores eodem modo com-
33 peſcendi ſunt, † fiunt per eaſdem acclamatio-
nes in populis, & ſpectent ad ſeditiones, & cri-
men læſæ maieſtatis, l. capitalium, §. ſolent, ff. de
pęnis, & in l.1. in fine, ff. ad legem Iuliam maieſt.
l.2. C. de ſedit. l. conuenticulam, C. de epiſcopis
& clericis, dicta l. denunciamus. Hinc Iuſti-
nianus mandat, vt magiſtratus curent, ne ſedi-
tiones, & tumultus fiant in ciuitatibus, vnde o-
riatur timor multus, & Ciuitatum ipſarum rui-
na, in Auth. de mand. Princip. §. oportet, vt per
34 Ciceronem Philippica 8. Quid † (inquit) aliud
eſt tumultus niſi perturbatio tanta, vt maior ti-
mor oriatur. Hinc Iudæi volentes Ieſum Chri-
ſtum prodere, & capere, cum viderent proximè
Lazarum reſuſcitaſſe, ob quod dicebant, ecce
totus mundus vadit poſt eum. Ioan. capitulo
duodecimo: idcirco dixerunt, quòd hæc pro-
ditio, & illius captura fieret, ſed non in die
feſto, ne fortè tumultus fieret in Populo, vt
habetur Marci capitulo decimoquarto, vide-
bant enim Populum propenſum in Chriſtum,
& illum tumultuari timebant, licet praua eſ-
35 ſet illorum intentio. Turba eſt † de genere
tumultus, & vbi concurrunt ad numerum
vſque decem, dicitur coadunari turba, vnde
ſi duo ad inuicem rixantur, & concurrant
decem homines, hi enim turbam faciunt, ca-
pitulo vnio, 10. quæſt. 3. & ſic diceretur quo-
dammodo tumultus largè, cum ipſi fuerint au-
thores, non tamen tenebuntur rixantes, quia
non eorum animo, vel dolo malo illi ſuperuene-
36 runt; quia tunc † turba venit tumultus appella-
tione, & prohibitione, quando dolo malo fit con
uocatio, l.2. in princ. ff. de vi bonor. rapt. dolo ita-
que tunc exequuto, & dato, atque illato damno,
turba erit ex genere tumultus, l. Prętor ait, la 2.
37 §.1. ff. eod. tit. Ideoq; † ſi incidenter multi homi-
nes vnus poſt alium accedunt ad rixas, cum li-
38 gonibus, accettis, ronchis, & puntaulis, non † te-
netur tumultu, neque alia pęna, niſi turbæ, vel ri-
xę ſe accommodaſſet. Iuxta diſtinctionem dicti
§. ſolent, & eorum quę ſcribit Salicet. in dicta
l.1. C. de ſeditioſ. & ſcribit etiam Corn. in conſi-
39 lio 199. uolum. 4. Quando † autem per aliquos
tumultus fieret in Ciuitate ex profeſſo, capitali
pęna puniuntur, ſecus autem ſi incidenter ex a-
lio facto oriretur, vt per Thom. Grammatic. in
40 Voto 19. numero primo, & ſecundo. Sed † tu-
multum in eccleſia faciens ultimo ſupplicio pu-
nitur, ut notatur in dicta l. denunciamus, & ſcri-
bit Petr. Rebuff. in Conſt. Gall. tomo 2. tit. de im-
munit. eccleſ. artic. 1. gloſſa 1. numero 7. in fine.
41 Ad ſedandum itaque tumultum, † Prętoris
officium erit, & ne ueniant ad arma, ciues ad
pacem cogere, l. congruit, ff. de offic. prętor.

cur enim permittere debet, vt ad arma confugiant, quos potest sua authoritate compescere, l. Aequissimum, ff. de vsufructu, faciũt notata per Martin. Laudens. de Officialibus Dominorum, §. 29. Vnde † propter sedandum tumultum, si aliquis alium occideret, de homicidio non punitur, l. qui cedem, in fine, ff. de Sicar. Marc. Anton. Blanc. in Pract. Criminali, §. Iuris permissione,
43 num. 66. † Ad vitandum enim tumultum, & scandalum multa permittuntur, quæ non permitterentur, cap. de his, 50. distinct. cap. placuit, de Consecrat. distinct. prima. Sic & rumores cō-
44 pescendi sunt, quia † rumor cum sit obstrepentium vocum multitudo, vt dicit Innocent. in cap. ad petitionem, de accusat. estq. rumor clamor instantaneus, vt in l. finali, ff. de hæred. instit. Bald. in Rubrica, C. de prob. colum. 2. versic. fama. Hinc idem Bald. in l. ea quidem, num. quar-
45 to, C. de Accus. dicit, † quod rumor est furiosa proclamatio gentium, & strepitus multarum vocum. Vnde ex Rumore vocum acclamantium, motus populorum & seditiones oriri possent, ideoq. vitandi sunt.

Quo verò ad vim publicam prohibendam in idem concurdit, quia plura sunt capita, ac plurib.
46 modis committitur, sed † principaliter quando hominibus coadunatis cum armis committi dicitur vis publ. ea ad percussiones faciendas, vel aliud malum, l. qui dolo, in fine, l. qui cætu, ff. ad legem Iuliam de vi publ. & l. 3. C. eodem tit. Alberic. de Rosate in secūda parte Statutor. quæst. trigesima secunda. Itē Matth. de Afflict. in Constit. Violentias. Ioan. Anton. de Nigris, in cap. Regni, Subditorum. Marc. Anton. Natta in consil. 240. num. 10. & 11. volum. secundo, in consil. 665. volum. quarto. Francisc. Beccius in consil. sil. 71. num. quarto, Pluribus autem modis vis publica committitur, vt in toto titulo, ff. ad legem Iuliam, de vi publica, quos congessit, & conscripsit Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iud. quæstionib. lib. 2. Centuria quarta, Casu
47 394. per totum. In † omni tamen Casu criminis de ui publica, requiritur dolus, vt concludit Aymo Crauetta, in consil. decimooctauo, num. decimo. Hieronym. Grbriel. in consil. centesimo septuagesimo secundo, numero duodecimo, vol. 1.

CAP. VIII.

ARGVMENTVM.

Collegiorum, & conuenticularum congregatio, ne fiat, intuitu mali vitandi, animaduerti debet, dum fiunt sub specie boni, & hoc Magistratus obseruabit, ne sint monopolia, atque illicita coadunamenta in Reipublicæ damnum, & idcirco compescenda sunt.

COMPENDIVM.

1 Congregationes omnes illicitæ, nisi reperiantur permissæ.
2 Congregationes à Magistratu, vel superioribus, non solum prohiberi, sed etiam annullari possunt.
3 Collegia intuitu pietatis, caritatis, ac religionis instituta sunt permissa.
4 Collegia, sodalitates, fratriæ Sanctissimi Corporis CHRISTI Gloriosissimę Virginis Mariæ, Conceptionis, Rosarij, ac similes, in omni Vrbe, Ciuitate, & Opido ferè reperiuntur.
5 Collegijs Pijs legata fieri possunt.
6 Confratres sodalitatum, an debeant tractari vt personæ Ecclesiasticæ, & de istis, confratribus, & illorum exercitio, spiritualis ne, an laicus Index debeat cognoscere, ibid. num. seq.
8 Romani veteres habebant antiquissimum Pontificum Collegium.
9 Collegia Augurum, Flaminum, Fecialium, ac aliorum Sacerdotum habebant veteres Romani.
10 Collegium facere pro suo iure, & iustitia consequenda, licitum est, & num. 11.
12 Collegia scholarium licita sunt.
13 Collegia artium licita sunt, & num. 14. & 15.
16 Collegium Decurionum approbatum est à iure.
17 Collegia Monachorum, clericorum & similium includuntur in collegijs causa Religionis congregatis, quibus & annectuntur Collegiam pauperum.
18 Sacri Concilij Tridentini prouisio quo ad Collegia.
19 In coadunandis congregationibus superioris authoritas interuenire debet & licentia.
20 Vniuersitates & Communitates in vnum congregari nequeunt, sine Magistratus licentia & authoritate.
21 Vniuersitates quando sine superioris authoritate possint congregari.
22 Si Oppidi iurisdictio diuisa est, quia vnus habet criminalem, & ciuilem iurisdictionem alter, quis ipsorum congregandi licentiam dabit. Et ibi vide Clarissimi authoris sententiam.
23 Monopolium, quando fieri dicatur, & num. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 30.
24 Monopolium dicitur, quando penes vnum tantum vendendæ speciei potestas deducta est.
25 Monopolij Historia ex Aristotele.
26 Monopolium committitur, quando artifices fraudem artificio

artificio faciunt, & nom.28.29.& 30.
27 *Macellarij cernes inſufflãtes, vt groſſiores, & pleniores appareant Monopolium facere dicuntur.*
28 *Pro vino Muſcatello vendentes album vinum ſophiſticatum, Monopolium committunt.*
31 *Carolus V. Cæſar Bruxellis ordinauit, quomodo mercatores monopolium non facerent.*
32 *Monopolium alijs etiam modis committitur.*
33 *Pœna committentium monopolia quæ ſit.*
34 *Intellectus l. vnicæ, C. de Monop.*

AXIOMA.

Congregationes illicitas, conuenticula, & monopolia facere abſtinento.

Congregationes omnes illicitæ ſunt, &
1 † à iure prohibitæ niſi expreſſe repe-
riantur permiſſæ l.1.& l.3.§. in ſum-
ma, ff. de colleg. illicit. l. conuenticu-
lam, C. de Epiſcop. & Cler. l. vnica, §. de Mono-
pol. c.1.§. conuẽticula, de Pace iuram. firmanda.
2 Ex quibus iuribus patet per † ſuperiorem, non ſo
lum poſſe prohiberi, ſed annihilari, vt per Inno-
cent. in c. dilecta, de exceſſ. prælator. Lud. Rom.
in conſil.37.num.2. Andr. de Iſern. Bald. Card.
Alexand. Aluarot. & Afflict. in dicto §. conuenti-
cula, Corn. in conſil.216. volum. 3. Aymo Cra-
uetta, in conſil.4.num.1.& ſeq. Vt autem notum
ſit, quando permittantur, inſeram caſus permiſ-
ſos, quibus poſitis, alij prohibiti intelligentur.
Primus caſus, in quo licita eſt congregatio, &
3 collegium licitum, quando illa intuitu † Religio
nis, caritatis, & pietatis, inſtituitur, & hoc caue-
tur Iure Communi Pandectarum, etiam ante
quam inſtituerentur Societates, & Fratriæ apud
Chriſtianos adinuentæ; & habetur in dicta l.1.
ibi: ſed Religionis cauſa coire non prohibentur,
ff. de colleg. illicit. l.1. ff. quod cuiuſque vniuerſit.
4 nom. Sunt † hodie nonnullæ apud Chriſtianos
inſtitutæ ſodalitates, & nonnulla Collegia, vt nul
la ſit neque villa apud nos, in qua non ſit Colle-
gium, ſiue fraternitas aliqua puta Sanctiſſimi
Corporis Chriſti, Conceptionis Beatiſſimæ, &
glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, eius Roſarij, & ſi-
miles, quæ dicta Iuris Communis authoritate
permittuntur, & à pijs, & Catholicis viris obſer-
5 uantur, vt in dicta l.1. ff. de colleg. illicit. & † à Ca-
tholicis principibus illis relinquere, & legata fa-
cere permittitur, l.1. C. de Sacroſ. Eccleſ. & iſto
caſu permiſſæ ſunt, vt voluit Accurſ. in dicta l.1.
in verbo, aliorum, ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nom.
Bart. in l. ſodales, num.6.& 7. ff. de colleg. illicit.
Declaratur tamen hic primus caſus, vt proce-
dat, dum tamen ſi erit congregatio laicorum ad
finem Religionis, vel pietatis, permittatur, & vt
6 tractentur tamquam laici, † aliàs ſi eſſent clerici,
vel laici, qui vellent tractari ea occaſione tam-
quam perſonæ Eccleſiaſticæ, tunc iſtud fieri non
poteſt abſque Summi Pontificis authoritate, &
ita procedit text. in c. religionum, de Relig. domi
bus, in 6. Bart. in dicta l. ſodales, nu.6. Afflict. poſt
alios, in dicto §. conuenticula, ſub num. 1. verſic.
Tertio. Hinc dicitur, eaſdem laicorum Congre-
gationes, non cenſeri perſonas Eccleſiaſticas, &
7 de eis Iudicem ſęcularem cognoſcere, † quia etſi
pia loca dicantur, & non ibidem pia opera exer-
ceantur, nihilominus de illis cognoſcit Iudex
laicus, vt poſt Thom. de Vio Cardinalem Caie-
tanum, Federic. de Senis, Ludouic. Rom. Alex.
Decium, Corn. Rebuff. Pariſ. Balbum, Zabarell.
Benintend. Petr. Gregor. Magon. Hieronym.
Gabriel. & Burſat. dixi in conſil. 81. per totum.
8 Centur. prima. Hinc † apud Romanos veteres
ampliſſimum Pontificum Collegium, de quo
Pomponius in l.2.§. poſtea ne diutius, verſic. om
nium, ff. de origin. iuris. De hoc Pontificum Col
legio ſcribit Feneſtell. de Sacerdotijs Romano-
9 rum, cap.8. † Et Cicero coram Pontificibus pro
domo ſua poſt reditũ ab exſilio habuit elegantẽ
illam quæ etiamnum extat Orationem. Fuere &
Collegia Augurum, Flaminum, Fecialium, ac
aliorum quos omitto religionem reſpicien-
tium.
10 Secũdus caſus eſt, Collegium † facere pro ſuo
iure, ac iuſtitia conſequenda licitum eſt. Accurſ.
in dicta l.1. in verbo, aliorum, ff. quod cuiuſque
vniuerſ. nomine. Bart. in l. ſi quis à filio, §. ſi parti,
num.1. ff. de leg.1. vbi ponit exemplum compro-
bando opinionem Lambertini de Ramponibus,
quod poſſint facere Syndicum ad compromit-
tendum, vel faciendam pacem cum intrinſecis;
11 & huc ſpectant † etiam Collegia, quæ quis facit,
cum pluribus Iureconſultis, quando proponun-
tur dubia cauſarum in iure reſoluenda, vt dicunt
Doctores Neapolitani, quod collegiatur cauſa.
12 Tertius caſus eſt, cum † fit Collegium Scho-
larium inſimul habitantiũ, vt ſunt Peruſiæ Col-
legium ſapientiæ veteris, & Collegium ſapientię
nouæ, vt & in vniuerſitate Senarum ſimile extat
ſapientię Colleg. & alibi in ſtudijs, & Academijs,
& iſta Collegia ſunt de iure approbata, cum ſint
ad bonum finem inſtituta. Authent. Habita, C.
Ne fil. pro patre. Late Andr. Alciat. in l. Neratius
85. vbi Ioan. Brechæus, & Gulielmus Fornerius,
ff. de verbor. ſignific. Late Petr. de Leſuandier, in
tract. de Priuileg. Doctor. parte 4.q.82. poſt Bald.
in dicta Authent. Habita, num.43. Ludou. Bolo-
gnin. ibidem, num.422. Horatius Lucius, de Pri-
uileg. Scholar. Priuileg.50. Iacob. Benius de Pri-
uileg. Iuriſconſ. parte 1. Priuileg.10, num.1. nouiſ-
ſime Bernard. Scodob. in d. Authen. Habita, c.8.
num.94.95.& 96.
13 Quartus caſus, continet Collegia † artium di-
uerſarum, & artificum ac diuerſorum hominũ,
l. ſodales, vbi Bart. num.8. ff. de colleg. illicit. l.1.
num.1. & 2. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine,
14 hinc † de Collegio ęris, & fabrorum meminit
15 Plin. lib.34. cap.1. Et † de Collegio figulinorum
facto à Numa Pompilio idem Plin. lib. 35. c.12.
de Collegio Piſtorum meminit Accurſius in l.
qui in Collegio, ff. de excuſat. tutor.
16 Quintus caſus eſt, de † Collegio Decurionum
eſt enim congregatio approbata de iure, & lici-
ta, dicta l.1. vbi gloſſa, ff. quod cuiuſque vniuerſ.
nomine.

Ponunt

17 Ponunt aliqui † Collegia Clericorum, & Monachorum, quæ videntur mihi superflua, quia satis est, illa contineri sub capite congregationis causa Religionis, & pietatis; sic & collegia pauperum, quæ continentur sub eisdem congregationibus pietatis causa adunatis. Summa vero omnium horū hæc erit, omnia Collegia, & omnes congregationes permitti, quæ superiorum Principum authoritate firmata sunt, vt post Ioan. Andream, Innocen. in c. cum Ecclesiarum, de offic. Ordin. voluit Bald. in dicto §. conuenticula, num. 6. & ibi Afflict. num. 4. supradicta vero Collegia, & quæ à Principe, & lege probata sunt, permittuntur, quæ autem ex his non erunt, reprobata intelliguntur. Hi verò casus quos enumerauimus, reperiuntur apud Afflict. in dicto §. conuenticula, & nouissimè post eum posuit Nicolaus Losæus de Iure vniuersit. parte prima, cap. 2. num. 76. cum pluribus sequentib. ad materiam vide Francisc. Marc. in Decisione 456. num. 6. & in Decis. 801. vol. 1. Sed cauendum est, ne sub bo-
18 ni specie malum contineatur; Et ideo † rectè à Summis Pontificibus, à Sacris Consilijs prouisum est, vt Episcopi, ac alij locorum Ordinarii, congregationes, & Collegia omnia visitent, ac Societates, & Fratrias, ne sub boni operis nomine dæmonum congregationes euadant, iuxta decretum Sacri Trident. in Concilij, sess. 22. de reform. cap. 8. Michael Timotheus in institut. visit. lib. 1. tract. 4. cap. 36. & in Praxi Visitandi, lib. 2. cap. 7. Paulus Fuscus de Visitatione, lib. 2. cap. 14.
19 Ideo † vbique prohibitæ sunt omnes Congregationes, etiam quæ sub Academiarum specie veniuntur, nisi superioris licentia intercedat, vt de hac materia latè scripsi de Regis Catholici præstantia, cap. 34. num. 5. vsque ad num. 16.
20 Vniuersitates † autem, & Communitates in vnum congregari nequeunt, nisi interueniat Superioris, & Magistratus authoritas, vt post Corn. Guidonem Papę Francisc. Marcum, & Afflict. dixi de Compromiss. §. 1. glossa 3. num. 291. cum
21 † tamen Vniuersitates concludere aliquid volūt in se defendendo ab iniustitijs Dominorum, & suorum officialium, non est necessaria illorum præsentia, quia licita est illis congregatio, vt seipsos coram Magistratibus superioribus defendant, & à vi, & grauaminibus illorum se mediante Iustitia tueantur, vt liceat etiam cuique ptępararare armatos ad sua iura defendenda, vt concludunt Isern. Præposit. Afflict. & alij in dicto §. conuenticula, & videtur de mēte Bartoli, in l. prohibitum, C. de iure fisci, lib. 10. Matsil. in Singul. 456. Carol. Ruin. in consil. 1. In princip. vol. 5. & Marian. Socin. Nepos in consil. 63. num. 66. vol. 3. Antonij Solæ in Decreto, Quia pluribus, Glossa 2. sub num. 3. tit. de Castellanis, & ante eum Aymo Crauetta, in dicto consil. 4. num. 19. & 20.
22 isto tamen casu † si sunt plures Domini, vt in Regno existūt plures, quorum in eodem loco vnus habet Iurisdictionem Criminalem, alter vero Ciuilem, quis illorum dabit authoritatem in cōgregatione Vniuersitatis, controuersum est in iure, vt per Anton. Capic. In Decis. 27. num. 22. in qua videtur non firmare pedes; & quamquam dici possent multa ex vtraque parte, ego dicerem vtrumque interuenire, aut licentiā præstare teneri, quia, etsi pro ciuili pleraq. sint fundamenta, nihilominus criminalis etiā interuenire debet, quid enim si in congregatione malum aliquod tractabitur, nonne criminalis Iudex id tractare debet ac recognoscere.
23 Monopolia † verò fieri, iure prohibitum est, dicitur autem Monopolium, quotiescumque fit à pluribus conuentio, Religioni Christianę, vel bono publico, obuians, vt post Hugolinum de Mariscalchis, & Abbat. Panorm. in consil. 104. num. 4. vol. 1. voluit Felin. in c. accedens, num. 1. de pręscript. Paul. Fusc. de Visitat. lib. 2. cap. 14. num. 11. Vel secundum Accursium in Rubr. C. de Monopolijs, est singularis venditio in Ciuitate cum venditio quasi sola penes vnum tantum dedu-
24 cta sit; & idcirco, dicitur † Monopolium, cum penes vnum tantum alicuius speciei vendendæ potestas deducta est, & hoc dicit l. 1. C. eod. tit. Et cum liberum non est cuique de Ciuitate vendere, vel negotiari, vt voluit Alberic. de Rosate in 2. parte Statutor. q. 2. col. 3. quem refert, & sequitur Thom. Grammat. in Decis. 100. nu. 12. Huc
25 spectat † Historia illius Siculi, qui ex deposita ipsi pecunia, à ferrarijs emit quidquid ferri inuenit, quod postea solus mercatoribus illuc accedentibus vēdebat, quam recitat Aristotiles Politicor. lib. 1. cap. 7.
26 Monopolium etiam dicuntur committere artifices, qui in Reipublicæ detrimentum, vt fiat fraus in arte, puta inter pistores, vt manus, & brachia cum aceto, & oleo lauent, vt panis exha-
27 letur, & maior appareat. Et † carniuendnli, ac macellarij seu laniones qui carnes insufflant, vt pleniores, & grassiores appareāt, vt faciunt Neapoli, nemine id vindicante. Et venditores vini,
28 qui aquaticum pro vino vendunt, pro Muscatello vinum album sophisticatum, & pro optimo vinum consurcatum, de quo dixi in Neanomologia, cap.... Et sartores, vt in diploidibus lanam
29 pro bombice ponant. † Vel si fiat fraus in precio,
30 vt nemo vilius tali precio vēdat, † vel quod opus ab vno cęptum, alius non perficiat. Istæ Conclusiones, ac similes, prohibitæ sunt, & monopolium committere dicuntur, qui hæc faciunt, vt per supra notata exempla dicit Ioan. Berberij, in Viatorio Iuris, parte 1. titulo 28. sub num. 5. & pluribus sequentibus. Barthol. Socin. in consil. 272. colum. 3. volum. 2. Iason in consil. 122. colum. 2. vol. 4. Conradus de contractibus quæst. 51. in fine Ideoq. inhærendo dispositioni dictæ l. 1. C. de Monopol. † Carolus V. æternę Princeps & Imperator memoriæ, existens Bruxellis apud Belgas, ordinauit, quod mercatores non faciant contractus sapientes Monopolia, emendo soli mercimonia, vt magno pretio vendant in publicæ vtilitatis præiudicium, vt per suam ordinationem patet incip. *Nous bauons ordinè*; & quæ sequuntur, apud Perr. Rebuff. ad Constit. Galliæ, tomo secundo, titulo de Magistris artificior. articulo quarto, glossa 2. num. primo, quo in loco vltra præfata exempla, quibus Monopo-
32 lium cōmitti dicitur, subiunxit, † monopolium

V committe-

committere illos, qui cōſpirant, & impediūt,ne
aliquis deponat in tali cauſa;illos qui impediunt,
ne alius exerceat negotiationem vini, qui con-
ueniunt,ne aliquis deferat frumentum in merca
tum,vt ipſi,vel dominus illius loci vendat ſuum,
& plures alios caſus,qui ibi videri poterunt.

33 Pęna verò facientium † Monopolia, ſi ex illis
concitatio populi, vel ſeditio euenerit, capitale
ſupplicium imminet,l capitalium,§.ſolent, ff. de
pęnis, l. vnica, C. de ſeditioſ. & alioquin bonorū
omnium confiſcatio,& exſilium,quam remitte-
re,vel minuere,non niſi Princeps, illiusq. ſupre-
34 ma Curia poterit,† vt in dicta l.vnica,C.de Mo-
nopol.vbi aliæ etiam pœnæ ſtatutæ ſunt,quarum
meminit Rebuff.in loco ſupra allegato. Felin. in
c.venerabilis,num. 2. de teſtib. cogend.ad mate-
riam videndi ſunt Ripa de Peſte, parte vltima,
num.179.Hipp.Bonacoſſ. in quæſtionibus crim.
§.congregatio,§.multitudo, §. ſecta, Dominic.
de Soto,de iuſt.& iure,lib.6.q.2. artic.3, Roland.
à Valle,in conſil.22.num.9.volum. 2. Benedict.
Canophil.de Priuileg. Eccleſ. Priuileg.7. & ego
dixi in conſ.15.per totum,Centuria 2.

CAP. IX.

ARGVMENTVM.

Nocturni cætus, & vagationes prohibendi ſunt, nam noctis tempora nonnulla mala, ac ſcelera ſuadent.

COMPENDIVM.

1 *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.*

2 *Errat, qui habens rectum iter, ambulat per vias tenebroſas.*

3 *Prima omnium ab omnipotenti DEO lux facta fuit.*

4 *Lucem tamquam bonam probauit DEVS.*

5 *Tobias dixit gaudium non habere. quia cæcus exiſtens, lumen cœli non videbat.*

6 *Noctis tempore lumen non portantes, mali animi indicium demonſtrant.*

7 *Tortura facilius adhibetur in delictis clandeſtinis & nocturno tempore commiſsis.*

8 *Male agens odit lucem.*

9 *Nox malorum omnium comes.*

10 *Nocturnas in templo vigilias Solon vetuit.*

11 *Vigiliæ, quæ apud Chriſtianos in Eccleſijs fiebant, ſublatæ ob malos hominum mores.*

12 *Romani in 12. Tabularum legibus, nocturnos cætus prohibuere.*

13 *Noctu iter non faciendum, niſi prælato lumine.*

14 *Furem nocturnum, quoquomodo occidi permiſsum lege 12.tabul.non autem diurnum niſi ſe telo defenderet.*

15 *Dies ab occaſu ſolis ad occaſum.*

16 *Nox fuit prius, poſtmodum lux.*

17 *Dies apud Babylonios.*

18 *Dies apud Vmbros, & Hetruſcos.*

19 *Dies apud Romanos, & Aegyptios.*

20 *Intellectus Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 93.*

21 *Quando dicatur nox, vt in pœnam Edicti quis incidat. & num.23.*

22 *DEVS appellauit lucem diem, & tenebras noctem.*

24 *Edictum, quod pulſata campana, quis non ambulet ſine lumine, an vendicet ſibi locum, quando campana in loco non exauditur. num.25.*

26 *Surdus, an excuſetur in caſu præmiſso cum non audiat campanam, & num.27. & 28.*

29 *An Edictum hoc prohibens ambulationes ſine lumine, comprehendat feminas.*

30 *Edictum, num comprehendat eum, qui non ambulat, ſed ſtat ſub ſuæ domus ſtillicidio, & num. 31. 32. & 33.*

32 *Exiſtens in oſtio domus dicitur eſse in domo.*

33 *Quæ ſunt in porticu dicuntur eſse in domo.*

34 *Exiſtens in Scala domus, an dicatur eſse in domo.*

35 *Clericus, an includatur in ambulatione de nocte abſque lumine; Concludit author negatiuè.*

AXIOMA.

Nocturnas ambulationes, & vagationes abſque lumine aufugito.

LVx orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia, inquit Dauid Pſal.96.quem imi-
tatur Ioannes, cap. tertio, dum in-
1 quit: † Lux venit in mundum, & di-
lexerunt homines magis tenebras,
quam lucem, ſunt enim opera eorum mala, om-
nis enim, qui malè agit odit lucem, & non venit
ad lucem, vt non arguantur opera eius. & Salo-
2 mon Prouerb. cap. ſecundo, damnat eos, † qui
relinquunt iter rectum, & ambulant per vias te-
nebroſas. Et Lucæ cap. duodecimo, dicitur,
quod qui ambulat in tenebris, neſcit, quo vadat.
Sed conſiderandum eſt, adeo fuiſſe DEO om-
3 nipotenti, cordi lucem, † vt in principio naſcen-
tis mundi, cum tenebræ eſſent ſuper faciem ter-
ræ, primam omnium vocem emiſit, fiat lux, &
facta eſt lux, vt patet Geneſ. cap. primo. mutato
itaque priori tenebrarum horrore, chao, ac re-
rum triſti, mæſtaque facie, quam nouus rebus
omnibus vultus? quam res pulcherrima lux? ſi-
ne qua nihil pulchrum, quaſi quid eſt pulchrum
ipſa luce pulchrum eſt. Adeo autem pulchra
lux eſt, vt ſuæ dignitatis primus teſtis ſit ipſe
4 Deus, ſcriptura dicente: Vidit † Deus lucem,
quòd eſſet bona. Hinc Tobiæ cap. vndecimo,
5 † quale (inquit) gaudium mihi erit, qui in tene-
bris ſedeo, & lumen cœli non video? Propterea
ad malefactores nocturnos terrendos, ſolet fieri
ſtatutum, atque Edictum, quod pro maleficio
de nocte commiſſo, duplicetur pœna, ſoletque
prohiberi nocturna ſine lumine ambulatio,
6 cum † ob luminis portationem excludatur mala
præſumptio contra ambulātes de nocte, l.1.§.tria
lumina. ff. de vētr. inſpic. grauiora enim iudicāda

ſunt

sunt nocturna maleficia, ex his enim, attēto tem
7 pore, dolus maximus præsumitur, vnde † tortura
facilius adhibetur in delictis clandestinis, & no-
cturno tēpore commissis. Bald. in l. nemo, C. de
8 Episcopali audient. Quia, qui † malè agit, odit lu-
cem. c. consuluit, de offic. deleg. Bald. in l. dona-
tio, in fine, C. de donat. & ideo nox aggrauat deli
ctum, l. fin. ff. de effract. l. Gracchus, C. de adult.
Ioan. Milleus in Praxi Crimin. §. Apelles, num.
20. fol. 25. videmus pessima facinora, nocte po-
tius, quam interdiu perpetrari; idcirco fures, si-
carios, adulteros, grassatores non minus coercen
dos, quam si publici omnium hostes essent, vt in-
quit Francisc. Patritius de Instit. Reipub. lib. 3. tit.
9 10. Idcirco † noctem flagitiorum omniū comitē
dicit Menander, dum ait Τὴν νύκτα πολλῶν κακῶν αἰ
10 χαζῖν. Quam optimè † Solon, nocturnas in tem-
plo vigilias fieri vetuit. Ideo Paulus Sententiar.
lib. 5. tit. 25. bestijs obijciendum dicit, qui sacra
nocturna obcantat. Et proscriptioni subijciendū
dicunt Imperatores, eam ob causam, l. 7. de pa-
gan. sacr. templ. lib. 16. Cod. Thedos. Et cum in
11 primitiua Ecclesia † Christiani orationibus no-
ctu inuigilarent, ideo vigilias habebant; illas ho-
die sublatas, esse malos ob mores, & alio modo, vi
gilias obseruari voluit Didacus Couarruuias va-
12 riar. resolut. cap. 19. Nocturnos † itidem Cętus
aboleuit, & prohibuit populus Romanus in legi-
bus duodecim tabularum, vt per Pardulph. Pra-
teium in Iuris prudentia veteri, in legibus 12. ta-
13 bul. l. 59. Noctu † iter non faciendum, nisi præla-
to lumine dicit Paulus lib. 1. Recept. Sent. titulo
14 21. Hinc leges † 12. Tabular. Furem nocturnum
quoquomodo occidi, diurnum vero si se telo de-
fenderet, permiserunt. Cuius meminit Cicero
in Oratione pro Milone; I. C. in l. 4. ff. Ad leg.
Aquil. Aulus Gellius Noct. Attic. lib. 11. cap. 18.
Aymarus Riuall. Histor. Iuris Ciuilis lib. 1. Zas.
Charond. Balduinus, Prateius & alij. Sed vt non
in ambiguo sit Edictum, quando dicatur nox, &
quando dies, primo inspiciēdum erit, cum diuer-
simode in hac re scriptores cēsuerint, & breuius
quam fieri potest hanc rem enucleabo.

15 Diem aliqui dixere † ab occasu solis ad occa-
sum, cuius opinionis Athenienses fuere, vt scri-
bit Plin. lib. 2. cap. 77. Sequitur Aul. Gell. Noct.
Atticar. lib. 3. c. 2. Accurs. in l. More, ff. de Ferijs.
Andr. Tiraquell. de retractu consang. §. 1. glossa
11. num. 1. Quod & Macrobius lib. Saturnal. 1. c.
3. & Isidorus Etymolog. lib. 5. cap. 30. annorarūt.
Sic & Aegyptios antea solitos scribit Alexand.
ab Alex. Dier. Genial. lib. 4. cap. 20. Quam consue
tudinem authoritate Sacræ Scripturæ confirma
ri posse patet, dum Genes. c. 1. dicitur. Et factum
est Vespere, & Mane dies vnus. Nam nulli dubiū
16 Noctē † fuisse prius, & postmodum diem, dum
ibidem dicitur: & tenebræ erant super faciem
abyssi. Et illud etiam: Nox præcessit, dies autem
appropinquauit, quod nō negauit Chrysostom.
in Matth. Homil. 81.

17 Abortu † solis ad ortum cępere alij, vt Baby-
lonij, vt referunt in locis allegatis Plinius, Gel-
lius, Macrobius, Isidorus, Accursius, & Tiraquel
lus; posset confirmari ex eo, quod in Hymnis
canit Sancta Ecclesia, dum orto sole, dicit fieri
actus diurnos.

Iam lucis orto sidere
Deum precemur supplices,
Vt, in diurnis actibus
Nos seruet à nocentibus.

Alludit etiam Virgilius Aeneidos lib. 12.
dum ait

Postera vix summo spargebat lumine montes
Orta dies, quum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemque elatis naribus efflant.

Hoc idem Persas obseruare scribit in loco al-
legato Alexand. ab Alexandro.

18 A Meridie † ad meridiem, diem fecere Vm-
bri, & Hetrusci, vt Plinius, Gellius, Macrobius,
Isidorus, Tiraquellus, & Alexander Neapolita-
nus tradiderunt, de quo Ouidius Metamorpho-
seos lib. 3. inquit:

Iamq. dies medius, rerum contraxerat vmbras,
Et Sol ex æquo meta distabat vtraque.

19 A media † nocte ad mediam noctem diem te-
nuere Romani, & Aegyptij (vt Plinius, secus Ale
xander ab Alexandro, vt supra in prima opinio-
ne) Paulus Iurisconsult. in l. More Romano, ff.
de Ferijs, vnde Varro in lib. Rerum humanar. in-
quit, qui media nocte ad proximam mediam no-
ctem in his horis 24. nati sunt, vna die nati dicun
tur, vt de eo retulit Gellius in loco allegato, qua-
re autem Romani id facerent, plures recenset ra-
tiones Plutarchus Problemat. Roman. 84. Di-
dacus Couarru. Variar. resolut. libro quarto, cap.
19. sub num. quinto. Alexand. Raud. in consil. 26.
20 num. 23. volum. secundo. Huc spectat † Ritus
93. Regni Neapolitani, dans citato terminum
comparēdi vsque ad primum somnum, vbi hoc
annotarunt Scribentes. Hic mos seruatur in
Regno quo ad contractus. Plura scribere insti-
tueram, quo ad hanc materiam, quę ex professo
omittitur, cum inuenerim eam plenissime tra-
ctatam à Marco Antonio Natta, in consil. 459.
vol. 2. Barthol. Bertazol. in Consil. Crimin. 131.
vbi Claudius filius in addit. volum. primo. Fer-
rand. Adduens. explication. iur. lib. 1. cap. 13. Fran
cisc. Pollet. in Histor. Fori Romani, lib. 1. cap. 9.
num. 5. vbi pulchre Philipp. Broidæus in Apo-
still. & plenius, ac pulchrius Polydor. Ripa, de
Nocturno tempore, cap. 3. per totum, qui mihi
fręnum posuit, ne plus scriberem hac de re.

Quid dicendum itaque ex tanta varietate in
21 casu isto? Ego quo ad edicti pœnam incurren-
dam, numquam dicerem, nisi diem dici ab
oriente sole noctem vero ab illius occasu, ita vt
à luce ad tenebras, sit dies, à tenebris vero ad lu-
cem sit nox, & hoc modo vulgus appellare in-
quit Plin. in dicto libro secundo, cap. 77. & cum
vulgo errare minime dicimus, cum hanc opinio
nem nonnulli tenuerint, quos allegat Tiraquel.
in dicto §. 1. glossa vndecima, numero tertio,
quo loci inducit, id, quod negari minime potest,
cum clarum sit Genes. cap. primo. Appellauitq.

22 lucem † diem, & tenebras noctem. Et insuper
ibidem. Luminare maius, vt præesset diei; itaque
dum Sol prostat super terram dies appellabitur,
vt de sole diem faciente Virgilius lib. 3. Aeneidos inquit;

Iamq. rubescebat, Stellis aurora fugatis.

Et Ouidius lib. 4. Metamorphoseos.

Postera Nocturno Aurora dimouerat ignes,
Solq. pruinosas radys siccauerat herbas.

Ac etiam pulchrè Statius lib. 2. Thebaidos.

Et iam Mygdonys elata cubilibus alto
Impulerat cælo gelidas Aurora tenebras,
Rorantes excussa comas multumq. sequenti
Sole rubens; Illi Roseus per nubila seras
Aduertit flammas, alienumq. athera tardo
Lucifer exit equo, donec pater Igneus orbem
Impleat, & radios ipsi vetet esse sorori.

Satius tamen erit, vt dubia tollantur, quod
Edictum certificet diem & noctem, & contineat
prohibitionem ambulationis sine lumine, post
23 primam, † vel secundam campanæ pulsationem
quæ vesperi post solis occasum fieri solet, vt notant Ioan. Andr. & Abb. Panor. in c. si perfodiēs,
extra, de homicid. & nonnulli, quos refert Tiraquellus in loco allegato, num. 4. Angel. in consil. 194.

Sed, an eo casu pœna Edicti, vel Statuti sibi lo-
24 cum vendicet, vbi campanæ † sonus non auditur? vel ob illius, qui hoc exequitur negligentiam
campana non est pulsata. Albert. Gandin. in
tract. malefic. titulo, de rebus non portandis contra decretum, num. 3. dicit, quod quidam fuit captus, & inuentus post horam, qua solebat pulsari
campana, & dicit, quod nō punitur pœna Edicti,
Alber. in dicta l. more, in fine, dicit, quod si campana non possit vbique exaudiri, vbi non exauditur, ibi non obligat. Idem tenet Bartol. in l. 1. §.
hoc autem, num. 3. ff. Ad Senatuscons. Syllan. &
ibi Ioannes. Igneus, num. 10. Baldus post Iacob.
Butrigar. in l. fin. num. 1. C. de his, quib. vt indign.
sequitur Barthol. Bertazol. in consil. crimin. 308.
nu. 8. vol. 2. Bartholom. Cæpolla, in Consil. Crimin. 13. col. vltima in tertio dubio, versic. Item
adducò. Et licet aliqui allegent contrarium tenere Alberic. in 2. parte statutor. q. 6. & in l. liberorum. §. 1. de infam. Tamen non videntur mihi
contrarij, quia loquuntur de ambulāte vel committente delictum in nocte Veneris Sancti, in
qua non pulsantur campanæ, quo casu dicunt,
25 quod si factum fuerit † delictum, vel ambulatū
sine lumine, in hora in qua re vera esset pulsari solita campana, & sic in nocte vera, quod non excusatur à pena, si vero in hora, in qua sumus in dubio noctis fictæ, id est pulsationis campanæ, & tūc
non dicitur incidere in pęnam, si non pulsauit,
vel in loco non exauditur, vt post Iacob. Butrig.
distinguit Bald. in dicta l. fin. quem sequitur Hippolyt. Bonacoss. in qq. criminalib. §. Nox. col. 2.
26 Sic etiam surdus excusatur, nec incidit † in pœnam, cum nō audiat campanam, Bald. in l. si quis
in graui, §. surdus, ff. ad Syllan. Lud. Roman. in dicto §. hoc autem Senatus, Quod dicit procede-
27 re in surdo à natura, † quia aliàs si infirmitate, vel
casu fuit effectus surdus, ita quod verisimiliter
sciebat, vel scire debebat horam sonitus campanæ, contrauenïens incidit in pœnam Edicti, vel
Statuti; vt dicit Angel. de Aret. in tractatu de ma-
28 lefic. in verbo, de nocte. Quod sublimitarem, nō
procedere, vbi Edictū, vel Satutum esset factum
post surditatem, per easdem rationes.

29 Statutum, vel † Edictum illud prohibens ambulationes sine lumine, comprehēdit etiam mulieres. Cinus in l. 2. C. quæ sit longa consuet. Bart.
in l. iura, la prima, num.... ff. de legib. Alex. in l. si
constante, §. fin. num. 7. ff. soluto matr. Decius in
l. feminæ, num. 94. ff. de regul. iur. idem Decius in
consil. 339. num. 2. post Bartol. col. 1. in fine, ff. de
pecul. & voluit Bonacossa in d. §. Nox, in princip.
Ioan. Sainxon in Cōsuetud. Turon. tit. *des droictz de basse iustice*. Articulo 23. in versic. *Et si aucun brese*, col. 1.

30 Edictum factū † contra ambulantes & exeuntes de domo sine lumine, num comprehendat
eum, qui exiuit domum, sed nō ambulat, sed stat
sub stillicidio suæ domus? Barthol. de Capua, in
quadam Apostilla, dicit, quod non, ex quo dicitur esse in sua domo, cum sit in parte domus, dicitur ergo quod sit in omni domo, arg. l. 3. §. post diuisionem, ff. qui potiores in pignore hab. & qui est
per quinque pedes prope domum, dicitur esse in
domo, l. quidam liberus, ff. de seruit. vrban. præd.
& quę sint domus pertinentiæ, habetur in l. fin. ff.
31 fin. regundor. Sed ego tenerem † contrarium
per notata à Bartolo, in l. 1. §. hoc interdictum,
num. 1. ff. de cloacis. Et quemadmodum qui est
32 † in ostio domus, dicitur esse partim in domo,
partim extra domum, c. 1. de consecr. eccles. vel
altar. in 6. sufficit enim tāgere partem, l. vulgaris,
33 ff. de furt. Et † quæ sunt in porticu, non dicuntur
esse in domo, l. cetera, 43. §. hoc Senatusconsultum, ff. de leg. 1. Eodem modo dicerem de eo,
34 qui † manet in scala quæ est affixa domui, cum
non dicatur esse in domo, & ideo in eo habebit
locum Edictum, arg. l. Fistulam, §. scalas, ff. de seruit. vrb. præd. vnde infero, idem esse in reperto
sub stillicidio, quia stillicidium est in in via pu-
35 blica. An autem † Clericus includatur, vt teneatur ad pœnam si fuerit inuentus de nocte sine lumine ambulare, quod non includatur post Ioan. Andr. Vincent. Anton. de Butr. & Abb. Panorm. in c. grauem, de sentent. excommunic. remoui de Compromiss. §. 1. glossa 3. num. 259. & duobus sequentibus, Felin in c. cum non ab homine, num. 6. de iudic.

CAP. X.

ARGVMENTVM.

Velationes faciei, & personarum, ac Vultus laruationes vitandæ sunt.

COMPENDIVM.

1 *Laruæ, inhonesta tripudia, saltationes, Histrionicæ artes, & velamenta vultuum, & personarum, si optimis moribus obsistant, prohiberi debent, & numero 5.*

2 *Mutatis vestibus factæ laruationes vt plurimum tendentes in malum, prohibitæ.*

3 *Maschare à vulgo dictæ, prohibitæ an sint.*

4 *Mantuæ Edicto furcarum pena imminet portanti noctis tempore subdititiam barbam.*

Sic Ferrariæ.

6 *P. Clodius muliebri veste indutus Cæsaris domum ingressus, ob id incestus insimulatus fuit.*

7 *Maternus sub mentito habitu in celebratione Festiuitatis Matris Deum, dum Commodum Imperatorem occidere designat, ipse occisus est.*

8 *Quæ in Theatris fiunt, pietati & honestati contraria sunt.*

9 *Theatrales actus, ac repræsentationes, quam sint vituperandæ, ex notabilissimis D. Cypriani verbis cognoscitur.*

10 *Laruæ odiosæ sunt, quia ex eis maleficia, & dæmonum præstigia oriri asserunt.*

11 *Histrionum scenam Domitianus Imperator interdixit.*

12 *Laruæ recreationis gratia tantum laicis permissæ, & vide num. 13.*

14 *Laruas facere num peccatum sit.*

15 *Mimi masculi, ac feminæ, vti non possunt veste monastica in ludis, & spectaculis.*

16 *Vir indui non debet muliebri veste, nec mulier veste virorum ex Deuteronomio.*

17 *Laruæ sunt clericis interdictæ.*

18 *Mulier nocturno tempore in Ciuitate Luceriæ inuenta vestita habitu virili fuit condemnata ad fustigationem in Regno Neapolitano, & ad pœnam exsilij.*

19 *Naturæ lex dictat, ne quis ambulet nudus in publico, aut muliebri veste indutus.*

20 *Qui vestibus muliebribus vtuntur in mulieres à viris migrare videntur.*

21 *Vtens veste monachali, aut sacerdotali in laruis qua pœna puniatur.*

AXIOMA.

Laruas, aliasq. vultus, & faciei velationes ne facito.



AD Magistratum, ac Prætorem pu-
blicæ gubernationi propositum spe-
1 ctat, † inhonesta tripudia, saltationes
histrionicas artes, & laruationes,
ac vultuum velamenta tollere, quan
do hæc contra bonos mores essent, inquit Lan-
celott. Conradus de offic. prætoris in causis ciuil.
lib. §. t. num. 15. & quamuis sui natura non essent
prauæ, tamen cum fiant laruæ mutatis vestibus,
2 per † indutos etiam muliebribus vestibus, vt plu-
rimum tendentes ad malum, & ideo videntur
prohibitæ, vt post DD. in c. cum decorem, de vi-
ta, & honestate clericor. voluit Ioan. Neuizan. in
3 Silua Nupt. §. est nubendum, num. 70. † Mascha-
ras vulgus appellat, vt dicit Abb. Panorm. in di-
cto cap. cum decorem, num. t. vol. 2. consuluit,
4 super Edicto Ducatus Mantuæ † imponente pœ-
nam furcarum ei, qui noctis tempore portaret
barbam subdititiam; sic & in Edicto Ducis Fer-
rariæ prohibente, defendit quendam Cæsarem
quod iuisset laruatus de nocte. Gerardus Maz-
zol. in consil. 57. volum. primo. Ideoque ad con-
seruationes bonorum Edictum fieri debet, quo
5 moderatè hæc fiant; † Histrionicæ artes, salta-
tiones, comœdiæ, & spectacula Magistratuum
Edictis coerceri debent. Habent enim sub Gym-
nasticæ exercitationis nomine, virus occlu-
sum, nulla enim in Republica pestis est capita-
lior, nulla quæ maiorem vim, ac robur habeat
ad corrumpendos Adolescentum, ac iuuenum
animos. Vocis enim, vultus, gestationis, imi-
tationem, commutationem, ac simulationem,
effingunt, quæ illapsa sensim in mentibus ci-
uium, dulcedine quadam serpens, Respubli-
cas omnes euertit, & non modo tenues, ac
molles puerorum animos labefactat, sed gra-
uium quandoq. virorum, ac matronarum pu-
dicitiam pertentat. Ex hominibus sic perso-
natis, ac diuersitate vestium indutis, facinora
6 quamplura nascuntur, sic † Publ. Clodius,
Appij filius, Cæsaris domum ingressus mulie-
bri veste indutus, ac incestus insimulatus est,
vt est apud Valerium Maximum, lib. 8. cap.
7 quinto. Dum etiam Maternus miles, qui mul-
ta ausus nefanda, desertis castris, ascitis aliquot
commilitonibus in societatem, magnam per-
ditorum hominum manum cum collegisset, vi-
cos, agros populatur, Ciuitates magnas diri-
puit, Gallias, & Hispanias incursibus vastat,
secreto demum Italiam ingressus, cum moli-
retur Imperium sibi vsurpare, & Commodum
Imperatorem trucidare, tale quid occasio-
ne nacta comminiscitur. Veris initio, so-
lemnique die pompam Matri Deum Roma-
ni celebrabant, in ea, quæ apud quem-
quam sunt diuitiarum præcipua, supellexq.

pleraq. imperatoria, materiæ, aut artis ſpectandę,
cauſa, pręſerri ante Deam ſolebant. Paſſimq.
omnibus ludendi licentia permiſſa, ſic, vt perſo-
nas induerent, quas cuiq. libitum, nullamq. non
Magiſtratuum quoq imaginem, prout cuiuſq.
ſtudium repręſentarent, ſic vt non temere à fal-
ſis veros dinoſcerent. Putauit hoc Maternus ido
neum cæſandis inſidijs tēpus, ratus, fore, vt ſi per-
ſonā ſtipatoris alicuius indueret, ſuoſq. ad eam-
dem ſimilitudinem armis ornaret, ac ſe haſtatis
immiſcerent, vt Imperatorij comitatus pars cre-
deretur, repente facto impetu Commodum tru-
cidaret. Maternus à ſocijs antea proditus, capite
mulctatus, ſuæ etiam factionis ſocij ſupplicio affe-
cti; vt ſcribit Herodianus Hiſtoriat. lib. 1. Ideo
8 cuncta, † quæ in Theatris fiunt, pietati, & hone-
ſtati contraria ſunt, vt inquit Auguſtinus, in
Matth. Homil. 69. de his pulchra verba inſerere
non grauabor Cypriani lib. 2. Epiſtol. 2. ad Dona-
9 tum, inter cetera ſcribens ait: Tunc † delectat in
mimis turpitudinem magiſterio, vel quid domi
geſſerit, recognoſcere, vel quid gerere poſſit, au-
dire. Adulterium diſcitur, dum videtur, & leno-
cinante ad vitia publicæ authoritatis malo, quæ
pudica fortaſſe ad ſpectaculum matrona proce-
ſerat, de ſpectaculo reuertitur impudica. Adhuc
deinde morum quanta labes, quæ probrorum ſo
menta, quæ alimenta vitiorum, Hiſtriconicis ge-
ſtibus inquinari? videre contra fœdus, iuſq. na-
ſcendi patientiam inceſtæ turpitudinis elabora-
tam? euirantur mares, omnis honor, & vigor ſe-
xus eneruati corporis dedecore emollitur, pluſ-
que illic placet, quisquis virum in feminam
magis fregerit. In laudem creſcit ex crimine, &
eo peritior, quo turpior, iudicatur. Spectatur hic
proh nefas, & libenter. Quid non poteſt ſuadere
qui talis eſt? Mouet ſenſus, mulcet affectus, ex-
pugnat boni pectoris conſcientiam fortiorem,
nec deeſt probri blandientis authoritas, vt audi-
tu molliore, pernities hominibus obrepat. Expri-
munt impudicam Venerem, adulterum Mar-
tem, Iouem illum ſuum non magis Regno, quā
vitijs Principem in terrenos amores. Hæc Cy-
10 prianus. Adeo † autem odioſas eſſe has laruas,
vt quæ maleficia, ac dæmonum præſtigia ab his
quodammodo orta, poſt Auguſtinum, doceat
Dominicus de Soto, de iuſtit. & iure, lib. 8. q. 3. ar-
11 ticulo 2. † Domitianus Imperator Hiſtrionibus
ſcenam interdixit, intra domum tantum exer-
cendi artem facultate cōceſſa, vt ſcribit Sueton.
Tranquill. in Domitiano, cap. 7.

12 Laruas † itaque recreationis tantum gratia
permiſſas eſſe laicis concludit Ioan. de Anan. in
c. latorum, de homicid. Archiep. Florentin. in
Summa de Curioſit. tit. de Spectaculis. Angel. de
Clauaſ. in Summa, in verbo, Ludus, num. 1. & 2.
13 Cuius contrarium nititur probare † Benedictus
Canophilus in ſua Summula, tit. de vita, & ho-
neſt. cleric. col. 6. in paruis, verſ. laruæ an ſint. Car
dinal. Caietan. in Summula, in verbo, Laruarum
vſus, Sebaſt. Med. in Summa Peccatorum Capi-
talium, q. 32. Bartholom. Fumens in Summa Ar
milla, §. ludus, num. 12. vbi dicit laicis, & ſæcula-
ribus non licere in ludis, quando faciunt laruas,
vti habitu Religioſorum. Et hi in locis ſupra
14 dictis ſcripſerunt † an facere laruas peccatum
ſit, & quando religioſis liceat. Imperatores au-
tem Arcadius, Theodoſius, & Honorius, ſcripſe
15 runt, Mimos, maſculum, & feminam † vti non
poſſe in ſpectaculis, ac ludis, habitu monaſtico,
vt in l. Mimæ, C. de Epiſcop. aud. Hinc Deute-
16 ronom. † cap. 22. Non induetur mulier veſte vi-
rili, nec vir vtetur veſte feminea, abominabilis
enim apud Deum eſt, qui facit hæc. Hinc prohi-
betur Epiſcopo, vt laruas Dęmonum ante ſe fie-
ri non patiatur, c. Nullus presbyterorum, de Cō-
ſecrat. Diſtinct. 5. Ioan. de Fernio in tract. de Epi-
ſcop. parte 1. lib. 2. q. 62. & lib. 4. quæſt. 8. & iuribus
17 † prædictis laruæ ſunt clericis interdictæ, vt com-
probat Cardinal. in Clement. 2. quæſt. 3. de vita &
honeſtate Cleric. Martin. Meſuatr. in Epitomè
Legum Pontifical. lib. 3. tit. 1. §. in Eccleſijs. De
hac re tractauit Doctor Perez in libello Hiſpani-
cè titulato Contro las Maſcheras, quem refert,
& ſequitur Petr. Cened. Collect. Iuris Canonici,
par. 1, Collectaneo 41. de alio laruao agit Bar-
thol. Bertazol. in conſil. crimin. 108. vol. 1. & Frā-
18 ciſc. Viuius in Deciſ. 345. num. 10. vbi dicit, † poſt
fuſtigationem exſilio damnatam per Regiam
Audientiam Capitanatæ, mulierem, quæ in Ci-
uitate Luceriæ nocturno tempore fuerat inuen-
ta cum ementito hominis habitu. Hinc Dioge-
19 nes Laertius in Platone, dicit Naturæ † legem
ferre, ne quis nudus in foro ambulet, aut mulie-
bri veſte vtatur. Et Seneca ad Lucillum. Epiſtol.
123. Non videntur tibi contra naturam viuere,
qui commutāt cum feminis veſtem. Vnde Pen-
theus apud Euripedem in Bacchis inquit, In
20 † mulieres è viris migrare videntur, qui mulie-
bribus induuntur, nec animo vnquam integer
volet veſtem induere femineam. Plura ſcriberē
ſuper hac re, ni vidiſſem Ianum Langleum Ocij
Semeſtris lib. 8. cap. 9. vbi ſuo more pulchra exa-
rauit. Conſtantius Rogerius de Summo Bono,
§. tractemus, de virtute, nu. 38. & 39. Rutil. Ben-
zon. de Fuga Peſt. lib. 1. Diſput. 1. q. 7. dubio 2. in
fine, nonnulla Petr. Greg. Syntagm. iuris vniuer-
ſi, lib. 39. cap. 11. per totum, & nouiſſimè plures a-
lios allegans Polydor. Ripa, de tempore noctur-
no, cap. 36. num. 50. & pluribus ſeqq. & cap. 164.
per totum, vbi vberrimè ſuo more.

21 Qua pœna † autem puniatur, qui laruando ſe,
vtitur veſtibus ſacerdotalibus, vel mona-
chalibus? Iuſtinianus, dicit punien-
dos corporali ſupplicio, & exſi-
lio, vt in Authent. de San-
ctiſs. Epiſcop. §. finali.
Sequitur Martin.
Laudenſ.
in
capit. primo, §. finali,
in fine, quibus
mod. feud.
amitt.

CAP. XI.

ARGVMENTVM.

Ludi alearum, & taxillorum, aliorumq. turpium, permitti non debent; Pœnæ contra lusores statutæ. Ludi autem permissi enarrantur.

COMPENDIVM.

1 *Inuentio Ludorum pro corporum exercitatione ad res bellicas facta est.*
2 *Ludi pueriles quales esse debeant.*
3 *Ludi optimi, & liberales quinam sint.*
4 *Iustos, & honestos ludos, malitia hominum ad malos, & illicitos actus adduxit.*
5 *Contra ludos, quid dicat Iustinianus.*
6 *Ludi detestabiles esse cæperunt, ob malos exitus.*
7 *Ludere non dat DEVS, sed Diabolus ex Chrysostomi traditione.*
8 *Mala, quæ ex ludo proueniunt enumerantur, & num. 10.*
9 *Lusores amissis bonis, fiunt sacrilegi, fures, falsarij, raptores, & homicidæ.*
11 *Alea nomen, omnem lusum complectitur in fortuna varietate consistentem.*
12 *Ludus instabiles, incertus, & fallax dicitur ab Ouid. lib. 4. de Ponto.*
13 *Ludus omnes prohibuit Iustinianus, quibusdam exceptis.*
14 *Ludi permissi qui sint, & num. 15. 16. 17. 18. 22. 25. 26. 34. 35. & 63.*
15 *Intellectus l. 2. & l. fin. ff. de Alea lusu, & aleator. & num. 16. 18. 22. 34. & 35.*
16 *Ludus iactus pali ferrei.*
17 *Pilum, quæ armorum species apud Romanos.*
18 *Cursus ludus permissus.*
19 *Elei cursuum certamen instituerunt.*
20 *Cursores excellentissimi.*
Concertatio cursus inter Hippomenem, & Atalantam.
21 *Camillæ Volscorum Reginæ velocitas.*
22 *Saltationis ludus permissus.*
23 *Saltationum species quot.*
24 *Saltatores, qui in pretio habiti fuerint.*
25 *Lucta, & palestra ludi permissi, & num. 26.*
26 *Luctæ, & Palestræ, exercitatio magno in pretio habita olim apud Græcos præsertim.*
28 *Luctatores, & palestritæ, cera, & oleo inungebantur, & ideo Ceromatistæ dicebantur.*
29 *Palestra uncta appellatur.*
30 *Virginum corpora cursibus, luctis, lactationibus discoru, & iaculorum exerceri legibus latis cauit Lycurgus.*
31 *Palestræ exercitatio quibusdam infirmitatibus utilis ex Cælio Aureliano.*
32 *Palestræ, ac luctæ differentia.*
Palestricen quis primum inuenerit, eiusq. disciplinam tradiderit, sub eod. num. 32.
33 *Luctauit Iacob cum Angelo tota nocte vt est in Genesi.*
34 *Pugnæ ludus ad belli exercitationes utilis, & num. 35.*
36 *Conuiuij causa ludum permitti.*
Ludi in quibus fit virtutis exercitatio permissi sunt.
37 *Ludus paruæ pilæ permissus.*
38 *Pilæ magnæ fit ludus, vento plena.*
39 *Scaco matto, quæ est victoria ludi scaccorum, vnde dicatur, & quomodo interpretetur.*
41 *Pœna contra lusores plures enumerantur, & num. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. & 54.*
42 *Mutuum datum inter lusores non repetitur.*
43 *Domus, in qua fiunt ludi prohibiti, confiscatur.*
44 *Dominus domus, in qua quis tenet ludum, si verberetur, verberans neque ciuiliter, neque criminaliter tenebitur.*
45 *Furtum factum in domo, in qua est ludus, est impunibile, vt & facta iniuria domino domus impunibilis est.*
46 *Cogens aliquem ad ludendum coercetur carcere, vel alia punitione.*
47 *Lusori bonorum vt prodigo administratio non conceditur.*
48 *Lusor falsis taxillis ludens, falsi pœna tenetur.*
49 *Ludens falsis taxillis, cur puniatur pœna arbitraria à iudice.*
50 *Clericus lusor beneficia Ecclesiastica amittit, & si ei fuerit collatum collatio nulla erit.*
51 *Clericus lusor, si non desistat, deponitur.*
52 *Lusor non promouetur ad sacros ordines.*
53 *Laicus ludo vacans potest ab Episcopo excommunicari, aut sacra communione priuari.*
54 *Contractus inter ludentes nulli sunt.*
55 *Ludorum materia per quos tractetur, remissiuè.*
56 *Iura plura in Regno Neapolitano contra lusores.*
Intellectus Const. Regni. Hi, qui per inquisitiones, sub eod. num. 56.
57 *Intellectus Const. Regni. Mores dissolutè viuentium.*
58 *Intellectus Prag. Philippi II. Regis incip. Per quanto, tit. de Ludis.*
59 *Intellectus Prag. incip. Essendo venuto. tit. de Ludis.*
60 *Intellectus Pragm. incip. Al giocare, eod. titulo.*
61 *Intellectus Prag. incip. Per quanto, eod. tit.*
62 *Intellectus Pragm. incip. A tempo, eod. tit.*
63 *Intellectus Prag. incip. Per che hauendo.*
64 *Intellectus Prag. incip. A tempo.*
65 *Ludi honesti in vita necessarij.*
66 *Animo danda est remissio aliqua vt pulchre ex Seneca deducitur.*
67 *Ludus quis bonus, & quis malus.*
68 *Eutrapelia, quid sit, & num. 77.*
69 *Ludus ex septem circumstantijs malus censetur.*
70 *Ludus quando sit peccatum mortale, & quando non.*
72 *An quis se possit obligare numquam ludere, & num. 73. vsque ad num. 79.*
73 *Promitteas pecuniam pro eo, quod facere tenetur, an obligetur.*
74 *Promissum, vt non fiat maleficium, non debetur.*
75 *Arbitrij nostri est, bona, vel mala facere.*
76 *Ludi iucundi sunt.*
78 *Bartoli opinio conciliatur.*
79 *Lusores publici, sunt infames, ludentes ludis prohibitis, & num. 80.*
81 *Lusores, qui a testimonio repellantur.*
82 *Lusor si est publicus tempore testificationis, tunc repellitur.*
83 *Ad Principes, & Magistratus spectat ludos inhonestos per Edicta tollere.*
84 *Atheninenses in natalibus filiorum suorum ludis, & choreis vacabant.*

85 *Ludi apud Romanos fiebant ad Populi lætitiam, puta Megalenſes, Apollinares, Circeanſes, & ſimiles.*
86 *Ageſilaus cum ſuis pueris domi luſit, arundineo equo inſidens.*
87 *Plato ludis, vacauit, & Socrates ſimiliter.*
88 *Robertus Rex Neapolis ſecundus Salomon vocatus Gallis ludebat quoties otiari collibuiſſet.*
89 *Ioannes Auſtrius Philippi II. frater, Neapoli luſit pila in loco publico, authore vidente.*
90 *Aleæ ludus quare prohibeatur.*
91 *Birruarijs, & Alguzerijs aſſerentibus ſe inueniſſe ludentes ludis prohibitis, an credatur, & num. 92.*

A X I O M A.

Aleæ, ac taxillorum ludi prohibiti ſunto.

1 LVdorum † adinuentionem, quibus
corporum exercitationes fierent, ad
belli apparatus neceſſariã primũ pro-
curatam docet Plato de legibus, Dia-
log. 8. proindè tam Græcorum, quàm Romano-
rum Ludi, belli gratia facti, quinimmo illorum
finis religio quædam, qua antiqui opinabantur
ſeſe dijs rem gratam facturos, eratq; Populi vo-
luptas, cui maximè, & Reſpublica, & Reges, &
Imperatores ſtudebant, qua homines voluptate
quaſi quadam deliniti in officio cõtinerentur, vt
inquit eleganter Hieronymus Mercurialis Artis
2 Gymnaſticę lib. 1. c. 3. & idcirco † ludi, quibus pue
ri aſſueſcerent, tales eſſe debebant, vt eſſent imi-
tationes eorum, quæ poſtea seriò erant facienda,
3 inquit Ariſtoteles Politicor. lib. 7. c. 17. † Ludiq;
optimi, & liberales illi ſunt, qui in dictis, ac factis,
virtuti nullum faciunt præiudicium, ſed iocun-
ditatem facieti parturiunt, inquit Albertus Ma-
gnus Ethicor. lib. 4. tractatu 3. cap. 4.
Ex ijs coniectari licet, originem ludorum o-
4 ptimam fuiſſe, ſed excreſcens † hominum mali-
tia, iuſtos, honeſtosq; ludos ad iniquum traxit cõ
pendium, iux. l. fin. C. de vſucap. pro empt. Hinc
5 Iuſtinianus inquit † Aleatũ vſus antiqua res eſt,
& extra operas pugnatoribus conceſſa, verũ pro
tempore prodijt in lacrymas, multa millia extra-
nearum nationum ſuſcipiẽs. Quidam enim nec
ludentes, nec ludum ſcientes, ſed numeratione
tantum proprias ſubſtantias perdiderunt, diu,
noctuquę ludendo, argento, apparatu, lapidi-
bus, & auro, vt in l. fin. C. de Religioſ. & ſumpt. fu
6 ner. ob † malos itaque ludorum exitus, illorum
vſus deteſtationi ſubiacere cęperunt; Hinc To-
biæ c. 3. dicitur: Nunquam cum ludentibus mi-
ſcui me. Vnde Ambroſius lib. 1. Officiorum di-
cit, cauendum eſſe à ludis, ne dum animum rela
xare volumus, omnem reſoluamus Harmoniã;
Nam, vt inquit Chryſoſtomus in Matth. hom. 6.
7 non † dat Deus ludere, ſed Diabolus. Et ideo ex
ludo facinora multa oriuntur; propterea Paulus
1. Corinth. c. 10. Manducauerunt, & biberunt, &
ſurrexerunt ludere. Ad quod facit illud Ouidij

Ludere ludendo ſæpe paratur amor.

8 Nouem † mala ex ludo prouenire ſcripſit Ar-
chidiacon. in c. Epiſcopus, 35. diſtin. Primum, eſt
deſiderium lucrandi, & ſic cupiditas, quæ eſt ra-
dix omnium malorum. Secundum, voluntas ſpo
liandi proximum, & hæc eſt rapina. Tertium, v-
ſura maxima. Quartum, multiplicata mendacia,
verbaq. ocioſa, & vana. Quintum, eſt Blaſphe-
mia. Sextum, eſt multiplex corruptio proxi-
morum, ad ludum ex conſuetudine conuenien-
tium. Septimum eſt ſcandalum bonorum. O-
ctauum eſt, contemptus prohibitionis Sanctæ
Matris Eccleſiæ. Nonum eſt amiſſio tempo-
ris, & bonorum. Ne ſic igitur paſſim homines
ludis aſſueſcant, Edictum facere oportet, vt à
9 prohibitis ludis abſtineant, ne hinc † amiſſis bo-
nis, ſacrilegi, fures, falſarij, raptores, & homi-
cidæ, & aliorum facinorum patratores effician-
tur, vt voluit Hoſtienſis, in Summa, titulo de
exceſſibus prælator. §. clerici, numero quarto,
vbi enumerat eadem ludorum mala, quæ ſu-
10 pra diximus, ex Archidiacono, ſed & † de-
cem, & ſeptem mala enumerat Aluar. Pe-
lag. de Planctu Eccleſiæ, libro ſecundo, capi-
tulo vigeſimooctauo. Vitium, hoc à Dęmone
fouetur, & idcirco bonum, ac optimum eſt vt
illi, qui populorum adminiſtrationi præſunt, per
ſua proclamata illud annihilent.
11 Aleæ † nomen omnem fortunæ luſum com-
plectitur, omneſq; ludos in fortunæ varietate
conſiſtentes, vt ſcribit Iacobus Cuiacius in libro
4. Codicis, titulo 43. & idcirco hi ludus, in qui-
bus caſus, & euentus expectatur fortuitus, pro-
hibiti fuere. Qua de re meminit Horatius libro
3. Carminum, dum inquit

Seu magis vetita legibus Alea.

12 Et propter † ſui inſtabilitatem, atque incertitu
dinem, fallacem illam appellauit Ouidius libro
4. de Ponto.

Nam neque me vinum, nec me tenet alea fallax,
Per quæ clam tacitum tempus abire ſolet.

13 Omnes autem † ludos prohibuit Iuſtinianus,
quinque tantum exceptis, quos enumerat in d. l.
finali, C. de Relig. & ſumpt. funer. vbi ſunt quæ-
dam nomina illorum, ſiue Græca, ſiue alterius
linguæ, quas conatus eſt declarare Accurſius, ſed
potius mirandum eſt, cur qui illam conſtitutio-
nem Iuſtiniani è Gręco in Latinum interpretati
ſunt, non illa etiam ludorum nomina tranſtu-
lerint, declarare tamen nititur Cuiacius ibi-
dem.
14 Ludi permiſſi † cauſa virtutis oſtendendę, vel
15 iuuandę enumerantur à Paulo, tum † in libro 2.
tum in l. finali, ff. de aleę luſu, & aleator. qui egent
aliquali declaratione.
Cenſerem primo loco à Paulo haſtam eſſe no
minatam, vt inter ludos certamen cum haſta per
mitteretur, ad augendam, atque oſtendendam
virtutem exercitationis bellicę; haſta autem illa
eſt, quę terete, at aliquantulum oblongo ligno,
cuſpidem ferream habet, qua in bellis milites v-
tebantur, qui poſtmodum exercitati, in numero
haſtatorum militum numerabantur, & primi
haſtis pugnabant. Vt Varro libro quarto, de
lingua Latina teſtatur. Et ſic certamen iſtud

inter ludos gladiatorios connumerabatur, vt di-
xi ſupra lib. 2. cap.8. num.65. cum pluribus ſeqq.
16 Sequitur Iuriſconſultus † dicens (vel pilo ia-
ciendo) non errarem vt credo, niſi diuinarem,
quòd littera dicere deberet (vel palo iaciendo)
vt intelligatur de iaciendo palo ferreo, nec mi-
rum, quia de palo militari loquitur Seneca Epiſt,
lib.2. Lucianus in Dæmonacte, & Vegetius de re
militari, lib.1.cap.11. Vel potius, cum dixiſſet (ſi-
quis certet haſta) ſubſequatur (vel pilo) & fiat in-
terpunctus, vt inferat certamen haſtæ, vel pili,
inter ludos permiſſos enumerari, pilum enim
17 † armorum militarium apud Romanos telum e-
rat, cuius haſtile quinque pedum, & ſemi erat,
ferrum habens nouem vnciarum, trigonali fi-
gura, vt eſt author Vegetius, lib.2. De pilo memi-
nit Salomon Prouerbior. cap.27. Si contuderis
ſtultum in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper
Pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius. Hinc pri-
mipilani, antepilani, & ſimiles, de quibus alibi
dico. Sed pilum etiam iaciendo emittebatur, vt
eſt author Macrobius in Saturnalibus.
18 Curſus etiam † inter ludos permiſſos enume-
ratur in dicta l. 2. §. Senatuſconſultum, ibi (cur-
rendo) apud Platonem lib.8. de legibus, reperi-
tur, & viros, iuuenes, virgines, pueros, & mulie-
res, omnesq; & nudos, & armatos ad currendum
exerceri debere, non in ſtadio ſolum, ſed in doli-
chio, in diaulo, & in ephippio. Pauſanias in E-
19 liacis, author eſt, † Eleos curſuum certamen in-
20 ſtituiſſe. Ob hanc curſus † excellentiam non
nullos laudat Alexand. ab Alexandro dierum ge
nialium lib. 2. cap. 21. Hinc curſus concertatio
inter Hippomenem, & Atalantam, de qua Oui-
dius lib.10. Metamorphoſ. inquit:

Forſitan audieras aliquam certamine curſus
Veloces ſuperaſſe viros, non fabula, rumor
Ille fuit, ſuperabat enim, nec dicere poſſes,
Laude pedum, forma, ne bono præſtantior eſſet.

Poſtmodum idem Ouidius ſubſequitur de ea-
dem Atalanta dicens.

Dum talia ſecum
Exigit Hippomenes, curſus volat alite virgo.
Quæ quamquam Scythica non ſegnius ire ſagitta
Aonio viſa eſt iuueni, tamen ille decoris
Mirator magis eſt, curſus facit ipſe decorem,
Aura refert ablata citis talaria plantis.

Eandem curſus concertationem eleganter de-
ſcripſit Sidonius dum inquit.

Emicuit pernix populo trepidante virago,
Nil toto iactura gradu, cum pallidus ille
Reſpiceret medium poſt ſe decreſcere campum,
Et longas ad ſigna vias, flatusq; propinquo
Preſſus in hoſtiliq; iam curreret amplius vmbra
Donec ad amphractum meta, iam iamq; relictus,
Concitat er ſparſo fregit veſtigia Pomo.

21 Camillæ † Volſcorum Reginæ celeritatem lau-
dat Virgilius lib 7. Aenidos, dicens:

Illa, vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas.
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas,

Curſus certamen ſummopere laudat Hierony-
mus Mercurialis de arte Gymnaſtica, lib. 2. c.10
22 Saltus eē † ludū permittit Iuriſconſultus in di-
cto §. Senatuſconſultum tantiq; fuit ſaltationis
vſus apud antiquos, vt Lucianus de Saltatione
librum ſcripſerit; Et de ſaltu meminit Ariſtote-
les de Animal. inceſſ. cap.3. Saltationem in duas
23 ſpecies diuiſit † Plato de Legibus, Dialog.7. Alij
in complures quarum illæ memorantur, Podiſ-
mus, Xiphiſmus, Comus, Tetracomus. Aſcoliaſ-
mus, Colabriſmus, ſiue Calabriſmus, Phalicus,
Bactriaſmus, Strobilus, Apoſinus, & Apoliſis. de
quibus Lucianus vbi ſupra. Iulius Pollux lib. 4.
cap.14. lib.9. cap.7. Athenæus Dipnoſophiſt. lib,
4. cap.15. lib.14. cap.12. Cœlius Rhodiginus an-
tiq. lection, lib.5. ca.4. Alexand, ab Alexand. Dier.
Genial. lib.2. cap.25. Sed Andr. Tiraquell. de No
bilitate, cap.34. num.21. cum pluribus ſeqq. ſcri-
24 bit ex pluribus, † an ſaltationes, & ſaltatores in
precio habiti fuerint, quiue graues viri illas ode-
rint, quiue laudarint. De ſaltatione ſcribit Mer-
curialis Artis Gymnaſticæ lib.2. c.6. & c. 11. ſatis
eſt Iuriſconſultum, inter ludos virtutis, & exerci-
tij illum enumeraſſe.
25 Luctationem † ſiue paleſtram inter permiſſos
ludos ſubiunxit text. in d. §. Senatuſconſultum,
26 ibi: luctando. Inde † ſi in colluctatione, vel Pan-
cratio, dum exercerentur, alius alium occidiſſet,
quia gloriæ cauſa, & virtutis, non autem iniuriæ
factū eſſet, ceſſare leg. Aquil. cenſuit Vlpianus,
in leg. qua actione, 7. §. ſi quis in colluctatione,
27 ff. ad leg. Aquil. Hoc † exercitationis genus ma-
gno in pretio præſertim apud Græcos olim fuit
28 † Lucta & Paleſtra exercitaturi, vngebantur ce-
romate, ideſt oleo, & cera, & nudi puluere con-
ſpergebantur, inde dicebantur ceromatiſtæ, de il-
la Virgilius lib.6. Aeneidos.

Contendunt ludo, & fulua luctantur arena.

Et Ouidius in Heroidis in Epiſtola Paridis ad
Helenam inquit.

More tuæ gentis, nitida dum nuda paleſtra
Ludis, & es nudis fœmina mixta viris.

29 Inde † appellat paleſtram vnctam idem Oui-
dius.

Aut fora nos retinent, aut vnctæ dona paleſtra.

30 Plutarchus in Lycurgo aſſeruit, † cauiſſe Ly-
curgum, vt corpora virginum, curſibus, luctatio-
nibus, iactationibus diſcorum, & iaculorum exer
31 cerentur. Cęlius † Aurelianus lib. 1. Chronicor.
cap.1. ad nonnullas infirmitates, palæſtræ vſum
prodeſſe aſſeruit, & plures authores id probantes
refert Mercurialis artis Gymnaſticæ lib.5. cap.5.
de ea Terentius in Eunucho. Fac periculum in
litteris, fac in Palæſtra, in Muſicis, videtur autem
32 inter Luctam, & Palæſtram differentiam facere
Pauſanias in Actiacis, dum aſſeruit, palæſtricen
Theſeum primum inueniſſe, & ab eo profectam
Palæſtritarum diſciplinam, & ab eius rei magi-
ſtris celebrari cœpiam, cum antea ſola corporis
magnitudine, & robore in lucta certaretur. Sed
33 † Geneſis cap.32. fit mentio luctæ factæ à Iacob
Patriarcha tota nocte cum Angelo.

Pugnæ

34 Pugnæ † ludum subijcit Iurisconsultus in d. §. Senatusconsultum. Huius nomen multa significat, tamen nil aliud hoc casu indicat, quã pugnæ ludum permitti, nisi eam exercitationem, quę, vt plurimum inter duos fieret, vel pro arte addiscen
35 da, vt ad bellicas † expeditiones fieret peritiores, vel ad firmandas corporis, & brachiorum vires, in Amphitheatris, Ludis, Gymnasijs, alijsq. publicis, aut in spectaculis. & circa hanc materiam, videnda sunt, quæ supra dixi lib. 2. cap. 8. dum me mini de Gladiatorio ludo, num. 57. vsque ad num. 78.

36 Conuiuij † causa, ludum permittit familiæ, Idem Paulus in l. fin. ff. de Aleę lusu & aleator. Glossa in c. inter dilectos, de excess. prælat. Placentinus in Codicem, lib. 3. titulo 43. Hostiens. in Summa de excess. prælat. §. licet, sub num. 5.

37 Alij ludi † in quibus fit virtutis exercitatio, & militat eadem ratio, similiter permittũtur, vt est paruæ pilæ ludus, de quo Galenus fecit proprium Commentarium, cui titulus est, de paruæ pilæ exercitatione; de quo plura dixi ad Bellugam in Speculo Principum, in Præfatione; sic etiam
38 Ludus † pilæ magnæ, flatu plenę, de quo Martialis lib. 14.

Ite procul iuuenes, mitis mihi conuenit ætas
Folle decet pueros ludere, folle senes.

39 Sic & ludus † Scacchorum, quem dicit inuentum ab Italis Hieronym. Vida Carmelita, Poetarum huius seculi haud postremus, dum ait:

Vos primæ studia hæc Italis monstrastis in oris
Scacchidis egregiæ, monumentum insigne sororis.

40 Et in eo ludo †, quare victoria dicatur (scacchomatto) pulchre, & docte Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuersi, lib. 39. cap. 4. num. 8.

41 Plures pœnæ † contra lusores ludentes ludis prohibitis proditæ sunt. Prima contra lusores, quia tenẽtur restituere id, quod vicerunt, & pars victa intra annos quinquaginta repetere poterit, & victo negligente potest illud petere Episcopus loci, seu Fiscus, dicta l. finali, C. de Relig. & sumpt. funer. de consuetudine mundi non obseruari tenet Ioan. Andr. in c. pen. de vita, & honest. cler. Petr. Rebuf. in proœm. Constit. Gall. glos. 1. num. 56. Dominic. Soto, de iust. & iure lib. 4. q. 6. art. 2.
42 Secunda pœna, quia tam ipsi, quam tenentes ludum, si fieret mutuum inter eos, non datur repetitio, nec competit actio. Glossa, in l. 1. in princip. & in l. finali, in verbo, si acceperit pecuniam, ff. de Aleę lusu. & aleator. Ioan. Fab. in d. l. fin. C. de Religios. & sumpt. fun. vbi dicit secus esse si lude-
43 rent causa solatij. Tertia † pęna, quia confiscatur domus in qua fiunt prohibiti ludi, vt in d. l. finali,
44 siue Authent. Alearum vsus. † Quarta pœna, quia, si is qui tenet domum pro ludis, si ludi occasione fuerit verberatus, verberans ad nihilum tenetur, nec ciuiliter, nec criminaliter, l. 1. §. 1. ff. de
45 Aleæ lusu, & aleatorib. Quinta pœna, quia susceptor aleatorum, siue is, qui domum aleatoribus præbet, si patiatur furtum, vel ei fiat iniuria, & damnum aliquod ei detur, impunè erit, & prętor ei iudicium non dabit, dicta l. 1. §. prætor, ff. eod.
46 tit. Sexta pœna est † qui aliquem ad ludendum coegit, quia is vel graui multa coercetur, vel in latumias, vel vincula publica ducitur, vt in dicta l. 1. in fine. Septima pœna, quia prohibitis ludis se exercentes sunt infames, dicto cap. inter dilectos, de excess. prælat. Maiolus de Irregul. lib. 3. cap. 13 vbi dicit de aleatorib. publicis. Et Cuiacius vbi supra annotauit, & dicam inferius. Octaua pœna
47 est, quia † lusori, vt prodigo, bonorum administratio interdicitur. Bald. in l. ea lege col. fin. C. de
48 condict. ob caus. Nona pęna † est in illum, qui ludit falsis taxillis, vel aleis, quia, punitur pęna falsi, l. arbitrio, §. de eo autẽ, ff. de dolo. Angel. in tract.
49 malef. in verbo, Mettidor de mali dadi, n. 1. aut † saltem punitur pęna, iudicis arbitrio infligenda, Paris de Puteo, in tract. de ludo, num. 45. & post alios Menoch. de Arbitrar. iudic. quæst. lib. 2. Cẽ-
50 tur. 4. Casu 399. num. 11. Decima pęna, quia si est Clericus lusor, beneficia Ecclesiastica obtinere nequit, & si fuerint ei collata, collatio erit nulla, cap. primo 34. distinct. Canonistæ in c. inter di-
51 lectos, de excess. prælator. Vndecima † pęna, quia si clericus est, & ludat, nisi desistat, deponitur, c. clerici, de vita, & honest. Clericor. c. Episcopus, 35. distinct. cap. Clericum, 45. distinct. Duode-
52 cima pœna, † quia lusor ad sacros ordines non promouetur, cap. maritum, 33. distinct. Augustin. Bonfrancisc. ad Angel. in dicto verbo, Mettidor di mali dadi, num. 11. vers. quinimmo non
53 debet. Decimatertia, quia etiam † laicus vacans ludo, poterit ab Episcopo excõmunicari; aut potest illum priuare sacra communione. Amoclens Iustinus, de Syndicatu, num. 93. Menoch. in loco supra allegato, num. 6. Decima quarta
54 pęna, † quia contractus, qui fierent inter ludentes, nulli sunt, nec permittentes tenentur de euictione. Bartol. in l. si quis cum sciret, in fine, ff. pro emptore Angel. in dicto verbo, Mettidor di mali dadi, num. 12. Amodeus de Syndicatu, numero 94. Hippolytus Bonacoss. in Commun. Opin. Crimin. §. ludus, parte prima; omitto alias pœnas enumerare, ne sim morosior.

55 Ad materiam † tamen pœnarum contra lusores, & ad ludorum materiam, facio fasciculum scribentium, quos poteris videre ad satietatem. Parid. de Puteo, in tractatu de ludo, Ioan. Baptistã Caccialup. in tractatu eiusdem tituli. Marian. Socin. in cap. inter dilectos, de excess. prælat. Troil. Maluet. in tractatu de ludo Taxillor. Capella Tolosan. in Decis. 892. Guid. Papæ, in Decis. 581. Hippolyt. de Marsil. in Singulari 552. Thom. Grammat. in Decision. 40. Iul. Clar. in practica §. ludus, Francisc. Viuium, in Opin 468. & Opin. 469. Menoch. in dicto Casu 390. & Casu 400. Angel. & August. in dicto verbo, Mettidor di mali dadi, Marc. Mantuam. Dialog. Denatt. Classe 10. cap. quarto, Burgnin. Caualcan. in Decis. 34. quę est vltima, volum. secundo. Corne. in consil. centesimoprimo, volum. secundo. Marian. senior. in consil. decimosexto, numero tertio, & sequenti, volum. primo. Andr. Barbat. in consil. sexagesimosexto, volum. tertio, Dec. in consil. centesimodecimoquinto. Angel. in cons. 397. Barth. Bertazol. in cons. Crim. tricẽtesimo septuagesimo nono, vbi optime Claud.

filius,

filius, in Apoſtill.vol.2.Burſat.in conſ.116.vol.1.
Feder.Scotus in conſ.25.lib.3.tomo 2.Ant.Sola,
in Conſtitut.Sabaud.titulo de ludis, in Decreto.
quoniam Gloſſa vnica, per totum, plenè, & eleganter Conſtant. Rogerius de Summo bono, §. tractemus de virtute, per totum. Caballin. Milleloq. 618. idem Rogerius, in d.tract. §. nunc congruum, Zaſius, in l.à Titio, nu.8.ff.de verb.oblig. Bernardin. Scodob.in Auth.habita, cap.7. nu.6.
56 In Regno † Neapolitano habemus plura iura loquentia quo ad luſores. Federicus Imperator, in Conſtit. Regni. Hi qui per inquiſitiones, dicit publicos taxillorum luſores, condemnantur
57 ad opus publicum ad tempus; & † per Conſtit. Mores diſſolutè viuentium, tam ordinarios luſores, quàm eos, qui aleas, & dados commodãt, declarantur infames, ita vt nec teſtimonium ferre valeant, nec ad officium aliquod admitti, & in dictis locis Andr. de Iſern. & Afflic. voluit etiam Grammat. in dicta deciſ.40.nu.6. & 7. Habemus plures Pragmaticas Philippi II. Regis, factas in
58 anno 1568. 15. Ianuarij. Incip. Per † quanto s'è viſto. per quam imponitur pęna annalis exſilij, ludentibus ſub fide, vel ad credentiam, nec fiat mutuum ludentibus, neque poſſint repeti, & alia vt in illa. & iſta eſt ſub tit. de Aleatoribus. Alia, facta in anno 1572. per Antonium Perenottum Illuſtriſſimum Cardinalem de Granuella, Incip.
59 Eſſendo † venuto, quæ eſt prima ſub titulo de ludis, qua cauetur, quòd luſores intra horas vigintiquattuor, non poſſint ludere, vltra ducatos de-
60 cem. Alia pragmatica incip. † Al giocare. quę eſt ſecunda ſub eodem titulo de ludis, qua cauetur, vt ſub pęna trium Cordæ ictuum, non ludant ad Cartas, dados, & ſimiles habitantes in diſtrictu, ſiue villis, & caſalibus Neapolis Alia 3. incipien.
61 Per † quanto, facta in anno 1573. in qua prohibetur ludus mallei, cum pallis, in quibuſdam locis.
62 Alia Pragmatica Incip. † A tempo, facta per Illuſtriſs. Principem Petræ Perſiæ in anno 1579. qua conſtituta eſt pęna tenenti domum ad ludũ.
63 Alia facta in anno 1586. Incip. † Perche hauendo, in qua declarantur alearum ludi qui permit-
64 tuntur. Alia incip. † A tempo. Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Comitis Mirandæ. quę videri poſſunt.
65 Aduertendum erit tamen, † quoſdam ludos, ac iocos, licitos, ac honeſtos, eſſe in vita neceſſarios. Hinc Ariſtotiles Moral. Nichomachior. lib.4. c.9. dicit, requiem, & iocum in vita neceſſarium eſſe. Et Cicero lib. Offic.1. dicit, ludo, & ioco, vti quidem licet, vt ſomno, & ceteris quietibus. Nam ludum ſi in genere accipias, rem de ſe licitam iure naturæ ſonat, quin & virtus eſſe poteſt, enimvero, etſi homo ad laborem natus in ſudore vultus veſci debeat pane ſuo, tamen, cum corruptibilis ſit, in labore durare non poteſt, niſi animi nonnumquam recreatio laborem interpollet, ſudoremq. abſtergat, licet ergo animi leuandi gratia nõnumquam ludere dummodo moderamẽ nõ abſit, vt dicit Dominicus, c.de Soto, de iuſtit. & iure, lib.4.q.5.art.2. Item ex Diuo Thoma infra allegando. Nam ſupplicij, & pœnę acerrimæ ſpecies eſt, torqueri ſemper negotijs, occupari ſemper ſtudijs, interponenda ſunt gaudia aliqua curis aliquando, vt oblectatus animus fortior inſurgat: quàm optimè ad hanc rem faciunt verba Senecæ in lib. de Tranquilli-
66 tate Animi, cap.16. dum inquit: † Danda eſt remiſſio animis, meliores, acrioresq. requieti ſurgent. Vt fertilibus agris non eſt imperandum, cito enim exhauriet illos, numquam intermiſſa fęcunditas, animorum impetus, aſſiduus labor franget, vires reciperent paululum reſoluti, & remiſſi. Naſcitur ex aſſiduitate laborum animorum hebetatio quædam, & languor. Nec ad tanta hominum cupiditas tenderet, niſi naturalem quamdam voluptatem luſus, iocuſque quorum frequens vſus, omne animis pondus, omnemq. vim eripiet. Hæc Seneca. Cum autem ludus ſui natura ſit actus principaliter factus ad animi recreationem, in quo iucunditas, & delectatio animalis, ſeu animæ quies intenditur per voluptatẽ exteriorum actuum, vt in loco ſupra allegato docet Ariſtoteles, & ſequitur D. Thomas de Aqui-
67 no in 2. 2. q.168. artic. 2. & † ideo poteſt eſſe bonus, & malus. Bonus, ſi fiat ad honeſtam animi recreationem, ſemota omni circumſtantia mala, ex cuius frequentatione habitus, & conſuetudo honeſtè ludendi gignitur, quæ ab eodem Phi-
68 loſopho † Eutrapelia vocatur, cuius proprius actus eſt, vt benè conuertat aliqua dicta, vel facta in ſolatium, & habet ſua extrema, exceſſum videlicet, & inordinatum ludendi defectum, vt ibidem D. Thomas artic.3. & artic.4. inquit. Malus verò eſt, qui lege notatur, vel circumſtantia mala ueſtitur, & ex ſuo genere, ut plurimum peccatum ueniale eſt; mortale uerò, dum conſiſtit in turpibus, uel in iniuſtis, & in irreligioſis actionibus, ubi ex tali circumſtantia mortiferam mali-
69 tiam induat, Sortitur † autem malas qualitates & cenſetur malus ludus ex illis ſeptem circumſtantijs, Fine, Loco, Qualitate, Tempore, Modo, Abuſu, & Perſona, ut optimè inquit Cardin. Caietan. in d.quæſt.168. artic.3. Arnulla in Sum-
70 ma, §. Ludus, num.3. Non tamen ſemper † habet mortalis peccati naturam, ut optimè inquit Martinus Nauarr. in Summa Confeſſor. cap.20. ſub num.3. quem refert, & ſequitur nouiſſimè Rutilius Benzonus de Fuga, lib.1. diſputat.1. quæſt.7. dubio 2. & Conſtantius Rogerius, in loco allegato. & Dominic. de Soto, de iuſtit. & iure, lib.4. quæſt.5. artic.2.
72 Sed an † quis poſſit ſe obligare nunquam ludere, & alicui particulari ſe obligare? Bartol. in l.ex ea parte, 121. §.1.ff.de uerbor.obligat. tenet, quod ſic, & dicit poſſe conſequi pęnam, ſi promiſſa nõ ſeruauerit, ſequitur Petr. Rebuff. in Concordat. Franc. ſub rubr. de public. concub. §. & cum omne, in uerbo, & cum omne, uerſus finem. Ratio uidetur eſſe, ex quo licet ſtipulationes inuentæ ſint, ut quis ſtipuletur quod ſua interſit, l.ſtipulatio, 38. §. alteri, ff. eodẽ tit. tamen ſecus eſt, dum ſtipulamur pœnam, quia illa debetur, nec tunc inſpicitur intereſſe, ſed quantitas promiſſa, & cõditio adiecta, vt in d. §. alteri, in uer. pęnam enim, quantitas autem, ut non ſit immodica, prout declarat Bart. poſt Accurſ. ibi: & opinionem Bar-
toli

toli ſequitur Paul.de Caſtro,in dicto §. ſub num.
2.referens dixiſſe Bartolum , quod ita conſuluit;
quod non dicit Bartol.in libris meis. Sed contra
opinionem Bartoli,quod promiſſio,& ſtipulatio
73 præfata non valeat,facit primo† quia eſt promiſ-
ſio non ludendi, & promittens pecuniam pro eo,
quod facere tenetur,non valet,& turpiter ſtipula
tor acciperet,l.finali,ff. de condict. ob turp.cauſ.
Secundo facit tex.in l.iuris gentium,§.ſi ob male
74 ficium,ff. de pact. vbi † promiſſum ne fiat male-
ficium,non debetur. Tertiò, quia promiſſor pri-
uaretur libertate arbitrij ſibi à Deo tributi, de
quo Eccleſiaſtic.cap. 15. Deus (inquit) ab initio
conſtituit hominem , & reliquit illum in manu
conſilij ſui,qua libertate per ſtipulationem priua
ri non poteſt. Quia etiam Ariſtoteles lib.1.Ma-
75 gnor.Moralium,cap.10.In fine,aſſeruit , † Arbi-
trio noſtro dari, bona, & mala facere. Quarto,
76 quia † cum ludi,quod non ſolum iucũdi, ſed ex-
pedibiles. Idem Ariſtoteles, lib.10.Ethic.cap.6.
promiſſio de numquam ludendo contra bonos
mores eſſet , quia per eamdem promiſſionem
priuaretur illa virtute,quam Eutrapeliam appel-
lamus,ex Ariſtotele, D.Thom. Caietano, Soto,
Armilla,& Benzonio ſupra diximus , quia ex ve-
teri trãslatione Ariſtotelis locis allegatis Eutra-
77 pelia † eſt virtus inter exceſſum , & defectum, in
ludendo. Cui virtuti , ſi promiſſio numquam lu-
dendi valeret, renunciaretur, eſſetq. contra bo-
nos mores. Nec obſtaret text.in dicta l.ex ea par-
te,§.1.quia ibi,pactum , & ſtipulatio vxoris cum
viro, vt non repetat concubinam, erat ex bonis
moribus concepta. In caſu noſtro ſecus, quia
numquam ludere ſe obligans, non ſolum non
promittit contra malos mores, ſed contradicit
bonis moribus,vt dictum eſt. Quid dicendum?
78 † dicerem Bartoli opinionem procedere, vt va-
leat obligatio,& ſtipulatio , numquam ludendi ,
ſcilicet ludis prohibitis,ſecus verò in permiſſis,in
quibus ex ſola animi recreatione cum optimis
ad finem bonum circumſtantijs,quia his non lu-
dere ſtipulatio non teneret , eriperetur ex eo ani-
mi gaudium,recreatio,& hilaritas, cum dicat Sa
lomon. Prouerbior.cap.15. Cor gaudens exhila-
rat faciem, in mœrore animi deijcitur ſpiritus.Et
iterum cap.17.Animus graudens ætatem floridã
facit, ſpiritus triſtis exſiccat oſſa. Sed alij cogi-
tent.
79 Dum diximus ſupra, luſores † incurrere infa-
miam,conſiderandum eſt hoc intelligi de publi-
cis aleatorib. vt notatur in dicto c.inter dilectos,
& voluit Marc. Anton. Blanc.in Pract.Crim.§.
§.ludo, Maiolus in dicto lib.3.cap.1.Et quod plus
80 intelligendum de † ludentibus ludis prohibitis,
quia luſores ludorum permiſſorum cum faciant
lege permittente, non incurrunt infamiam, l.
81 Gracchus, ff.de adulter. Vnde † hi luſores tan-
quam infames à teſtimonio repelluntur , c.teſti-
monium,de teſtib.vbi Panormit. & Felin. Idem
voluit Petr.de Ancharano, in conſil. 227. & in
conſil.415.Thomas Grammat. Deciſ.11.num.
3.& 6.& in Voto 22.n.3.Aymo Craueta, in cõſ.
269.ſub num.5. Idem Grammat. in Conſil. Cri-
min.12.num.29.& 30.Ioan.de Amic.conſil.127.
num.20.Roland.à Valle, in conſil.94.num.37.
82 volum.4. Quod procedere † dicunt,dum tamen
tempore teſtimonij eſſet publicus luſor,vt decla-
rat Decius in conſil.167.in fine, Aymo in dicto
conſil.169.Rolandus,in conſil.34.num.4.in con
ſil.63.num.18.& 24.vol.2.,& in conſil. 57.num.
40.volum.4.
Non eſt præſentis ſpeculationis formare alias
quæſtiones in materia ludorum , quia videri poſ-
ſunt apud eoſdem,qui ſuper illis tractatus ſcripſe
re Parid. de Puteo , Ioan. Baptiſt. Caccialup. &
Stephanum Coſtam,& Troilum Maluetium ac
Ioannem Thyetri qui fecit libellũ de ludo alea-
rum,& chartarum.
83 Magiſtratuum † tamen eſt, & Principum in-
honeſtos, ac turpes ludos per eorum Edicta ſub-
ditis prohibere,vt dicit Martin Laudenſ.in tract.
de Principib.§.156.Permittant autem illos, qui-
bus fortitudinis, & virtutis cauſæ emergunt, vt
faciunt Neapoli Summi Equites , & Principes
optimi,ac etiam ludos ſolatijs, ac recreationis,vt
84 liceat aliquando vires vacuas oblectare; † Athe-
nienſes in filiorum natiuitatibus incumbebant
ludis, & choreis. Alexand. Sardus de Moribus
Gentium, lib 1.cap. 8.in fine. Apud Romanos
85 † ludi plures ad populorum lætitiam, Megalen-
ſes, Apollinares, Circenſes , ac ſimiles fiebant.
Quia & grauiſſimi viri oblectationibus ludorũ,
86 quandoque ſe exercuere; Nam , & Ageſilaus cũ
pueris ſuis domi colludere ſolitus,in arundine,vt
in Equum aſcendẽs,ſed viſus ab amico, rogauit,
vt ne cui diceret prius, niſi filiorum pater eſſet,vt
ſcribit Plutarchus Apophtegmat. Laconic.2. Et
87 † Socrates, & Plato ludis quandoque vacabant,
vt eſt author Diogenes Laertius in eorum vi-
88 ta. † Robertus Rex Neapolitanus , qui Secun-
dus Salomon appellabatur, Ballis ludebat, ſi quã-
do ociari voluiſſet, vt ſcribit Franciſc. Petrarcha
Rerum memorandar. lib.1.tract.1.cap.9. vidi
89 † ego Neapoli ludere,& exerceri pila in loco pu-
blico Ioannem Auſtrium Philippi II. Regis Ca-
tholici fratrem, & Caroli V.Filium,qui vtinam
non eſſet ita propere vita ſublatus, Reipublicæ
Chriſtianæ, ſi vita ei longior fuiſſet, admodum
profuturus.
90 Aleæ † autem ludus quare prohibitus ſit, tra-
ctat Iacob.Concenatius quæſtionum Iuris lib.4.
cap.5.per totum.
91 Num † autem Alguzerijs,ſiue birroarijs dicẽ-
tibus inueniſſe ludẽtes ludis prohibitis credatur?
breuiter,aut loquimur de grauib. delictis, in qui-
bus imminet pœna magna, & non creditur, niſi
adſint cum eis alij teſtes. Aut ſumus in leuitus
delictis, vt in fraudantibus Gabellas; luſoribus,
extrahentibus frumenta, ac ſimilia , & tunc illis
fides præſtatur. Ita diſtinguere videntur Docto-
res Regni,ſed in primo caſu dicit, illis credi,quo
ad torturam inferendam. Andr. de Iſern. in Cõ-
ſtit. Regni. Humanitate, vbi etiam Afflict. num.
30.Iulius Clar.in Pract.Crim.q.7.nu.3. & quæſt.
8.num.2.ante eos Bartol.in l.prætor ait, verſ. Sed
quid debet.ff.de damn.infecto. Alex.in conſil.2.
volum.3.Corn.in conſil.217.num.1.vol.1. Hiero
nym.Grat.in conſil.43.num.22.volum.2.Guido
Papa,

Papa, in Decis. 557. & in Decis. 628. Rovitius in Decis. 2. num. 73. & 74. Ludou. Roman. in consil. 407. num. 7. Paulus Granutius Theoremate 19. Vincent. de Franch. in Decis. 379. in qua dixit, Sacrum Consilium torturam dedisse Octauio Barono Tropiensi, qui ex dicto Birruariorum fuerat condemnatus per Magnam Curiam Vicariæ ad mortem, vel ad soluendum ducatos bis mille, quia Curiæ seruientes inuenerant penes eum tormentum paruum. Adde ad præfata Ludouic. Carrer. in Pract. Crim. §. Itemq. eorum, num. 30. Petr. Foller. in Pract. Crimin. in verbo, Item quod fuit captus in flagrãti, num. 7. & Mascard. de probat. conclus. 189. Prosper Farinac. q. 56. num. 419. Petr. Pech. de iure sistendi, cap. 26. sub num. 4. & nouissime Ioan. Baptist. Costa de facti scient. & ignorantia, in spect. 19. num. 8. vide quæ dixi hoc libro supra cap. 4. num. 79. Hoc autem
92 in iure clarum est, quod ea, † quæ illorum exercitium non concernunt eis non credi, puta, dum dicerent habuisse à talibus verbera, aut offensos fuisse, vel iniuria affectos. Andr. Alciatus tract. Præsumpt. Regula 3. Præsumpt. 14. num. 6. M. Anton. Natta, in consil. 170. num. 6. Octauian. Vulpell. in consil. 38. num. primo.

CAP. XII.

ARGVMENTVM.

Ciuitates, Opidaq. in loco optimi aeris fundantur, eorum loca, & viæ, omni immunditia expurgari debent, nec in eis ea proijci, quæ aerem pestilentem reddant, idq. Edicto firment Magistratus.

COMPENDIVM.

1 *In ædificanda vrbe oportunus locus eligendus est.*
2 *Salapia vetustissimum Apuliæ Opidum.*
3 *Annibal Salapiæ meretricis amore captus.*
Salapia Legatos Romam misit, à Senatu secessionem è loco, ob aeris intemperiem petens quam obtinuit sub eod. num. 3.
4 *Regio Ciuitati construendæ, qualis eligenda.*
5 *Ciuitas sordibus, ac immunditijs vacua esse debet, ne febres, & pestes oriantur.*
6 *Magistratus prouidere debent, vt locus cui præsunt, nitidus sit, & mundus.*
7 *Cloacarum immunditiæ cælum pestilens faciunt.*
8 *Actio in factum competit contra vicinum fœtorem, & malum odorem immittentem in viam vel locum publicum.*
9 *Vrinæ, ac fœtida res in vias proijcienda non sunt, nec vinæ putrida, & num. 13.*
10 *Lanij carnes facientes, & accommodantes pelles in extremo Ciuitatis loco stare debent.*
11 *Corporis excrementa quis facere non potest prope ædes alienas, vnde vicino malus odor emergat.*
12 *Aquam, & morticinia in vias proijcere non licet, ex quibus putredo, & malus odor generatur.*
14 *Artem in domo propria, ex qua malus odor vicino fiat, facere non licet.*
15 *Fimum proijcere in alienum non licet.*
16 *Res morbosa per Officiales potest expelli.*
17 *Furcarum erectio fit extra ciuitatem ne aer ex cadaueribus puantorum corruptus inficiatur.*
18 *Lex municipalis si permitteret cadauera sepeliri in Ciuitate non est seruanda, cum lex Imperialis vetet.*
19 *Homo mortuus lege 12. Tabularum in Vrbe sepeliri non poterat nisi Magni viri populi permissu, & nu. 20.*
20 *Iulia Cæsaris filia Magni Pompei vxor in Vrbe sepulta, & num. 21.*
21 *L. Cornelius Sylla in Vrbe sepultus.*
22 *Iulius Cæsar in Campo Martio sepultus.*
23 *Augustus in Vrbe humatus.*
24 *Athenienses in Vrbe mortuos non sepeliebant, idcirco nec Marcum Marcellum in Vrbe sua sepeliri permiserunt.*
25 *Sycionij intra mœnia defunctos non sepeliebant.*
26 *Apud Christianos sepulturæ fiunt in Ecclesiis, & in Ciuitatibus.*
27 *Munditiei vt studeat, suadet Dæmonico Isocrates.*
28 *Aquas spurcans punitur.*
29 *Olera proiecta, illorumq. halitus aerem pestilentem faciunt.*
30 *Immunditiæ, an præsumantur proiectæ à vicinio ante domum cum reperiuntur.*
31 *Intellectus Const. Regni, Salubritatem.*
32 *Epaminundas Thebanus Thelearchus creatus, quod officium modicum erat, viri habita consideratione, tamẽ illud ea grauitate exercuit, vt ipsum amplificauerit.*
33 *Episcopi translatio fit de vna Ciuitate ad aliam, ob aeris intemperiem.*

AXIOMA.

Ciuitatem, vias, loca publica immunditijs ac sordibus ne inficiunto.

1 Vrbem aliquam † ædificaturi, maximã in eligendo loco oportuno, diligentiam adhibere soliti sunt. Cum enim in illa ciuium congregationem, ac illorum propagationem conducere debeant, aeris cæli, ac regionis temperiem, soliq. vbertatem cõsiderant; Vrbes enim, Opidaq. quamplurima, deserta, ac penitus destituta, ex sola cæli, & aeris in-
2 clementia perspicimus. Cum † Salapia vetustissimum Apuliæ Opidum, à Diomede dum à Bello Troiano rediret, conditum, vel vt alij ab
3 Helpia Rhodio Duce clarissimo † Annibalis Carthaginensis meretricio amore inclitum, per singulos annos, ob cæli inclementiam, suos ciues infirmitate grauatos aspiciens, de mutandis sedibus consilium iniuit, ac ea causa ad Senatum oratores misit, locumq. secessionis impetrauit. Plin. lib. 3. cap. 11. Aeris enim salubritas omni hominũ congregationi, & Ciui

 tati,

tati perquam necessaria iudicatur, ad inducen-
dam, tuendam & conseruandam hominum in-
columitatem, humorum enim temperies corpo
ra humana conseruat, qua sublata, humana vita
4 facile deficit. Regio † itaque construendæ Ci-
uitati eligitur aliquantulum eminens, vt vento-
rum flatibus, clara, & purissima seruetur, longe, a
stagnis, & paludibus, nebulis vacua, aere, nec fri-
gido, nec in excessum calido. Electa postmodũ
congrua Regione, & ædificata Ciuitate, conue-
nit illam omni puritate, & claritate ornatam re-
5 tinere, † omni sorditie, & immunditia vacuam
conseruare, ne sordibus ipsis, ac fęcibus aeris trã-
quillitas inficiatur, & pestes, febres, grauesq. infir
mitates inde oriantur. Apud Hippocratem hoc
probatur in libris Epidemiorum, & iterum, in
lib. de Aere, Aqua, & locis, & plenius Antillus a-
pud Stobęum Sermone 99. dum inter cetera plu
ra, inquit: loci editi salubriores sunt, cum idem
aer in ipsis non maneat, sed vndique circumfun-
datur, & à ventis subinde repellatur, itaque bene
perspirabiles sunt, & commodis omnibus circa
Thoracem obortis affectibus, & capiti laboran-
ti, cunctisq. sensuum organis. Sic ibidem loqui-
tur de locis humilib. maritimus, mediterraneis
Palustribus, Petrosis, lacunosis, & qui prope fo-
dinas sunt, vt ibidem amplè: quem locum copio
se elegantiorem è Græco in Latinum nouissi-
me trãslatum repperi ab Hieronymo Mercuria-
li Variarum lectionum lib. 3. cap. 1.

6 Maximopere † itaque prouidendum est à Ma
gistratibus per Edicta vt semper Ciuitas, ac locus
cui pręest, nitidus, ac mundus seruetur, & viæ sor
dibus non putrescant, ad conseruandam & aeris
temperiem, loco accommodam, & ciuibus fru-
galem. Hinc pretor Edicto cauit, vt cloacę pur-
gentur, & reficiantur, quorum vtrumque ad sa-
lubritatem Ciuitatum, & tutelam pertinet, nam
7 † & cęlum pestilens, & ruinas minantur immun
ditię cloacarum. Item, si non reficiantur, vt in l. 1.
§. 1. ff. de cloac. l. finali, §. si stercus, ff. quod vi aut
clam. Et Accurs. in l. pęnult. in verbo, rani soli, ff.
eod. tit. Barthol. Veron. de seruit. rustic. prędior.
cap. 43. de aere. Idcirco cloacę, & sterquilinia de
nocte purganda sunt, ne fętor, aut malus odor
8 vicinis officiat, quibus actio in factum competit
contra vicinum fętorem, ac malum odorem im-
mittentem in viam, vel locum publicum, l. 2. §.
Idem ait si odore, ff. ne quid in loco publico, Bar-
thol. Veronens. de seruit. vrb. prædior. tit. 48. de
cloac. & tit. 55. de necessario. Ioan. Francisc. Ri-
pa, de peste, parte vltima tit. de Remed. præseru.
pestis, num. 64. & 65. Ioan. Crispus de Terminis
9 Actionum, Termino 77. 78. & 79. ideo † in locũ,
& viam publicam proijci vrinæ ac res fętidæ mi-
nime possũt; & ad Aediles Curules hoc onus spe
ctabat, vt illæ emundarentur, l. Ediles, ff. de via
publica, Barthol. Cępoll. de seruit. vrban. pred. tit.
78. de Sterquilinio, in fine. Vnde fieri potest pro-
10 hibitio, vt facientes carnem, vel lanij, & accõmo
dantes pelles, ac tenentes apothecas, (quas con-
zarias vulgus nostrum appellat) non exerceant
nisi in tali extrema parte Ciuitatis propter con-
seruandam aeris salubritatem, vt scribit Paris de
Puteo de Reintegrat. Feud. cap. decimoquinto,
incip. Miles, fol. 11. num. 24. & sequenti. Quod vi-
di optime obseruari in Ciuitate Troiæ, & Baroli
11 sed male obseruatur Neapoli. † Quinimmo pro
corporis exoneratione, ad secessum procedens
prope alicuius domum, vnde illi fętor emergat
prohiberi potest. Idem Paris in loco allegato, nu.
33. vbi dicit, ipsum aliàs pronunciasse pro quo-
dam habente palatium iuxta litus maris, in quo
erat porta, per quam in festi homines noctis tem
pore accedebant ad secessum, quod dicit prohi-
buisse per Bannum, & Edictum, ne per hæc fæti-
da aer corrumpatur. Francisc. Marcus in Decis.
498. num. 5. volum. primo, dicit, non licere proij-
12 cere † aquam, vel alia morticinia, ex quibus pu-
tredo, & malus odor generetur, ne ex fętori-
bus aer inficiatur, & pestes, aliæq. infirmitates
13 oriantur. Et † nec vrinas, immunditias, & vinũ
putridum in viam proijcere licet, vt dicit idem
Francisc. Marc. in Decis. 483. num. 2. volum. se-
14 cundo. Quinimmo dicit ibi: † non licere, neque
aliquem posse etiam in domo propria exercere
artem, ex qua malus odor fiat vicino, quod antea
etiam dixerat in Decis. 23. volum. primo. At Ioã.
Sainxon. in Consuetud. Turonens. titulo 19. ar-
ticulo secundo, inquit, & aduerte præterea, quod
Iudices prouidere debent de iure, vt effluxiones
non noceant ædificijs, & vt viæ mundentur, &
etiam habitationes, & parietes ipsarum, & quod
nihil fętidum proijciatur circa Ergasteria, nec in
vijs proijcientur stercora, morticinia, vel coria,
concinit quod dicit Marc. Anton. Natta in con-
sil. vigesimotertio, num. 6. volum. primo, quod
15 † non licet proijcere fimum in alienum. † Et
16 rem morbosam Officiales possunt expelli face-
re. Martinus Laudens. de Officialib. domin.
§. 11.

17 Hinc furcę † eriguntur, ac erigi, & plantari de-
bent extra Ciuitatem, quia aer corrumpi posset,
ob cadauera punitorum, arg. l. 3. §. Diuus Adria-
nus, ff. de sepulch. violat. vbi est statuta ab Adria-
no pęna contra eo, quis in Ciuitate sepeliunt. Se-
quitur Barthol. Cassan. in Consuetud. Burgund.
18 Rubr. 1. §. 8. in verbo, *Le signe*, nu. 5. Etsi lex † mu-
nicipalis aduersum diceret, quod in Vrbe sepeli-
rentur, adhuc seruanda lex Imperialis, vt dicit,
Gulielmus Fornerius Selection. lib. 1. c. 13. Huic
19 † similis erat lex 12. Tabularum, à qua Adrianus
forte receperat, cuius dispositio ea est. Hominẽ
mortuum in Vrbe ne sepelito. Cuius meminit
Cicero de Legib. lib. 2. Ludouic. Charondas ad
eas leges, cap. 1. Francisc. Hotoman. cap 13. Fer-
rand. Adduens. Explication. lib. 2. cap. 23. & ante
eos. Aymar. Riuall. Histor. Iuris Ciuilis, lib. 1.
Alexa. ab Alexand. Dier. Genialiũ. lib. 3. cap. 2. &
lib. 6. cap. 10. cuius legis dum hæc transcriberem,
meminit elegãter Marc. Aurelius Bellus de solu
20 tis externis c. 14. Magnorũ † autẽ virorũ, corpora
& de Republ. optime meritorũ populi permissu
in Campo Martio sepeliebantur, vt fuit factum
in funere Iulię Cęsaris filię, ac vxoris Magni Põ-
pei, cuius rei meminit Plut. in Pompeio, & de se
21 pulchro † Lucij Cornelij Syllæ, Appianus, lib. 1.
Bellorũ ciuiliũ. Sic & Iul. Cæs. in eod. Cãpo Mar.
sepultum

sepultum refert Suetonius in Cæsare, cap.84. Et
23 † Augustum similiter, vt testatur idem Sueton.
24 in Augusto, cap. 101. † Atheniensium hoc perpetuum fuit institutum, quando mortuo M. Marcello, intra vrbem illum sepeliri non permiserūt, testatur Ser. Sulpitius ad Ciceronem, vt in eius Epistol. Famil. lib. 4. Ab Atheniensibus (inquit) locum sepulturæ intra Vrbem, vt darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent, neque tamen id antea cuiquam concesse-
25 rant. Apud † Sycionios etiam intra mœnia aliquem tumulari nō licebat, vt scribit Plutarchus in Arato, & ipsorum meminit Alexāder Sardus de moribus gentium, lib. 1. cap. 27. de hac Romanorum lege Accursius, in §. Gregoria, in verbo, extulisse. Authen. de non elig. secund. nubent.
26 Hic vsus † hodie apud nos Christianos sublatus est, cum sepulturæ, & intra Ciuitatem, & in Ecclesijs fiant, vt cumulat. Sebast. Medices de sepultur. par. prima, quæst. 5. in Monasterio Diui Laurentij Fratrum Conuentualiū Diui Francisci in Vrbe Neapolis est sepulchrum quoddā ante portam qua ab Ecclesia fit ingressus ad monasteriū, in quo est pulchrum distichon. Petro Grauina, vel alio Poeta authore, quod sic se habet.

Inferri Sancto Manes, quia turpe putaui,
Idcirco ante fores, conditus hic iaceo.

Omnes itaque immunditiæ, & sordes tollen-
27 dæ sunt † vnde Isocrates ad Dæmonicum, Oratione 2. ipsum monet, vt assuescat magnopere munditiei. Publicæ enim salutis, & securitatis causa fœtores purgari, l. de pupillo, §. si quis riuos,
28 ff. de oper. noui nunciat. Hinc † spurcans aquas punitur, vt tractat Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. Centur. 4. Casu 385. num. 2. & nos diximus de Regis Catholici prçstantia, cap. 69. num. 40. Ole-
29 ra † etiam proiecta, illorumq. halitus aerem vitiat, ipsumq. pestilētem reddit. Galenus de sanit. tuenda lib. 1. & in Methodo medendi, lib. 12. & de Morbis Vulgaribus, lib. 3. Commentar. pri-
30 mo. Quod fiante † domum alicuius proiectio immundarum rerum reperiatur, contra domus dominum præsumitur. Luc. de Penna, in l. 2. in fine, C. de Aquæduct. lib. 10.

Hinc optimè Federicus Imperator † in hoc
31 Regno per suam Constit. incip. † Salubritatem, decreuit vt nullus canapum, vel linum in aquis ad maturandum poneret intra mille à Ciuitate, vel Opido, passus; quod sepulturæ in loco profundo fierent pro mensura mediæ, cannæ. Quod cadauera canum, & coria, ac aliorum animalium, fœtorem facientia extra muros per duo stadia proijcerentur. Cum his cōcordat Ioan. Sanxon, & Francisc. Marc. in locis supra allegatis. Cui cōcinit, quod magna dos est salubritas, d. l. 1. ff. de Cloac. l. penult. ff. de reb. eorum.
32 Quasi finē imponam cū Epaminōda, qui † apud Thebas, inuidiosè, & contemptim decretus Thelearchus non neglexit munus, dicens, non modo Magistratu virum ostendi, verum etiam Magistratum viro. Id itaque muneris in eam amplitudinem ipse euexit, & clarum reddidit, fiebat enim ante hac parui, & pene pro nihilo habebatur, quod Angi portus etiam per Vrbem ita curare necesse habebat, vt per cloacas, & subterraneos riuulos purgamēta quæque extergerentur, & eiusmodi quisquiliarum illuuies. Hæc Plutarchus in Politica. Exemplum acerrimi Principis, atque optimi erit, vt his omnibus, qui Magistratum gerit, se applicet.

Quam optimè etiam aeris, lociq. temperies
33 amanda est, cum ob † aeris intemperiem Episcopus ab vna Ciuitate ad aliam possit transferri, de quo post Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. quæstion. Centur. 5. Casu 432. num. 12. Thomas Actius de infirmitate, parte 1. cap. 41. num. 11.

CAP. XIII.

ARGVMENTVM.

Lupanaria, & meretrices, num in Ciuitatibus tolerari debeant, an verò Magistratus hos quæstus prohibeant.

COMPENDIVM.

1 *Meretrices an ex Ciuitate expellendæ sint, & nū lupanaria permitti debeant, & num. 6. 7. 18. & 22.*
Intellectus Constit. Regni. Quæ passim, sub numero 1. & 10.
2 *Senatus Syracusani iudicium in duos, qui alternatim adulterium alter in alterius vxorem commiserant.*
3 *Athenienses à templis meretrices arcebant.*
4 *Chy nullam in Ciuitate meretricem admittebant.*
5 *Sanctus Ludouicus Galliæ Rex meretrices expulit.*
8 *Si meretrices auferantur à Ciuitate, omnia libidinibus turbabuntur, secundum Diuum Augustinum.*
9 *Meretrices, & lenones à vicinia honestarum mulierum expelli possunt, & num. 10. & 18.*
11 *Meretrix, quæ dicatur, & num. 12.*
13 *Meretrices publicæ Neapoli cognoscuntur, non solum, quia sunt in publica matricula solutionis gabellæ meretricalis, sed etiam, quia non possunt vehi carrucius, nec in manibus chirothecas apportare possunt.*
14 *Malos vicinos non habere multum interest.*
15 *Athenis vectigal meretricium à Solone statutum.*
16 *Romæ lupanar fuit.*
17 *Apud Cinias, & Stymphalos mos erat mulier tot pelles supra gereret, cum quot hominibus meretricium exercuisset.*
18 *An meretrix nupta, & ipsa à vicinia honestarum mulierum expellatur, & num. 19.*
20 *Mulier, an pro debito ciuili carceretur & an si est meretrix, & num. 21.*

AXIOMA.

Meretrices è Ciuitate expellunto.

1 MEretrices, † quæ corpus ſuum proſti-
tuunt poſſe è Ciuitate expelli, nec per
mitti debere lupanaria, quo ad forum
contentioſum, tenuerunt nonnulli,
præeunti Doctor Antiquus Gloſſator Marinus
de Caramanico in Conſtit. Regni. Quæ paſſim,
vbi dicit expelli debere, è Ciuitate lenones, & me
retrices. Martin. Laudenſ. de official. Dominor.
§. vndecimo, & alij, qui omittuntur. Nam aliàs
tenere, eſſet contra Dei præceptum. Exodi cap.
20. Non mœchaberis. Sed & Deuteronomij
cap. vigeſimoprimo: dicit Dominus, Non erit
meretrix de filiabus Iſrael, neque ſcortator. Se-
2 natus olim † Syracuſanus, cum duo alter in alte-
rius mulierem intuliſſent ſtuprum, vtrumque
Vrbe eliminauit vt refert Plutarc. in Politica.
3 Meretrices † apud Athenienſes arcebantur à
templis. Alexand. Sardus de Moribus Gentium
lib. primo, cap. decimoquarto, & ibidem dicitur,
4 † Chios nullas in Ciuitate admiſiſſe. † Sanctus
5 Ludouicus Galliæ Rex è Ciuitate expulit p ſuũ
Edictum meretrices, vt Galli plures ſcriptores
aſſerunt. Ad quæ facit text. in l. non aliter, ff. de
vſu, & habit. Luc. de Penna, in l. ſi qua in publicis,
C. de ſpectac. & ſcen. lib. 11.

6 Sed quamplures in ea opinione ſunt, † vt lupa-
naria, ac proſtibula meretricum publicè permit-
tenda cenſuerint idq. probari videtur in l. Ancil-
larum, in fine, 30. ff. de petit. hæred. in l. verũ 40.
ff. de furt. & idcirco expelli non poſſe, ſed permit-
7 ti, quaſi † per diſſimulationem, vitandi inceſtus,
ſtupri, raptus, ac aliorum flagitiorum gratia.
Gloſſa, Hoſtienſ. Panorm. & alij, in cap. inter ope
ra, de ſponſal. Ioan. Papon. in præcepto Non Mœ-
chaberis, titulo de lenocinio, verſic. Septimo
vltra caſus. Andr. de Iſern. & Afflict. in dicta
Conſtit. Quæ paſſim, Nicol. Boer. in conſ. quar-
to, num. quinquageſimotertio. Ioan. Coraſ. Mi-
ſcell. lib. 1. cap. 2. num. 6. Pardulphus Prateius in
Iuriſprudẽtia veteri, in legibus Solonis, l. 85. poſt
medium Ferdinand. Vaſq. Controuerſ. illuſtr.
lib. 1. cap. 48. num. primo. Marquard. Suſan. de
Cœlibatu Sacerdotum non abrogando, parte
tertia, cap. decimo, poſt D. Thom. & Auguſtin.
8 in lib. de ordin. dicentẽ Aufer † meretrices à re-
bus humanis, & omnia turbabis libidinibus.

Sed poſita pro vera vltima ſententia, tamquã
9 Communiori, poterit tamen † meretrix, leno, &
ſimiles à conſortio, & vicinia honeſtarum mu-
lierum expelli, Paul. de Caſtro, in l. 2. C. de Sum-
ma Trin. & fide Cathol. Ludou. Bolognin. in l.
nõ aliter, in ſecund. inter. ff. de vſu, & habit. Boer.
in dicto conſil. quarto, num. quinquageſimoter-
tio, Decius, & Cagnol. in dicta l. ſemper in con-
tractibus. Barthol. Veronenſ. de ſeruit. ruſt. præd.
cap. 9. columna ſecunda, Nouiſſimè Ioan. Vin-
cent. de Anna, in Singul. 338. Pardulphus in lo-
co vt ſupra allegato. Petr. Rebuff. de Priuileg.
Scholar. Priuilegio ſecundo. Idem Rebuff. ad
Conſtitut. Gall. tit. de ſentent. prouiſ. in præfat.
num. 133. tomo primo, argum. l. ſi qua, C. de ſpe-
ctacul. lib. vndecimo, allegando Iacob. Rebuff.
ibidem ſuum patruum. Petrus Plaza in Epito-
me delict. cap. trigeſimoquarto, num. decimo.
Hippolyt. Bonacoſſa in quæſt. criminal. §. mere-
trix, colum. 3. Claud. Bertaz. ad conſil. crimin.
134. Patris, volum. primo. Menoch. de arbitr. iud.
quæſt. lib. 2. Centuria 4. Caſu 328. num. decimo-
quarto. Anton. Gubert. de ſponſalibus, & matri-
mon. tit. de his qui nuptias contrahere poſſ. nu-
136. Vincent. de Franch. in Deciſ. 316. Idq. in
hoc Regno Neapoli fieri poſſe prouiſum eſt à
Rogerio Rege per eamdem Conſt. incip. Quæ
10 paſſim, ibi: † inter boni teſtimonij feminas, eius
habitationem vetamus. vbi Matth. de Afflict. in
princip. dicit eſſe in viridi obſeruantia Neapoli,
prout etiam tempore noſtro ſeparatim habitant
11 à locis perſonarum grauium. Et licet † meretrix
dicatur, quæ palam in lupanari ſe proſtituit, dici-
tur etiam ſi qua, vt aſſolet, in Taberna, caupona,
vel quo alio loco pudori ſuo non parcit, & cum
vno, vel altero accepta pecunia, non tamen pa-
lam, non dicitur publicum quæſtum facere, &
12 ſecundum Octaueni ſententiam, quæ † ſine quæ-
ſtu palam ſe proſtituit, meretrix dicitur, l. palam,
43. ff. de ritu nupt. Neapoli publicè proſtitutæ,
13 † non poſſunt vehi Carrucis, nec poſſunt Chi-
rothecas manibus aſportare, & ſunt etiam co-
gnitæ, quia ſunt in matricula Meretricum ſol-
uentium Gabellam Curiæ Regiæ, & ſubiacent
Iudici Regio Meretriculo. Et ad prædicta fa-
ciunt notata per Paridẽ de Put. in dicto capitulo
decimoquinto, num. vigeſimonono, vbi dicit
14 † admodum intereſſe, non habere malos vici-
nos, per iura ab ipſo allegata. Barthol. de Caſſar.
in Conſuetud. Burgund. Rubrica quarta, §. quin
to in verbo, *La Mari ſans procuration*, num. quinqua
geſimoquinto, cum duobus ſequentibus. Ad
quod appoſitè facit illud Ciceronis lib. 2. de Fini
bus bonorum, & malorum. Meretricem (inquit)
in Matronarum cœtum inducere, perinde eſt, ac
ſi quis voluptatem in virtutum conſilium addu-
15 cat. Quo vero † ad vectigal Meretricium, à Solo-
ne, & lupanar, & vectigal Athenis inſtitutum vo
luit Atheneus Dipnoſophiſt. lib. 13. Aeſchines
16 contra Timarchum; Sic † etiam Romæ olim
fuiſſe, refert Euagrius Hiſtor. lib. tertio, & Nice-
phor. lib. 17. Et Iuſtinus Martyr in Apologia pro
Chriſtianis. Arbitror autem plures eſſe mere-
17 trices occultas, quam publicas, † quæ ſi Ginda-
narum feminarum more, portarẽt tot fimbrias
ex pelle pendentes cum quot hominibus conſue
tudinẽ habuiſsẽt, id quod decori illis eſt, & ſic a-
pud Stymphalos, vt Scribit Sardus de moribus
Gentium, lib. 1. cap. 14. vtique aut gloriarentur
in malo, aut ab illo abſtinerent, quia eſſet multi-
tudo magna, & copioſa.

18 Præfata nonnulli declarant † non proce-
dere in meretrice nupta, & virum habente,
per ea, quæ ſcribit Ludou. Roman. in l. ſi ve-
ro, §. de viro, 2. fallent. ff. ſoluto matrimonio,
vbi

vbi post Ioan. Andr. in addit. Specul. titulo de iniur. & dum dato, in Rubrica, dicit quod iura volentia mulierem inhonestè viuentem, non gaudere priuilegio matrisfamilias, non habere locum in meretrice nupta; refert Anton. Capic. in Decis. 44. num. 1. & seqq. quod pluribus corroborat Petr. Duen. in Regula 312.
19 limitat. 1. Sed † si mulier consentiente, aut conniuēte viro meretricaretur, contrarium esset verum, & vt meretrix esset tractanda, & ambo expellendi ab honestarum personarum vicinia, per ea, quæ norant Barthol. Socin. in l. plerique, nu. 41. ff. de in Ius vocando, & Hippolyt. de Marsil. in Singul. 479. quos refert idem Duen. in loco supra allegato quia tunc dicerem meretricem tractari debere tamquam matrēfamilias, quando ante matrimonium meretricium exercuisset, & demum viro ducto, preteritam vitam reliquisset & omisso vitio, nouam, & honestam induisset. Secus vero si vir consentiret: quia ipsa tamquam meretrix, ille vero tamquam vxoris suæ leno tractari deberent.

Ego etiam vix facere possum, vt id non proferam, quod mihi videtur ex antiquorum Iurisconsultorum fontibus hauriri: nam declarationem iam dictam, meretricem nuptam haberi debere, & potiri priuilegio matrumfamilias, nequaquā statuerem, & in hoc decernerem ponderanda verba Vlpiani, in l. pronunciatum, 46. ff. de verborum signific. Matremfamilias (inquit) accipere debemus eam, quæ non inhonestè viuit. Matrem enim familias à ceteris feminis, mores discernunt, atque separant. Proinde nihil intererit, nupta sit, an vidua, ingenua, an libertina; Nā neque nuptiæ, neque natales, faciunt matremfamilias, sed boni mores. Hæc Vlpianus. Item Marcellus in l. probrum, 41. ff. de ritu nupt. (quæ apud aliquos legitur, stuprum, sed corruptè) Probrum (inquit) intelligitur etiam in his mulieribus esse, quæ turpiter viuerent, vulgoq. quæstum facerent, etiam si non palam. Et si qua se in concubinatum alterius, quam patroni, tradidisset, matrisfamiliæ honestatem nō habuisse cā dico. Hæc Marcellus. Ex quibus videtur dici posse, nuptias, & mariti coniunctionem, non operari, vt inter inhonestas non numerentur, cum in his iuribus, dicatur Nuptias in hac re non operari. Et dum obijceretur attendi, an nuptiarum tēpore honestè viuant, nec considerari oportere vitā quam ante nuptias lasciuam duxerint. Tunc Respondeo, attendi debere præteritam vitam & hoc eiusdem Vlpiani authoritate, qui in l. palam, 43. ff. eodem tit. de Ritu Nuptiar. vbi, Non solum (inquit) autem ea, quæ facit, verum ea quoque q̄ fecit, & facere desijt, lege notatur; Neque enim aboletur turpitudo, quæ postea intermissa est. Hæc Vlpianus. Huc aduoco Accurs. in dicta l. probrum, in versic etiam, & Azonem in dicta l. palam, in versic. intermissa. Sed ad hanc rem vide Francisc. Connanum Comment. Iur. Ciuil. lib. 8. cap. 3. Ioan. Brechęum, & Gulielm. Forner. in dicta l. pronunciatum, Marcum Maurum Vetran. de iure liber. cap. 30.

Hinc posita pro constanti opinione, quod
20 † mulieres pro ciuili debito carcerari nequeant Auth. Hodie, C. de Custod. reor. & post alios Philipp. Franc. in cap. Mulieres, in princip. de iud. in
21 sexto. Tamen † secus est in meretrice, seu turpiter viuente, l. quæ adulterium, C. de adult. alios allegans Duen. in dicta Regula 312. Petr. Pechius de iure sistendi, cap. quinto, num. decimoquarto.

Sed dum hæc scriberem, vidi Ianum Langlæum Ocij Semestris, lib. 8. cap. 8. qui hanc disputationem elegantissimè prosequitur, idcirco iure subsistam. Quibus adde Ludouic. de Peguera, in Decis. Cataloniæ 12. num. 6. & 8. vbi dicit,
22 † in Catalonia patria lege caueri, expellendas esse inhonestas mulieres habitantes in vicinijs honestarum, sequitur Gaspar Anton. Tessaur. quæstion. Forensium, lib. 1. quæst. 33. numero primo.

CAP. XIV.

ARGVMENTVM.

Ad rempublicam gubernandam, ac Ciuitatem regendam, ante omnia Magistratus, & superior studeat, vt cibarijs abundet, quia sine ipsis mala omnia subsequuntur.

COMPENDIVM.

1 *Magistratus cibum in Ciuitate ante omnia præparare debet.*
2 *Ciues deficiente frumento, insano more procedunt, & contra Ciuitatis primores insurgunt.*
3 *Iosephi apud Pharaonem exemplo vti debemus, qui ante tempus frumenta recondidit, vt illa caristiæ tempore haberet.*
4 *Augusti diligentia in quærendo populis frumento.*
5 *Negotiandi commercia prohiberi, vel arctari de iure non debent.*
6 *Quilibet in re sua est moderator, & arbiter.*
7 *Edictum prohibitorium fieri potest, quod frumenta non extrahantur, & num. 8. 9. 10. 11. & 12.*
13 *Solon Atheniensibus permisit extractionem olei, & ficuum, cetera prohibuit.*
14 *Edictum proponens, ne extrahatur frumentum, an illud faciens comprehendatur, sub eodem per se propalato edicto.*
15 *In Edicto semper intelligitur excepta persona edicentis.*
Princeps est lex animata.
16 *Magistratus non potest sibijpsi legem imponere.*
17 *Extractio frumenti an permittatur Domino asportandi ab vno Castro, vel Opido suo ad aliud, stante Edicto de non extrahendo.*
18 *Princeps ligatus esse debet suis legibus.*

19 Princeps eripiens alimenta ſuis ſubditis eos necare videtur.

20 Antonius Perenotus S.R.E. Cardinalis Regni Neapolitani prorex laudatur.

21 Edictum prohibens extractionem an prohibeat eos, qui ſui uſus cauſa extrahunt, & num.22.23. & 24.

22 Vectigal non debet ſolui pro rebus, quæ aſportantur pro ſuo uſu.

23 Quod res deſeruiat cauſa proprij uſus, quomodo probatur.

25 In delictis principium ſpectandum eſt propoſitum delictum.

26 Vinum extrahi nequit guſtus ſui cauſa.

27 An frumentum, vel res vetita extrahi à loco, ſi alibi fuerit empta, & ibidem aſportata, comprehendatur in Edicto, & num.28.29.30.31.& 32.

33 Forenſes an ligentur Edicto prohibente extractionem, & num.34.

35 Edicto præfato ſtante, an vendens ciuis, an vero emptor forenſis teneatur.

36 Edictum, ac ſtatutum diſponens, ac loquens in uno de correlatiuis, puta vendente, an habeat locum in altero, puta emente, & num.37.38.& 39.

39 Statutum loquens de bannito, an habeat locum in uxore.

40 Edictum, vel Statutum prohibens frumenta extrahi, ſi repertus eſt quis in via, non tamen adhuc extraxit, an comprehendatur, & num.45.& 46.

41 In delictis euentus ſpectatur.

42 Conatus non punitur, niſi delictum ſit conſummatum.

43 Ad extractionem præparatoria non ſufficiunt.

44 Extractio contra Edictum requirit conſummationem.

46 Repertus cum rebus vetitis extrahi in confinibus, an incurrat pœnam Edicti.

47 Prohibita frumenti extractione, an prohibeatur ſpelta, & num.48. & an etiam intelligatur prohibita extractio hordei, num.49.

50 Accuſatus de furto frumenti, ſi conſtat de hordeo, accuſatus abſoluendus eſt.

51 Hordeum frumenti appellatione non venit.

52 Semen lini, non venit frumenti nomine.

Bladum omne an veniat appellatione frumenti ſub eod. num.52.

53 Prohibita frumenti extractione, an veniat farina.

54 Appellatione frumenti non venit panis.

55 Prohibita frumenti extractione, intelligitur prohibita panis extractio.

56 Frumenti extractione interdicta, an comprehendantur legumina, & num.57.

57 Frumentum dicitur, quod tegitur ariſta.

58 Bladi extractione prohibita, veniunt etiam legumina.

59 Tritici appellatione venit omne quod terra teritur.

60 Frumenti appellatione ex Plinio, venit triticum, ſiligo, hordeum, & legumina, ut faba, & cicer.

61 Legumina ſunt faba, & cicer.

62 Legumina, quare ſic dicantur.

63 De tritico, farina, hordeo, olyris, typhis, auena, milio, in panico, farre, oriza, alica, faba, lente, piſis, cicercula, cicere, lupinis, fenugræco, phaſeolis, remiſſiue.

64 Stante Statuto, vel Edicto prohibente extractionem, an ex aſſificatione veniant ſacci, quibus frumenta aſportantur, an Plauſtra, Boues, Muli, Equi, & Aſini quibus aſportantur.

65 Edictum, ſiue Statutum prohibens extrahi vinum, an comprehendat Acetum, Aquaticam, vel Vuas.

66 Appellatione vini non venit aquaticam, & vide numero 67.

68 Edictum prohibens extractionem, an comprehendat Eccleſiam, vel Clericos, & num.69.& 70.

71 Edictum prohibens extractionem, an habeat locum in minore.

72 An comprehendatur ſeruus, & num.73.

74 Edicta, quæ fiunt pro priuato commodo, non tenent.

75 Faciendum quod ſibi prodeſt, & alteri non nocet.

76 Ceſſante Edicti cauſa, ceſſat Edictum.

Extrahendi forma in Regno Neapolitano qualis.

77 Intellectus c. Regni. Super extractione Regis Caroli Primi.

78 Intellectus c.Regni. Vt illorum fraudibus.

79 Intellectus c.Regni. Item quia cuſtodes.

80 Intellectus c.Regni. Item contra extrahentes.

81 Intellectus c. Regni. Item quod prædicti magiſtri paſſuum.

82 Intellectus c.Regni. Item magiſtri procuratores, aut portulani.

83 Intellectus c.Regni. Item ſtatuimus, quod prælati.

84 Intellectus c. Regni. Vniuerſis præſentis Edicti, vel incip. Agendorum.

85 Proditores ſunt illi, qui maniant hoſtes patriæ armis ad offenſam, ſiue defenſam.

86 Intellectus c.Regni. Item prædicti ammirati.

87 Intellectus Prag. Regis Ferdinandi Bando è comandamento.

88 Intellectus Prag. Incip. Bando da parte 2.

89 Intellectus Prag. Benche per gl'altri.

90 Intellectus Prag. Perche s'intende.

91 Intellectus Caroli Cæſaris Pragm. Incip. Et quoniam.

92 Intellectus Pragm. Perche à noſtro.

93 Intellectus Pragm. Hauendo inteſo.

94 Intellectus Pragm. Eſſendoſi prima.

95 Cura ciborum ad præfectum urbi ſpectabat.

96 Dardanarij in legibus, qui ſint.

97 Dardanariorum pœna.

98 Neceſſitatis tempore, habentes frumenta, & victualia, coguntur vendere.

Nemo cogitur ſuum vendere, & num.99.

99 Vendere quis cogitur ſuam iuſto pretio, quinimmo etiam viliori, & num.100.

100 Magiſtratus aduertere debent, ne quis omnia coemat, ut cariori pretio vendat.

101 Dardanarij Bononiæ vocantur Tricoli, & num.102.

102 Neapoli Dardanarij vocantur Receptarij.

103 Magiſtratus prouidere debent ne aliqui frumenta in horreis reponant, ut ciuibus illa diſpartiatur, & in Tyrannidem vertatur.

104 Sp. Melius, à C. Seruilio Ahala occiſus, ob affectatam patriæ Tyrannidem.

105 Sp. melij domus complanata, & locū Aequimelium dixere.

106 Cinna ſaxis obrutus, quia ob annonæ largitionem, Regni affectati Tyrannide imputatus erat.

107 Pirander Quæſtor Vrbanus Athenienſis, creditus proditor, ob ſurreptionem Tritici.

108 Frumentorum penuria ſemper odio fuit optimis principibus.

109 Quis ponet pretium, ſiue aſſiſiam frumentorum, & numero 112.& 116.

Præfectus

110 *Præfectus vrbi pretium rerum venalium, siue frumenti, an ponat.*
111 *An præfectus Annonæ pretium ponat, & num. 116.*
112 *Officium Præfecti vrbi quid eſt, & num. 113.*
114 *Forum Suarium, quod erat.*
115 *Forum Boarium quod.*
117 *Episcopi, an prouideant, ne mercatores carè vendant.*
118 *Federicus Imperator ſtatuit, quod Comites in ſuis Comitatibus faciant aſſiſiam, & pretium rerum comeſtibilium.*
119 *Curia Regia in Regno Neapolitano, quotanis fieri facit frumentorum pretium.*
120 *Princeps in hoc Regno ponit Rectores, Graſserios, & Capitaneos qui ad vſum hominum aſſiſiam ponunt.*
121 *Vniuerſitates in Regno per ſuos graſserios aſſiſiam ſtatuunt.*
122 *Catapani, ſeu graſserij non debent eſse de illis, quorum annona eſt pretij loco taxanda.*
123 *Vniuerſitates in Regno Neapolitano an taxent pretia victualium, & num. 125.*
124 *Princeps in taxando pretio Annonæ an teneatur requirere optimorum virorum, ſiue procerum conſilium.*
125 *Aſsiſia, ſiue pretia annonæ in Regno ſunt penes Officiales vniuerſitatis; ſed pęnę penes quos ſint.*
126 *Iuſtum pretium quomodo intelligatur.*
127 *Pretia rerum venalium, quomodo taxentur ſecundum Platonem.*
128 *Pęna vendentium vltra pretium taxatum, remittitur iudicis arbitrio.*
129 *Contra vendentes annonam corruptam eſt pena arbitraria.*
130 *Frumentum corruptum cum bono commiſcentes, qua pęna puniantur.*
131 *Subditi quo pacto gubernandi quo ad annona pretia.*
132 *An populo tribuendum aliquid ſit annonæ tempore.*
133 *Reipublicæ conſilia, ſiue optima ſint, ſiue ſtolida, non ſunt damnanda cum tendant ad populi ſalutem.*
134 *Frumenta ob annonam per vniuerſitatem repoſita, an poſsint inter ciues diuidi.*
135 *An credatur ſeruientibus officialium, dicentibus inueniſse extrahentes blada.*

A X I O M A.

Neceſſaria victus, & alimentorum habento, neue extrahito, illaue ſtatuto pretio vendunto.



Vo reſpicit axioma propoſitum, primum quod adſint victui deſtinata, & non extrahantur, Alterum quod illa ſtatuto pretio vendantur.
Ad primum Ariſtoteles Politicor, lib.6.cap.8
& iterum lib.7.cap.8.quaſi tanquam primam le-
1 gem ſtatuit,† in Republica, neceſſariam fore ci-
bariorum procurationē, vt ciues fame non con-
tabeſcāt. Hinc ſeditiones, ac populorū tumultus
ex quibus homicidia, & facinora plura commiſ-
ſa ſunt, & Reſpublicæ, atq; Ciuitates euerſas; Cū
2 enim † in Ciuitate horrea frumentis pro victu
neceſſarijs repleta nō videntur, ciues inſanorum
more prorumpunt, ciuitatum primores peſſum
dant, interficiunt, rapiunt, domoſque euertunt.
3 Quid enim ieiuna plebs mali non cogitat;† Pha-
raonis Aegypti Regis ex Ioſephi conſilio, indu-
ſtria memorabilis, & perpetuo exemplo, Princi-
pibus, Rebuſpublicis, & Magiſtratibus eſſe dēt, vt
prudenter antequam neceſſitas ſuperueniat An-
nonæ caritati ſuccurratur, de quo Geneſ. cap.
4 41.† Octauius Auguſtus adeo diligens in prouidendō, & de ferendo in vrbem frumento fuit, vt cum animaduertiſſet in publicis horreis non reperiri frumenta niſi ad tres tantum dies ſufficientia, præparauit venenum, quo ſi frumenta intra illos dies non aduehenrentur, ſibi vitam eriperet, vt eſt author Eutropius.....qua de re plura ſcripſi in diſcurſu annonæ Regni Neapolitani, Idiomate Italo ad Philippum II. Regem Catholicū, quem habuit etiam poſtmodum Don Ioannes Alfonſus Pimenſel de Herrera Comes Beneuētæ in Regno Neapolitano pro Philippo Tertio Rege Catholico locumtenens Generalis.
Iactis Victus fundamentis, repletiſq. Ciuitatibus, Prouincijs, ac Regnis neceſſaria frugum copia, tunc vt competens copia non deficiat, edictorum programmate prouidendum erit per pœnas, ac multas, vt a Ciuitate, prouincia, vel Regno, ad exteras nationes non extrahantur, atque
5 aſportentur. Licet enim † negotiandi commer-
cia prohiberi, ac arctari de iure nō dēant, l.multū
intereſt, 34.ff.de verb.obligat.l.nemo exterus, C.
de Iudęis; & ſimilia edicta impediant, quo minus
6 quis vendat bona ſua,† in quibus vnuſquiſque eſt
ad ſui libitum moderator, & arbiter, l.in re man-
7 data, C.mandati quis † tamen impedit principē
vt in ſuo Regno extractionem non prohibeat; &
ſic alios poteſtatem, & authoritatem habentes,
ne quis extra ſuæ iuriſdictionis limites exportet;
8 l.1.l.2.C. quæ res export.non poſſ. poſſe † autem
hoc edictum fieri cenſuit Signorol. Homod. in conſil.108.circa finem, arg.gloſſæ in l.ſi quis poſt C.de edict. priuat. pro vtilitate enim cōmuni, & ſubditorum talia generalia edicta, & proclamationes fieri poſſunt, l.1.vbi Bart.ff.quod quiſque iuris. Idem Bartol.in l.omnes populi, quæſt.4.nu. 8.ff.de iuſtit.& iure, vbi dicit, Reges, & Principes poſſe ſimilia edicta facere, & ſic Principes, & illorum locum tenentes, vt ſunt Proreges in hoc Regno, & æquiparantur Præfectis Prætorio, & non prohibentur, quo vero ad Duces, Marchiones, & Comites, poſſent facere huiuſmodi edicta in ſuis iuriſdictionibus, dum tamen non ſint contraria authoritati ſuperioris, nec ſint ꝑpetua, quia Rex eſt dominus, & ſuperior, & ille ſolus habet poteſtatem condendi Leges, Conſtitutiones, & Edi-
9 cta perpetua, & eius locum tenentes, ſi vero † lo-
quimur de Magiſtratibus minoribus, habētibus
iuriſdictionem temporalem, vt ſunt Rectores,
ac Poteſtates Ciuitatum, & Terrarum, & tunc
conuocato procerum, & Ciuitatum, ac locorum
Conſilio, Edicta facere poterunt dicta l.1.§.1.ff.
10 quod quiſque iuris. Aut † vult facere ſolus, & nō
poteſt, l.programma, C.commin.vel epiſt.bene
tamē poterit pro toto tempore ſui officij, facere,

quæ

quæ ſpectant ad exigentiam & neceſſitatem fa-
11 ctorum, vt † quod nullus extrahat frumentum de Ciuitate, vel portet arma, vel quod nullus vadat de nocte, ita reſidet Bartol. in dicta l. omnes populi, num. 8. in §. 1. ſub num. 21. C. de Sum. Trin. pro cõſeruãda enim vbertate, atque abun-
12 dantia, vt fames † ciues non conficiat, prohibitio extrahendi fieri poteſt, vt firmat Ioan. Franciſcus Ripa, de Peſte, titulo de remed. ad conſeruand. vbertat. num. 41. & 42. Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphin. 715. ſub num. 3. vol. primo. Roland. à Valle, in conſil. 3. num. 14. cum pluribus ſeqq. vol. 2. Lancelott. Conrad. de Decur. num. 60. & 65. & in tract. de Offic. prætor. §. 1. num. 11. Afflict. in prælud. Conſtit. Regni q. 3. per totam,
13 Solon † Athenienſibus permiſit ſolum oleum, & ficus ad exteros aſportandi, cetera prohibuit, vt teſtatur Plutarchus in eius Vita. Prateius in l. 31.

Sit ſtabilita tamquam Regula, quod ad conſeruandam abundantiam Edictum fieri poſſit, vt frumenta extrahi nequeant. Nunc quæſtiones plutes ſubijciendę erunt, ex quibus elucidabitur, quando ſit locus pęnæ Edicti, vel Statuti ſimilis.

14 Primò igitur videndũ erit, pone, quod † Princeps, vel ſuperior fecit Edictum prohibens extractionem, an ipſe comprehendatur in Edicto, vt illud obſeruare debeat? Dicẽdum eſt Principem ſolutũ eſſe legibus, & cum ad ipſum ſpectet Edictum, & Legem facere, ad ipſum ſpectat deſtrue-
15 re, & ſemper intelligitur excepta perſona ſua, cũ ſit lex animata, vt ſunt iura vulgata, & tunc dico ipſum non comprehendi. Si vero loquamur de Officiali, & Magiſtratu inferiori, & tunc dico ſi-
16 militer: nec † enim poteſt ſibi ipſi imperare, l. penult. ff. de arbitris. Et hoc quo ad Magiſtratum inferiorem declarandum erit; ſecus eſſe, ſi vltra prohibitionem factam ab Officiali, adeſſet etiam prohibitio, & Edictum ſuperioris quod non extrahantur frumenta à loco vbi ſunt, quia tunc Officialis comprehenderetur, ſaltem in Edicto Superioris, & non permitteretur extractio, vnde
17 ſi Baro † haberet plura caſtra, eo caſu ab vno, nõ poſſet ad aliud aſportare. Ita Bald. in l. cetera, 43. §. ſed & ſi quis, in princip. ff. de leg. 1. qui loquitur obſcurè; ſed melius declarat Alex. in dicta l. cetera, in §. item quæri, num. 2. Hoc idem voluit Roland. à Valle, in conſil. 86. num. 41. vol. 1. Quoad
18 Principem ſupremum, vt Reges, ac ſimiles, † digna vox Regnantis eſt velle ſe legibus eſſe ligatum, l. digna vox, C. de legib. æquitatem, cum videbitur Principi obſeruare deber, ne eripiat ſuis ſubditis proprios fructus, & alimenta propria: quia ſi extraheret, vel forte extractionem, & exituram concederet, vt ob cariorem vẽditionem, ſuis lucris attẽderet, vtique non Princeps is eſſet,
19 ſed Tyrannus: occideret † enim ſuos, eripiendo illis alimenta, l. necare, ff. de alim. & cibar. quam optimè Principes noſtri, qui hæc mercimonia abhorrent, quia quotãnis factæ ſunt prouiſiones neceſſarię pro Regni regimine, vt numquam deficiat abundantia, & datum eſt optimum ſtabilimẽtum ex Regijs Pragmaticis ab anno quo erat
20 † locumtenens Regni D. Antonius Perenottus S. R. E. Card. Granuellanus Burgundus diligentiſſimus Gubernator, quo tẽpore facti ſunt ordines neceſſarij, à quibus non eſt diſcedendum; qui nimmò ſi ab illis quãdoque aliter fuit prouiſum, ſemper orta ſunt magna diſcrimina, ſed ſuperiorum pro tempore moderãtium onceri negotium hoc impoſitum, ipſi ob innatam gubernandi artem, atque experientiam, conſiderata temporum oportunitate, prouidebunt.

21 Secundo † inſpiciendum eſt, an Edictum comprehendat eos, qui ſui vſus, ac propriæ neceſſitatis cauſa extraxerint? Reſpondeas non prohiberi extrahere, nec eum comprehendi, qui ſui vſus cauſa emerit, & extraxerit. Bartol. Bald. Alex. & ceteri, in d. l. cetera, §. ſed, & ſi quis, Ioan. de Firmo, in tract. de Gabell. parte 7. quæſt. 7. colum. 4. Iaſ. in conſil. 20. volum. 5. Franciſc. Marc. in Deciſ. 290. num. 4. volum. 2. Iulius Ferret. de Gabellis, num. 127. & ſeq. argum. l. ſi publicanus, §. de rebus, ff. de public. & vectigal. l. vniuerſi, C. de
22 vectigal. & commiſſ. vbi de bonis, quæ † aſportantur vſus ſui gratia, vectigal non ſoluitur. Sed iſto caſu, quomodo probabitur, quod ſui vſus cauſa extrahantur frumenta, vel aliæ res extrahi
23 vetitæ: dicendum eſt hoc caſu ſufficere † probationem per partis aſſertionem iuratam, Gloſſa in Clement. Præſenti, vbi Cardin. quæſt. 4. de Cenſib. Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, ſub num. 2. verſ. concludeergo, C. de Epiſc. & Cleric. Et
24 † ſi à principio emiſſet ſui vſus cauſa, & poſtea extraheret, non teneretur pœna ſtatuti, quia ſuũ propoſitum à principio bonum fuit, l. 1. §. vnde quærit Offilius, ff. de exercit. act. Alber. in prima parte ſtatutor. q. 86. & in 2. parte ſtatutor. quæſt.
25 203. Quia cum ſimus † in delictis, ſpectandum eſt principium, & propoſitum licitum, l. quod ait, §. fin. & ibi Bartol. ff. de adult. Alex. in conſil. .. in fi. vol. 3. Hoc tamen declarandum eſt non pro-
26 cedere † vbi eſſet prohibitio extrahendi vinum, quia non poſſet illud extrahere aliquis ſui guſtus cauſa, Bald. in l. 1. C. quæ res export. non poſſ. Barbat. in c. Et ſi quæſtiones, de Simonia. Sed contrarium tenuit Iaſon, in fine, ff. de iuriſd. omn. iudic. de quo Andr. Tiraquell. de iudic. in reb. minim. Caſu 32. Sed ego conſidero, ſecuriorem videri opinionem Baldi, quia militat eadem ratio in vino, &c.

27 Tertiò quid ſi quis † frumentum, aut rem extrahi vetitam emiſſet aliundè, & portaret in locũ vetitum extrahi, faciendo trãſitum per locum, an comprehendatur in Edicto? quo in caſu dicendum eſt, illum Statuto, & Edicto minimè comprehendi, arg. l. ſi quis poſt hanc, §. ſi quis autem, C. de edific. priuat. vbi Accurſ. Bald. & alij. Idem Bald. Angel. Caſtr. & Alex. in dicta l. cetera, §. ſed & ſi quis. Idem Alexand. in conſil. 86. volum. 4. Firman. de Gabell. parte 5. quæſt. 18. Sed hoc recipit duplicem declarationem.

28 Prima erit, non procedere † ſi fuiſſet puta facta emptio frumenti extra territorium, & aſportaſſet in locum, vt ibidem ſemper pro tempore duraret, vt dicit Alberic. in dicta l. ſi quis poſt hanc, argumento Lex facto, ff. de hæred. in ſtit.

Secunda

29 Secunda erit declaratio, vt hoc † procedat, si
dicerer Edictum, seu prohibitio, quod nemo ex-
traheret, quia secus esset si diceret quicumque
transiret per districtum. Iacob.de Arena, & Al-
beric.de Rosate, in d.l. si quis, post hanc, Alexan.
& alij in d.§. sed & si quis, Sed in ista declaratione
Ioan.de Imola in d.§. sed, & si quis, tenet contra-
rium, quod si Statutum, siue Bannum diceret,
quod nemo posset deferre frumentum per distri
30 ctum extra territorium, † quod non comprehen
deretur bladum portatum ab alia Ciuitate ad lo-
cum statuentium, cum de illo non videatur co-
gitatum. Hanc opinionem tenet Andr.de Isern.
in Rub. Quæ sint Regal.num.11.ver.Item debet
31 intelligi, † ponens exemplum in Equis, qui pro-
hibiti sunt extrahi è Regno, quidam venit vltra
mare, & portat Equos in Regnum, dicit quod ex
trahit, & exibit absque Regis mandato, arg. d. l. si
32 quis post hanc, † nisi edictum loqueretur, vnde-
cumque equi, & arma venirent, argum. l.2. C. de
noxal. super hoc vltimo, relinquo cogitandum,
quia prohibita esset quodammodo negociatio
mercatorum exterorum.

33 Quarto, quæritur, † an forenses ligentur hoc
edicto. Albertus Gandin. in tract. maleficior. tit.
de rebus non portand. contra deuetum, versic.
Præterea, num.11. concludit, ligari ipsos eodem
Edicto, & Statuto. Quem sequitur Alex. in con-
34 sil.86. vol.4. qui dicunt, quod † amittant res, sed
excusabitur à pęna. Verum quidquid dicant isti,
vide quæ dixi supra, lib.2. cap.9. In princ. quia ibi-
dem declaro materiam magis claré, quam isti di-
xerint. Quibus adde Thom.Grammat.in consi.
crimin.25.num.1.& 3.Menoch.in consil.74. vol.
1.& Bursat. in cons.318.sub num.10. vol.3. nouis-
simè Ioan.Bapt.Costam, de facti scient. & ignor.
Centuria 2.Distinct. nonagesimaoctaua. Decla-
35 ro Insuper † quod si quis vendat extero, & foren-
si in loco, quod vendens tenebitur, non autem
emens forensis. ita Ioan. Andr. in c. dispendia, de
rescript. in 6. Abb. Panorm. in cap.1. num. 13. &
14. de locat. Et dum idem Panorm. in Procem.
Gregor.num.20. tenuit contrarium, quod dispo-
36 sitio Statuti † etiam pœnalis loquens in vno de
correlatiuis, habeat locum in reliquo, & sic dispo
sita in vendente habent locum in emente, arg.
notatorum per Bartol.in Auth. At qui semel, C.
quomod. & quando iudic. Idem Panorm. in cap.
quia clerici, de iure patron. Dominic. de Sancto
Gemin. in cap.1. col.4. Fallen.2. de tempor. ordin.
in 6. allegat Bartol. in l. liberorum, ff. de his qui no
37 tant. infam. volentem † statutum penale loquens
in marito, locum haberé in vxore. Sed responde-
tur vltimam opin. Panorm. habere locum, quan-
38 do † est in correlatiuis eadem ratio in vno, sicut
in alio. Sed in casu isto non est eadem ratio in ven
dente, & emēte forensi, quia forensis habet iustā
ignorantiæ causam, vnde prima opinio Abb. lo-
cum habet in emente forensi; secunda vero ha-
bet locum in emente eiusdem loci, & ne induca-
tur contrarietas de seipso ad seipsum sic concor-
dari debet. Nec obstat dictum Bartol. in d.l. libe-
39 rorum, † quia apparet esse falsum, quia dispositio
statuti punientis virum bannitum, quod possit pu-
ta impunè occidi, non habebit locum in altero
correlatiuo id est vxore, aut expelli sicut vir. Ita
post Francisc. Curt. seniorem, Nellum de Sancto
Gemin. & Socin. ad Panorm. sentit Sebastian. Sa-
pia, in Apostill. ad Procem. Gregor. & est de men
te Saliceti, in l. properandum, §.1. super glossa, in
verbo, euacuabitur, C. de iud. ad quod facit quod
dicit Ioan. de Anan. in c. fin. col.5. de Iudęis, quod
pęna venditoris non ligat emptorem, quando ip-
se non deliquit, argum. dicti cap. quia clerici, de
iure patron. & voluit Felin. in procem. Decretal.
num. 13. & 14. Forenses autem qui colunt terri-
toria in loco, vbi viget Edictum, possunt eo non
obstante suam frugum partem impunè extrahe
re, vt concludit Corn. in cons.241. littera D, vol.4.
vbi in fine dicit ita seruari.

40 Quinto vidēdum, an † incurrat, Edicti pęnam,
qui repertus est in via, non tamen extraxit? Quia
nimium se inuoluunt Doctores in ista quæstio-
ne, ego breuiter (ni etiam cum eis inuoluar) illam
enucleabo hoc modo, ponendo Conclusionem,
quod non teneatur pęna Edicti imposita contra
extrahentes, quia sumus in delictis, in quibus re-
quiritur delictum esse commissum effectualiter,
l. qui falsam, C. de fals. vbi habetur, quem non pu-
niri pœna falsantis monetam, nisi fuerit falsifica-
ta, adeo quod non sufficit illam cœptam esse ad
41 falsandum. Et † in delictis spectari debet euen-
tus, l. aut facta, §. euentus, ff. de pœnis. Bartol. in l.
1.§. Diuus, num.1. ff. de sicar. Florian. de Sancto
Petro, in l. lege Aquilia, col.1. circa medium, ff. ad
leg. Aquil. Barth. Cœpol. in repet. l. si fugitiui, nu.
42 9. & 66. C. de seru. fugit. Nec † punitur conatus,
nisi delictum sit consummatum: quia derogatū
est omnibus legibus punientibus conatum præ-
sertim in Edicto, & Statuto. Specul. in tit. de ac-
cusat. §.1. vers. quid si primo, quem sequitur Bart.
in d.l.1.§. Diuus, Paul. de Cast. in l.1.§. Hæc autē
verba, num.2. ff. quod quisque iur. Ioan. Faber, in
l. is, qui cum telo, num.4. C. de sicar. Alex. in cons.
15. col.2. vol.1. Barthol. Veron. in consil. crim. 81.
col.1. Matth. de Afflict. in decis.21. nu.11. Nicol.
Boer. in decis.316. num.3. Thom. Gram. in decis.
2. num.2.9. & 13. Ioan. Milleus in Praxi Crimin.
Rubr. quib. modis committatur malefic. num.
25. Mauer. in sua Praxi, titulo de pęnis, num.16.
43 maximè cum nō † sufficiant præparatoria ad ex-
tractionem, glos. in Clem.1. de consang. & affin.

Hoc ampliatur primo, si Edictum, vel Statutū
loqueretur per verba præteriti perfecti, vel plus-
44 quam perfecti, puta, si quis extraxerit, † nam ista
requirunt actum consummatum d.l.1.§. hæc ver
ba, quia repertus in via non dicitur exportasse, si-
cut lupus quis exit siluam, non dicitur, quod exi-
uit. gl. in l. arboribus, §. idem tractat, ff. de vsufru-
ctu. Albert. Gandin. de rebus non portand. con-
tra deuetum, nu.11. in fin. Bal. in l. cum proponas,
C. de nautico fęnore.

45 Secundo ampliatur, quia etsi reperiatur † quis
in via extrahendi. si dicat, quod asportabat fru-
mentum ad molendinum, & tunc cum nulla ap-
pareat coniectura, quod voluisset extrahere, præ-
sumendum est pro eo, maximè si molendina es-
sent vicina, argum. l. fauorabiliores, ff. de reg. iur.

l. ablen.

l.abſentem,ff.de pęnis Gandinus in loco allegato.

46 Hoc ſolum † caſu illum punirem Edicti pęna, quando prope confinia quis reperiretur cum rebus extrahi prohibitis, vel in ripa fluminis, aut maris litore, vbi ſunt naues præparatæ ad aſportandum,l.non quia,vbi Bal.per illum text.C.quæ res vendi non poſſ. Florian.in dicta l. arboribus, §.idem tractat,dicitur locus ſuſpectus,quando reperitur quis in limine, vel in confinibus loci. Albertus Gandin.in loco allegato,l.qui fiſcales,la t. C.de nauicular.lib.11.faciunt notata per Bald. in l.ſi quis non dicam rapere,col.2.C.de Epiſcop.& cler.hoc idem poſt multos, quos allegat tenuit Renat.Choppin.in Conſuetud. Andegauenſ.lib. 1.cap.21.num.3. Iulius Clar.in practica,q.82.nu. 40.Bart.Bertazol.in conſil. crimin. 169.num.8. vol.1.aliàs non punitur, qui nixus eſt extrahere, Iacob.Menoch.de arbitr.iudic.quæſt.lib.2.Centur.4.Caſu 360.num.97.

47 Sextò ſi † Bannum, vel Edictum prohiberet extrahi frumentum,an veniat ſpelta; Ioan. Vincent.de A..na, in alleg.94.num.5.dicit,quod victualium appellatione venit ſpelta, allegat Bald. in conſil.192.vol.5.quem ad hunc effectum dicit Fabius Anna;filius, fuiſſe allegatum a Ripa, in tract. Peſtis,tit.de remed.ad conſeruandã vbertatem,num.58.omnes iſti loquuntur quod appellatione victualium non autem appellatione frumẽti contineatur; verumtamen ſi excutiatur theca grani ipſius ſpeltæ, inueniet ſine dubio eſſe granum, ſicut ſunt alia grana, verum itaque dicendum, appellatione frumenti ſpeltam non contineri,ſed victualium ſic; Ad hoc facit, quod annis

48 proximis decreuit Regia Camera † ad fauorem cuiuſdam Vniuerſitatis,quia cum ex Regio banno per totum menſem Septembris vnuſquiſque teneatur reuelare frumenta Curiæ Regiæ,moleſtabatur, quod incurriſſet pœnam illius ciues a Barone quod non reuelaſſent ſpeltã; Regia Camera decreuit,non moleſtandos,quia banna Regia loquuntur de frumentis, non autem de ſpeltis. Et ſic etiam dicendum de hordeo, quod non

49 † teneatur pęna Edicti prohibẽtis extrahi frumẽtum ſi extrahatur hordeum,l.modios,C.de ſuſceptor. & arcar.lib.10. vbi per illum text. Ioan.de Platea tenuit, appellatione frumenti, hordeum non contineri ad quod facit, quod notat Angel. in l.triticum,ff.de verbor.obligat.vbi dicit, quod

50 † accuſatus de furto frumenti, ſi conſtet de hordeo ablato abſoluitur, & ex communi loquendi

51 † vſu hordeum nõ venit frumenti nomine Bart.

52 in l.frugem, ff.de verbor.ſignific.ſimiliter † nec ſemen lini,& alia ſimilia ſemina, dicta l.triticum, vbi Alexand. quod omne Bladum veniat appellatione frumenti, voluit Franciſc. Marc.in deciſ.542.numero 4.vol.1.ſed ego hoc non probo.

53 Septimo, an † Edictum non extrahendi frumentum,vendicet ſibi locum in farinã; Bartol.in l.quæſitũ.§9.§.illud, ff.de leg.3.tenet de proprietate vocabuli, non venire farina appellatione frumenti,tamen dicit ſecus eſſe, donec enim conuerſa fuerit in panem, adhuc frumentum appellabitur: Sequitur Bal.in l.non dubium. colum.4. C.de legib.in l.quod non ratione, ff.eodem tit. Ioan.de Firmo,de Gabell. 8. parte princip. particula 2.quæſt.11. Ripa,vbi ſupra,num.43.cum pluribus ſeqq.Guido Papa in Deciſ.373. Hippolyt. Bonacoſſ.in quæſt.crimin.§.extrahere, in princ.

54 Hoc idem dicendum † eſt in extrahente panem: quia licet ex proprietate ſermonis, appellatione frumenti nõ veniat panis,l.1.vbi Bar.C.de frum.

55 Vrb.Alex.lib.12. tamen † ex identitate rationis idem dicendum eſt in extrahente panem, ſicut de extrahente frumentum,ad euitandam fraudẽ quæ fieret Edicto,& Statuto,l.fraus legi, ff.de legib.voluit Guido Papa in dicta Deciſ. 373. in fine,vbi dicit,ita in Curia Parlamẽti vidiſſe terminari, & appunctari puniendo extrahentes panes extra patriam,durante vetito, tenet Ripa in loco allegato, num. 52. Bonacoſſa vbi ſupra, in §.extrahere,in principio.

56 Octauo quæritur, ſi † Edictum prohibet frumentum extrahi,an poſſint extrahi legumina, & illa extrahentes comprehendantur in Edicto, ac incidant in pœnam. Dicendum eſt, legumina verè non venire appellatione frumenti, ſed illa poſſe extrahi, vt in l.in frugem, §. frumenti, ff.de

57 verbor.ſignif.† vbi frumentum dicitur,quod ari

58 ſta tegitur. Declara ſecus eſſe,† ſi extractio Bladi eſſet prohibita,quia tũc etiam legumina extrahi, non poſſent, quæ ſub Bladi appellatione continentur. Gloſſa & Bartol.in l.1.§.de eo,ff. de aqua pluu.arcenda. Ioan. de Firmo, in dicta quæſt. 11. Declara Secundò, idem eſſe, ſi prohibitum eſſet

59 † extrahi triticum, quia tunc etiam leguminum extractio eſſet in prohibitione, quia tritici appellatione cõtinetur id omne quod terra teritur, vt per Accurſ.in dicta l.triticum,ff. de verbor. obli-

60 gat.quæ † autem dicantur frumenta, & quæ legumina, Plin.lib.18.cap.7. inquit, frumenta quidem ſunt,vt Triticum, Siligo, Hordeum, &

61 legumina,vt faba,& Cicer. Sed Galenus de Alimentorum facultatibus, lib.primo,c.8.& 9.dicit appellari legumina ea cerealia ſemina, ex quibus panis confici non ſolet, vt Fabæ, Piſa,Cicera, Lentes,Lupini, Oriza,Eruum,Cicerculæ,Fęnũ græcum, & reliqua id genus. Sed videndus eſt idem Galen.in lib. de attenuante victus ratione, cap.6.de leguminibus, præſertim de Faba poſt Theophraſtum lib.4. de cauſis plantarum Nouiſſimè Marſilius Cagnatus, Variar. Obſeruat. libro ſecundo, cap. 6. & 7. vbi multa eleganter tradidit,de his pleniſſimè de Cicere, Faba. Phaſeolo,Piſis,Cicerculis,Lupinis, Lentibus, Tritico,Hordeo,Farre,Oriza,Panico, Milio, Zea, & Alica, Donatus Antonius Ferrus de Podagra Tract. tertio, cap. vigeſimooctauo, de quibus etiam Palladius Rei Ruſticæ lib. ſecundo, cap.9.

62 & per totum illum librum. † Dicuntur autem legumina,quia manu leguntur, ad differentiam illorum, quæ falce ſecantur. Varro de re ruſtica,libro primo, cap. vigeſimotertio. Sed plena

63 † manu de Tritico, Farina, Hordeo, Oluis, Typhis,Auena,Milio,Panico,Farre, Oriza,Alica,Faba,Lente,Piſis,Cicercula,Cicere,Lupinis, Fenugræco,& Phaſeolis, tractauit Hieronym. Cardanus de ſanitate tuenda, lib. ſecundo, cap. 5.cum vndecim capitibus ſequentibus de diſcrimine

minus vero, quod ponit Galenus inter frumenta, & legumina agit Hieronym. Mercurialis Variar. Lectionum lib. 2. cap. 5. in fine.

64 Nono, quid dicendum de † plaustro, bobus, mulis, alijsq. animalibus cum quibus asportantur frumenta, vel res prohibitæ extrahi, & sacci, cum quibus extrahuntur, an in confiscatione continebuntur; Breuiter ista non veniunt in confiscatione, quia ista non veniunt frumenti appellatione, nec militat ratio eadem, vt manuteneatur vbertas, & abundantia, & ita voluerunt Bald. & Salic. in l. 3. C. de nautico fœnore, & facit text. in l. nam quod liquidè, ff. de penu leg. & ita etiam voluit Ioan. Bertachin. in dicto tractatu de Gabellis, par te vltima, quæst. 12. Et licet sint instrumenta, quibus committitur extractio, non tamen idcirco venient in confiscatione, quia esset sicuti si vellemus punire homicidam morte, quod eadem pœna daretur, ensi, vel sclopo, quibus delictum commissum esset, & esset sicut canis, qui mordet lapidem quo ictus est.

65 Decimò quæritur, † quid si Edictum, vel Bannum prohiberet extrahi vinum, an eo casu, incidat in pœnam, asportans Vuas, Acetum, Aquaticum, & similia? Breuiter quoad Acetum non comprehenditur, notatur in l. si quis vinum, in prin. ver. Item acetum, ff. de vino, tritico, & oleo legato. Bart. in l. 1. ff. eod. titulo. Bart. & Ioan. de Platea in l. 1. C. de erog. milit. annonę lib. 10. Bald. in l. 2. in fine, C. de pericul. & commod. rei vend. licet malè pro contrario illum alleget Ioan. Sainson. in Cōsuetud. Turon. tit. des droictz de basse iustice, alcunes, & ne sont la poche, col. 2. versic. velim insuper. Quo ad vuas verò, Bald. in l. quod non ratione, ff. de legib. censuit, quod contineantur sub vini nomine. Ego considerarem quantitatem, quid enim si quis asportaret sportulam paruam, vel cistulam pro vuis comedendis, censerem non contineri sub prohibitione extractionis vini; Eodem modo dicendum erit de vinis compositis, & de ceruisia, argum. d. l. si quis vi-
66 num. De Aquatico † vero in quo est mixtura vini, & aquæ, censuit Ioan. de Firmo, in tractatu de Gabell. 2. particula, 8. partis, quæst. 12. non contineri appellatione vini. Sed ego contrarium dicerem, tum ad euitandam fraudem, quę fieret Edicto, & prohibitioni, l. fraus, ff. de legibus, cum faciliter quis non curaret vendere viliori pretio, & sic iterum, ac pluries facere, donec quantitatem vini extraheret; aut saltem condemnarem illum ad medietatem pœnæ contentæ in Edicto, pro illa parte vini, quæ
67 esset in Aquatico, in quo † si fortè quantitas vini excederet aquæ quantitatem, condemnarem ad totam pœnam, ea ratione, quia Aquaticum magis incalesceret ad vinum, quam ad aquam, argum. l. legatis, §. si vnus, ff. de leg. 3. l. quæritur, ff. de statu homin. Afflict. in decis. 72. num. 2.

68 Vndecimo quæro, an † in Edicto prohibitorio extractionis, comprehendatur Ecclesia, vel Clericus? an item coloni ipsorum? Breuiter hanc quæstionem tractauit Ioan. Francisc. Ripa, de peste, sub titulo de Remedijs ad conseruandam vbertat. numero 122. cum pluribus sequentibus, vbi concludit, Ecclesiam non ligari hoc edicto; De Clericis vero remittit se ad Panormit. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de
69 Constitut. † Quo vero ad illorum colonos, si habent fructus separatos, non gaudent. & ita residet Camillus Salern. in Consuetud. Neapol. in præfatione, §. præfatis, in Apostill. incipien. Pro Conclusione, annis proximè elapsis, Supremum Collaterale Consilium processit contra Oeconomos Monasterij Sanctæ Mariæ, de Tremito, siue Insulæ Diomedeæ, quia cum habeant priuilegium à Regibus pro vsu Monasterij, & familiæ extrahendi ab Apulia annuos currus frumenti viginti quinque, fuerunt repertæ naues quæ asportabant circiter currus centum ad alias partes priuilegij intuitu, in Regni
70 damnum. † Hoc scio, quia tunc temporis pro hoc negotio dum accederet Neapolim Reueren. Don Calistus de Placentia, Summus Theologus, & Monasterij illius procurator, hospitatus est mecum per Ciuitatem Ariani, pertransiens, dum ibi gubernator essem, & mihi negotium istud explicuit. Super præfata quæstione videndi sunt Marc. Anton. Natta, in consil. 139. volum. 1. Roland. à Valle, in consilio 61. nu. 23. & in cons. 71. volum. 4. Thom. Grammat. in decis. 100. num. 15. & 16. Vasq. de success. progress. lib. 1. §. 10. sub num. 648. versic. Illud autem, & versic. Hispaniæ autem.

71 Duodecimo † an comprehendatur minor sub hoc Edicto? Ludonic. Roman. in Singul. 808. quod est vltimum Singularium, dicit, quod non comprehenduntur minores in Statuto, quod nō extrahantur blada, & similia, quem sequitur Frãcisc. Viuius, in Commun. opin. §. Statutum prohibens, sub num. 24. in fine. Hippolyt. Bonacoss. in dicto §. extrahere, Licet autem dixerit contrarium Brunor. à Sole, in Compend. in §. Statutum de extrahente, sed vi de Ferdinand. Vasquium Controuers. Illustr. libro primo, cap. 32. numero 12. Rolan. à Valle, de lucro dotis, quęst. 44. num. 3. & 13.

72 Decimotertio † num comprehendatur seruus, qui extraxerit? dicendum est, quod si extrahat seruus, quo ad pęnam bonorum confiscationis, vel pecuniarum, cum sint domini, non puniri, l. hos accusare, §. omnibus, ff. de accusat. vbi Glossa, sed tamen corporaliter punitur. Iudicis arbitrio. Salicet. in l. criminis, vbi Angel. C. de
73 vi publica. Sed limitarem, quando † Domini iussu, aut mandato id fecisset, & quia tunc per eadem iura, dominus teneretur, toto titulo, quod iussu, & similibus.

Memores erunt Superiores, Dominj, & Magistratus, quod eadem Edicta faciant cum necessitas ingruerit, & causa suberit legitima inopiæ,
74 pro Communi vtilitate, † non autem pro priuato commodo, quia tunc non valerent, nec fieri possent, c. erit autem lex, 4. distin. Ciuilis enim ra-
75 tio dictat, † vt fiat, quod facienti prodest, & alteri non noceat, fieret enim tunc contra caritatis præceptum, l. in creditorem, ff. de euict. l. secunda, §. 1. ff. soluto matrimonio, nec est lex, quæ iusta

non

non est, vt latè dixi supra lib. 2. cap. 2. Et cessante
76 postmodum † ea necessitatis, & inopiæ causa, ces
sabit Edictum, quia cessat prohibitionis, & extra-
ctionis causa, l. quod ait, §. quod ait lex, ff. de Re-
pud. l. Vbi, §. interdum, ff. de vsucap. Andr. de
Isern. in Rubr. Quæ sint regalia, sub num. 11. vers.
Hęc pedagia. Et vt tollantur difficultates semper
bonum erit, quòd edictum sit amplissimum.

In hoc Regno Neapolitano, sunt nonnulla iu-
ra, prohibentia diuersarum rerum ab ipso Re-
gno extractione, & data forma extrahendi, &
quo modo fiant mercatoribus apochę, & licen-
tiæ exiturę, & antapochæ siue responsales à loco,
vbi asportatę fuerint. Primò emanauit à Rege
77 Carolo I. c. incip. † Super extractione. Secundò,
78 c. vt illorum † fraudibus, quod captum est ex l. 2.
C. de naicul. lib. 11. vbi per Luc. de Penna. Ter-
79 tiò, adest c. † Item quia custodes, in quo deputan
tur loca, & Opida vltra quæ non licet extrahere;
& prohibet, nę in mercatis infra Regnum Ponti
bus, & stratis non capiant, equos, arma, animalia
80 & alia victualia, sub pęna ibi statuta. Quarto, † c.
Item contra extrahentes, in quo pœna statuta pu
niri mandat extrahentes equos, & arma. Quintò
81 † c. Item quod prędicti magistri passiuum; in
quo ordinatur custodibus passuum deputatis,
ne fiant extractiones, quod equos, & alia anima-
lia, non consignent Vniuersitatibus, vel alijs, sed
82 illa ad Curiam Regiam transmittant. Sextò, † c.
Item magistri procuratores, aut portulani, per
quod statuitur, ac prohibetur officialibus officij
occasione caperę vascella, & bona, nisi per proba
biles præsumptiones ipsis constet, quod extrahe-
rent à pontibus prohibita, & vltra quantitatem
in litteris comprehensam, vel nisi essent publici
Regij proditores, publici banniti, vel homicidæ.
83 Septimò c. Item statuimus, quod Prælati. In quo
permittitur portari frumentum, hordeum, &
lignamina intra Regnum de vno Opido ad a-
liud, sine solutione iuris exituræ, vel dohanæ, dū-
modo sint victualia prouenientia ex massarijs,
vel reditibus terrarum ipsorum: emptitia verò
sine solutione exituræ, sed soluant ius dohanæ,
& alia requisita, quo ad responsalia vbi portan-
84 tur. Octauò † c. Incip. Vniuersis præsentis Edicti,
vel Incip. Agendorum, in quo Rex Robertus,
prohibet extractionem lignaminum extra Re-
gnum, quæ deseruiunt pro hastis lancearum, &
aliorum armorum, tam mari, quàm terra, sub
pœna ibi statuta. Cum quo concordat text. in. l.
Nemo, C. quæ rçs export. non deb. vbi Bald. dicit
85 † esse proditores illos, qui muniunt hostes patriæ
armis siue ad offensam, siue ad defensam, Bart. in
l. Respiciendum, §. delinquunt, vbi Alex. ff. de pę
86 nis. Nonò † c. Item prædicti ammirati, vbi admi-
rati prohibentur capere, aut turbare vascella, nisi
inueniant cum mercibus prohibitis, vel naui-
gent ad inimicos, quo casu assignent illos Curiæ
Regiæ sub pœna. Decimò, per Regem Ferdinan
dum fuit facta prohibitio, quod non extrahantur
animalia à Regno sub pœna amissionis illorum,
indignationis Regiæ, & Ducatorum mille. Prag.
87 Incip. † Bando è comandamento, 19. Octobris,
1486. sub tit. de extractione; Pragm. prima. Vn-
decimò, per Illustrissimum, & Excellentissimū,
numquam satis laudatum Don Consaluum Fer
dinandum de Corduba, Magnum Capitaneum,
88 & suam Pragm. Incip. † Bando da parte 2. per
quam prohibetur extrahi à Regno, nec per ma-
re, nec per terras, aurum, argentum laboratum,
nec in massa, nec monetarum, equos, arma, man
cipia, sine licentia, statuta ibi pœna contrafacien-
tibus, vt in Pragmaticis, sub eodem Titulo de
extractione, facta sub die 22. Februarij 1504. de
pecuniæ extractione agit Ioan. Vincent. de An-
na, in alleg. 58. Duodecimò alia Pragm. 3. incip.
89 Benche † per gli altri, quæ facit similem prohibi-
tionem, & ampliorem, facta die 16. Decembris,
1505. per eumdem Magnum Capitaneum, sub
90 dicto Titulo. Decimotertiò, alia † Pragm. incip.
perche s'intende 4. per Carolum V. Cæsarē, sub
eodem titulo, confirmantem alias Pragmaticas
amplianrem, & declarantem pœnam, factam die
91 16. Decembris 1532. Decimoquarto † alia Prag-
matica eiusdem Caroli V. incip. Et quoniam,
vbi datur prohibitio extractionis, & in casu licen
92 tiæ extrahendi datur forma, Decimoquintò †
alia Pragm. incip. perche à nostra, Philippi II. Re
gis Catholici, 6. sub titulo eodem, sub die penult.
Iulij, 1560. qua prohibetur extractio porcorum,
vt ibi. Decimosextò Regis Ferdinandi Pragm.
93 incip. † Hauendo inteso, 2. sub tit. de armis, facta
in anno 1492. die 10. Nouembr. prohibetur a-
sportatio armorum, ac venditio hostibus, & extra
ctio auri, & argenti. Decimoseptimò, equos ex-
trahi prohibuit Don Ioannes de Zuniga Prin
ceps Petrę Pertiæ, sub die 20. Nouembris 1579.
94 † Prag. Essendosi, prima in Pragmaticis per eum
editis. Ex quibus habet Regnicola summulam
prohibitæ extractionis in hoc Regno.

Hæc quoad primam partem Axiomatis dicta suf
ficiant, nunc superest, vt alia expediamus.

Secundum super quo respicit hoc Edictum,
erit, vt dum tempus egestatis, & inopiæ fuerit, ita
quòd extractionem prohiberi oporteat, ante om
nia videndum erit, quæ quantitas frumentorum,
& frugum in loco habeatur, & si sufficiens illa
fuerit, ne extrahatur, & cura hæc ad magi-
stratus spectat, vt cibariorum species non de-
95 ficiant † curam verò hanc ad præfectum vrbi
spectauisse, l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. pręfect.
vrb. vel ad magistratus, quos Sitonas Græci appel
lant. l. munerum, circa princip. ff. de Muner. &
honor. l. 2. in princip. ff. de vacat & excus. muner.
Nec enim superiores, ac magistratus permittere
debent, vt penes aliquos particulares veniant fru
menta, vel victualia omnia, vt carius vendant,
96 † Dardanarij in legibus nostris appellantur, in l.
Annonam, ff. de extra ordin. crimin. l. in dardana
rios, ff. de pœnis, volunt aliqui, dici illos a Darda-
no quodam, qui solus omnia emebat, vt carius
venderet. Videndum ne potius dici deberent,
Dardenarij, quasi dātes denarios, quia, vt Spiege-
lius, & Hotomanus dicunt, hi vocantur Græcè
propolæ, quia præemebant, vt carius venderent,
& hinc ego arbitror quod darent denarios ante,
97 & inde sic appellatos. † Pœna illis statuta est, quia
humiliores deputantur ad opus publicum, alij
relegan-

relegantur, vt in dicta l. Annonam. Marc. Mantua Dialog. Denarrat. Claſſe 4. cap. 31. De his etiã Gulielm. Forner. Selectionum lib. 2. cap. 3.

Ideoq. vltra eorum punitionem, poterit Ma-
98 giſtratus hos compellere † ad rerum, ac victualium venditionem, nam neceſſitatis tempore habentes frumenta, & victualia, ad vendendum cogũtur. Alberic. de Roſate, in l. 1. C. de Epiſcop. audiẽt. Martin. Laudenſ. de officialib. Dominor. §. 23. & hoc licet tempore neceſſitatis, cum aliàs
99 vt dictum eſt, † nemo cogatur ſuum vendere, poteſt tamen cogi iuſto pretio vẽdere res, quæ ſunt ad vſum hominum neceſſariç, vt carnes, frumentum, & ſimilia, Bart. in dicto §. cura carnis, num. 1. & in d. l. Annonam. Bald. & Salicet. in d. l. prima, C. de Epiſcop. aud. Andr. de Iſern. in cap. 1. §. poſt natale, de pace tenenda, & eius violat. Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphin. 540. num. 10. & 15. Ioan. Sainzon in Conſuetud. Turon. titulo 8. in
100 verbo, De Boucherie. Quinimmo † inopiæ, & neceſſitatis tempore, etiam viliori pretio vendere coguntur, vt dicit Bart. in dicto §. cura carnis, eſt arg. l. ſi pendentes, §. ſi quid, ff. de vſufr. & poſt eum, & Ang. in l. 2. §. cum in eadem, ff. ad leg. Rhod. de iactu voluit Franciſc. Marc. in dicta Deciſ. quingenteſimaquadrageſima, num. 15. & 21. Stephanus Aufrer. ad Capell. Toloſ. in Deciſ. quadragenteſimaquadrageſimaſexta, nouiſſimè Ioan. Petr. Surd. de Alimentis, tit. primo, quæſt. ſeptuageſimaſeptima, num. ſexto, Idem Sainxon, titulo decimo, articulo primo, ſed videndus eſt Natta in conſil. 83. numero quarto, volum. primo. Hieronym. Treutlerus Selectar. Diſputat. parte prima, Diſput. 28. Theſi 3.

Et quo ad illud, quod ſupra memorauimus, Magiſtratus aduertere oportet, ne aliqui in Ciuitate ſint, qui omnia coemant, vel vt cariori pretio vendant, ſuper quo Andr. de Iſern. in dicto §. poſt natale, inquit, contra iſtos Triculos, qui in groſſo emunt, vt minutim carius vendant, ſtatuendum eſt, vt non emant, vſque ad certam horam, vt ciues ab ipſis venditoribus, non ab ipſis dardenarijs emant, argum. l. 2. ff. de Nundinis, & l. prima, C. eodem tit. de quorum iurium intellectu ſatis egit Marc. Mantua, Prætermiſſorum, ſiue Paralipomenon, cap ir. ſeptimo. Idem Mantua in dicto allegato ſupra, cap. trigeſimoprimo.
101 vbi dicit † iſtos emptores, ſiue Dardenarios, Bononiæ vocari Tricolos, quorum meminit Franciſc. Marc. in dicta Deciſione 540. num. 11. & 12.
102 Et † Neapoli vocari Regrererios, ſed tempore meo nunc vocantur Recapterij, & ſic illos appellat Afflict. in dicto §. poſt natale, num. 3. in fine, contra quosdum hæc tranſcribuntur à primo originali, Don Ioannes Alfonſus Pimentellus de Herrera, Comes Benauentæ Regni Neapolitani pro Rex, ſumma prudentia, per ſuum Edictum ſub graui pœna ſtatuit, ne hi, qui fructus in Ciuitatem portant apothecarijs vendant, qui reuendere ſolebant ciuibus, ſed ipſi in plateis illos minutim populo vendant, ad euitandas fraudes & monopolia, cum illi poſtmodum carius vendebant.

103 Aliud etiam grauius inſpiciant, † ne aliqui omnia frumenta, ad victum neceſſaria in ſuis horreis reponant, vt populo demum illud, vel illa diſpartiantur. Tyrannidis enim ſpecies hæc
104 eſt affectatæ, ſic Romæ † Spur. Mælius ex Equeſtri ordine, prædiues, cum frumenta ex Hetruria Romam deduci feciſſet, ac in populum illorum largitione vteretur, vt animos ciuium ad ſe traheret, & arma in eius domum conſerrentur, Dictator C. Seruilio Ahalæ Magiſtro Equitum iniunxit, vt Mælio diem coram Dictatore diceret, cumque Seruilius id Mælio nunciaret, ille pauidus, forte criminis concepti ſuſpitione, dum populum, eiuſq. fidem implorat, ob impenſam in illum benignitatem, idq. vociferaretur, à C. Seruilio obtruncatur, & ob id, Dictator inquit: Mactè Virtute C. Seruili eſto, liberata Republica, vt narrat
105 Titus Liuius libro quarto, † cuius domus complanata Aequimelium dicta eſt iuſſu, atque imperio L. Quinctij Cincinnati Dictatoris, eius rei meminit Cicero in Oratione pro Domo ſua, & in Oratione pro T. Annio Milone, & Philippica 1. Plinius de Viris illuſtribus, cap. decimoſeptimo. Quum aduerſus Gallos Romani bellum gererent, annonęq. caritas inualeſceret,
106 Cinna † Tritici largitionem ſurripiens, Regnum affectaſſe creditur, quocirca ſaxis obrutus eſt, vt poſt Ariſtidem Italicarum rerum libro tertio, commemorat Plutarchus in Paralellis, cap. quinquageſimo nono. Eodem modo po-
107 pulus † Athenienſis ſaxis obruit Pyrandrum Quæſtorem Vrbanum triticum parcè ſuppeditantem, ac largitionem ſurripientem, & ob id proditionis ſuſpectum, vt retulit idem Plutarchs in loco allegato, cap. quinquageſimo octauo. Ideoq. eum, qui Annonæ curam in populo habet, magna ſummaq. prudentia eſſe oportet, vt hos ſcopulos euitet, cum egeſtatis, & ino-
108 piæ procellæ irruunt, † optimis enim principibus frumentorum penuria ſemper odio fuit, vt in Proœmio Digeſtorum, §. Nos vero, vbi Gloſſa, quæ maiori ex parte à peſſima adminiſtratione proficiſcitur, vt dicit Marc. in dicta Deciſ. quingenteſimaquadrageſima, numero primo, & num. quinto, poſt Bart. in l. prima, C. de Canon. frument Vrb. Conſtantinopolit. lib. vndecimo. Vnde Defenſori Ciuitatis Aurel. Caſſiodorus Variarum lib. ſeptimo, capit. vndecimo, inquit: Nil venale, nil improbum facere velis, qui tali nomine nuncuparis, commercia ciuibus ſecundum temporum qualitatem æquabili moderatione diſpone, definita ſerua quæ iuſſeris, quia non eſt labor vendendi ſummas includere, niſi ſtatuta pretia caſtiſſimè cuſtodire. Imples enim re vera boni defenſoris officium, ſi ciues tuos nec legibus patiaris opprimi, nec caritate conſumi.

Conquiſitis igitur frumentis, alijſque re-
109 bus ex locis oportunis, quis † conueniens pretium taxabit? ſiue Aſſiſiam (vt dicunt) ponere poteſt? Vt ſupra tetigimus, ad præfectum vrbi pretium taxare, videtur † probari in dicto §. cura carnis, cuius authoritate ita dixit

etiam Bartol.ibidem. Sed in l.fin.§.Item rescri
111 pserunt.ff.ad leg.Iul.de Annona,probatur† prę
tia frumenti ad præfectum Annonæ spectas-
se. Inde Ripa in tractatu Pestis, parte vltima,
tit.de Remed.præseruat.contra pestem, nu. 195.
voluit cōciliare supra dicta iura, ex doctrina Bar-
toli in dicto §.Cura carnis,vt subsit necessitas ob
tempus inopiæ, & tunc possunt taxare eorum ar-
bitrio,& hoc dicit procedere in præfecto Vrbis.
Aut non subest caristia, & tunc taxare iustum
pretium,& ne carius vendatur, similiter specta-
bit ad eumdem; & si forte velint taxare minus
iusto pretio,& non possunt, & hoc vltimum pro-
cedit in præfecto Annonæ,& ita ille residet. Ve-
rumtamen mihi consideranti,videtur, numquā
112 Bartolum ibi hoc † tractasse,sed solum, an quis
cogatur vēdere iusto pretio,vel cariori,& distin-
guit tempora,vt supra. Et ideo mea fert opinio,
considerandas esse leges. Quia officium præfe-
cti vrbi, est habere curam carnis, & ceterorum
animalium,ex quibus carnes exhibebantur, ita-
113 que ei subdita erant animalia, & Forum † Sua-
rium,de quo in dicto §.cura carnis, necnon alia
fora concernentia carnes, & animalia. Quia
114 Suarium † forum erat, in quo sues vendeban-
115 tur Boarium † in quo Boues, de quibus Varro
de Lingua Latina,lib.4. Festus Pompeius libro
secundo, Liuius lib.39. Plin.lib.28. cap. secundo,
latè Alexander ab Alexandro Dierum Genia-
lium lib.2.cap. duodecimo, & de his ipse cogni-
116 tionem habebat. Quo vero † ad pretia frumen
torum, ac victualium,arbitror, illorum curam
ad præfectum Annonæ spectauisse,argum. dictæ
l.finalis,ff.ad leg.Iul.de Annona. Nec enim An-
nonæ præfectum credendum est super rebus suę
curæ permissis authoritatem statuendi pretia
curam non habuisse, Ideoq.nullam nisi circa car
nis curam Vrbi Præfectum potestatem habuis-
se scribunt Fenestella de Magistratibus, cap. 6.
Francisc.Hotoman.Magistrat. Roman. cap. 12.
& nouissime Philippus Broidæus ad Francisc.
Polletum in Histor.Fori Romani, 17.lib. 1. cap.
primo,num.septimo.Ceterum,hac in re perpen-
117 dant alij. † Episcopi etiam prouideant, ne mer-
catores,nimis care vendant merces suas, nam ex
hoc pauperes læderentur, quorum curam gere-
re ad suam prouidentiam pertinet,dicta l.prima,
vbi hoc voluit Bald.C.de Episcopali audient. sed
istud meo iudicio, non est vt hanc habeant au-
thoritatem,vt ipsi pretia rebus statuāt,sed potius,
vt cum Magistratibus, qui hanc curam gerunt
tamquam Episcopi,modestè pertractent,vt se in-
118 tromittant. † Federicus Imperator in dicto §.
post natale,statuit, quod Comites in suis Comi-
tatibus faciant Assisiam, & pretium rerum co-
mestibilium post octauum diem Natiuitatis
Gloriosæ Virginis Mariæ de mense Septembris,
& idem eadem ratione procedit in alijs Baroni-
119 bus. Et ex hoc textu,credo † Curiam Regiam
quotannis aliquem Regium Consiliarium, vel
præsidentem destinare solere in Apuliam ad fa-
ciendum pretium frumentorum, & hordeorū,
non tamen hoc fit ad finem, vt toto anno illo
vendatur, sed vt certificentur mercatores, qui
dederunt Dominis qui habent massarias, & sata,
pecuniam,pro qua promittiunt facta recollatio-
ne consignare tantam frumenti, & hordei quan
titatem secundum taxam faciendam per Regiā
Curiam, qui Magistratus qui pro hoc negotio
mittitur,debet capere informationem ab homi-
nibus fide dignis diuersarum Ciuitatum, & lo-
corum de recollectione facta, expensis erogatis
& deponunt eorum iudicio taxam,quæ fieri pos-
set, quam tamen Prorex, & Collaterale Consi-
lium moderatur, relatione facta, & informa-
tione habita.
120 In hoc Regno † Neapolitano,dicit Afflict.in
dicto §.post natale,quod Princeps ponit Recto-
res,Grasserios,& Capitaneos, qui ad vsum homi
num ponunt assisiam, & pretium in rebus vena-
libus,& quod sic possunt ponere in omnibus re-
bus iustum pretium,arg.l.venditor, §. si constat,
ff.comm. prædior. & ita concludunt Andr. de
Isern. Afflict.& alij ibidem; & hoc video obser-
121 uari Neapoli. Sed per † oēs alias Regni partes
hoc faciunt vniuersitates, per suos officiales ab
vniuersitatibus creatos, qui sunt dicti Grasserij,
& Catapanei,& hi ponunt pretium, & assisiam
rebus comestibilibus, hi habita consideratione
abundantiæ, vel caristiæ, statuunt pretium, &
122 assisiam,qui † Catapani, & grasserij non debēt
esse de illis,quorum Annona venit taxanda,quia
essent suspecti,quod pretium alterarent, vt dicit
Luc.de Penna,in l.1.C.quib.munerib.lib.10.hoc
autem solum procedit in rebus comestibilibus.
123 † Annonam autem taxare non poterunt Vni-
uersitates in Regno,nec sui Officiales, cum non
habeant iurisdictionem, & recognoscant supe-
riores;quidquid dixerit Andr.de Isern. in Prolo-
go Constitutionum Regni, col.1.& 2. Benè verū
124 est † hanc Annonæ taxam per Principem, &
eius Magistratus fieri non posse, nisi cum consi-
lio procerum, siue optimorum virorum Ciuita-
tum,& locorum,nec edictum formare,sine ipso-
rum consilio,cum tractetur de particulari inter-
esse ciuium, pro quibus illi requiruntur, vt iustū
pretium taxent, & hoc concludit Imperator in
dicto §.post natale, cuius dispositio, vtinam ser-
uaretur. Et hoc innuit Ioan. Vincent. de Anna,
in Alleg.21.num.6. dum dicit, Assisiam imponi
oportere capta prius informatione; & dum in
Allegation.52.num.78.& 79.dicit, Assisiam im-
125 poni per Barones, istud nō video obseruari † in
Regno,cum sit penes Officiales Vniuersitatis,&
penę partiri solent,inter Barones, Vniuersitates,
& accusatores. Et erat prius istud ius Baiulorum
imponere Assisias,vt per Const.Regni. Ad Offi-
cium,quæ quo ad Assisiarum impositionem mi-
nimè seruatur,sed per grasserios, & decuriones
terrarum imponitur,vt optimè annotauit nouis-
simè Carol.Tapia Iuris Regni Neapol.lib.2.Ru-
brica 37.in Const.Ad officium. Quia si Barones
in hoc se intromitterent, de subditis actum
foret; Et dum Gaspar Caballin. Milleloq.417.
126 dicit, † illud esse iustum pretium, quod ta-
xatum est à superiore, argumento dicti §.
Cura carnis, intelligi oportet, seruatis ta-
men seruandis, vt in dicto §. post nata-
le, Gir-

127 tale. Circa † hauc rem Plato de legibus Dialog. 11. voluit, vnum pretium quæri debere rerũ venalium, nec quæri oportere maius, vel minus, nec venditorem laudare debere rem venalem, neque iuramentum facere, & in columna scribendum esse pretium, nec licere res venales adulterare sub graui pœna.

128 Pœna autem † contra vendentes vltra taxatum pretium, iudicis arbitrio remittenda est, de qua in dicta l. Annonam, & voluit plura Bonifac. Vitalin. de Malefic. tit. ad legem Iul. de Annona, & post ipsum Menoch. de Arbitr. iud. quęst. lib. 2. Centur. 4. Casu 384. Sed vide præpositum in dicto §. post natale, quia ibi agit de pœna fraudan

129 dantis taxam. Contra † vendentes vero corruptam Annonam, pœnam esse arbitrariam scribit idem Menoch. Casu 382. Francisc. Marc. De-

130 cis. 540. num. 4. vol. 1. Et de † miscentib. frumentum corruptum cum bono, & concernentibus hanc pęnam scripsi Obseruationum ad iura Regni Neapolitani cap. 7. & nouissimè Ioan. Baptista Costa, de facti scientia, & ignorant. Centur. 2. distinct. 83. num. 3.

In summa (ne sim longior) qui pacatam, ac tranquillam reddere cupit Ciuitatem, Prouinciam, Regnum, ab eripiendo ciuibus, Prouincialibus, ac Regnicolis cibo, alibiq. pro suis cõmodis asportando, abstineat, nisi ea sit vbertas, vt relicto duplicato suis victu, id commode facere

131 possit, † & conuentia ac æqua pretia in illorum venditione constituat, subditosq. eo modo contineat, vt nec nimia vbertas, ac prij paruitas, molles illos, ac ocio sos faciat ita, vt agrorum cultura deseratur, nec sit adeo excessus pretij, vt in paupertatem illos, vel malos actus inducat; Quam-

132 uis † aliquando, de frumento ex Sicilia Romã aduecto, cum in Senatu ageretur, an gratis, an vili, an immenso pretio plebi daretur? Martius Coriolanus aduersus plebem grauem sententiam dixit: Nihil per largitionem effici, satius esse hũc vel cariore annona domari, ac reprimi, vt fiat ex necessitate modestior, & ad obeuũda ciuilia munera paratior, agrosq. hac iniuria, non seditiones colat, quam vt desidia, ocio, & luxuria, maximè, quæ ex copia, & abundantia nascitur, iura, leges,

133 instituta maiorũ negligat. † Qua ex sententia, quasi contra populum conclamasset, dies Coriolano datus, discussis in Senatu sententijs, dimissus est, cum sententiæ, & consilia pro Republica, siue stolida, siue optima sint, satis sit, omues tendere ad Reipublicæ salutem, ad quam consultatio omnis tendere debet. Qua de re Liuius lib. 2. Dionysius Halicarnassæus, lib. 7. Plinius de Viris Illustribus, cap. 19.

Antequam huic capiti vltimam manu impo-

134 nam, vnum animaduertam, quia † sunt plures Ciuitates, quæ annonæ tẽpore, frumentorũ prouisiones facere solẽ, ita vt multa superflua illis remaneant, an possit inter ciues dictorum superfluorum frumentorum partitio fieri? Pro bono publico tum ad euitandas Ciuitatum oppressiones, tum etiam ne frumenta corrumpantur, potest Ciuitas inter ciues diuidere, & ab vnoquo que pretium recipere, à quo neminem excusari, per illum text. voluit Bartol. in l. 1. num. 2. & 4. C. Vt in emption. specier. lib. 10. sequitur Anton. Burgos, in c. quod hoc, num. 19. de empt. & vendit. ante ipsum Barthol. Socin. in Regula. 435. Fallent. 14.

135 An credatur seruientibus Officialium, ac Birruarijs, dicentibus inuenisse extrahentes Blada? dixi supra hoc eodem lib. cap. 11. num. 91. Quo ad materiam extractionis, vide quid nouissimè scripsit eruditissimus I. C. Carolus Tapia, Regius Consiliarius, Iuris Regni Neapolitani, lib. 2. Rubrica 9. & ibi in c. Regni. Item quia custodes, sub eadem Rubrica.

CAP. XV.

ARGVMENTVM.

Magistratus ponderum, & mensurarum curam habere oportet, vt illa iusta sint, & res venales his æquatæ iusto libramine distribuantur.

COMPENDIVM.

1 *DEVS Optimus Maximus omnia cum pondere, numero, & mensura disposuit.*

2 *Pondus, & Statera iudicia Domini sunt.*

3 *Mensura, ac pondera ad quid inuenta fuerint.*

4 *Cain Ponderum, ac Mensurarum inuentor authoritate Iosephi Flauij in Antiquit. Iudaica.*

5 *Adam, an ponderum, ac mensurarum cognitionem habuerit.*

6 *Pondera, & mensura à supremo Principe statuta probare conuenit.*

7 *Barones, etsi habeant in suis iurisdictionibus ius Ponderum, & Mensurarum, non tamen illi eas facient, sed seruabuntur, quæ à supremo Principe facta sunt.*

8 *Connexa sunt rationes mensurarum, ac ponderum, cum numeris.*

9 *Pondera, & mensura debent esse lapidea, aut ænea, & poni collocariq. debent in loco publico, vt omnibus pateant, vel in Ciuitatum Ecclesijs asseruandæ sunt, vt num. sequenti.*

11 *Mensura, & Pondera lapidea cum insignijs, & armis Regijs in Regno Neapolis collocata sunt in Atrio Palatij Magnæ Curiæ Vicariæ.*

12 *Pondera, & Mensura, an iusta sint, ad quem cognitio spectet, & num. 13.*

13 *Ponderum, & mensurarum cognitio spectabat ne ad Comitem sacrarum largitionum.*

14 *Intellectus §. Nullus autem, de Collat.*

Antonij Solæ I. C. opinio explosa.

15 *Ponderum, & Mensurarum cognitio in Regno Neapolitano ad quem spectet.*

Carolus Borrellus I. C. Index Regiæ in Magna Curia Siciliæ, eod. num. 15.

B'rones an, an cognoscans de ponderibus, & mensuris, sub eod.num.15.

16 Intellectus Const. Regni. Ad officium.

17 Intellectus Const. Regni. Ad legitima pondera.

18 Intellectus e, Regni. Item prædicti secreti.

19 Pœna statuta falsis mensuris apparet, & num. 20. & 21.

20 Quam in pœnam incurrant, qui pondera & mensuras fal sasient ex Adriano.

21 Dolus exigitur in falsante mensuras, & pondera.

22 Vendentes, & ementes cum falsis ponderibus, & mensuris ad quam pœnam teneantur.

Commodans falsa pondera, & mensuras, qua pœna plectatur. Item locans falsa pondera, & mensuras. ibid.

23 Romæ Magistratus frangebant falsa pondera, & mensuras.

24 Qui tenetur aliquid consignare ad quam mensuram, vel pondus tenetur, si in loco fuerint plures mensuræ, pluraq. pondera,

25 In Regno Neapolitano sunt duo modij, vnus maior, minor alter,

26 Ponderum, & mensurarum diuersitas Iure Diuino prohibita est.

27 Duo pondera, duaq. mensuræ teneri non debent ad euitandas fraudes.

Historia processus euicti & obtenti in fauorem delati Canonici de vsu duplicis mesuræ sub eod. num.27.

28 Si venditio facta sit ad mensuram, & plus, vel minus reperiatur, quid faciendum ab emptore, & venditore, & num.29.

30 Mensuratio intra quãtum tempus fieri debeat, si venditio ad mensuram facta fuerit, & num. 31. 32. & 33.

31 Mensuratio, an fieri debeat infra sexaginta dies,

32 An uero intra annum,

33 An intra annos triginta,

34 In contractu oneroso ad euictionem obligat assertio, & qualitatis, & quantitatis.

35 De ponderibus, & mensuris qui authores scripserint remissiue.

36 Clericus, qui falsis ponderibus, ac mensuris vendere facit per quem puniatur,

A X I O M A.

Eaq. iusto pondere, & mensura distribuunto.

SAlomon Sapientiæ cap.11. DEVM
1 † optimum maximum, omnia in pon
dere, numero, & mensura, disposuisse
asseruit. Vnde antiquum Chaos, il-
lamq. congeriem, quam Deus discecuit, sine põ-
dere, & æquo libramine, ad iusta pondera dedu-
ctam, dixit Ouidius Metamorphoseos lib. 1.

Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere Chaos, rudis, indigestaq. moles
Nec quidquam, nisi pondus iners, congestaq. eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum.

De qua congerie, & massa, ego dixi Obseruationum Iurium Regni Neapolitani, cap. primo. Vnde postmodum idem Ouidius ibi subsequitur.

Nec circumfuso pendebat in aere tellus,
Ponderibus librata suis.

2 Hinc idem Salomon Prouerb. cap. 16. † Pon-
dus, & Statera iudicia Domini sunt. Ideoq. cũ
Regna, Prouinciæ, Ciuitates, Cętusq. hominum
absque commercio, & negotiatione, in emẽdis,
& vendendis pro humano vsu rebus, tum soli,
mobilibus, & præsertim ad victum, cultumq. hu-
3 manum peragendum, persistere nequeant, † pon
dera idcirco, mensuræq. adinuentæ sunt, vt iu-
sto, æquoq. libramine coemptiones exerceantur,
4 Mensurarum, ponderumq. inuentionem Caico
tribuit Iosephus Antiquit. Iudaicarum libro pri-
mo cap. secundo. Cuius opinionem probant Po
lydorus Virgilius, de Inuentoribus rerum, libro
primo, cap. 18. propagata demum quo modo põ-
derum, & mensurarum cognitio fuisset ad suc-
cessores Seth, vsque ad Noe? Arbitror itaque. (&
hoc diuinationis est) Numeros, Põdera, ac Men
5 suras, etiam Adamo cognita fuisse; & † ad Noe
etiam peruenisse, & earum rerum medio potuis-
se intelligere structuram Arcæ, altitudinis, lati-
tudinis, longitudinis & profunditatis, ac nume-
rum, & mensuram cubitorum, de quibus Ge-
nesis cap.6.

Cum itaque humano generi mensurę, ac pon
dera necessaria sint, edicto prouidendum erit, vt
ita res veneant, quę in pondere, numero, vel men
6 sura consistunt; Illæ vero mensuræ, ac pondera
probanda sunt, quæ à supremo Principe stabilita
erũt, l. Modios, C. de susceptor. Prępos. & Arear.
7 lib.10. Nec enim † Barones, qui habent merum
mixtumq. Imperium, etsi habeant ius ponderũ,
& mensurarum in eorum; priuilegijs, poterunt
ipsi alias mensuras, vel pondera tradere, quam il-
la, quæ à supremo Principe statuta sunt, vt rectè
censuit Renatus Choppin. in Consuetud. Ande-
gau. lib.1. cap.40. num.4. & cap.41. num.16. Sed
per illam concessionem, habebit cognitionẽ, &
pœnas: pondera autẽ cũ à Principe sunt deputata,
iusta præsumuntur, prout iusta esse debent. Hinc
Leuitici cap. 19. Nolite facere iniquum aliquid
in iudicio, in Regula, in Pondere, in Mensura,
statera iusta, & æqua sint pondera. Et Ezechiel.
cap.20. Statera, & Ephi iustum, & Batus iustus
erit vobis, quæ iusta esse debere Iustinianus vo-
luit, in §. nullus autem penitus, in Authen. de col
latoribus. Cum autem loquimur de ipsorũ pon-
derum, ac mensurarum iustitia, & æqualitate, nõ
8 mirum, quia † cognata, & connexxa est ponderũ
ratio, cum mensurarum, ac numerorum rationi-
bus, vt inquit Gulielmus Budæus, de Asse,
lib. primo.
9 Debent † autem pondera, & mẽsuræ esse ęneę,
vel lapideę, & poni in loco publico, vt omnibus
pateant, vt in dicta l. Modios, Guido Papæ in De-
10 cis.490. vel † in Ecclesijs conseruandæ vniuscu-
iusq. Ciuitatis, vt in dicto §. nullus autem, Au-
then. de collator. ibi, & has mensuras, & pondera
in Sanctissima vniuscuiusq. Ciuitatis Ecclesia ser
uari. Accursius in dicta l. Modios, in verbo Man-
11 siones. In hoc † Regno Mensuræ lapideæ Regiæ
sunt

sunt erectæ in Atrio Palatij Magnæ Curiæ Vicariæ, & ibidem sunt Arma & insignia Regia, prout de iure statutum est in l.2. vbi Bartol. & Andr. de Barulo, C. de Frument. Alexandrino, lib.11. Guido in dicta Decis.490. & Francisc. Marcus in Decis.279. num.2. volum. 1. nouissimè Anton. Sola in Constit. Sabaudię, titulo de Censuum solutione, in Decret. omnibus, Glossa 1. num.4. Ioã. Sainxon in Consuetud. Turonens. tit. 2. articulo 2. in verbo, *Mesu res able.*

12 Cognitio † verò ponderum, & mensarum, an iustæ sint, ad quem pertinebit. Respondeu poterit, quod respectu susceptorum, ad quos perueniebant frumenta reponenda in publicis horreis, spectabat ad præfectos horreorum ac annonæ, &
13 sic in collatione specierum; † Sin autem tractaretur de ponderibus auri, & argenti spectabat ad
14 Comitem sacrarum largitionum, & † ita intelligendus est text. in dicto §. nullus autem, & ideo arbitror, salua pace, errasse Anton. Solam I.C. omni ex parte, & rerum cognitione cõspicuum, & de scientia nostra optimè meritum, in loco supra allegato, num.5. dum explicitè censuit cognitionem ponderum, & mensurarum spectasse ad Comitem sacrarum largitionum. Hoc non negauit Iacob. Cuiacius in Nouell. 128. quę est eadē, situata in Auth. sub tit. de collationib. in hoc tamen ab eo dissentio, dum dicit specierum mensuras, & pondera tradi à Præfecto Prætorio, dum ego ex illo tex. & ex illius officio censeo traditas à præfecto Annonæ. Sed spectasse ad eum, qui habebat mixtum imperiũ, dixit Petrus Iacobin. in Practica, titulo de iurisdictione, in rubr. de mixto, in fine, per quædam iura, quæ ad propositum non faciunt, sed solum, quod dicit in finalibus verbis, de quibus dicam infra. Lucas de Penna, in d.l. modios, dicit spectare, vt supra dixi quo ad vtensilia ad annonæ præfectum. Guido Papa in dicta Decis.490. dicit spectare ad Dominos loci, prout de se dicit In sua Villa Sancti Albani, quē refert, & sequitur Anton. Sola in loco allegato, post Francisc. Marc. in dicta Decis.279. num.2. In Regno hoc Neapolitano, aliter obseruatur, quia
15 † cognitio ponderum, & mensurarum pertinet ad Magnam Regiam Curiam Siclæ, in qua residēt Rationales, & Iudices, vt dicit etiam Matth. de Afflict. in Const. Ad officium, nu.2. & in Cõstit. Ad legitima pondera, num.4. vt pluries mecum colloquutus est. Carolus Borrellus insignis Iurisconsultus gentilis meus, qui quadraginta circiter annis præfuit vti Iudex Regius in eadem Magna Curia Siclę. Sed Domini Ciuitatum, & aliarum terrarum, qui habent in priuilegijs, & inuestituris à Rege, ipsi cognoscũt; sic etiam alij particulares, & vniuersitates, quæ emerunt has iurisdictiones à Regia Curia, prout in specie in Patria mea, & qui habet Iurisdictionem, & cognitionem, habet etiam & pœnas, vt dicit Afflict. in dicta Const. Ad officium, num. 2. quia recessit ab aula, quod pœna applicaretur bainlis, per
16 † dictam Constit. Ad officium, quæ fuit facta à Rege Gulielmo, ob aliam factam à Federico
17 Imperatore, in dicta † Const. Ad legitima pondera. Quod illa Constitutio non seruetur, quo ad impositionem assisiarum, annotauit Carolus Tapia de Iure Regni Neapolit. lib.2. Rubr.37. in
18 eadem Constitutione. Tempore † Caroli Primi Regis, cognitio ponderum, & mensurarum, an essent iustę, spectabat ad Secretũ, vt per c. Regni; Item prædicti Secreti, vbi latè Ioan. Ant. Niger.
19 Quæ autem † pœna statuta sit vtenti falsis ponderibus, & mensuris? Edicto Traiani prouisum est teneri pœna legis Corneliæ de falsis, vt in l. Annonam, §. onerant, ff. de extraordinar. crimin.
20 de eadem † Adrianus similiter, qui in insulam relegari fecit, qui pondera, & mensuras falsassent, vt in l. hodie, ff. de fals. & dicit text. in dicta l.
21 Annonam. Condēnatur † etiam ad duplum rei de qua falsis ponderibus, & mensuris dolus contrio. §. de eo, ff. de dolo malo. Alfonsus Montalmissus est, dicta l. hodie, & rex. cum glos. in l. arbluus Fori Noui, lib. 3. titulo 10. *de las vendidas, y compras*, in verbo, *Pecbe.* Francisc. Marc. in Decis. 279. num.1. Renatus Choppinus in Consuetud. Andegauens. lib.1. cap.40. nu.4. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. quæst. lib.2. Centur. 4. Casu 117. Panorm. in c. vt mensuræ, num.3. vbi Antonius
22 Burgos. num. 1. de empt. & vendit. qua † pœna vendentes, & ementes cum falsis ponderibus, & mensuris, an teneantur etiam actione furtiua, & quid in commodante, quid in locante, ponit plenè, & bene Bonifac. Vitalin. in tractatu malefic.
23 tit. de pœna falsant. mensur. & pondera. † A Magistratu etiam pondera, & mensuræ falsæ frangebantur, l. item quæritur, 14. §. si quis mensuras, ff. locati, de quo Iuuenalis Satira 10.

Et de mensura ius dicere, vasa minora.

Frangere pannosus vacuis Aedilis Olubris.

Et plura ad hoc propositum referentem nouissime vidi Ianum Lãglęum in Ocij Semestris, lib.8. cap.14.

24 Qui tenetur † aliquid consignare ad quã mensuram tenebitur, si locus habet plures mensuras? dicendum est in dubio ad communem loci mensuram dandum esse, l. Imperatores, ff. de contrah. empt. Curt. iun. in consil.76. num.7. Cagnolus in l. semper in stipulationib. num. 5. ff. de Regul. iur. aliàs seruanda est dispositio c. ex parte, ex-
25 tra, de Censib. Et † in Regno Neapolitano habemus modios duos, vnum paruum, & dicitur vulgarlier (all'Antica) aliud magnum, quo vtimur communiter, & in casu dubio intelligitur de hoc modio magno, & vsuali, per Curiam Regiam stabilito. Verum paruus modius deseruit pro his, qui debent ex antiquo redditus aliquibus Ecclesijs, quibus fuit exhiberi solitus ad antiquam mensuram paruam. Sed aduertendum, quod in vno, eodemq. loco, quis non debet habere duas mensuras, & duo pondera, parua, & ma-
26 gna, quia † de iure diuino prohibitũ est, Deuteronom. cap.25. Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius, & minus, nec erit in domo tua modius maior, & minor. Pondus habebis iustũ, & verum, & modius æqualis, verusq. erit tibi, vt multo tempore viuas super terram, quã Domi-
27 nus dederit tibi. Ideoq. tenere † duo pondera, ac duas mensuras, ad euitandas fraudes, cauendum est. Francisc. Marc. in dicta Decis.279. in princip.

Anton. Sola in loco allegato, num. 1. Accidit mi
hi in facto pro R. Troiano Procaccino Canoni-
co Biſatienſi, qui ad quærelam Epiſcopi, inquiſi-
tus, quod cum eſſet ſuus negotiorũ geſtore, exe-
giſſet ad menſuram magnam, & ad cumulum,
& reſtituiſſet Epiſcopo, cum alia parua menſura,
& complanata, tamen Neapoli, me pattocinan-
te, fuit abſolutus apud Curiam Reuerendiſſimi
Nuncij Apoſtolici,
28 Si eſt † facta venditio ad menſuram, ſi reperia-
tur plus, vel minus, cuius erit ſuperfluum illud,
venditoris ne, an emptoris; ſin minus, an tenea-
29 tur venditor reſarcire emptori, pretium? † Bre-
uiter Doctorum diſtinctio ea eſt, vt ſi contractus
venditionis incipiat à corpore, vt vendo ſibi fun-
dum Seianum tot iugerum, tunc ſi menſuretur
& eſſet maior, cedit emptori, ſin minor, eiuſdem
emptoris erit damnum, ita concludit Oldrad. in
conſil. 197, Decius in conſil. 347. & in conſil. 500,
Ioan. Neuizan. in conſil, 38. Iaſon in conſ. 79. vol.
1, Cardin. Pariſ. in conſil. 64. num. 3. volum. pri-
mo. Matth. de Afflict. in Deciſ. 399. Anton. Ca-
pic, in Deciſ. 14. & multos allegans Anton, Sola,
in loco allegato, num. 14. apud quem videri poſ-
ſunt plures declarationes, in hac diſtinctione.
Adde his Hieronym. de Monte, in tract. fin. re-
gundor, cap, 8. Suarez recept, Sentent. §. venditor
num. 23. & 24,
30 In venditione † autem facta ad menſuram, in-
tra quantum tempus, debeat menſuratio fieri?
Ioan. de Imola, in c. per tuas, de Donat. ſentit,
quod qui ſentit ſe grauatum in menſuratione, de
31 bet hoc proponere † intra dies ſexaginta, aliàs nõ
auditur illis elapſis, arg, l, quod ſi nolit, §. ſi quid
ita, ff de ædilit, edicto quem ſequitur Barthol. So-
cin, in conſil, vltimo, in fine, vol. 3. Decius in con-
ſil. 347. in fine, M. Anton. Natta, in conſ. 569. nu,
10. volum. 3. Gaſpar Caballin. de ædilitijs actio-
nib. cap. 2. num. 36, Sed Bald. in conſil. 387. incip.
32 Ille, volum, 3, cenſuit † quod habet annum, arg. l.
qui grauatos, C. de Agricol. & cenſit. lib. 11. Sed
tamen Communiter tenetur opinio Imolæ, quę
poſſet corroborari authoritate Innocent, in tra-
ctatu de præſcriptionib, titulo 13, num, 3. Quam
declarant procedere, quando partes pactum fe-
ciſſent, quod deberet fieri menſuratio, quia aliàs
33 † ſi nihil dictum eſſet, durabit triginta annis, vt
poſt Imolã cenſuit Panor. in dicto c. per tuas, De-
cius in dicto conſil. 347. & Natta in dicto conſil,
569. num. 10. rationem reddit Caballin. in loco
34 allegato, † quia in contractu oneroſo, quemad-
modum aſſertio qualitatis obligat euictionem
eodem modo, & quantitatis allegat Iaſ. in conſil,
79. vol, 3. Ioan. Neuizan. in conſil, 38.
35 Qui plura † quo ad pondera, & menſuras de-
ſiderabit, videat Voluſium Metianum, & Geor-
gium Agricolam, in libris de Ponderibus, &
Menſuris, & ibi Philandrum, Gulielm. Budęum,
in libris de Aſſe, Petr, Greg. Syntaxis artis Mira-
bilis, lib, 16. cap, duodecimo, & cap. decimo-
tertio,
36 Per quem † autem puniatur Clericus, qui fal-
ſa menſura, vel pondere facit vendere in ſua do-
mo? Barthol. Caſſanęus in Conſuetud. Burgũd.
Rubr. 1. §. 5. num. 91, dicit, quod debet puniri per
iudicem laicum. Sed ego hanc controuerſiam
latius tracto de Regis Catholici præſtantia, cap.
71. num. 357.

CAP. XVI.

ARGVMENTVM.

Officio Magiſtratus incumbit, homines ocio deditos, vt labori, & artificijs vacent, nec mendicantium, & vagabundorum more, ac ſpecie illos admittant, vt deſides fiant.

COMPENDIVM.

1 DEVS Optimus Maximus hominem fecit, vt operaretur, & ocio non torpeſceret.

2 Catilinam egeſtas induxit, vt contra Patriam coniuraret.

3 Multi ob inopiam deliquerunt.

4 Corinthij pauperem ſumptuoſe viuentem, puniebant.

5 Plato, quod mendicis in vrbe aditus non permitteretur edixit.

Apud Athenienſes inertiæ, atque ocio vacantes in ius vocabantur, ſub eod. num. 5.

6 Cleantes, Monedemus, & Aſclepiades noctu ſuas operas locabant, & die ſtudijs vacabant.

7 Solon legem protulit, vt morte multaretur, qui vnde viueret non oſtenderet.

8 Aegyptij obſeruabant, vt quiſque prouinciarum Præſidi nomen ſuum, & artem qua viueret profiteretur, in quo narrando ſi mentitus fuiſset, morte plectebatur.

Laconis cuiuſdam inſigne, & dignum notatu reſponſum mendico importuna prece pro eleemoſyna ab eo extorquenda ipſum moleſtante, datum, ſub eod. num. 8.

9 Gymnoſophiſtæ Indorum Philoſophi ſerotinis horis ante cenam ab adoleſcentibus, & diſcipulis ſciſcitabantur, quinam factitaſsent tota die & ſi nihil ea die boni egiſse, vel didiciſse comperiſsent, eos à cena & cibis eodem ſero arcebant.

10 Ocioſos, & ignauos iuuenes, Ciuitatum venena appellat Franciſcus Patritius in lib. de Inſtit. Reipublicæ.

11 Mendicantibus validis non dabantur annonæ inualidorum.

12 Validi mendicantes vitandi, & à Ciuitatibus, Prouincijs, & Regnis arcendi, ne ſub hac ſpecie mendicitatis & eleemoſynæ conquirendæ ſecreta Regni rimentur.

13 Coerceri, ac puniri debent, qui vt errones & tamquam mendici circumuagantes facili quæſtu & iniquo, eleemoſynam quærunt.

14 Robuſti homines eleemoſynam petere nequeunt, ne ipſis debilibus debitum panem auferant.

15 Mendicantes validi qualiter, puniantur, & num. 16.

16 Mendicantes ficti puniendi, & euitandi ſunt, & num. 17.

17 Mendicantes validi qui ſe fingunt fucatis coloribus inualidos,

lidos, tamquam fuci aculeati Rempublicam corrumpunt.

18 *Mendicantes validi qui dicantur, remiſsiue.*

19 *Vagabundi, qui appellentur.*

20 *Remitti, an, & quando poſsit delinquens in criminalib.*

21 *In Reguo Neapoli mendicantes validi, & vagabundi puniuntur pœna triremium ad remigandum in quinquennium, & num. 22. & 23.*

Intellectus Prag. incip. Alli meſi paſsati. Ducis Alcalæ locumtenentis Philippi II. Regis, quæ procedit etiam contra Neapolitanos, & num. 22.

22 *Pragmatica Intellectus. Incipien. Eſsendo coſa notoria, Ducis Oſsunæ, Locumtenentis Regis ſub titulo de vagabundis.*

A X I O M A.

Validos mendicantes, ocioſos, ac vagabundos è Ciuitate eijciunto.

1 Deus Optimus † Maximus fecit homi-
nem, vt operaretur, nec ocio torpeſce
ret, vt latiſſimè contra ocioſos, & de-
ſides, ſcripſi ad Bellugam, in Specu-
lo Principum, in Præfatione, vbi ſunt multa ad
hanc materiam exornandam. Vnde qui præeſt,
obſeruare debet, vt ſuos ſubditos deſides non ha
beat, deſidia enim, ac ocioſitas magnas opes di-
uitiasq. conſumit, & in paupertatem homines
adigit, quę maximorum malorum, & facinorũ
2 cauſa quandoque fuit. † Catilinam ad Coniura-
tionem contra patriam induxit egeſtas, licet no-
bilis eſſet, vt de eo Saluſtius in Catilinario. Po-
ſtremo omnes, quos flagitium, egeſtas, conſcius
animus exagitabat, hi Catilinæ proximi, & fami-
liares erant. Vnde dicit Eccleſiaſticus cap. 27.
3 † Propter inopiam multi deliquerunt. Et Salo-
mon Prouerbior. cap. 30. idcirco rogabat. Mendi
citatem (inquit) ne dederis mihi, ne egeſtate com
pulſus furer, & periurem nomen Dei mei. Et
4 ideo † pauper ſumptuoſe viuẽs apud Corinthios
puniebatur, vt ſcribit Alex. Sardus de Moribus
5 Gentium, lib. 2. cap. 31. Et † Plato de legib. Dia-
log. 11. inquit, Nullus in Ciuitate noſtra mendi-
cus ſit. Quicumque vero id tentauerit, victum-
que inexplebilibus precibus colligere cęperit, à
rerum venalium curatoribus è foro pellatur, ab
Aedili Magiſtratu ex Vrbe eijciatur, ex tota deni
que Regione ab omni Magiſtratu extermine-
tur. Ab Aegyptijs didiciſſe Solonem, quod apud
Athenienſes inertia, atque ocio viuentes in ius
vocabantur, inquit Diogenes in Solone, lib. 7.
6 Vnde interrogati, † Cleanthes, Menedemus, &
Aſclepiades quid eſſet, quod Philoſophiæ operã
nauarent, & nullæ illis eſſent facultates, nihilo-
minus ita ſe bene haberẽt, & eſſent tam robuſto
corpore, & validis viribus, illos autem euocaſſe
Molitorem, ac Hortulanum, & hos teſtimoniũ
perhibuiſſe, Menedemum, Cleãthem, & Aſcle-
piadem, Philoſophiæ dies continuos dependere,
ſed noctibus locare operas ſuas, & ipſorum ſin-
gulos à ſe duas drachmas ſaccipere, quibus diu
viuerent. Athenæus Diphnoſophiſt. lib. 4. cap.
vigeſimo, & libro quinto, capit. vndecimo. Eam
7 † autem legem Solonem Athenienſibus dediſſe
hoc modo deſcribit Prateius Solonis lege. 45.
Quiſq. apud Prouinciarum Præſides, vnde viuat,
quotannis demõſtrato, qui hoc nõ fecerit, aut ſe
viuere legitimè non demonſtrauerit, morte mul
tator. Quam legem ab Amaſi Aegyptiorum
rege mutuatum fuiſſe ſcribit Herodotus libro
primo, mitigando illam, quam vt à Dracone la-
tam ſcribit Plutarch. in lege Draconis 3. Apud
8 † Aegyptios enim omnes, ſcripta ſua nomina
ad Præſides Regionum mittebant, & ſimul quo
exercitio viuerent indicabant; qua in re, ſi quis
mentiretur, aut ſi iniuſto viueret quæſtu, in mor-
tis pœnam incidebat, vt ſcribit Diodorus Sicu-
lus, lib. 2. Lacon apud Plutarchum Apophteg-
mat. 131. cum à Mendico quodam pro eleemo-
ſyna extorquenda inſeſtaretur, non dabo in-
quit, quia eris pauperior, & qui primus tibi illam
dedit, tuæ huius inertiæ cauſa fuit. Aſſueſcere
enim à iuuentute oportet homines, ne deſidia,
& ocio marceſcant, ſed laboribus, artibus, ſcien-
tijs pro cuiuſque conditione incumbant. Quàm
9 † optime Philoſophi Indorum Gymnoſophiſtæ
voluptatum omnium contemptores, qui ante-
quam ſero cibos ſumerent, ab adoleſcentibus
ſciſcitabãtur, quid negotij illa die feciſſent, quid-
ne & boni didiciſſent, ac noui, & vbi nihil feciſſe
inueniebant, illos à cenaculo, & à cibis illa vice
excludebãt, vt ignauiæ, atque inertiæ, & ocij me
mores, alia die virtutibus incumberent. Quod &
10 probauit † Franciſc. Patric. de Inſtit. Reipublicę,
lib. 1. titulo 8. dicens iuuenes ocioſos, ac ignauos,
venena Ciuitatum eſſe.

Non immerito itaque Imperiali lege proui-
11 ſum extitit, † validis mendicantibus minime da-
ri populares annonas, quę dabantur inualidis, in
l. 1. C. de mendicantib. valid. lib. 11. quod & prohi
buit Iuſtinianus in Authent. de quæſtor. §. ſi verò
vitæ, cum §. ſeq. & proinde renouari à Magiſtra-
tibus Edicto pœnali perquam vtile erit, vt iſti va
12 gabundi, † & mendicantes validi, artem aliquam
minime exercentes, Vrbibus, Prouincijs, & Re-
gnis arceri, & in hoc negocia diligentiam adhi-
beri conuenit, ne ſub ſpecio eleemoſynæ conqui
rendę, Ciuitatum Prouinciarum, & Regnorum
ſecreta rimentur, ne inſuper, quæ debentur piè
homini verè mendico, detur illi, qui ſe mendi-
13 cum, & inualidum ſimulat; Turpe † enim ad-
modum eſt, illos qui manibus, ac artificio ſibi ali-
menta ac victum quærere valent, illa facili quæ-
ſtuandi arte, tamquam errones ſe tueantur, quos
coerceri, & puniri debere conſtat, c. 1. 82. diſtinct.
14 c. palce, 86. diſtinct. Robuſti † etenim homines,
eleemoſynam petere nequeunt, ne debilibus pa-
nem auferant, vt inquit Amanell. de claris aquis,
in Singul. 247.

15 Validos † mendicantes puniri ciuiliter quo ad
partẽ, & pęna extraordinaria p Rectorẽ Ciuitatis
voluit Bartol. in dicta l. vnica, in fine, C. de men-
16 dic. vali d. lib. 12. Eos † verò, qui fingunt ſe palli-
dos, fucatis coloribus, & ſe vulgo exhibent tam-
quam infirmos, cum non ſint, vt eleemoſynas ex
torqueant,

torc ueant, puniri tāquam falsarios voluit Lapus in Allegat. 18. incip. Qua pœna, arg. c. cum ex eo, de pœnis, & in cap. ex tuarum, vbi Glossa, in verbo beneficio, vbi plura optimè adducit Quinctilian.
17 Mandos. in Apostillis † Ab istis enim tamquam à fucis aculeatis omne genus sceleratorum hominum in Republica existit, vt post Platonem inquit Ioachimus Hopperus de vera Iurisprudē
18 dentia, lib. 6. titulo 16. in fine. Qui † autem dicantur mendicantes validi, declarat Petr. Rebuff. in Concor. Franciç, in Rubr. de Regia ad prælat. nominat. §. 1. in verb. mendicantibus.
19 Quo † uerò ad vagabundos qui dicantur, dicendum vagabundos appellari eos qui firmam, ac propriam habitationem non habent, quamquā in terris suis, vbi nati sint, habitationem, siue domos habeant, vagi tamen oberrant, vt post Accurs. Hostiens. Bartol. Duenn. & Damhouderium, dixi ad Bellugam in Speculo Principum, Rubr. 11. §. ex quo, in verf. Remissiones, col. 3. verf. quinto limita; & quod ibi scripseram, refert, ac probat Iacob. Menoch. de Arbitr. Iudic. quęst. lib. 2. Centur. 6. Casu 531. num. 2. 3. & 4. Et post, quam ego scripseram, & in publicum emiseram, in anno 1580. Tiberius Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 13. per totum, & cap. 19. num. 17. & 18. dicit, adeo odiosos vagabundos, & errantes, quòd vbique locorum conueniri poterunt, & ibidem tractatur per viginti duas conclusiones,
20 † an, & quando in materia criminali fiant remissiones ab vno loco ad alium, quod ego prius egeram vbi supra, per triginta, & vnam limitationes, & nisi opus meum impressum fuisset in dicto anno 1580. & opus illud Deciani in anno 1593. & sic per tredecim annos ante, ambigerem, ne me alieni laboris scripta vsurpasse aliqui contenderent, sed sicuti ego authorum omnium semper decorem, ac honorem seruare contendi, sic etiā credo virum illum grauissimum, fortè labores meos non vidisse, sed ex professionis simpatia eadem scripsisse, quæ & ego prescripseram. Ad quæ videndus est etiam Barthol. Cassanæus in consuetud. Burgund. Rubr. t. §. 5. in verbo, *Simple lar recin.* num. 14. verf. limita prædicta; & nouissimè Renatus Choppinus in consuetud. Andegauens. lib. 1. cap. 74. nu. 3. Xerxes è Persia quendam misit Athenas, vt qua posset taciturnitate, tractaret vt tentaret Spartanos, vt ab Atheniensibus deficerent, captus iste ab eisdem Atheniensibus, fuit vltimo supplicio affectus, vt narrat Aeschines contra Ctesiphontem, & Aristides in Panathenaica.

In Regno Neapolitano Edicta similia fieri pos
21 sunt, quia vagabundis, † nec artem aliquam continuò exercentibus, imminet pęna remigum ad quinquennium, vigore Pragm. incip. Alli mesi passati, facta sub die 27. Iunij. 1559. per Don Perafannum de Ribera, Ducem Alcalæ Proregem;
22 quam ampliauit † idem Prorex etiam procedere contra Neapolitanos, sub die 28. Septembris. 1560. sub titulo, de vagabund. Quas confirmauit Don Petrus de Giron, Dux Ossunæ, per aliam
23 eius Pragm. incip. † Essendo cosa notoria, sub die 20. Martij. 1586.

Si tamen aliqui mendicantes essent validi, & quæstum eleęmosynarum quærerent, essentq. à longe ab eorum Regionibus, vel casu absque pecunia, aut longum facientes actum peregrinationis, aliaue insta causa extra patriam, & a suis longe remotos omni auxilio destitutos, cum his optimus iudex considerabit personarum, habitus, regionis, ac qualitatum actiones, ex quibus metietur, an sit miseratione potius dignus, & suffragio, quam pęna.

CAP. XVII.

ARGVMENTVM.

Ex armorum portatione multa oriuntur mala; inde aliquibus casibus permissis, de cetero illorum portatio prohibenda erit.

COMPENDIVM.

1 *Armorum portatio legibus prohibita.*
2 *Edicta prohibitionis armorum fieri possunt à Magistratibus.*
3 *Arma deferens malum animum habere præsumitur, & de insultu, vel rixa suscitanda cogitare.*
4 *Lapides, fustes, & omnia quæ offendere possunt, in lege Iulia de vi publica veniunt appellatione armorum.*
5 *Quæ naturaliter apta ad offendendum inuenta sunt, armorum appellatione veniunt licet strictè.*
6 *Arma dicuntur, Archibusij, Enses, Spathæ, Lances, Pallæ plumbeæ, Mazzæ ferratę, Pugiones, & similia.*
7 *Loricæ, Scuta, & similia arma defensibilia de iure Digestorum ferri possunt.*
8 *Arma, etiam defensibilia absque Principis permissu deferri nequeunt.*
9 *Nobilibus arma portare an sit permissum sed vide numero* 10. 49. & 50.
10 *Rusticus arma sua solita deferre potest.*
11 *Arma rusticorum quæ sint ex Virgilio.*
12 *Iter facienti arma permissa num sint & num.* 13. & 14.
13 *Per transitum periculosum an arma portare liceat.*
14 *A latronibus quis se defendere potest.*
15 *Intellectus Const. Regni, Intentionis nostræ, Federici Cæsaris, & num.* 30.
16 *Nauigans, an arma possit portare. & num.* 17.
17 *Armis quis se tueri potest à pyratarum incursibus.*
18 *Milites, an arma portent. & num.* 19. & 20.
20 *Milites Hierosolymitani portant arma.*
21 *Familia Inquisitorum hæreticæ prauitatis defert arma, & serui entes illis.*
22 *Episcopus, an armatam familiam habeat.*
23 *Arma domi tenere an liceat? In Regno Neapolitano Archibusij parui, pugiones, & similia arma, nec domi teneri possunt.*
24 *Arma portare an liceat prouocatione, & num.* 25.

Intellectus

Intellectus legis, vnica, C. de venat. ferar. lib. 10. ſub eod. num. 24.

26 *Arma deputata ad commoditatem humanam, vt cultelli ad incidendum panem, carnem, & ad aptãdos calamos, an ſint prohibita.*

27 *Diſciplina prauis eſt poſita vt timore à malis patrandis facinoribus arceantur.*

28 *Arma deferri in aliquo loco prohibita, ſi modica mora intercedat, an incurrat quis Edicti pœnam.*

29 *Arma ſunt permiſsa Curialibus Principis, ac ſeruis, & familiaribus ſui primogeniti.*

30 *Federicus Imperator conceſſit Curialibus facultatem arma ferendi.*

31 *Famuli Magiſtratus Poteſtatis, & officialium an portent arma.*

32 *Armorum delatio pro occidendis bannitis eſt permiſsa.*

33 *Doctores, an arma portent? & an Doctores tantum actu legentes, & an Aduocati, & nu. 34. 35. & 36.*

35 *Aduocati militare dicuntur.*

36 *Scholares, an arma portare valeant.*

37 *Arma portare conniuentibus oculis permiſsa à Magiſtratu licet.*

38 *Arma ligata portare an liceat.*

Authoris opinio ſuper geſtatione armorum, ſub eodem, num. 38.

39 *Mulieres an prohibeantur arma portare.*

40 *Mulier non carceratur pro armorum portatione, ſed liberatur ſub fideiuſsoribus.*

41 *Clericis, an ſit interdicta armorum portatio.*

Arma clericorum ſunt orationes, & lacrymæ.

42 *Edictum prohibitionis armorum, an comprehendat forenſes.*

43 *Arma aſportare in palatio Principis an liceat, aut in præſentia Iudicis.*

44 *Edicti prohibitionis armorum pœna, an habeat locum in eo, qui tenet arma ante pedes, non in manu, & numero 45.*

46 *An debeat eſse captus cum armis, vel ſufficiat eſse viſum, & num. 47. remiſſiue.*

47 *Polidorus Ripa laudatur.*

48 *Iudex an poſſit eripere arma deferenti.*

51 *Fiſcone, an officiali arma prohibita quærantur, & numero 52.*

53 *Geſtationis armorum pœnæ plures.*

54 *Fabricationis.*

55 *Emptionis pro mercantia.*

Venditionis, ſub eod. num. 55.

56 *Itinerationis.*

57 *Offenſionis.*

58 *Euaginationis.*

59 *Inſultus.*

60 *Arma prohibita iudicantur ſecũdum modũ offenſionis.*

61 *Armati, qui verè dicantur ex Ciceronis definitione.*

62 *Æthiopum Arma.*

63 *Icthiophagorum.*

64 *Trogloditarum.*

65 *Balearium.*

66 *Galatarum.*

67 *Antiquorum.*

68 *Clypeorum inuentores quinam fuerint.*

69 *Tubalcaim armorum inuentor.*

70 *Arma optima apud Lydos.*

71 *De Armorum factura ſecundum Caſſiodorum.*

72 *Arma ab antiquis Herculi tributa, & quare.*

73 *Vulcanus, an fuerit armorum inuentor.*

74 *Qui arma non ſumeret à Solone punitus.*

75 *Reſpublica, an arma permittantur, difficile eſt ſoluere.*

76 *Viros armis pollentesq́, muros inexpugnabiles appellat Philo.*

77 *Ciues Romani an priuata arma habuerint.*

78 *Arma vbi depoſita tenebantur per Romanos.*

A X I O M A.

Arma aſportare abſtineto.



PRobatum eſt apud noſtros axioma
1 iſtud, † Armorum portationem legibus prohibitam, arg. l. vnicæ, C. Vt armor vſus, lib. 11. & per Iuſtinianũ in Authent. de Armis. Bartol. & Angel. in l. 1. ff. de vi publica. Ioan. de Platea, in §. Item lex Iulia, Inſt. de public. iudic. Angel. in tract. malefic. in verbo, vno ſtoccho, Corn. in conſil. 20. col. finali, vol. 3. Facchin. Controuerſ. Iuris lib. 10. cap. 5. & eſt traditio Communis omnium in iure noſtro ſcribentium, à qua recedere non licet; Quãquam ex his iuribus ſi rectè conſiderentur, hoc non probetur meo iudicio; relinquendo tamen hanc rem alibi, Deo dante, tractãdam, quantum attinet ad hoc Edictum prohibitorium portationis armorum, in hoc Regno Neapolitano pluribus eius iuribus prohibita ſunt, & cum illorum occaſione tot ſuccedant ſcandala, multaq. & innumerabilia patrentur delicta, committantur homicidia, inferantur vulnera, & mortes. His prudenti Magiſtratui per ſuum Edictum præca-
2 uere conuenit, & exageratione proſpicere, † quia fieri poſſunt Edicta prohibitionis armorum, vt per gloſſam in Auth. de Armis, in verſ. minores, quam dicit ad hoc ſingularem Maſuer. in Pract. tit. de Remiſſionibus, ſub num. 13. verſic. Item ſi
3 quis, cum verſic. ſeqq. Nam † deferens arma præſumitur habere malum animum, & cogitare de inſultu, vel rixa, Gloſſa in l. licet, C. de pact. & in §. mercator, in tit. de pace tenẽda Thom. Grammat. in Voto 24. num. 6. Marc. Anton. Blanch. in l. fin. ff. de quæſt. num. 237. & in Pract. Crim. §. viſis indicijs, num. 73. Hinc Petr. Rebuff. ad Conſt. Galliæ, tomo 1. in Proœm. Gloſſa 5. num. 107. dicit, Italos poſt prohibitiones armorum condẽnare ad tractus cordæ, quos ipſe dicit, all'Eſtrapada. Vt tamen hæc materia liqueat, faciendæ erunt declarationes aliquæ ex quibus fiet clarior.

Prima declatio ad hãc materiam, ea eſt, quod
4 in materia legis † Iuliæ de vi publica, armorum appellatione, attenta larga ſignificatione, veniũt lapides, fuſtes, tela, & omnia, quę nocere poſſunt, l. 3. §. armis, ff. de vi, & vi armata, l. armatos, vi publica, cum concordantibus, l. Armorum, 41. ff. de verborum ſignificatione. Adde pulchrè Gulielmum Furnerium ibi, quem poſtquã hęc
5 ſcripſeram vidi. Quia ſtrictè, non veniunt † niſi ea, quæ ad offendendum naturaliter inuenta ſunt, l. ſi pignore, 56. §. furem, ff. de furt. Bart. in d. l. armatos, Felin. in proœm. num. 10. Hippolyt. Bona-

Bonacoſſ.in quæſt.crimin.§.occiſor,in fine,Fran
ciſ.Hotom.in legib.12.tabul.fol.mihi 205. Ve-
6 niunt † itaque Archibuſij,Enſes,Spathæ,Lãceę,
Pallę plumbeę,Mazzæ ferratæ,Pugiones,& ſimi
lia arma inuenta ad offenſam.Ludou.Roman.in
l.1.§.occiſorum,ff.ad Sillan.Hippol.de Marſil.in
Pract.Crim.§.pro complemento,num.14.& 19.
offendens etiam cum Romphea,Manara Accet
ta, & ſimilibus,de quo Afflict.in Conſtit.Inten-
tionis,num.21.in Conſt. Si quis aliquem,num.
6.Ioan.de Arnon.Epit.18.& Epit.34.
7 Secundo declara † de iure Digeſtorum arma
defenſibilia portari potuiſſe,vt Loricas,Scuta,&
ſimilia, vt voluit Bart. in d. l.1.num.2.ff.de vi pu-
blica,Andr.Barbat.de Præſt.Cardinal. q.5.num.
23.Felin.in c.Ita quorumdam,num.2.de Iudęis.
Marcus Mantua,lib.6.Obſeru.54.quos refert,&
ſequitur Petr.Duen.Regula 55.num.1.
8 Tertiò declarandum videtur,† non licere etiã
arma defenſibilia portare abſque Principis per-
miſſione,de iure Codicis,vt in d.l.vnica, C.vt ar-
mor.vſus,lib.11. & habetur in c.1.§. ſi quis ruſti-
cus,de pace tenen.Marſil.in Pract.Crimin.§.pro
complemento,num.1.& per totum, Cardin.Pa-
riſ.in conſil.171.num.17.vol 4. Roland.à Valle,
in conſil.3.num.23.volum.2.Andr. Tiraquell.in
tract.Nobilit.q.20.num.69.
Quartò declara, ruſticis non licere arma por-
9 tare, † ſecus autem nobilibus, quibus permiſ-
ſum eſſe,per argumentum à contrario ſenſu no-
tatur in c.1.§.ſi quis ruſticus, & §.mercator,de pa
ce tenẽda. Ioan. Rainaud. in tractatu Nobilitat.
quæſt.7.principali,effectu 3.Petr.Rebuff.in Con
cord.Franciæ,tit.de collar.§.cum verò,in verbo,
Nobilitatis,verſ.Item arma, poſt Lucam de Pen
na,in dicta l.1.C. Vt armor. vſus. Contrarium ta-
10 men † poſt multos,quos allegat tenuit Andr. Ti-
raquell.de Nobilitate,cap.20.num. 67. cum plu-
ribus ſeqq. Et iſta opinio verior eſt. Petr. Plaza
Epit.delictor.lib.1.cap.8.num.15. quam opinio-
nem nouiſſimè ſequitur Iacobus Menoch. de
Arbitr.iud.quæſt.lib.2.Centuria 4. Caſu 394.nu.
11 28.cum duobus ſeqq.†Poteſt autem ruſticus de-
ferre arma ſua ſolita, vt poſt Bald. in d. §. ſi quis
ruſticus,voluit Barth.Veronenſ.in conſil. crim.
32.num.... & Iacob. Menoch. lib.2. Centuria 2.
Caſu 194.num. 75. arma tamen ruſticorum ſcri-
pſit Virgilius Georgicor.lib.2.dum ait:

Quandoquidem ſunt hæc duris agreſtibus arma,
Queis ſine nec potuere ſeri, nec ſurgere meſses,
Vomis,& inflexi primum graue robur aratri,
Tardaq. Eleuſinæ matris voluentia plauſtra,
Tribulaq. trabeq. & iniquo pondere raſtri,
Virgea præterea Celei,viliſq. ſupellex,
Arbutea crates,& myſtica vannus Iacchi.

Quos refert, & ſequitur Renatus Choppinus
de Priuilegijs Ruſticorum,lib.1.cap.7.num.5.
12 Quintò declara,† Arma permiſſa iter facienti
dicta l.1.ibi:Itineris,& dicto c.1.§.ſi quis ruſticus,
vbi Bald. dicit poſſe portari negotiandi cauſa,
13 & ſic viator poteſt arma portare, † maximè
cum tranſiturus ſit per loca periculoſa, vt poſt
Iacob.de Beluiſ.dicit Andr.de Iſern. in dicto §.ſi
quis ruſticus,num.7.& 9.Cardin. Alexandrin.in
eodem c.1.§.mercator. verſ. Quid autem in non
14 mercatore. Ea † cauſa legitima eſt,vt ſe à latro-
nibus, ac delinquentibus defendat, argum. l.vt
vim,ff.de iuſt.& iure,& voluit Alex.ad Bart.in d.
l.1.ff.de vi publica.Marſil.in Pract.Crimin.§.pro
complemẽto,ſub num.4.Marc.Anton. Blanch.
in Pract.Crimin.§. ſecunda pars defenſionis,nu.
38.Petr.Duen. Regula 55.limita 8. Roland. in
conſil.3.num.1.2.& 34.vol.2. Thomas Gramm.
in conſil.crimin.43.num.4. Amodeus Iuſtinus
de Syndicatu,in Proœm.num.89.Ioſeph.Ludou.
in Deciſ.Peruſina 31.num.5. Barthol.Bertaz.in
conſil.192.num.14.volum.primo.Cum his vide-
15 tur concordare † in Regno Federici Imperato-
ris Conſtitutio,incipiens. Intentionis noſtræ,ibi:
cum ipſos extra loca,quę inhabitant pro agendis
ſuis equitare contigerit. Sed loquitur in militi-
bus,vt poſtmodum dicam.
16 Sexto, † eum qui nauigat poſſe arma portare,
notatur in dicta l.1.ibi:vel nauigationis,ff.de vi pu
blic.Petr.Duen.in dicta Regula 55.limit.2.Quo-
17 modo † enim ſine armis quis poſſet à piratarum
incurſibus ſe tueri? cum ſint hoſtes Chriſtianæ
fidei,& ipſo iure diſſidari; Authen. Nauigia,vbi
Bald.C.de furt.
18 Septimo declara, permiſſam † eſſe delationẽ
armorum militibus,arg.l.iubemus, la prima, C.
de prox.ſacri cubiculi, lib. 12. voluit Matth. de
Afflict.in Conſt.Intentionis, nu.39.Petr. Duen.
in dicta Regula 55.lim. 5. allegant ambo Bald.in
19 c.1.quid ſit inueſtitura, dicentem, † militem ar-
ma portando rem illicitam non facere, vbi hoc
20 Bald. minimè dicit. Quod facillimè † procedit
in militibus Sancti Ioannis Hieroſolymitani,
Gloſſa 1.in fine,in c.duo ſunt, 11.q.1. Bertaz.in
conſil.crimin.192.num.13.vol. 1. & milites non
erunt.
21 Octauò declara, † deferre poſſe arma familiã,
& ſeruos Inquiſitorum hæreticæ prauitatis, nec
prohiberi poſſunt à Iudicibus ſecularibus, aliàs
punirentur vti turbatores eiuſdem Sanctiſſimi
Officij,vt in Clem. 2. §. finali,de hæretic. Gloſſa,
& Ioan. Andr.in c.ſtatutum,de Hæretic.in 6.Ber
nard.Comenſ.in Lucerna Inquiſitor,§. Inquiſi-
tor,num. 14. Gundiſſaluus Villadiego de Hære-
tic.q.11.num.15.& ſeq.Iacob. Simanch.de Ca-
tholic.Inſtit.titulo 41.num.15. Latè poſt Eyme-
ric.in Direct.Inquiſit.parte 3.quæſt.56.Franciſc.
Pegna,vbi latè concludit, Inquiſitionem hære-
ticæ prauitatis poſſe tenere familiam armatam.
22 An autem hoc procedat in Epiſcopo,vt ipſe ar-
matam familiam habere poſſit, dixi in conſil....
Centuria 2.
23 Nonò, † permiſſum eſt teneri arma domi, ex
communi vſu,vt dicit Iul.Clar.in Pract.q.82.nu.
30.Sed contrarium habetur in d.l.1.ff.ad leg.Iul.
de vi publica. Et in hoc Regno, arma prohibita,
Pugiones,Archibuſij parui, nec domi teneri poſ
ſunt,& grauis imminet pœna;alia vero arma do-
mi tenere licet;de quo tormẽto paruo vide Vin-
cent.de Franch.in Deciſ.379.
24 Decimò declara, † licitum eſſe portare arma
cauſa venationis,vt in dicta l.1.ff.ad leg. Iul. de vi
publica.Matth.de Afflict. in Conſt. Intentionis,
num.

numero quinto, verſic. Quintus caſus Et hoc an
rea dixerat: Marin. de Caramanet. in Gloſſa ibi,
in verbo, deferre, & ibidem Andr. de Iſern. ſed
Afflict. vbi ſupra, dicit, ſe valde mirari, quod in l.
vnica, C. de venat. Ferar. lib. 10. nihil dicatur de
portatione armorum, & hanc admirationem fa-
cit poſt ipſum Petrus Duenn. in dicta regula 55.
25 limitat 1. ſed deſinant mirari; quia † permiſſa oc
ciſione, videtur permiſſum genus armorum,
quo poſſit quis vti, niſi quis forte intenderet, vt
ibi, Leonem occidere pugne. Tamen in caſu ſi-
mili in exeundo, & introeundo in Ciuitatem pręe
ſertim cum Archibuſijs, non arbitror permitti,
niſi ipſis exoneratis.

26 Vndecimò, † declara non procedere in armis,
quamuis acutis, tamen deputatis ad commodi-
tatem humanam, puta in cultellis paruis, ad inci-
dendum panem, carnes, & ſimilia, vel ad aptan-
dos calamos pro ſcribendo, gloſſ. in §. ſin autem,
in verbo, minores, in Authent. de armis, & in ru-
brica C. de Fabricenſib. lib. 11. in fine Angel. in
dicta l. ſi pignore, §. qui furem, & in dicta l. 1. ff. de
vi publ. Lud. Roman. in dicta l. 1. §. occiſorum, ff.
ad Sillan. Panorm. in c. clerici, de vita, & honeſt.
Clericor. Hippolyt. de Marſil. in dicto §. pro cō-
plemento, ſub num. 17. poſt Ioan. de Anania, in
c. lator, circa princip. de Homicid. Alexand. ad
Bartol. in dicta l. 1. de vi publica. Catellian. Cotta,
in Memoral. in verbo Armorum, & Ioan. de Ar
nouo Soliloq. 71. Corn. in conſil. 77. volum. 2.
Ioan. de Platea, in l. vnica, C. vt armor. vſus libro
10. Angel. de Aret. in dicto verbo, vno ſtoccho.
Ferdinand. Vaſquez de ſucceſſ. reſolut. §. 7. num.
36. parte 2. Sebaſtian. Medic. de regul. iur. regu-
la 5. Ampliatione 1. num. 13. Franciſc. Marcus
in deciſ. 4. num. 13. volum. 2. Franciſ. Viuius com
mun. opinion. 763. Et licet Bart. in dicta l. 1. ff. ad
leg. Iul. de vi publica uideatur tenere cōtrarium,
qua ſi cum ijs fieri poſſit offenſio, tamen intelli-
gi debet, quod ſi quis cum cultello paruo, occi-
deret, vtique tunc ex poſt commiſſo delicto, vl-
tra pœnam delicti, tenebitur pœna edicti prohi-
bentis arma, & ſic ante delictum non cenſetur
prohibitus cultellus paruus. Sed in hoc Regno
prohibiti ſunt, cum & ijs homicidia commiſſa
extiterint, tamen Magiſtratus Regij in homini-
27 bus bonæ famæ conniuent oculis, † diſciplina
enim prauis poſita eſt, vt timore arceantur à ma
lo. Franciſc. Marc. in dicta deciſ. 4. numero 13.
volum. 2.

Duodecimò, cum ſupra in quinta declaratio-
ne dixerimus de itinerantibus, ac iter agentibus,
declarandum eſt, quod etſi per tranſitum, quis
28 † modico tempore, ac modica mora in loco per-
ſiſteret, non idcirco pęna edicti contra aſportan-
tes tenebitur. Hippolyt. de Marſil. in term. l. fin.
num. 156. ff. de iuriſd. omn. iud. & in conſil. 136.
num. 13. volum. 2. & ideo Franciſc. Butſat. in cō-
ſil. 141. num. 16. & 17. volum. 2. & in conſil. 331.
num. 37. volum. 3. defendit imperitum de armo
rum portatione: quia modico interuallo re-
nuerat arma prohibita. quam refert, & ſequitur
Claud. Bertazol. ad Patrem, in conſil. Crimin.
217. ſub num. 1. in verſic. Arma, volum. primo.

29 Decimotertio, † permiſſa eſſe arma Curiali-
bus Principis illiuſq. Primo geniti ſeruis, & fami
liaribus eſt ſine ambiguitate, ita vt fatuum videa
tur de hoc dubitare dicta l. fin. C. de præpoſ. Sacr.
cubic. lib. 12. Petr. Duenn. in dicta Regula 55. li-
mit. 6. Reges noſtri faciunt priuilegia familiari-
bus, etiam non actu ſeruientibus in Curia, qui
gaudent priuilegio portationis armorum. Idem
30 in hoc Regno declarauit latius † Federicus Im-
perator in dicta Conſtitut. Intentionis, §. curiali-
31 bus; † quod procedit etiam in famulis Magiſtra-
tus, & Poteſtatis, atque Officialis, vt dicit Hip-
polyt. de Marſil. in dicto §. pro complemento,
num. 5.

32 Decimoquarto declara † permitti arma pro
occidendis Bannitis vt poſt Lud. Roman. in l. 3.
§. vtrum, ff. ad Senatuſconſult. Syllan. voluit idē
Marſil. in dicta pract. §. pro complemento, ſub
num. 4. Afflict. in dicta Conſt. Intentionis, num.
11. & ante ipſum Nellus in tract. Bannitor. parte
2. ſecundi tempor. quæſt. 48. Marſil. in pract. cri-
min. §. pro complemento, nu. 4. Iacob. Menoch.
de Arbitrar. Iud. quæſt. Caſu 394. num. 73.

33 Decimoquinto, declara † Doctores arma por
tare poſſe voluit Bartol in l. medicos, num. 1. C.
de profeſſ. & Med. lib. 10. vbi dicit familiam Po-
teſtatis non poſſe ſcrutari Doctores ſuper armis,
quod & voluit Bonus de Curtili, in tract. Nobili-
tatis, parte 5. num. 72. Petr. Duen. in dicta regula
55. Limit. 7. Ludouic. Bolognin. in Authent. ha-
bita, num. 164. C. Ne fil. pro patre, Ioan. de Anan.
in rubr. de Magiſt. num. 11. Petr. Plaza in Epit.
delictor. cap. 8. num. 14. Nicolaus Boer. in l. con-
ſentaneum, num. 126. C. quomod. & quando Iu-
dex. Tiraquell. de Nobil. cap. 20. num. 68. Matth.
de Afflict. in dicta Conſtitut. Intentionis, num.
19. Iacob. Benius de Priuileg. Iuriſconſultor. par-
te 2. Priuileg. 45. num. 2. & licet Bartol. in dicta l.
34 medicos, dicat, Priuilegia illius legis † non com-
petere niſi Doctoribus actu legentibus, non au-
tem Aduocatis; tamen contra eum tenuerunt
Paris de Puteo, in tract. Syndic. in verbo manda-
uit Rex, Ripa, in Reſponſo 168. Franciſc. Aretin.
in conſil. 94. in princip. Guido Papa, in deciſ. 385.
Et in ſpecie in Aduocatis poſſe arma portare,
35 quia ſicuti militibus permittitur, † ita, & aduoca
tus, cū militare dicantur, l. Aduocati, C. de Ad-
uoc. diuer. iudic. Petr. Duen. & Benius in locis,
36 allegatis. An † autem hoc permittatur ſcholari-
bus, vide Horat. Lucium, de Priuileg. ſcholar.
Priuileg. 5. in fine.

37 Decimoſexto, declara, † non teneri ad pęnam
portationis armorum illum, cui officialis conni-
uentibus oculis, & per diſſimulationem licen-
tiam dedit, cum expreſſim hoc facere prohibea-
tur, vt in dicta l. finali, C. de Fabricenſ. lib. 10. de
quo poſt Bald. & Ludouic. Roman. in rubr. C.
qui admitti. Hippolyt. in dicto §. pro complemē-
to, ſub num. 4. & 6.

38 Decimoſeptimo declara, † non prohiberi quē
portare arma ligata, Andr. de Iſern. in dicto, §. ſi
quis ruſticus, num. 9. vbi Cardinal. Alexand. di-
cit, ideo conſueuiſſe portātes ſicam ponere ali-
quid in capite illius vt vidi ego apponi quædam
coria,

coria, siue soleas. Sed ego inspicerem qualitatē
portantis, quia posset esse homo dolosus, & in de
ferente ensem, siue Spatam istud admitterem,
quia aliàs quis posset vti fraude, & portare tres,
aut quattuor, & plures Archibusios ligatos, q de
facili solui possent, & fieret fraus edicto, & prohi-
bitioni. De armis quæ ligata asportantur scribit
etiam Catellian. Cotta in Memorial. in l. Arma.
Afflict. in dicta Constit. Intentionis, num. 10.

Decimooctauò declara, Edictum armorum
39 † portationem prohibens, comprehendere mu-
lieres. Franeisc. Viuius in Commun. Opin. 283.
Emanuel Suarez in Thesauro Recept. sentent.
§. mulieres, num. 252. Marian. Nepos, in consil.
3. num. 19. volum. 1. Anton. Gabriel. lib. 6. tit. de
40 verbor. signific. conclus. 6. num. 37. † Sed eo casu
non debet incarcerari mulier, sed liberanda est
sub fideiussorib. aliàs Officialis teneretur in Syn-
dicatū actione iniuriarum, vt dicit Felin. in c. le-
gebatur, num. 1. de maior. & obed. Ioan. de Ar-
non. commentar. 70. & Hippolyt. Bonacoss. in
quæstion. crim. §. fideiussor. col. 5.

41 Decimononò, declara, in † prohibitione ar-
morum, & clericos comprehendi, quorum ora-
tiones, & lacrymæ arma esse debent, c. cōuenior,
23. quæst. 8. c. clerici, de vita & honest. cleric. Cle-
men. 1. eod. tit. dixi plenè ad Bellugam in Specu-
lo Principum, Rubr. 11. §. dubitatur, in versic. Ar-
morum, vbi complures idem tenentes allegat, &
scripta mea refert, & alijs corroborat. Petr. Ce-
ned. Collectan. Iuris Canonici, cap. 7. num. 1. par-
te prima, ad materiam. Ioan. Cephal. in consil.
151. num. 6. vol. 2. Marc. Anton. Natta in consil.
600. sub num. 30. volum. 3. Barth. de Cassanæo,
in Consuetud. Burgūd. Rubr. 1. §. 5. num. 79. Ioā.
de Platea, in §. Item lex Iulia, colnm. 3. Instit. de
public. iud. Ioan. Lecerier. de primogen. lib. 1. q.
24. num. 47. & 48. & plenè Petr. Cened. Collect.
Iuris Canonici 7. parte prima, & plenius ego di-
xi de Regis Catholici pręstantia, cap. 71. num. 45.
cum plurib. seqq. Ioan. Sotteall. in Summa Pon-
tifical. §. Arma. Mantua Dialog. Denar. Class. 5.
cap. 52. num. 6. Rolan. à Valle, in cons. 37. num. 1.
volum. 4.

42 Vigesimo declara, in † Edicto armorum pro-
hibitorio, comprehenduntur & Forensis. Hip-
polyt. Bonacoss. in quæst. crimin. §. Forensis, in
fine, Petr. Plaza, in Epit. delictor. in dicto cap. 8.
quod procedit in Forensi habitatore loci, vbi
adest prohibitio, vt declarat Iacob. Menoch. in
consil. 74. per totum, volum. 1.

43 Vigesimoprimò declara, eos, qui arma † por-
tare possunt, non admitti ad illa portanda in Pa-
latio Principis, vt dicit Bald. in dicto §. si quis ru-
sticus, nec etiam coram iudice, vt post multos di-
cit Hippolyt. in dicto §. pro complemento, num.
7. & 8. Sed neutrum vidi obseruari, sed quando
portans arma, de aliquo maleficio esset inquisi-
tus tunc id sibi in his locis non licere dicerem;
Videndus tamen est Iacob. Menoch. in dicto
Casu 394. num. 38. cum pluribus seqq. Qui alle-
gat post Tiraquell. in dicto cap. 20. num. 72. Illud
Charondæ Thuriorum Principis, qui seipsum
occidit, quia in concionem armatus incesserat.
Quod, & ego ante retuleram de compromiss. in
præfat. num. 6.

Vigesimosecundò, declara non procedere
44 † Edicti pœnam contra illos, quorum pedibus
vicina sunt arma, cum eorum non præsumman-
tur, & ex alijs probat Alber. in 2. parte statutor.
quæst. 121. quem sequitur Barbat. de Card. legato
à latere, quæst. vltima, num. 24. & 25. Sed contra-
rium tenuit Menoch. in dicto Casu 394. num.
43. & pluribus seqq. quem sequitur Polydor. Ri-
pa in tractatu der Nocturno tempore, capit. 8.
45 num. 40. Ego † tamen quo ad pęnam Edicti ar-
morum delationis statuerem, quia sumus in pœ-
nalib. & in criminalib. quod ista pręsumptio, etsi
sit validissima, non tamen, sufficeret ad condem-
nationem, cum in ea debeant esse probationes
luce, vt aiunt, meridiana clariores, l. sciant cūcti,
C. de probat. Quo vero ad aliquod vulnus forte
illarum, vel homicidium patratum, tunc esset
sufficiens torturæ indicium, & ita distinguerem,
quia aliàs opinio Alberici esset tutior; sed aliter
distinguit Marsil. in dicto §. pro complemento,
num. 28.

46 Vigesimotertiò declara, † non esse locum pę-
nę huius Edicti prohibitionis armorū, nisi quis
fuerit captus cum armis, cum non sufficiat fuis-
se visum, vel inuentum, non tamen captum, vt
dicunt Bartol. & Ang. in dicta l. 1. ff. ad leg. Iul. de
vi publ. Bartol. in l. si Barsatoram, C. de fideiuss.
idem Bartol. Alexand. & Bartholom. Socin. in l.
3. §. Neratius, ff. de acquir. possess. Nellus, de San-
cto Geminiano, in tract. Bannitor. in secunda
parte 2. temporis, q. 48. Iul. Clar. in Pract. crimin.
q. 82. Statuto 6. num. 24. vbi plures allegat. Petrus
Plaza in Epitome delict. lib. 1. cap. 8. num. 19. Ve-
47 rum quia † hæc controuersia in multas, easq. di-
uersas scinditur opiniones, quas conciliare, vel
declarare debuissem, nihilominus abstinui, quia
hanc ipsam optimè agitauit Polydorus Ripa de
Tempore nocturno, cap. 8. num. 7. cum pluribus
sequentibus, ad ipsum distinctè tractantem me
referens subticeo. Et Bonacoss. in quæst. crimin.
§. inuentus, in princip. quibus adde Felinum in c.
cum non ab homine, num. 6. de indic. Corn. in
consil. 20. vol. 3. Bart. Cassanæum in Consuetud.
Burgund. Rubr. prima, §. 1. in versic. *Aduennes, & trouuees*, num. 1. cum plurib. seqq. Rolan. à Valle,
in consil. 75. num. 28. vol. 2.

Vigesimoquartò declara, quod, etsi Edictum
de hoc armorum genere loqueretur, non tamen
48 loquatur de armorum perditione, tamē † Iudex
potest ei arma deferenti eripere. Ita Bald. in di-
cto §. si quis rusticus, num. 1. Alex. ad Bart. in d. l.
prima, ff. ad leg. Iul. de vi publica Hippolyt. de
Marsil. in dicto §. pro complemento, num. 11. &
12. Matth. de Afflict. in dicta Const. Intentionis,
num. 26. vbi Thom. Grammat. num. 7. & Ita di-
cunt vsu hodie seruari. Sed est animaduerten-
dum, quod Bald. in d. §. si quis rusticus, nu. 8. &
ibidem Alexandr. dicunt, rusticum portantem
arma illa perdere, & ita etiam Ludou. Romanus
49 in Singul. 263. incip. Prohibitū est arma. Et † sic
non loquūtur de nobili, sed indistinctè videmus
50 seruari contrarium, quia † siue nobilis is sit, siue

rusticus

rusticus qui arma portat officiales ipsos spoliant, & talia arma aliqui dicunt acquiri Fisco, alij Officialibus. Fisco dari voluit Iacob. Aluarot. in dicto §. si quis rusticus, & Thommas Grammat. in dicta Constit. Intentionis, num. 17. & potest comprobari per text. in dicto §. si quis rusticus, vbi dicitur, quod iudex in cuius potestate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti solidos pro ipsis recipiat à rustico. Quo vero ad Officiales, in viridi
51 obseruantia video, non † fisco, sed Officialibus illa tribui, & sic omnes supradicti Doctores tradidere. Caue etiam ab Accursio in dicto §. si
52 quis, in fine, † dum dicit, perdere debere portantem arma, & viginti solidos, exponens, pro vel, (&) vt debeatur vtrumque: quia textus ibidem confundit suam opinionem, dum dicit (pro ipsis.)

Notandum tamen erit, quo ad arma plura delicta considerari, pluresq. effectus ex illis sortiri,
53 & ideo † diuersas etiam pœnas ex illis progredi pro qualitate delicti, videlicet, pro portatione, de
54 qua loquuti fuimus; de † fabricatione, de qua in Authent. de Armis, & in Rubr. C. de Fabricens.
55 lib. 11. † De emptione illorum pro mercimonijs, de quibus in dicta Authen. De Armis, in princi-
56 pio, de venatione, vt supra diximus. † De itinere,
57 & vt defendatur, vt in dicto §. Mercator, † De offensione cum armis, de qua plenè Andr. de
58 Isern. in dicta Constitut. Intentionis. De † extractione, siue euaginatione armorum, Lud. Rom.
59 in l. 1. §. occisorum, ff. ad Sillan. † De insultu cum eis, percussione, vulnere, vel morte illata, & ita
60 constitutæ sunt diuersæ pœnæ. † Et sic iudicantur arma prohibita, secundum modum offensionis, siue fustes, siue lapides fuerint, cum quibus ostensio facta fuit; super qua re proferam, quod elegantissime, vt semper dicit Cicero, in Oratione pro Aulo Cecinna. Quid dicemus? inquit
61 armatos † si Latinè loqui volumus, quos appellare verè possumus? opinor eos, qui scutis, telisq. parati, ornatisq. sunt. Quid igitur si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris, iussusq. sis, quem hominibus armatis dejeceris, restituere, restituisse te dices? verba si valent, si causæ, non ratione, sed vocibus ponderantur. Me authore, dicito, vinces profectò non fuisse armatos eos, qui saxa iacerent, quæ de terra ipsi tollerent, non esse arma cespites, neque glebas, non fuisse armatos eos, qui prætereuntes ramum defringerent arboris; Arma esse suis nominibus, alia ad regendum, alia ad nocendum, quæ qui non habuerint, eos inermes fuisse dices; Verum siquidem erit armorum iudicium, tum ista dicito. Hæc & alia multa, quæ sequuntur, Cicero. Indicantur etiam Arma secundum regio-
62 num mores. † Hinc Aethiopes arma ferût, scuta ex corio crudo bouis, hastas paruas præacutas, sudesquandoque ligneos, arcus quattuor cubito-
63 rum. † Ichthiophagi caprarum cornua gerunt
64 præacuta. † Troglodıtæ scutum rotundum ex crudo similiter bouis corio, clauam ferratam, arcus, lanceasq. gerunt, quorum meminit Dio-
65 dorus Siculus, lib. 4. † Balearium Insularum habitatores, fundas exercent. Idem Diodor. lib.
66 sexto, vbi etiam asseruit † Galatas iaculis bellare, quæ illi, lanceas nominant, ferro cubiti, aut amplius longitudinis, paulo minus duobus palmis lato. Varij etiam in his faciundis, ac geren-
67 dis vsus. de Antiquis † autem armis ita Lucretius.

Arma antiqua manus, vngues, dentesq. fuere,
Et lapides, & item Siluarum fragmina, rami.
Posterius ferri vis est, ærisq. reperta,
Et prior æris erat, quam ferri cognitus vsus.

68 Clypeos † inuenisse Prætum, & Acrisium, siue Chalcum Athamantis filium; Loricam Mydiam Messeninm; Gladium, Galeam, & Hastã Lacedęmonios; Ocreas, & Cristas Cares; Arcũ & Sagittam Scythem Iouis filium, vel Sagittam Persen Persei filium; Lanceas Aetolos; Iaculum cum amento Aetolum Martis filium; Hastas velitares, Pilumq. Tyrrhenum; Securim Penthasileam Amazonem; Venabula Piseum; Scorpionem Cretas; Catapultam Syros; Ballistam, & fundam Phoenicas, Testudines Arthemonem Clazomeninm; Equum, siue Arietem Epeum ad Troiam, vt meminit Plin. lib. 7. cap. 56. Quia tamen de inuentoribus rerum semper apud me fuit perquirenda veritas, locus hic me admonet, vt iudicium meum non proferam, sed hoc tan-
69 tum, † Tubalcaim Sellæ filium, de stirpe Caim fuisse malleatorem, & fabrum in cunctis operibus æris, & ferri, habetur Genes. cap. 4. illum idcirco militarem rem egregiè tractasse, & æris artem primum inuenisse scripsit Iosephus Antiquitat. Iudaicar. lib. 1. capite secundo. Optima
70 † verò arma fuisse apud Lydos, & optimas illorum temperaturas Chalibeam, Sinopicam, Lydiam, Laconicam, Noricam, & Corinthiacam retulit Nicolaus Leonicus variæ Historiæ libro
71 primo, cap. 97. Hinc † de Armorũ factoribus ita loquitur Cassiodorus Variarum libro septimo, capit. decimooctauo. Arma (inquit) bene construere, est salutem velle omnium custodire, quia prima facie ipsis terretur inimicus, & incipit animo cedere, si se cognoscit similia non habere. Erpost pauca inquit, Opus, quod mortem generat, & salutem, interitus peccantius, custodia bonorum, contra improbos necessarium semper auxilium. Hoc primum Phoroneus Iunoni dicitur obtulisse, vt inuentum suum numinis (vt putabat) auspicio consecraret. Hæc in Bello necessaria, in Pace decora sunt; hæc denique imbecilles, fragilesq. mortales cunctis belluis efficit fortiores. Ita Cas-
72 siodorus. † Herculi ob suam virtutem ab illis Dijs simulatis, & fictis, hæc arma tributa fuisse, & ornamenta, honoris, & decoris ergo, à Pallade Peplum, à Vulcano Clauam, & Thoracem, à Neptuno Equum, à Mercurio Ensem, & Apolline Arcum, scribit Dio-
73 dorus libro quinto. Quamquam † æris, ferri & similium inuentorem faciat Vulcanum idem Diodorus lib. 6.

74 Apud Athenienſes † Solon lege cauit, vt qui
arma non ſumeret grauiter puniretur, vt è no-
ſtris author eſt Marcus Mantua, Dialog. Hiſte-
rolog. Claſſe prima, cap.6.num. 5. Ne Reſpublica
diſſenſionibus laboret, quibus ſępiſſimè lædi ſo-
let, l. ſi quis ingenuam, §. In ciuilibus, ff. de captiu.
75 & poſtlim. reuerſ. qua in re † an arma in Republi-
ca permittenda ſint ſubditis? difficilè, ac certo cõ
ſtitui non poteſt, Ariſtoteles enim Politicor. lib.
7. c. 8. ad tuendum imperium, & detrectantes co-
ercendos, & vim extrinſecam propulſandam ar-
mis inſtructos eſſe debere cenſuit. Id tamen ſa-
76 nè intelligendum. Nam, etſi † viros, armiſq. flo-
rentes copias, inexpugnabiles muros appellaue-
rit Philo Iudæus, de Vita Moſis, lib.1. hunc autẽ
intelligi oportet, vt militum copiæ, & ſocietates
armatæ ſint, & Ariſtoteles ibidem loquitur, vt
Rerumpublicarum præſides ſint armis referti,
atque inſtructi. Sed non ita de ſubditis, vt ſuo
Marte arma habeant, & in rebus publicis ſeditio
nes, & in Regnis tumultus excitari faciliter poſ-
ſunt, armati enim viri, & audaciores, & inſolen-
tiores fiunt, ad iniuriam inferendam, ad cędes pa
trandas promptiores, quamquam aliter cenſeat
Auguſtinus Niphus de Regnandi peritia, lib.2.
c.13. cuius controuerſiã, hic non eſt locus aptus
77 diſcernere. Cum videam † Ciues Romanos
78 olim arma priuata non habuiſſe, ſed † publica in
Rupe Tarpeia tenuiſſe condita, & conſeruata, &
vbi erat exercitus deducendus, & milites arman
di, inde capiebantur, vt eſt teſtis Vuolphgangus,
Lazius in Reipubl. Romanæ Commentar. lib.4.
cap.6.

CAP. XVIII.

ARGVMENTVM.

Album, in quo Edicta ſunt poſita, ſer-
uandum eſt; Quod erat Prætorum
Album; quod aliorum apud Roma-
nos, plenè declaratur.

ARGVMENTVM.

1 *Album Pontificum, Decurionum, Prætorum & Iudicum apud Romanos, quod erat, & num. 5.*
2 *Album Pontificum quodnam erat, & num. 3.*
4 *Pontifices rerum geſtarum memoriam ſcribi faciebant, eaq. ſcriptio annalium nomine donabatur.*
6 *In Albo Prætorum ponebantur Edicta, quib. demonſtrabatur illo anno, quod ius illo anno & quinam dicturi eſſent.*
7 *Album Iudicum quodnam erat.*
8 *Album Senatorum quod.*
9 *Album Senatorum ab Octauio Auguſto primo inſtitutum.*
10 *Album Decurionum quod.*
11 *Senatores ante Gracchorum tempora, ſed Decuriati, iudicabant, non ipſi Senatores, & num. 12.*
13 *Magiſtratuum omnes Decuriæ ſcripta erant. & nu. 14.*
15 *Album Citharędorum.*
16 *Pictatium fuit dictum Album.*
17 *Pictatium appellatur locus, in quo ſunt ſcripta Matrimonia, Baptiſmata, & alia.*
18 *De Albo qui ſcripſerint, remiſſiuè.*
19 *Corrumpentis Album pęna, & num. 20. & 21.*
Intellectus, l. ſi quis id quod, ff. de iuriſd. om. iud. eod. n. 19.
21 *Contra corrumpentem Album datur actio popularis.*
22 *Edictum de corrumpente Album, locũ habet contra amouentes, lacerantes, vel abſcondentes ſcripturas poſitas in portis, ac valuis Eccleſiarum, Palatij, vel aliorum locorum publicorum.*
23 *Edictum de corrumpente Album, an ſibi locum vendicet in eripiente, vel deturpante, imagines, vel arma picta, ac ſimilia.*

A X I O M A.

Edictorum Album ne corrumpito, neue
deturpato.



APud Romanos, Album erat Pontifi-
cum, Album Decurionum, Album
Prætorum, & Album Iudicum, Græ-
1 ci λεύκωμα appellant, erat † enim vel
tabula, vel locus Gypſatus, & de albedine confe-
ctus vt ſcriptura, quæ ibi fiebat, omnibus innote-
ſceret, Matriculam, & Pictatium aliqui voca-
uere, qua de re Franciſc. Duaren. Anniuerſ. Di-
ſputar. lib.1. cap.48. & dicam infra.
2 De Pontificum Albo † meminit Cicero de
Oratore lib. 2. dum ait, erat hiſtoria, nihil aliud
quam Annalium cõfectio, cuius rei, memorięq.
publicæ retinendæ cauſa, ab initio rerum Roma
narum, vſque ad P. Mutium Pontificem Maxi-
mum, res omnes ſingulorum annorum litteris
mandabat Pontifex Maximus, efferebatq. in Al-
bum, & præponebat tabulam domi, poteſtas vt
eſſet populo cognoſcendi; hi inter annales Maxi-
mi nominantur. Hæc Cicerò. Vnde Liuius lib.1.
3 † Ancius Martius longè antiquiſſimum ratus, ſa-
cra publica, vt à Numa inſtituta erant, facere, om
nia ex Commentarijs Regis per Pontificem
Maximum in Album relata. Et idem ferè di-
cit lib.6. De quo, & Macrobius lib. 3. Saturna-
4 liorum, cap. ſecundo, in fine. Pontificibus, in-
quit, permiſſa eſt poteſtas, memoriam rerum
geſtarum in tabulas conferendi, & hos Anna-
les appellant equidem maximos, quaſi à Pontifi-
cibus Maximis factos. Qua de re Alexander ab
Alexand. Dierum Genialium libro ſecundo, ca-
pitulo octauo, vbi inquit. Eumdemq. Põtificem
Maximum ſingulorum annorum res geſtas, &
memoratu dignas, diurnis actis mandare litteris
illaſq. non ſolum monumentis tradere, ſed in
albo proponere, & referre, vt populo ex
ſcribendi poteſtas fieret, ſolitum eſſe tradi-
tum eſt.
5 De Prætorum † verò Albo, meminit Vlpia-
nus in l. ſi quis id quod, ſeptima, In princip. Paulus
in l. ſi familia, 9. ff. de iuriſd. omn. iud. in l. prima,
§. edere,

§.edere, ff. de edendo, eratq. locus albus, vt supra diximus in quo Prætorum Edicta proposita erãt. Theophilus in §.pœnales, Instit. de act. Alexand. ab Alexandro, in d. cap. 8. Gulielmus Fornerius Selectionum lib. 1. cap. 24. Choppinus in dicto cap. 52. Petr. Gregorius, Syntagmat. iuris vniuersi, lib. 47. cap. 30. num. 20. Marc. Mantua, Paralipomenon cap. 21. Castellian. Cotta in Memorabil. in verbo, Edere, Lucas de Penna in dicta l. in
6 albo, 10. C. de Decur. lib. 10. in illo enim Edicta ponebantur, vt scirent ciues, quod ius, de quaq. re, quisque dicturus esset, seq. præmunirent, l. 2. §. eodem tempore, ff. de origine iur. §. iubemus, in Auth. de litigios. Ioan. Ferrar. Montanus, in §. quidquid ex albo, Instit. de Action.

7 Iudicum † quoque Album, & Matricula simi liter erat Romæ; Vnde Suetonius, Tranquillus in Claudio, cap. 16. Splẽdidum virum, Græcieq. prouinciæ Principem, verum Latini sermonis ignarum, non modo albo Iudicum erasit, sed etiam in peregrinitatem redegit. Idem Suetonius in Domitiano, cap. 8. inquit, Equitem Romanum ob reductam in matrimonium vxorem cui dimissæ, adulterij crimen intenderat, erasit Iudicum albo. Seneca lib. 3. de Beneficio, Iudex ex turba electorum, quem census in Album, & Equestris hæreditas misit. De hoc plura idem Ioan Ferrar. Montan. in dicto loco allegato. Alexand. Neapolitanus in dicto cap. 8. Francisc. Pollertus in Historia Fori Romani, lib. 3. cap. 8. & cap. 11.

8 Senatorum † Album itidem Romæ erat, in quo Senatorum nomina descripta erant, quod
9 primum † ab Octauio Augusto factum, Dio commemorat. De eo Cornelius Tacitus Historiar. lib. 4. inquit, Apidium Merulam, quod in acta Diui Augusti non iurauerat, Albo Senatorio erasit.

10 Album † Decurionum similiter Romæ erat, cuius meminit Vlpianus in l. 1. 2. ff. de Albo scribendo, l. in albo, 10. l. si ille, 62. C. de Decur. lib. 10. eratq. Matricula quædam, in qua scripta erant Decurionum nomina, quo ordine, quoue tempore quis Decurionatum gessisset, vt in dignitatibus ordo seruaretur, de quo scribit ad Theodosiũ Augustum Symmachus Epistol. lib. 1. Renatus Choppin. in Consuetud. Andegauens. lib. 1. cap. 52. numero secundo. Sed aduertendum esse admodum arbitror in hoc proposito, quod
11 † apud Romanos soli Senatores primum ante Gracchorum tempora iudicabant, hiq. non omnes, sed qui Decuriati erant, & propter morum integritatem in Albo descripti. De quo Cicero in Orat. pro Sexto Roscio Amerino, inquit, qui ex Ciuitate in Senatum ob dignitatem, ex Senatu in hoc Consilium propter seueritatem delecti estis. Quod & cõfirmat Polybius lib. 6. Post-
12 modum † C. Gracchus Tribunus plebis, eam Senatorum iudicandi potestatem, vt aliàs dixi, communicari procurauit etiam Equestri Ordini. Et cum ex Senatu indices eligerentur, Decuriæ Magistratuum dicebantur, Decuriæ quasi
13 Decades à numero Iudicum, Et ideo † omnium Magistratuum Decuriæ dicebantur, erantq. loca in quib. descriptiones illorum factæ erant. De his Plinius lib. 33. cap. 1. dixit, Augustum ordinasse Decurias, & quatuor primò Decuriæ fuere. & cap. 2. inquit, Decuriæ quoque ipsæ pluribus discretæ nominibus fuere. Tribunorum æris, Selectorum, & Iudicum, & ibidem plura ad hanc rẽ clare patefaciendam. Hi ponebantur in Albo, & Decuriati dicebantur, quorum meminit Cicero in Oratione pro Domo sua. Erat ergo Decuriæ Album, in quo per Classes iudicantium nomina posita erant. De his est illud quod proximè diximus, de quo Suetonius Tranquill. in Augusto, cap. 32. Ad tres Iudicum Decurias, quartam
14 addixit inferiore censu. Et hoc † corcórdat cum supra allegato Plinij loco. Et iterum idem Suetonius in Tiberio, cap. 51. Instãtum sępius, vt Ciuitate donatum in Decurias allegeret, negauit, alia se conditione allecturum, quam si pateretur adscribi Albo, extortum id sibi à matre.

15 Citharædorum † Album etiam affuit, de quo idem Suetonius in Nerone, cap. 21. Sine mora nomen suum in Albo profitentium citharędorum iussit ascribi.

16 Pictacium etiam fuit appellatum † Album, vt est apud Aelium Lampridium in Alexandro Seuero, De promouendis (inquit) etiam sibi annotabat, & perlegebat cuncta Pictatia, & sic faciebat diebus pariter annotatis, & quis, & qualis esset, & quo insinuante promotus. Vnde Ecclesiastici, & Canonistę nostri, locum in quo descripta
17 † erant nomina illorum, qui matrimonia cõtraxerant, & illorum qui sacrum Baptisma receperant, suorumq. parentum, ac illorum, qui ad fontem sacrum renuerat, Pictatium appellarunt, in c. Pictatium, 30. q. 3.

18 Qui de Albo plura scire desiderat, videat Philippum Beroaldum ad Suetonium, in locis allegatis. Alex. ab Alexand. Dier. Genialium lib. 2. c. 8. Ioan. Coras. Miscellan. lib. 4. cap. 6. Ioan. Ferrar. Montanum, in §. quidquid ex Albo, Instit. de act. Gulielm. Forner. lib. Select. 1. cap. 24. Iacob. Spiegell. & Francisc. Hotoman. in Lexico, in verbo, Album. Francisc. Polletum in Histor. Fori Romani, lib. 3. c. 8. Francisc. Marium Grappaldum in tit. de verbor. sign. in verbo, Album, post Commentarios de partibus Aedium, & Ianum Langlęum Ocij Semestris, lib. 7. cap. 19.

19 Corrumpentis † verò Album pœna quingentorum aureorum stabilita est, in dicta l. si quis id quod, 7. ff. de iurisd. omn. iud. licet alij legant illũ text. potius dicere quinquaginta. Cuius pęnæ meminit Iacob. Menoch. de arbitr. iud. qq. lib. 2. Centuria 2. Casu 281. num. 1. Gul. Forner. in l. vt si, 12. §. quod si num. 1. ff. de verb. signif. optime tangit Anton Clarus Siluius de iure Roman. antiquo. cap. 18. tomo 1. Sed hodie corrumpenti Album, falsi pœna imminet, l. hodie, ff. ad leg. Cornel. de
20 fals. Sed quis negabit † grauissimè plectendos illos, qui superiorum, ac Magistratuum Edicta, aut Programmata corrumpunt, alioue modo deturpant, cum eorumdem superiorum, atque Magistratuum Iurisdictionem, & authoritatem, vilipendere, ac quasi deludere vi-
21 deantur. Et ideo † actio ista popularis est, & qui-

& quilibet de populo agere poteſt, Bald. & Iaſ. in d.l. ſi quis id quod, Ioan. Criſpus de Montibus de formula act. num. 90. à quo habuit Vuendelin. Schellinck. action. Forenſ. tit. de act. in factum, contr corrump. alb. prætor. quod & voluerat ante eos Din. in conſil. 29. incip. In Christi nomine. Prima quæſtio eſt, & Ioan. Brech. & Gnlielm. Forner. in l. ſi cui, 12. ff. de verb. ſignific. hoc Edictum porrigitur etiam contra remouentes, lacerantes, vel abſcondentes citationes, cedulas, &
22 † alias iudicum ſcripturas in portis, aut valuis Eccleſiarum, Palatij, aut aliorum locorum publicorum, vt per Angel. in §. pœnales. Inſtit. de actionibus, & Ioan. Criſpus, & Vuindelin. in locis allegatis, & etiam idem Edictum ſibi locum vendicabit in delente, & eradente ab Albo, vel publico loco imagines, vel arma illorum, qui ob virtutis,
23 & laudis gloriam, depicti fuerint, † ne deturpentur, niſi imagines & arma in illorũ laudẽ eſſent depicta, qui poſtmodum proditionis patriæ inſimulati ſunt, aut læſæ maieſtatis rei, & ita intelligendus eſt text. in l. eorum, vbi Bartol. ff. de pœn. Ioan. Criſpus in loco allegato, & voluit Ludou. Roman. in Singul. 474. incip. Eorum arma, & in Singul. 666. Incip. An arma. Andr. Tiraquell. de pœnis, Cauſa 31. num. 21. Et aduertendum quod hoc non bene declarauit Vuendelin. in loco allegato, dum dicit, quod depicti laudis gratia, impune deleri poſſunt, & debent, vt intelligatur dummodo poſtquam ſtatuæ, imagines, vel arma in laudẽ erecta fuere, crimen maieſtatis, aut proditionis commiſerint, alias, & proditorum, & bonorum memoria deleretur, quod eſſe non debet.

Hæc habui, quæ hoc tertio libro ſummatim dicerem, ad Laudem Sanctiſſimæ atque indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & Glorioſiſſimæ, atque Sanctiſſimæ Virginis, Sancti Michaelis Archangeli, Sanctorum Spirituum, atque Angelorum ordinibus, Sanctorum Sanctarumq. omnium Vniuerſitati laudes innumeræ. Amen.

Finis Libri Quarti.



CAMILLI BORRELLI I. C. EQVITIS AVRATI ET PALATINI COMITIS,

De Magistratuum Edictis,

LIBER QVARTVS.



CAP. I.

ARGVMENTVM.

Quando Princeps, aut Baro possint petere quod sibi ostendantur bona Feudalia, illorum fines, ac qualitatem redditus reuelare.

COMPENDIVM.

1 Edicta, an faciant Domini, & Barones, quod reuelentur feuda, & num. 2.

2 Rex, aut Princeps, non potest cogere Baronem, vel Vasallum, vt feudi titulum ostendat, alids feudo illum priuabit.

3 Titulum suæ possessionis nemo offendere cogitur.

4 Dominus feudi, non citat vasallum, vt sibi inuestituram ostendat.

5 Pares Curiæ iudices sunt inter dominum, & Vasallum.

6 Vasallus monitus ad declarandum si est vasallus, & ille neget, verum conuincitur de mendacio, perdit feudum, & num. 21.

Mentiens similis est furi, sub eod. num. 6.

7 Vasallus tenetur Domino, vel Baroni feudum indicare.

8 Intellectus l. Titius, 50. ff. de act. empt.

9 Vasallus tenetur domino feudum reuelare, vbi prius declarauit se esse vasallum.

10 Dicens se debere mihi, ac soluere annuum fictum, cogitur ostendere mihi pro qua re soluat, alids bona omnia sua erunt mihi fictualia.

11 Vasallus tenetur reuelare rem pro qua soluit, quando constat de solutionibus ante per multos annos præstitus & num. 22.

12 Denombratio, quod sit apud Gallos.

13 Vasallus habens feudum antiquum, si est hæres, excusatur non reuelans.

14 Vassallus non reuelans, ad hoc vt incurrat pœnas priuationis feudi, vel expulsionis, requiritur quod id faciat ex certa scientia.

15 Feudum antiquum non tenetur vasallus demonstrare.

16 Feudum recens reuelari debet; & non excusatur vasallus, si non reuelet.

17 Feudi reintegratio, vel nouum inuentarium facere intendens tenetur habere licētiam à Locumtenente Regio.

18 Negans se vasallum, non tenetur aliquid monstrare.

19 Probatio non est quærenda à reo conuento.

20 Reus non tenetur fundare de domo sua intentionem actoris

22 In quo statu res inuenitur in eo iudicatur.

23 Concessio feudi si est de recenti, vasallus non tenetur reuelare.

24 Dominus si agit contra vasallum ipse debet suam intētionem probare.

25 Si in inuentario domini reperitur talis res descripta vti feudalis, vasallus declarare tenebitur, donec contrarium probetur.

Breue testatum quid sit.

26 Negans partem Feudi, priuatur parte negata, nō altera.

27 Dolus, & pœna patiuntur diuisionem.

28 Possidens Iurisdictionalia in loco Regis, vel Baronis, ostendere eiusdem cogitur titulum.

29 Feudatarius, qui declarauit, non potest corrigere, vel emendare, nisi fuerit protestatus, & sit infra annum.

30 Inuestitura probatur testibus, omni exceptione maioribus, vt ibid. num. 31.

32 Dominus existens in possessione exigendi pro feudo, in illa manutenendus est.

33 Vasallus quærens à Domino cui præstitit redditum, quærendo à Domino, vt declaret Dominus titulum, an cogatur, & num. 34. & 35.

35 Dominus non cogitur declarare vasallo titulum, vbi vasallus longo tempore seruitium præstitit, & num. 36.

AXIOMA.

Bona Feudalia, Feudiq; redditittia reuelanto.

1 BAronès,aliiq; † Domini habentes Feuda,& homines Feudatarios, Edicta facere ſolent in ſuis locis, ac Iuriſdictionibus, vt bona ſeudi ſui reddititia, vaſalli reuelent, deſignando illorum fines, ac cenſus annuos quos reddunt,ac ſingulis annis reddere ſolent, vt in ſuis libris illa annotari faciant,impone̅tes pœnas priuationis feudi, quod videbatur facere minimè poſſe, cum nemo ſuæ poſſeſſionis titulum oſtendere cogatur, l. cogi, C.de petit.hęred.cum concordant.ſed vt res clarè intelligatur, faciendæ ſunt plures declarationes ex quibus materia erit reſoluta.

2 Prima Concluſio eſt,† quod Baro non poteſt per Regem,vel Principem cogi vt ſuæ poſſeſſionis titulum oſtendat, dum poſſidet feudum vel Caſtrum,aliàs ipſum feudo, vel Caſtro priuabit; vt poſt Andr.de Barulo, in l.1. C.de conduct.& procurat.lib. 12. voluit ibidem Bart. num.2.qui 3 dicit talem citationem eſſe ipſo iure nullam † cu̅ nemo cogatur ſuæ poſſeſſionis titulum oſtendere,arg.d.l.cogi,quem ſequitur Iaſon in prælud. Feudor.num.50.cum duobus ſeqq. vbi referens hoc dictum, dicit accidiſſe in facto in perſonam Illuſtriſſimi Manfredi; & quod hoc dicat Andr. de Barulo, apud quem iſtius Manfredi nulla eſt facta mentio.Hoc ſequitur Bartol. de Caſſanæo in Conſuetud. Burgund. Rubr. 3.§.4.in verbo, *Apres le dictz hommage*, num. 7. Anton. Capic.in Inueſtitura Feudali, in verbo, Feudorum editiones,colum.3.verſ.is verò,qui negat,

4 Secunda Concluſio, Dominus † feudi no̅ poteſt citare, vel monere Vaſallum ſuum, quod oſtendat ſibi inueſtituram, per chartam publicã, 5 vel breue teſtatum, quia † Dominus feudi non eſt iudex in cauſa ſua , ſed hoc fieri faciet per Pares Curiæ, qui ſunt Iudices cognoſcentes inter Dominum, & vaſallũ,c.1.de milit.vaſall.ita Bal. in l.2.nu.7. verſ. ſed numquid, C. quomod.& qn iud.quem ſequitur Iaſ. in dictis prælud.nu.51.

6 Tertia Concluſio eſt, quod ſi fiat † monitio per Pares, an quis ſit vaſallus, & ille neget, quod non ſit,habens ab eo feudum, ſi conuincatur de mendacio,perdit feudum ſecundum conſuetudinem feudorũ , quia mentienti parci non debet,quia mentiens ſimilis eſt furi, l.hæreditatem §.finali,ff.ad leg. Falcid. Bald.ita concludit in d.l. 2.num.2.in fine, Iaſon, in d. num. 51, vbi allegat textũ in c.1.§.vaſallus, ſi de feudo defuncti contr.ſit inter domi.& agnat.quem textũ ante ipſum allegauerat Iacob. Aluarot.in c.1.in princip. num. 9.de controuerſ. inueſtitur. vbi ſequitur omnia dicta Bald.& Hippolyt.de Marſil, in Rubr, de fideiuſſ.num. 326.Iul.Clar.de feud, quæſt.59.verſ. vndecima.Franciſ. Sonsbec. in Commẽt. feud. parte 12.num.63.

7 Quarta Concluſio, Vaſallus tenetur feudum Baroni,vel domino indicare,vt voluit Accurſ.in l.2.in verbo,iurata fides,C.quando,& quib. quarta pars deb.lib.10.Idem Accurſ.in c.1.§.inſuper, in verbo, Niſi requiſitus,de prohibit. feud. alien. per Federic.allegat tex.in l. Titius hæres Sempronij,50.ff.de act.empt. Et hanc opinionem tenuit Ioan.Blanchi,in Sũma feud.tit.de content.feud. par.2.§.pone quod dominus, Hoſtienſ. in Sũma, tit. de feud.§.quib.modis,verſic. quid ſi vaſallus. Specul.in tit. de Emphyt.§.1.nu.76.& 77. Andr. de Iſern. poſt Iacob.de Beluiſ.in c.1.1.n.7.& 8.de Controuerſ.inter femin. & maſcul. & in dicto §. inſuper, num. 14. Alberic.in dicta l. Titius hæres Mauer.in Pract.tit.de Locat.num.19.Matth.de Afflict.in Conſt. Ab Officialibus,num.4. Barth. de Caſſanæo,in Conſuetud. Burgund. Rubrica 3.§.4.in verbo, *Apres*,num.20. verſ.de hac.plene Iacobin de Sancto Georgio , in inueſtit.feudali, in verbo, Dictiq; vaſalli promiſerunt recognoſcere,num.15.cum pluribus ſeqq.Catellian. Cotta, in Memor.in verbo, Emphyteuta. Marin. Freccia,de Subfeud. Baron.lib.2. Authoritate 17. Paris de Puteo,de Reinegr.feud.c.25.verſ. Et quãdo,num.3.& cap.28. verſ. An vaſallus, nu.6.Renat.Choppin. in Conſuetud. Andegauenſ. lib.1. cap.4.num.11.& cap.6.num.1.& 2. Arnold. Ferron.in Conſuetud.Burdegal.titulo,de feud.§.10. Aymo Publicius in Conſuetud. Aluerniæ,titulo 21.articulo 6.num.5.Diouyſius Pontan. in Conſuetud.Bleſenſ.articulo 91.Ioan.Sainxon in Cõſuetud. Turonenſ.tit.1. Articulo 2. in verbo, *Et auſſi peult contraindre*. per totum. Nicol. Boer.in Conſuetud. Bituricenſ. tit. *des coſtumes des fiefz, & cens*.§.12.Ioan. Beſſian.in Cõſuetud. Aluern. cap.22.articulo 8.Petr.Foller.de Epiſcop.& Cleric.c.item ſtatuimus,verſ.quod prælati Eccleſiarum,num.11. Petr.de Gregor.Sicu lus,de conceſſion.Feud.part.1.q.12. num. 1.& 2. Franciſ.Burſat.in conſil.49.num.11.vol.1.Roland.à Valle,in conſil.66.num.4.& 5.vol.3.Afflict. in deciſ.265. num.37.verſic.Decimoſeptimo; Anton. Capic. in inueſtit.Feud.in verbo, Feudorum, editiones 8 in principio. Non omitto tamen, † quod d.l.Titius, non poteſt trahi ad hunc caſum,quia loquitur in venditore.

Quinta Concluſio . Tunc procedere dicimus 9 proximam iam dictam concluſionem,† vt vaſallus teneatur domino reuelare rem feudalem , & eius confines, quando declarauit prius ſe eſſe vaſallum,vt dicit Specular.in d.tit.de Emphyteuſi, num.76.& 77.Hoſtienſ.vbi ſupra, Iacobin.de Sãcto Georgio, Nicol.Boer. & Ioannes Sainxon in locis allegatis. Alberic.de Roſate , in d.l. Titius hæres Sempronij, ff. de actionib.empt. vbi dicit, 10 † quod ſi Cẽſualis, vel Emphyteuta ſoluat mihi fictum,dicatq; me ſibi obligatum ad annuum fictum,niſi oſtendat mihi res, pro quibus præſtat mihi illum fictum, omnia ſua bona præſumentur mihi fictualia, Iacobin.in tractatu Feudor.in verbo, Dictiq; inquiſiti,ſub num.15. & 16. Et ſic 11 † declaratio facienda per Vaſallum erit, quando conſtat de ſolutionibus factis, vel eum eſſe vaſal-

vasallum, vt tunc cogatur teneri, & feudum declarare, puta, quia con.tat soluisse per plures annos, & tunc tenebitur declarare. ita Ioan. Cephal. in consil. 200. num. 15. volum. 2. & tenebitur facere
12 specificationem, quam † denombrationem appellat Nicolaus Boerius, Ioan. Sainxon, & Ioannes Bessianus in locis supra allegatis. Anton. Capic. in inuestitura feudali, in verbo, feudorũ editiones, col. 1. versic. limita, vt prædicta.
13 Sexta Conclusio est, quod † vasallus, lacessitus vt declaret feudum, si nõ declarat, vel mentitur, excusatur, maxime si feudum esset antiquum, & ipse esset hæres, ac successor, & non haberet sciẽtiam feudi, sed iustam ignorantiam, requiritur
14 † enim ad hoc vt expellatur, vel alias pœnas incurrat, quod id faciat ex certa scientia, vt in d. c. 1. §. vasallus, si de feudo defuncti vt voluit Ioannes Blanchi, in dicta Summa, in loco allegato, vbi dicit, excusari ob iustam ignorantiæ causam, puta, quia successit in ius alterius, quia ad petitã specificationem, & declarationem, non tenebitur, arg. l. qui in alterius, ff. de regul. iur. & aliorũ iurium. Alberic. de Rosate, in l. si certis annis, C. de pact. Iacob. de Belusi. in dicto §. vasallus; dum
15 in specie inquit, quod † si feudum est antiquum, non tenetur vasallus demonstrare, quia habet iustam causam ignorantiæ; quem sequitur Bald. ibi, sub num. 9. Ludouic. Roman. in consil. 7c. sub num. 5. Paris de Puteo de Reintegrat. in d. c. 28. incipit: An vasallus, num. 6. Roland. à Valle, in consil. 66. num. 8. volum. 3. Iacob. de Sancto Georgio, vbi supra, num. 19. Petrus de Gregor. Siculus, in loco allegato, num. 2. Anton. Capic. in dicta Inuestitura, in verbo, feudorum editiones, col. 2. versic. Is ergo.
16 Septima Conclusio. Sequitur † vasallum non excusari ad specificandum, & indicandum feudum si est recens, vt dicit Iacob. de Belusi. in d. §. vasallus, & Roland. in dicto consil. 66. num. 8. Antonius Capic. in loco supra allegato, versic. limita nisi falsum.

Octaua Conclusio erit, quod Domini, & Barones, qui intendunt facere nouum inuentariũ, vel reintegrationem rerum feudalium, debent
17 prius † impetrare licentiam, siue litteras a Regia Cancellaria, vt dicit Paris de Reintegratione Feud. in dicto cap. 28. num. 7.

Nona Conclusio sequitur, quod qui negat se vasallum, non tenetur aliquid Domino mon-
18 strare † Bartol. in d. l. 3. C. de conduct. & procurat. lib. 12. Anton. Capic. in inuestit. feudali, in verb. feudorum editiones, colum. 2. & 3. quia hoc casu Domino tamquam actori onus probandi incumbit, cum isto casu non teneatur suæ possessionis titulum ostendere, vt in dicta l. cogi. C. de pet. hæred. est enim vasallus loco rei con-
19 uenti, & ideo ab eo, non est † probatio exigenda l. actor, C. de Probat. nec tenetur reus actoris in
20 tentionem de sua domo † formare. l. nimis graue, C. de testib. c. cum super, de caus. poss. & proprietat. Maxime cum res quælibet præsumatur libera, l. Altius, C. de seruit. si vero conuincatur
21 de mendacio † incurrit pœnas, de quibus supra conclusione 3.

Decima Conclusio. Quod si dominus demo⁊strct vasallum redditum, aut censum annuũ, vel quid simile soluere, tunc vasallus cogitur, quia dominus habet præsumptionem pro se, & tunc li-
22 bera non † præsumitur, & declarationem facere tenetur, attento statu præsenti, qui debet attendi in quo enim statu inuenitur, in eo iudicandus, l. Barbarius, ff. de offic. prætor, l. moueor, C. si seruus exportand. veneat. vbi Accurs. in verbo, deprehenditur. ita Paris de Reintegr. feud. cap. 25. & quando, num. 9. & 10.

Vndecima conclusio sit, quod si concessio feudi sit de recenti facta, non tenetur vasallus declarare, quia Dominus in facto simili non præsu-
23 mitur † ignorare, & si contrarium prætenderet, tunc idem Dominus suam intensionem probare cogetur, iuxta dictam l. Actor, C. de probat. & ita procedit dictum Bald. in cap. 1. de vasall. qui contr. constit. Lothar. sub num. 2. vbi dicit, quod
24 si † dominus agit contra vasallum, ipse debet probare suam intentionem, l. 1. §. si quis argentum, ff. depositi, l. qui accusare, C. de edend. Io. Blanch. in Summa in loco allegato, Iacob. de S. Georg. nu. 15. in fine, & Ant. Capic. vbi supra.

Duodecima conclusio, est, quod si in libro Domini, aut inuentario, aut in breui ipsius, in quo nomina vasallorum, vel possessionum feudalium continentur, tunc declarare tenetur,
25 quia ex † tali scripto præsumetur feudum donec contrarium probetur, l. generali, C. de non num. pecun. Ita Paris de Reintegrat. feud. c. 74. & quid si in breue. & ante eum Iacob. Ardizon. in Summa feud. cap. 78. incip. Sed si dubitatur, in fin. cuius sunt omnia dicta Paridis, in d. cap. 24. Et hoc istud Breue illud est, quod DD. Breue testatum appellant, de quo alibi diximus.

Decimatertia Conclusio est, quod vasallus, qui negat partem feudi, priuatur illa parte nega-
26 ta, non † autem toto, vt contra opinionem Petri de Ceruotis, qui cõtrarium tenuerat, voluit Bal. in d. §. vasallus, sub num. 3. argum. l. rescriptum, & l. Paulus, ff. de his quib. vt indign. Quia dolus,
27 & pœna diuisionem patiuntur, cum sint † proportionabilia, l. extat, ff. de eo, quod met. caus. gest. est dicit esse Cõmunem opinionem Iulius Clar. in §. feudum, q. 59. versic. sed quid si vasallus, nouissime Nicol. Intrigliol. de feud. Cẽt. 1. q. 92. n. 83.

Decimaquarta Cõclusio est, quod si priuatus, qui nõ est Baro, vel Opidi alicuius dominus, possideret ea, quæ priuatus de iure communi possidere nequit, puta iurisdictiones, aquas, aquarum decursus, montes, nemora, pascua, fortellitia, &
28 in partibus † Apuliæ Clibana, nam is, si in loco Domanij per Regem, si in loco Baroniæ per Baronem compelli poterit, vt titulum edat, vt post Luc. de Penna, in l. quicumque, C. de fund. limitroph. libro 11. censuit Anton. Capic. in dicta inuestitura feud. in verbo, feudorum editiones, col. 3. versic. limita primo.

Decima quinta declaratio, quod si vasallus fecerit quandoque declarationem non admittitur
29 correctio, & emendatio, nisi de corrigendo † protestatus fuerit, & intra annum emẽdauerit. Abb. Panormit. in cap. ceterum, de Iudic. & probatur in dicto

in dicto §. vaſallus, & voluit Ioan. Saixon in dicta
conſuetud. Turonenſ. tit. 1. §. 12. ſupra allegato.
Decimaſexta Concluſio erit, quod ſi vaſallus
30 voce acceptauerit tenere feudum, † non tamen
cogi poterit vt exhibeat, vel oſtendat inueſtitu-
tam, cum inueſtitura teſtibus probari poſſit, glo.
in cap. 1. quid ſit inueſtit. vbi tex. ibi (per extraneos
probare inueſtituram,) & ibi (teſtibus vero,) quos
31 omni exceptione † maiores requirit Paris de re-
integr. feud. cap. 223. Incip. Quæro, num. 5.
32 Decimaſeptima Concluſio † dominus petens
redditum vel canonē pro feudo, in qua exactione
exiſtit, & ſi peteretur quod dominus exhibeat ti-
tulum, nihilominus etiam non exhibito titulo,
in exigendo tuendus eſt, & in poſſeſſione manu-
tenendus. Guido Papæ in deciſ. 417. & plura Frec
cia de Subfeudat. Baron. lib. 2. Auth. 17. in fine.
33 Decimaoctaua Concluſio eſt, quòd † ſi vaſal-
lus præſtat quidem ſeruitium, ſed tamen quæ-
rat a domino, vt declaret ſibi fines feudi, pro
quo ſibi ſeruitium illud præſtat, dominus abſque
difficultate declarare tenebitur, vt poſt anti-
quiores tenet Iacob. Aluarotus in cap. 1. §. illud,
num. 6. de prohibit. feudi alien. per Federic. arg.
dictæ l. Titius hæres, ff. de act. empt. Petr. de Gre-
gor. Siculus, de conceſſ. feudorum, parte pri-
ma, quæſtione duodecima, numero tertio,
vbi Garzias Maſtrill. in Apoſtill. allegat Franciſc.
Burſat. in conſilio 143. numero ſeptuageſimooc-
ctauo, volumine ſecundo. Nattam in conſilio
360. numero decimo, volumine ſecundo. Pa-
ride de Puteo, de Reintegrat. feud. capitulo 76.
vbi hoc non dicit. Sed ante eos poſt Gloſſam di-
xit Andr. de Iſern. in capitulo primo, §. In-
ſuper filius, numero decimotertio, de prohi-
bita feudi alienat. per Federic. Marin. Freccia,
ſub dubio tamen, in dicta Authentica decimaſe-
ptima, ſub numero ſecundo, clarius hoc te-
nuit Ioan. Sainxon, in Conſuetud. Turonenſ.
titulo primo, articulo ſecundo, in verbo, *&*
34 *auſsi peule contraindre*, in fine, Sed tamen † ſi
dominus habet cenſum, vel redditum, & id
vaſallus acceptauerit, ſed ſolum petijt ſibi de-
clarari rem, pro qua ſoluit, tunc manutene-
tur Dominus in poſſeſſione, vt dicunt Sain-
xon, & Freccia, poſt alios in locis allegatis.
Inſuper, procedit ſupradicta Concluſio, niſi va-
ſallo obſtet longi temporis præſcriptio, qua ſol-
uit, quia tunc dominus non cogeretur, argum.
l. litibus, C. de Agricol. & cenſit. libro decimo.
Freccia, vbi ſupra. Verumtamen dicunt ma-
lè facere vaſallos, qui hoc petunt, cum poſſet
dominus oſtendere modicum terræ ceſpitem,
vel diceat aliud ſeruitium maius, vt poſt Andr. de
Iſern. in Conſtit. ſi vaſallus, columna finali,
voluit Anton. Capic. in Inueſtit. feu-
dali, in verbo, feudorum
editiones, columna
finali, verſic.
e con-
tra.

C A P. II.

A R G V M E N T V M.

Bona feudalia, atque emphyteutica, dum alienantur, domini directi conſenſus quando exigatur? in quibus caſibus alienatio permittatur? quando laudemium debeatur? aliaq. ad materiam laudemij explicantur.

C O M P E N D I V M.

1 *Feudo cadit, illud abſque domini conſenſu alienans.*
2 *Emphyteuſis ſine conſenſu directi domini alienari minimè poteſt.*
3 *Conſenſus ſuperioris vel Regis in hoc Regno Neapolitano debet eſſe expreſſus.*
4 *Intellectus Conſtitut. Regni Conſtitutionem Diuæ memoriæ.*
5 *Alienatio feudi plani, & de tabula, an requirat conſenſum domini.*
6 *Vaſallus non poteſt alienare feudum quod tenet à Barone ſine eius aſſenſu.*
7 *Marini de Caramanico gloſſatoris Conſtitutionum Regni opinio.*
8 *In alienatione feudi habiti à Barone, an ſufficiat conſenſus maioris ſcilicet Principis, aut Baronis, vel requiritur aſſenſus vtrinſque, & nu. 9. & 10.*
11 *Aſſenſus in feudis quaternatis, an debeat eſſe in ſcriptis? Quid in feudis ruſticis, & de tabula? ibid.*
12 *Aſſenſus eſt gratia Principis, & ideo requirit ſcripturam.*
13 *Aſſenſus Principis requirit ſcripturam, & eſt expediendus in forma Cancellariæ infra bienninm ex diſpoſitione Regię Pragmaticæ.*
14 *Aſſenſus Principis expeditus in ſcriptis, & deperditus probatur teſtibus.*
15 *Clauſula in alienatione feudi, Regio aſſenſu ſemper ſaluo, quid operetur? Et quid in alienatione emphyteuſis, num. 16. 17. 18. & 19.*
17 *Proteſtatio contraria facto, nihil releuat.*
19 *Clauſula, ſaluo aſſenſu, & beneplaciso domini, & non aliter, nec alio modo, quid operetur.*
20 *Emphyteuta alienans rem emphyteuticam ſaluo iure domini, an euitet caducitatem, & num. 21. & 22.*
Licentia, quando præſumatur præceſſiſſe ſub eodem numero 22.
23 *Laudemij definitio.*
24 *Laudemij definitio ex Ioanne Ferrario Montano.*
25 *Laudemij definitio ex Antonio Borrinio.*
26 *Laudemium non eſt vocabulum Latinum, ſed Vltramontanorum inuentum.*
27 *Laudemij declaratio ex Ioanne Hanichorſtio.*
28 *Laudemium unde dicatur.*
29 *Laudemij nomen dicitur ab actu domini.*
30 *Emphyteuta an teneatur ad ſoluendam quinquageſimam*

mem domino, & num. 31. 32. 33. & 39.

31 *Corrigitur text. in l. finali, C. de iure emphyteut.*

34 *Laudemiorum materia in foro verſatilis, & valde practicabilis eſt.*

35 *Laudemium, an debeatur ex venditione rei feudalis, vel emphyteuticæ, re nondum tradita, & num. 36.*

36 *Dominus directus, an petat vendas, & laudemia, non facta traditione.*

37 *Conſtitutum ſimplex transfert Naturalem, & Ciuilem poſſeſſionem.*

38 *Emptio, & venditio facta dicitur ſtabilito pretio.*

39 *Laudemium an ſolui debeat per emptorem, vel emphyteutam pro re feudali, & emphyteutica.*

40 *Laudemium pro rebus feudalibus alienatis datur in Delphinatu.*

41 *Laudemij diuerſa ſolutio fit in Gallia, & num. 42.*

42 *Laudemium pro feuda debetur, ex conſuetudine, & num. 43. 44. & 45.*

43 *Laudemium debetur pro alienatione feudi, pro quo fit ſolutio cenſus annui.*

44 *Contractus pro quo fit ſolutio annui cenſus dicitur potius emphyteuticus.*

45 *Laudemium pro introitu feudi & conceſsione in Regno Neapolitano ſoluitur.*

46 *Releuij ſolutio fit Regiæ Maieſtati pro feudo mortuo Barone in Regno Neapolitano.*

47 *Laudemium, quod alibi dicitur, in Regno Neapolitano dicitur Releuium.*

48 *Releuium an ſit de iure, vel de more in Regno Neapolitano debeatur.*

49 *Releuium eſt de iure Regni, ſed quantitas eſt de conſuetudine.*

50 *Intellectus Conſtit. Regni, Poſt mortem.*

51 *Laudemium debetur ex venditione libera.*

52 *Laudemium an debeatur ex venditione facta cum pacto de retrouendendo, & num. 53.*

53 *Pactum perpetuum de retrouendendo quid operetur in materia laudemij.*

54 *Laudemia duo an præſtentur, quando fuit facta venditio cum pacto de retrouendendo, & ſit retrouenditio, & num. 55. & 56.*

57 *Laudemium, an debeatur ex diſtractu, num. 58. & 59.*

60 *Laudemium, an debeatur ex retrouenditione.*

61 *Laudemium, an debeatur ex venditione iuris luendi.*

62 *Laudemium, an debeatur ex diuiſione feudi, vel emphyteuſis, & num. 63.*

64 *Laudemium num debeatur ex promiſſione de vendendo.*

65 *Vendere promittens pretio adiecto, tenebitur.*

66 *Laudemium an debeatur ex datione in ſolutum, & numero 67.*

68 *Laudemium an debeatur de contractu libellario, & numero 69.*

69 *Contractus libellarius quid ſit.*

70 *Contractus libellarij, & precariæ qui ſint, & num. 71. & 72.*

73 *Differentia contractus emphyteutici, libellarij, & precarij.*

74 *Pro acta feudali, & pro valore ædificiorum, an debeatur laudemium, & vide num. 75.*

76 *Dominus num ſit obnoxius ad expenſas meliorationum, & num. 78.*

77 *Incrementum a vaſallo factum ad quem pertineat.*

79 *Laudemium an debeatur de tranſactione, quæ fit accepta pecunia.*

80 *Laudemium, an debeatur ex donatione, & num. 81. 82. 83. & 84.*

82 *Dominus non cogitur habere hominem alienum inuitum.*

83 *Clauſula. Saluo iure domini, & non aliter, nec alio modo, quid ſignificet.*

84 *Laudemium, an debeatur ex donatione facta vſufructu reſeruato.*

85 *Laudemium, an debeatur ex donatione remuneratoria.*

86 *Laudemium, an debeatur ex donatione cauſa mortis.*

87 *Laudemium an debeatur ex dote data æſtimata.*

88 *Laudemium an debeatur ex permutatione, in qua interuenit pretij refuſura.*

89 *Permutatio emptio dicitur, non ſolum ſi pecunia pars ſit maior, ſed etiam ſi ſit æqualis.*

90 *Apud Gallos medietas Laudemij datur pro permutatione.*

91 *Laudemium domino debetur, etſi conceſſio feudi, vel emphyteuſis facta fuerit Titio, & cui ipſe dederit.*

92 *Nouus homo in inueſtitura non comprehenſus ſoluit laudemium.*

93 *Ex mutatione vaſalli, laudemium debetur*

Ex renouatione inueſtituræ debetur ibid.

94 *Legans, vel hæredem faciens extraneum in re emphyteutica, vel feudali, debetur à legatario, vel hærede laudemium.*

95 *Ex locatione ad longum tempus facta debetur laudemiũ, & num. 96.*

Locatio ad longum tempus dicitur alienatio ſub eodem, num. 95.

97 *Laudemium debetur de auctione, quæ fit in ſubhaſtatione.*

98 *De auctione pretij ex concordia vel tranſactione, an laudemium debeatur.*

99 *Ex donatione ob cauſam, & remuneratoria, an debeatur laudemium, quid apud Turonenſes in Gallia, numero 100.*

101 *Ex venditione facta ad pretium declarandum, donec pretij declaratio non ſubſequitur, an laudemium debeatur, & num. 102.*

103 *Ex feudi antiqui renouatione, an laudemium debeatur.*

104 *Laudemij ſolutio an fiat ex alienatione neceſſaria.*

105 *Laudemium an debeatur ex venditione nulla.*

106 *Laudemium an debeatur ex diſtractu, ſiue ex contractu nullo.*

107 *An ex venditione cum pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem.*

108 *Pactum legis commiſſoriæ quid remiſſint.*

109 *Laudemium an debeatur ex contractu conditionali pẽdente conditionis euentu.*

110 *An in promiſsione de vendendo rem feudalem, vel emphyteuticam.*

111 *An ex venditione cum pacto de retrouendendo.*

112 *An de Retractu.*

113 *An ex datione in ſolutum neceſſaria, & num. 114.*

115 *An ex diuiſione inter hæredes.*

116 *An ex dote æſtimata vel inæſtimata, & num. 117. & 118.*

119 *An ex augmento dotis, & num. 120.*

121 *An ex tranſactione, & num. 122. 123. & 124.*

125 *An ex permutatione.*

126 *An ex translatione feudi in perſonam nominatam, vel emphyteuſis, & num. 127.*

An ex

128 *An ex donatione, quæ fit pauperibus, vel in piam cauſam, & num.129.*

130 *An ex donatione, quæ fit filio per patrem, & num.131. 132.133.& 134.*

136 *An ex ceſſione, vel remiſsione, quæ fit inter ſocios.*

137 *An ex venditione Coloniæ rei emphyteuticæ, & n.138.*

139 *Laudemij ſolutio domino fit ab emptore.*

140 *Conſuetudini ſtandum per quem fiat ſolutio Laudemij per emptorem, an venditorem.*

141 *Laudemium primo domino, an immediato debeatur, & num.142.& 143.*

144 *Vſufructuario, an proprietario laudemium debeatur, & num.145.*

146 *Laudemium, an ſoluat qui habet immunitatem ob numerum duodecim liberorum.*

147 *Pro laudemij ſolutione, an ſit obligata res feudalis, vel emphyteutica, & num.148.*

149 *Feudalis res, vel emphyteutica an cadat in cõmiſſum non ſolutionem laudemij.*

A X I O M A.

Illaq. abſque domini conſenſu, & Laudemij ſolutione minimè alienanto.



DVo capita concernit Edictum iſtud: Vnnm, quod bona feudalia ac feudo redditia non alienentur abſque conſenſu, & licentia domini. Alterum, quod fiat ſolutio Laudemij in caſu alienationis, & iſtud caput, ac primum reſpicit bona feudalia, & Emphyteuticaria.

Ad primum poſſunt Barones, ac Domini pro feudis, ac ſubfeudis hoc Edictum facere; Regu-
1 lare eſt enim † feudum abſque domini conſenſu
alienari minimè poſſe, aliàs à feudo caderet feudatarius, c.1.de prohibita feudi alien. per Lothar. c.1.de prohibita feudi alien. per Federic. & ibidẽ Andr.de Iſern.Iacob. Aluarot. in c. 1. §.aut ſi libellario, in princip.quib.modis feud. amitt. Petr. de Bellapertica in tract.feud.ſub Rubr. qualiter feud.perdit.alien.nu.1. Iacob. Ardizon. in Summa Feudor.cap.110.& c.118. Curt.iun. in tract. feud.parte 4. cauſa 41. Vdalrich. Zaſius parte 7. num.26.Gulielm.Hanneton.Iuris Feudor. lib.3. cap.4. Franciſc.Duaren.Iuris Feudor. cap.14.nu. 16.Ioan Baptiſt. Caccialup. in c.1.parte 7.cap.2. num.6.late Anton.Capic.in Inueſtitura Feud.in verbo, Feudorum alienationes, per totum. Franciſc. Sonsbechius Iuris Feudor. parte 12. num. 77.Iul.Clar.in tract. feudor.q.31.in princip.Paris de Put.de Reintegrat. Feudor. cap.233. incipit: Quoniam, num.1. Eguinar.Baro, lib.3.cap.1.Albert.Brun.in conſil.41.num.46. Lud. Gozadin. in conſil. 26. num.9. Afflict. in Deciſ. 60. ſub num.2.

2 Emphyteuta † ſimili modo irrequiſito domino, ac ſine illius conſenſu rem Emphyteuticam alienare minimè poteſt, vulgata l.finali, C. de Iure emphyt.quo caſu cadit à iure ſuo, vt concludunt etiam Bart. Bald. Salicet. Iaſon, & alij ibidẽ; habetur in c.potuit, de locat.vbi Anton. de Butr. Panorm.Imola, & alij, Alexand. in conſil. 106. num.4.in conſil.113.in princ.volum.4.Iul.Clar. de Emphyteuſi, q.13.in princip. Ioan.Cephal.in conſil. 95.num.21. volum.2. cum multis nouiſſimè relatis per Aurelium Corbulum in tract.de Emphyteuſi, tit.de cauſis priuation. ob alienat. irrequiſito domino factam, num.1.& 2.

3 Aſſenſus † autem in feudalibus, requiritur à
Principe, ſiue Rege, vel ſuperiore, vt in dictis iuribus, & in Regno hoc Neapolitano debet eſſe
4 expreſſus, nec ſufficit tacitus, vt † in Conſtit.Cõ
ſtitutionem Diuæ memoriæ, ibi: niſi de ſpeciali noſtræ Celſitudinis licentia confirmetur, maximè in feudis quaternatis, vt dicit Andr. de Iſern. in c.1.de prohibita feudi alien. per Lothar. num. 9.vbi aſſeruit, quamquam de Iure Communi ſufficeret tacitus aſſenſus, vt nouiſſimè ſcribit Andr.Fachineus, Controuerſ.iuris lib.7. cap.80.in hoc tamen Regno per dictam Conſtitutionem, dicit requiri expreſſum Iſernia, quem ſequitur ibi Matth.de Afflict.num.46. & poſt longam Iuris Communis diſpoſitionem ſcribit Barthol. Camer.in Repet.c.Imperialem, fol.66.littera O, de prohibita feudi alienat.per Federic.Ioan. Vincent. Annius, in Rubr.de vaſall.decrepitę ętatis, num. 105.in Conſt. Conſtitutionem, ſupra allegata, num.43.Anton. Capic. in Inueſtit. feudali, in verbo, Feudorum aſſenſus, colum.6. verſ.limitra tertio, & in Deciſione 156.num.23. D.Regens Lanarius, in conſil.60.num.130.& 132.& in conſil.79.num.23.Intrigliolus, de feud.q.45.nu.169.
5 & pluribus ſeqq. Qui aſſeruerunt ſecus † eſſe in
in feudis planis, & de Tabula, vt concludit Marin. Freccia de Subfeud.Baron.lib.2. cap.9. Au-
6 thorit.1.num.1.cum pluribus ſeqq.vbi dicit † nõ
poſſe vaſallum alienare feudum, quod recognoſcit à Curia Baronis, niſi cum eiuſdem Baronis aſſenſu; quod antea confirmauit Paris de Puteo, de reintegrat. feud. capit.4. verſ.veniamus, num.
7 11.Si autem † eſſet feudum quaternatum, & eſ-
ſet in terra Baronis, quamquam Gloſſa Marini de Caramanico in dicta Conſt. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, in verbo, licentia, dicat, ſufficere conſenſum Baronis, Iacob. autem de Ardizon. in Summa Feud.cap.103. incipit. Sed numquid
8 ſufficit, concludit † debere interuenire aſſenſum
domini maioris, ſcilicet primi concedentis, & domini minoris, ſcilicet Baronis ſecundi infeudantis; niſi maior ſit abſens, quem refert, & ſequitur Andr.de Iſern.in c.1.in princip.num.15.verſ. quod autem dicit de conſenſu domini, de prohibita feudi alienat.per Federic. Quos ſequitur ſub dubio Paris de Puteo, de reintegr.cap.91. pone, qui ſunt duo, num.6.fol. 58. & Ioan. Vincent. Anna, in dicta Rubr.num.143. Sed tamen Afflic.
9 in Deciſ.241.ſub num. 1. dicit † ſufficere conſen-
ſum Baronis in feudis planis, & ita dicit ſeruari in Regno. Sequitur Thomas Grammat. in Deciſ.77.Intrigliolus alios allegãs, in dicta q. 45. nu. 56.& 57.Idem tenet Andr. Facchineus Controuerſ.iuris, lib.7.cap.53. Quidquid autem ſupradi-
10 cti loquantur, id ego dicerem, † quod in feudis
quaternatis ſufficiat conſenſus Regis, ſiue maioris con-

ris concedentis: in feudis vero planis, de tabu la,
siue atrenalijs, sufficiat inferioris, super quo vi-
dendus idē Paris de Puteo, de Reintegrat. feud.
cap.261.incipit. An in alienatione, fol.242.
11 Assensus vero in feudis † quaternatis debet es
se in scriptis, in Rusticis vero feudis, seu de tabu-
la potest assensus probari testibus. ita Marin. Free
cia, de Subfeud. Baron. lib.2. tit. de different. feu-
dor. quaternatorum, & de tabula, num.16. & Ni-
colaus Intrigliolus de feudis, quæst.45. num.167.
& 168. qui allegant hoc tenere Matth. de Afflict.
in c.1. in princip. num. 14. de prohibita feudi a-
12 lienat. per Lothar. qui tamen dicit, quod † assen-
sus Regis, cum sit gratia Principis, requirit scri-
pturam, secus vero in assensu Baronis, & ita dicit
idem Afflict. in decis.243. probari Baronis assen-
13 sum per testes. Quo vero ad † assensū Principis,
esse necessariam scripturam, & infra biennium
esse expediendam in forma Cancellariæ ex di-
spositione Regiæ Pragmaticæ in hoc Regno, vo
luit Franc. de Amic. de his qui feuda dare poss.
cap.12. incip. pecunia, cap.13. incipit. & huic sol.
14 16. & 17. Verum † quando assensus Regis esset
expeditus in scriptis, & postmodum esset deper-
ditus, posset eo casu testibus probari, vt dicit idē
Afflict. in dicto c.1. in princip. num.14.
15 Vendens autem feudum, cum † Clausula soli
ta, scilicet, Regio assensu semper saluo, operatur
ista Clausula, quod etsi Rege non assentiente,
venditio sit nulla, non tamen amittitur feudum,
quia non videtur contempta Regis persona, &
consensus, quando dictum fuisset, vendo si Rex
consentiat, tunc si non processerit venditor ad
traditionē, feudum non amittitur, secus si tradi
tum esset; licet velint alij isto casu etiam si tradi-
tio fieret, non amitti feudum: non enim videtur
vendidisse, deficiente conditione, arg. l. si fundū,
in fine, ff. de contrah. empt. l. multum, ff. de Hæ-
red. vend. Ita dicit Andr. de Isern. in cap.1. §. calli
dis, num.10. versic. quid si dixisset, de Prohib. feu
di alien. per Federic. Barthol. Cœpoll. in Cautela
22. circa finem, & videtur de mente Bald. in l. fin.
num.3. C. de iure emphyt. & in cap.1. §. Donare,
num.7. versic. quæro numquid in emphyteusi,
qualit feud. alien. pot. & in c.1. §. libellariæ, num.
1. de Pace Constant. Paris de Puteo, de Reinte-
grat. feud. capit.277. versic. quia Communiter.
16 Quamquam non † euitare caducitatem, & feu-
di amissionem ex tali clausula, & emphyteutam
cadere in commissum, velint Ioan. Andr. Ho-
stiens. Anton. de Butr. Imola, & Cardin. in cap.
17 eam te, de iureiur. quia † ista esset protestatio cō-
traria facto, quæ protestantem non releuat, cap.
sollicitudinem, de appell. cap. cum M. Ferrarien-
sis, de Constitut. l. cum plures, §. locator horrei,
ff. locati, l. non solū, §. morte, vbi de materia, ff. de
oper. noui nunciat. Ludouic. Roman. in Singul.
512. incipit Tu habes, quod si vasallus cuius me-
minit etiam Cepoll. in d. Cautela 22. versic. Alij
apponunt. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum, num.
85. de Constitut. sed plenius hanc controuersiā
dissoluit Iacobin. de Sancto Georgio, in Inuesti-
tura feudali, in verbo, & cum pacto de non alie-
nando, num.23. cum pluribus seqq. qui optime
18 loquitur. † Quando autem cum similibus Clau
sulis accederet traditio, puniretur etiam in amis-
sione feudi, vel emphyteusis, vt dictum est supra,
& voluit Ioan. Anton. Rub. in dicto §. Morte,
num.479. post Bald. in l.1. num.56 C. de his, quæ
pęnæ nomine, & in consil.95. incip. Mortuo Gre
gorio, num.1. volu.3. vbi exemplum ponit, quia
esset forte venditio, & traditio facta alicui poten
ti, vel inimico domini, aut litigioso, è cuius ma-
nibus dominus difficilem habebit recuperatio-
nem; quem sequitur Curt. senior, in consil.8. co-
lum.1. versic. & pro hoc adduco, quos refert, &
sequitur Andr. Tiraquell. de iure Constituti pos-
sess. parte 3. limit.26. num.6. Iul. Clar. in tract. feu-
dorum, quæst.31. versic. Item quæro, quid si va-
sallus. late Ioan. Thom. de Marinis, de Generib.
& qualit. feud. lib.1. tit.11. de feudo ex pacto, &
prouident. antiquo, siue paterno in cap. incipit
Constitutio, num.10.22. & pluribus seqq. nouis-
sime Barth. Bertazol. de Clausulis Instit. clausula
14. Glossa 2. & Glossa 4. per totum. Quod tanto
19 facilius procedit, si dictum esset: † Saluo bene-
placito, vel assensu domini, & non aliter, nec alio
modo, quia faceret contractum conditionalem,
vt post Bald. in cap.1. §. fin. sub num.5. versic. sed
pone, quæ sit prima causa benefic. amitt. & Ripā,
lib.3. Responsor. cap.1. num.3. voluit Iul. Clar. in
dicta quæst.31. versic. bene verum est. Thomas
Grammat. in decis.49. sub num.5. Anton. Capic.
in Inuest. feudali, in verbo feudorum alienatio-
nes, limitat.12. licet Contrarium teneat Ioan.
Thomas de Marin. in loco allegato num.22. ver
sic. Tertium Caput.
20 Excusari etiam † emphyteutam alienantem
saluo iure domini à caducitate, voluit Alberic.
in l. finali, num.10. C. de iure emphyt. & post Ia-
cob. Menoch. in consil.38. num.17. volum.1. &
Roland. à Valle, in consil.63. num.16. & 24. vo-
lum.4. voluit Aurel. Corbul. de iure emphyt. li-
21 mit.36. & 37. Sed contrarium † tenuit Iulius
Clarus, in §. emphyteusis, quæst.13. versic. item
22 quæro quid si emphyteuta, tamen † sicut dictū
est proxime, in feudo idem concludit Corbul. in
locis supra allegatis, à quorum opinione, vti Cō-
muni recedendum non est.

Et dum non constat, an licentia, vel alienatio
præcesserit, semper præsumi licentiam præces-
sisse vt post alios scribit Ioan. Baptist. Costa, de
facti scientia, & ignorant. inspect.25. num.9.

Quo ad supradictas materias assensuum, tum
in feudis, tum etiam in emphyteusi, infinita pro-
pemodum dici possent, quæ omittuntur, quia
exigerent magnos Tractatus separatos, quod nō
est meæ intentionis, cum apud supra dictos la-
tius sint agitata, solum quo ad Laudemij mate-
riam, tangam aliqua valde vt reor necessaria.

Sciendum est ante omnia, quid sit laudemiū.
23 Definitionem ipsius ita ego statuerem † Lau-
demium est solutio quinquagesimæ, vel maio-
ris, aut minoris partis pretij seruata consuetudi-
ne, quam facit vasallus, vel emphyteuta domi-
no, pro consensu, vel feudalis, aut emphyteutica-
riæ rei renouatione, quæ fundari potest in l. fina-
li, C. de iure emphyt. & voluit Speculat. in tit. de
emphy-

emphyteuſi,§.nunc aliqua,num.123.verſic.cen-
teſimo quæritur. Aliam definitionem tradit Io.
Ferrar.Montanus,in vſus feudor.lib.6 cap.4. ver
24 ſic.In tantum autem bona,† Laudemium eſt pe-
cunia,quæ domino ex re feudali, vel emphyteu-
tica vendita datur,in hoc, vt alienationi conſen-
tiat,vel pro ſuo iure ratam habeat. Tertiam vero
25 definitionem † tradidit nouiſſimè Ant. Borri-
nius de ſeruitijs vaſallorum, parte 4. cap.8. in §.
laudemium,in princ.dum inquit. Laudemium
eſt cenſus, ſiue reale feudale ſeruitium, quod
contribuendo pecuniam præſtatur domino pro
renouatione inueſtituræ feudi. Sed omitto di-
ſcuſſiones harum definitionum, tũ quia in iure
26 periculoſę ſunt,tum & multo plus,quia† vocabu
lum iſtud,non reperitur in aliqua lege deſcriptũ,
ſed tantum fuiſſe Vltramontarum adinuentum,
vt ſcripſit And.de Iſern.in c.1.§.ſimiliter in oſtē-
ditijs,nu.3.ver.hoc releuium in Regno,de Capi-
tul. Corradi,de quo Io. Rainaud. in c.1. §. præte-
rea,nu.32.de prohib.feudi alien.per Feder. Frāc.
Duaren.in Conſuetud. feudales, cap.13. num. 9.
Iacob. Spiegell.in Lexico Iuris,in verbo,Laude-
mium. Bene Ioannes Hauichorſtius ad Dua-
27 ren. in loco allegato, vbi dicit, † Laudemias dici
honoraria quæ dominis præſtantur pro renoua-
tione, vtilisq. dominij confirmatione.

28 A laudando † laudemium dicitur, laudare e-
nim approbare eſt, dum dominus feudum, vel
emphyteuſim,nouo vaſallo,vel emphyteutæ feu
dum,vel emphyteuſim approbat, vel confirmat.
Andr.de Iſern.in loco allegato.Matth.de Afflic.
in cap.1.§.illud quoque, ſub num.6. de prohibita
feudi alien. per Feder. Itaque ex hoc dico, quod
pro ſimili laudatione, ſiue approbatione facta à
domino, illud, quod in domini honorem datur,
29 appellarunt † laudemium; nomen ſortitur ab
actu domini, effectum ſolutionis pecuniæ à va-
ſallo, & emphyteuta. explicat Ioan. Ferrar. Mon
tan.in loco allegato, Hauichorſtius ad Duarenũ,
vbi ſupra,& meliora exempla, & authoritates va-
lidiores inducit Franciſcus Hotoman. de verbis
feudalibus,§.laudum,§.laudamentum, & §. lau-
da, eadem, & alia replicauit, & induxit Iacobus
Culacius ſuper feudis, lib. 1. titulo 17. & libro 2.
titulo 20. Paris de Puteo de Reintegrat. feud. c.
85.incipit: Fuerunt,num.2.Ioan.Cephal.in conſ.
27.num.22.volum.1. Ioan. Pyrrhus in Conſuet.
Aurelian.tit.de Feudis, cap.3. tit. de laudemijs,
cap.21.

30 Quo † ad emphyteutas autem an teneantur
ad ſoluendam quinquageſimam ex d.l.fin. Iure
probatur teneri: quia ob meliorationes factas in
re conceſſa, volens is, qui meliorationes fecerit,
illas alienare, quæ emphyteutica Grecè appellan
31 tur, vt ibi dicitur,quia † aliqui textus habent em-
ponemata,cum dicere deberēt emphyteutica,vt
ſcribit optimè Stephanus Forcatulus in Necyo-
32 mantia Iuris,Dialogo 19.& ſecundum† conſue-
tudines locorum,aut eſt maior,aut minor quan-
titas tam in feudalibus, quam in emphyteuticis,
vt dicit Afflict. in d. §. illud quoque. Paris de Pu-
teo de Reintegr.c.92.Pater,nu.32.& 33.Pro feu-
33 dalibus † autem teneri quem ad laudemij ſolu-
tionem, iure non probari omnes aſſerunt,niſi, vt
dictum eſt,longo vſu id obſeruari ſolitum fuerit,
vt dicunt Andr.de Iſern. Duaren. & alij ſupra al-
legati. Deberi autem pro feudo, non autem pro
renouatione feudi, poſt Bertrandum Capreoli,
voluit Ioan. Rainand.in d.cap.1.§.pręterea ſi quis
infeudatus,quæſt.20.nu.16.& vocat Terzenum.
Marin. Freccia de Subfeudat. Baron. libro ſecun
do, cap. 11. incip. Pluribus autem, numero 83.
vbi dicit, alicubi dici Tertiariã, vel Quarteriam
pretij. Idem Rainand. in §. præterea Ducatus,
numero 6.

34 Hæc † laudemiorum materia in omni foro
practicabilis eſt,idcirco faciam pro Magiſtratib.
alijsq. quibus hæc mea ſcripta exhibebuntur,ve-
luti quandã Summulam, ſub breui Compendio
materiam ipſam complectentem; enumerabo
prius Caſus,quando laudimia debeantur,& poſt-
modum illos, quibus exigi non poſſint, in locis,
quibus conſuetudine laudemiorum exactio fieri
ſoleat,& loquimur deberi laudemia ex alienatio
nibus genericè.

35 Primò, debetur † laudemium ex venditione
rei feudalis,vel emphyteuticæ, ante illius tradi-
tionem,& re nõdum tradita, quia ſufficit eſſe fa-
ctam venditionem,l.1.& 2. C.de reſcind. vendit.
per quæ iura ita voluit Maſuer.in Pract.tit. de re-
tractu, num.9. verſic. Item pone emptor, vbi in-
36 quit, poſſe † dominum directum petere Ven-
das,& Laudemia,etiam non facta rei traditione,
etiam ſi lis eſſet inter emptorem, & venditorem
ſuper ipſius rei traditione.Idem voluit Bertrand.
in conſ.199.volum.1.quos ſequitur Andr. Tira-
quel.in tractatu de retractu conſanguin.§.1.gloſ-
ſa 2.num.48. cum præſertim maiori ex parte ven
ditiones atque alienationes rerum feudalium,
& emphyteuticarum, fieri ſoleant per publica
documenta, & inſtrumenta, & non ſolum tradi
37 ſoleat poſſeſſio per precarium, ſed † per ſimplex
conſtitutum, quo transfertur in emptorem Na-
turalis, & Ciuilis poſſeſſio, iuxta tradita per
eumdem Tiraquell. de Iure Conſtituti, parte 1.
numero quarto. Et in caſu huiuſmodi ſolutio
laudemij fit ex alienatione, & venditione, &
tamen ad hoc, vt dicatur venditio completa,
38 ſufficit quòd † ſit facta venditio, & emptio, ac
ſtabilitum pretium, §. item pretium, cum ſimi-
libus, Inſtit. de emption. & vendit. tanto plus, vt
euitetur fraus,quæ fieri poſſet, dum colluderent
emptor in non quærenda rei traditione, & ven-
ditor in tradendo, ad pręiudicium domini,quod
permittendum non eſſet. Declara hoc princi-
pale Axioma, vt dicam infra, hoc eodem capite,
verſic.primo non debetur.

Secundò, vt, quod ſupra dixi iterum repetam,
39 laudemium † ſolui debet directo domino, non
ſolum per emphyteutam, ſed etiam pro feudo, ac
re feudali, vt concludit Guido Papę, in deciſ. 415.
nu.3.vbi poſt Ioan. Columbinum, in c. Imperia-
lem, §. illud, de prohib.feudi alien. hoc confirma-
uit, contra opinionem Petri Iacobi, qui tenuerat
40 contrarium; & † exigi laudemia pro feudalib. re-
bus alienatis dicit ſeruari in Delphinatu; quam-
quã contrarium ſeruetur apud Gallos, vbi feuda
alienan-

alienantur ad inſtar patrimoniorum. Et ad hanc opinionem Guidonis Papæ faciunt, quæ annotaui ſupra verſic. ciendum eſt, ex Ioan. Ferrar. Montano, & Antonio Borrino. Sed idem tenuit Nicol. Boer. in Conſuetud. Biturig. tit. *Des couſtumes des fiefz & ceus*. §. 5. vbi vltra dicta per Guidonē Papæ, dicit, in † multis partibus Galliæ ſolui diuerſimodè, vt Pariſijs ſolui quintum denarium, & ſic per mores Lorrienſes ſolui quintum dena-
42 rium, & requintum, & † licet de Iure Communi non deberetur ex feudi alienatione, ſecus tamen eſt de conſuetudine, vt dicit Barth. de Caſſanæo in Conſuetud. Burgund. Rubr. 10. §. 10. gloſſa 2. num. 7. & Ioan. Papon. Arreſtor. Curiæ, lib. 13. tit. 1. Arreſto 3. intelligentem prædicta, vt dicam infra, verſic. ſecundo laudemium.
43 Tertio debetur † laudemium pro alienatione feudi, annuo cenſui, ſiue ſolutioni cenſus ſubiecto, vt cenſuit Hippolyt. Riminald. iunior, in conſil. 38. ſub num. 14. & 15. volum. 2. quem ſequitur Anton. Sola, in Conſtit. Sabaudiæ tit. de iure emphyteu. Decreto, Rempublicam, primæ partis,
44 gloſſa 3. num. 8. Ea eſt ratio: † quia res feudalis pro qua fit ſolutio annui cenſus, dicitur potius emphyteutica, vt voluit Bald. in l. liberti, libertæq. nu. 36. C. de oper. liber. Cardin. Pariſ. in conſil. 4. num. 22. vol. 1. Roland. à Valle, in conſil. 23. num. 12. vol. 1.
45 Quarto debetur † laudemium ex feudi introitu, & noua conceſſione, & præſertim in hoc Re-
46 gno Neapolitano, quia mortuo Barone † Regi datur Releuium, de quo feudi introitu loquitur Gloſſator Marinus de Caramanico, in Conſtit. Regni. Poſt mortem, in verbo, Recepto, vbi hoc idem tenuit Iſern. & Afflict. num. 9. & Paris de puteo de reintegrat. feud. cap. 141. An quando, num. 8. & in tit. de verb. feudalib. ſiue de verb. ſignif. in verbo, Laudemium, & eſt notandum,
47 quod dicit Afflict. in loco allegato, quod † illud quod à Doctoribus dicitur laudemium, in hoc Regno Neapolitano dicitur Releuium. Dixerat antea Andr. de Iſern. in c. 1. §. ſed, & cum res, nu. 9. per quos fiat inueſtit. in cap. 1. §. ſimiliter in oſtenditi tijs, nu. 3. de Capit. Conradi. latè Freecia, de Subfeud. Baron. lib. 2. Author. 3. num. 1. & per
48 totum. Qui dixerunt † Releuium non deberi de iure, ſed eſſe de more in hoc Regno Neapolitano; Sic etiam dicit D. Praſes de Franchis, in Deciſ. 121. nu. 4. Petrus de Gregor. Siculus, de conceſſ. feud. parte 8. q. 16. tit. de Iure Releuij, num. 1. Marchio de Ponte, in conſil. 30. num. 39. vol. 1. Anna ſenior in Alleg. 95. num. 2. & ſeq. Lanar. in
49 conſil. 40. num. 10. vol. 1. Sed ego dico, † quantitatem Releuij conſuetudine introductam, vt ſucceſſor in feudo ſoluat medietatem fructuum illius anni; ſed quo ad ſolutionem faciendam per hæredem, eſſe de iure Regni, per dictam Conſt.
50 † Poſt mortem. Ad materiam idem Paris de Puteo, de reintegrat. feud. cap. 91. pone, num. 13.
51 Quintò † deberi laudemia ex venditione libera, exploratum eſt, vt per omnes DD. in d. l. finali, per illũ text. C. de iure emphyt. cum debeatur ex omni alienatione. Aymo Crauetta, in conſ. 215. per Iul. Clar. in d. §. emphyteuſis, q. 23. Io. Pyrrh. in Conſuetud. Aurelian. tit. de laudemijs, cap. 2.
52 Sextò debentur † laudemia etiam ex venditione cum pacto de retrouendendo te tradita, Gulielm. de Cuneo, & Alberic. de Roſate, in l. ab emptione, ff. de pact. Paulus de Caſtro, in l. 1. C. de pact. faciunt ſcripta Tiraquelli de retractu conſang. §. 1. Gloſſa 2. nu. 28. Marin. Freccia, de Subfeud. Baron. lib. 2. §. Hic quæro, nu. 7 Ioan. Pyrrh. in dicta Conſuet. Aurelian. tit. de laudemijs, cap.
53 2. & † tanto facilius procedit, quando pactum de retrouendendo, ſiue redemptiuum eſt perpetuum, vt eſt de mente Nicol. Boer. in Conſuet. Biturg. tit. *Des couſtumes des fiefz & ceus*. §. 18. col. 1. Ioan Sainxon in Conſuetud. Turonenſ. titulo 13. Articulo 5. Bartholom. de Caſſaneo, in Conſuetud. Burgund. Rubr. 11. §. 1. Gloſſa, in verbo, *Lots*, num. 15. & §. 7. gloſſa 1. num. 5. Andr. Tiraquell. de Retractu conuention. §. 6. Glo. 2. num. 10. Anton. Teſſaur. in deciſ. 75.
54 Septimò, quando † fit venditio cum pacto de retrouendendo, & poſtmodùm fit retrouenditio, & res retrotrahitur, ſolui debent duo laude-
55 mia domino, dum † tamen interueniat nouus cõtractus. Alberic. in d. l. ab emptione, ff. de pact. Barthol. de Caſſan. in Cõſuet. Burgund. in dicta Rubr. 11. §. 7. gl. 1. num. 5. Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphin. 571. par. 1. Andr. Tiraquel. de retractu conuent. §. 6. gloſſ. 2. num. 10. declarant ha-
56 bere locum, † dum tamen fiat retrouenditio ex interuallo. Nicol. Boer. in Deciſ. 182. num. 39. Stephan. Bertrand. in conſil. 45. vol. 2. Cranetta, In conſil. 215. Ioan. Papon. in Arreſtis Curiç, lib. 13. titulo 2. Arreſto 24. Idem Boer. in conſil. 3. & in conſil. 42. in fine, Anton. Teſſaur. in dicta Deciſ. 75. num. 3. Hieronym. de Laurent. in Deciſ. Auenionen. 122. num. 7. in fine, Ioan. Sainxon. in Conſuet. Turon. tit. *de Predz de Fied*. artic. 5. Caſſanæus in Conſuet. Burgund. Rubr. 11. §. 1. in verb. *Lots*, num. 15.
57 Octauò, † ex diſtractu debetur domino directo laudemiũ, vt poſt Gul. de Cuneo, Alber. Angel. & Paul. de Caſtr. in l. ab emptione, ff. de pact. voluit Andr. Tiraq. de retractu conſang. §. 1. gl. 2. num. 39. & Io. Pyrrh. in Conſuet. Aurelian. tit. de Laudimijs, c. 12. vbi dicit eſſe veram hanc opinionē, licet contrarium tenuerit Nicolaus Boer. in locis allegatis, quæ intelligi oportet, vt concilien-
58 tur iſtæ opiniones, vt † in diſtractu ſoluatur laudemium, quando fieret ex interuallo, ſecus ſi ſtatim, vt poſt Io. Faber, in l. 1. q̃n liceat ab empt. diſcedere, & Steph. Bertran. in conſil. 198. volum. 1. voluit Renat. Choppin. de Priuileg. ruſticor. lib. 2. c. 2. n. 3. in Margine. Caſſanæus in Conſuet.
59 Burgund. Rubr. 11. §. 7. nu. 4. Quinimmo † deberi laudemium ſi ex cõtractu diſceſſerunt, re nondũ tradita, vt ex eodem Bertrando voluit idẽ Choppin. in Conſuet. Andeg. lib. 1. cap. 4. num. 10.
60 Nonò, hinc ſequitur † deberi laudemia domino ex retrouenditione ipſa, quia cenſetur altera venditio, quæ rei traditione perficitur, & effectũ veri contractus, & nouç venditionis perficit, l. 2. §. ſi ſub conditione, ff. pro emptore, l. duob. ff. de diuerſ. & tempor. preſcript. latiſſimè Andr. Tiraquell. de Retractu conuent §. 6. gl. 2. per totum.

Aa Sequitur

Sequitur alia allegans, Marin. Freccia, de Sub-
feud. Baron. lib. 2. §. hic quęro, nu. 7. qui tamen di-
cit, hanc quęstionem esse difficilem. Sed ad hanc
conclusionem faciunt quę diximus supra versic.
septimo.
61 Decimò, ex † venditione iuris luēdi, dominus
potest laudemium exigere, vt testatur Consilia-
rius Fabius de Anna, in consil. 4. num. 78.
62 Vndecimo, † ex Diuisione feudi, vel emphyteu
sis inter socios deberi directo domino laudemiū
voluit Petr. Iacob. in tit. de iure emphyteut. in fi-
ne, quem sequitur Capella Tolos. in Decis. 75.
63 vbi dicit † id procedere in diuisione voluntaria;
Et deberi tenuit Ioan. Rainaud. in §. pręterea Du
catus, num. 6. versic. quæro an pro diuisione, &
versic. Quid dicendum, Petr. Ferrar. in forma li-
belli pro hæred. vel re sing. diuid. in verbo, Domū
vnam, vbi dicit, deberi laudemium pro partibus
cohæredum, qui dederunt alteri portiones suas,
de quo latè Andr. Tiraquell. de retractu consan-
guin. §. 1. Glossa 14. num. 77. Deberi autem, vbi
fit diuisio in extraneum, post alios censuit Ioan.
Cephal. in consil. 195. num. 22. vol. 2. nouissimè
Baptist. Laderch. in consil. 16. in fine, volum.
primo.
64 Duodecimo, deberi † domino laudemium
etiam ex promissione de uendendo, quando fuit
statutum pretium, & positus in possessionem, is
cui fuit facta vendēdi promissio, vt ex dicto Fran
cisco Aretino, in l. 1. ff. de Pignorat. act. dicentis,
65 † haberi venditionem pro celebrata, si vnus pro-
miserit vendere, alter emere pretio adiecto, ita
voluit Anton. Sola in Decretis Sabaud. in Decre
to, Rempublicam, Glossa 2 primæ partis, num. 3.
& 4. sub titulo de Iure emphyteutico, vbi alios al
legat, adde Gaspar. Caballin. in Milleloq. 201. &
Milleloq. 202.
66 Decimotertio debetur † laudemium ex datio-
ne in solutum, quia nihil differt ab emptione, l.
elegantet, in princip. ff. de pignorat. act. & ita vo-
luit Guido Papæ in consil. 46. colum. 2. vers. plus
posset considerari, quem refert, & sequitur more
suo plures allegans Andr. Tiraquell. in d. §. 1. gl.
67 14. Et si datio † in solutum fieret à iudice, simili-
ter ex illa laudemium deberi, Petr. Iacob. de act.
in rem, pro re emphyt. col. 8. versic. Item in datio
ne, sub num. 10. Masuer. in Pract. titulo de Loca-
to, & iure emphyt. nu. 27. in fine, & in tit. de exeq.
& subhastat, num. 14. in fine, & nu. 15. Amodeus
de Ponte in quæst. laud. 27. Ioseph. Ludou. in De
cis. Perusina 60. num. 7. Vincent. de Franch. in
Decis. 277. vbi aliqualiter declarat. Plenè Anton.
Tessaur. in Dec. 139. Ioan. Anton. Cannet. in c.
Volentes, Regni Siciliæ, §. sed maior, num. 8. &
seqq. solut. 194.
68 Decimoquarto † debetur domino directo, lau
demium, de contractu libellario, quem dicunt,
dum datur feudum, vel emphyteusis pro viginti
nouem annis, & his finitis, ad renouandum, de
quo contractu habetur, & loquitur plenè, & opti
nè Bald. in c. 1. §. Aut si libellario, num. 1. quib.
69 mod. feud. amittatur, vbi dicit, † Contractum li-
bellarium dici, dum conceditur feudum ad vi-
ginti nouem annos, vel ad renouandum, & nunc
dat concedenti tot solidos pro qualibet libra, &
in super quolibet anno tot sextarias frumēti, vel
tot denarios, vel Carolenos, pro censu, & reco-
gnitione. Et quando fit ad renouandum, finitis
viginti nouem annis, iterum soluatur laudemiū,
& census annuus. Et dicitur libellarius, à libel-
lo, quasi sit scriptura breuis, siue breue testatum.
Et simili modo conceditur emphyteusis ad vi-
ginti nouem annos, & ad renouandum contra-
ctum, quod finita, pro refirmatione fit eadem so-
70 lutio laudemij, & annui census. Tamen † contra-
ctus huiusmodi quoad emphyteusim, appellant
precariam; causam, & rationes vide apud Bald. in
71 dicto loco allegato. Tamen † hęc nomina con-
tractus emphyteutici, precariæ, & libellarij, sunt
Synonyma, & communi consuetudine confun-
duntur, cum parum inter se dissideant. Azo
in Summa, C. locati, col. 2. quem refert, & sequi-
tur Bartol. in d. l. si finita, §. si de vectigalibus, nu.
9. & 10. ff. de damno infecto, in l. 1. num. 7. C. de
iure emphyt. Martin. Laudens. in cap. primo, §.
similiter, num. quinto, quibus mod. feud. amitt.
Decius in consil. 146. num. 2. in consil. 518. num.
4. Cardinal. Paris. in consil. 77. num. 11. volum. 3.
post Barth. Socin. in consil. 50. num. 1. volum. 4.
Andr. Tiraquell. de retractu consang. §. 34. Glos-
sa prima, num. primo. Iul. Clar. in §. emphyteusis,
72 quæst. 1. in principio. Et ideo † pro hac contra-
ctus specie debetur laudemium, vt post eos vo-
luit Paris de Puteo, de reintegr. feud. cap. 122. ver
sic. An si reperiatur, num. 10. Quia est species alie
nationis, vt dicit Glossa in Auth. Ingressi, C. de
Sacrosanct. Eccles. & voluit Ioan. de Anania,
in Disputat. de Reuocat. feudi alienati, parte se-
73 cunda, nu. 29. † Differentias vero inter hos con-
tractus emphyteuticos, libellarios, & precarios,
nouissimè tradit Nicolaus Intrigliol. de feudis,
Centuria prima, quæst. 9. num. 42. cum pluribus
sequentibus.
74 Decimoquinto, † non solum pro area feudali,
vel emphyteutica debetur laudemium, sed etiā
pro valore ędificiorum in ea factorum, ita Albe-
ric. de Rosate, in l. finali, in fine, C. de iure em-
phyt. ea ratione, quod ædificiū cędat solo, l. adeo,
§. quidquid, ff. de acquir. rer. dominio, cum simi-
libus, quos sequitur Ias. in d. l. finali, num. 44. vers.
quarto quæro, & Nicol. Boer. in Consuetud. Bi-
turigum, tit. *des Coustumes des fiefz & cens*, §. 19.
in princip. versic. sed quæro, & in Decis. Burde-
75 gal. 19. num. 3. Contrarium † tenuit Paris de Pu-
teo, de reintegr. feud. cap. 143. vers. An si aliquis,
num. 2. dicens istas ædificationes antequam res
deuoluatur ad dominū esse ædificātis, & possunt
76 tolli, † vel dominus tenebitur ad expensas me-
liorationum, in c. 1. §. si quis de māso, si de inuesti
tura feud. controuers. sit, c. 1. §. si vasallus, hic fini-
tur lex, qui text. non potest cauillari. Et ita etiam
voluit Bald. in d. §. si quis de manso, num. 1. dicit,
77 † quod si vasallus fecit incrementum, totum
hoc ad ipsum pertinebit, l. prima, §. ex con-
trario, de inuestitura de re aliena facta, maxi-
mè ex opere industria, & manu facto, §. si quis,
Instit. de rerum diuis. non enim adeo vnita est
substantia, vt vnum ab alio separari ne-
queat,

queat, & ita residet Bald. quod & prius dixerat
Andr. de Isern. in c. 1. §. ad hoc, in d. tit. hic finitur
lex, num. 3. & sequuntur Aluarot. & Præposit. A-
lexand. in dicto §. si quis de manso, & in dicto §. si
vasallus, & latius Anton. Capic. in inuestitura
feudali, in verbo feudorum augmenta, vbi tra-
dit limitationes quasdam, quarum illam potis-
78 simam probarem, si † dominus in concessione
melioramenta, & incrementa reseruasset, vt in
dictis iuribus. Et hæ limitationes omnes repe-
riuntur antè etiam vario modo positæ à Cardin.
Alexandr. in d. §. si quis de manso, & nouissimè
vidi Intrigliol. de feudis, Cent. 1. quæst. 59. Bene
Roland. à Valle, in cons. 28. num. 29. & 30. vol. 1.
Iul. Clar. in §. feudum, q. 88. & Guido Pancirol. in
cons. 1. nu. 92. vol. 1. & nouissimè satis eruditè Io.
Bapt. Laderchius, in consil. 16. sub num. 5. versic.
quarto deducitur, volum. 1.
79 Decimosexto, ex † transactione, quæ fit acce-
pta pecunia laudemium debetur, vt voluit idem
Petr. Iacob. de action. in rem pro re emphyteu-
ticar. sub num. 10. vers. item si res detur ex causa
transactionis. Tiraquel. de retractu consanguin.
§. 1. glos. 14. num. 63.
80 Decimoseptimo † debitum erit laudemium
ex donatione, vt per Guidonem Papæ, in decis.
46. & in decis. 48. Ias. in d. l. finali, num. 68. dicen-
tem, in hoc neminem discrepare. post Stephan.
Bertrand. in consil. 123. num. 1. volum. 1. parte 2.
voluit Iulius Clarus in d. §. emphyteusis, quæst.
23. versic. sed quæro, an soluendum. Franc. Marc.
in decis. Delphinatu 573. num. 1. vol. 1. Ioan. Pa-
pon. Arrestor. Galliæ, lib. 13. titulo 2. Arresto 19.
Barthol. de Cassaneo, in Consuetud. Burgundiæ
rubr. 11. §. 7. glossa 1. num. 7. & in fine, Ioan. Pyr-
rhus, in Consuetud. Aurelian. tit. de laudemijs,
cap. 7. & cap. 11. sub dubio tamen. Ioan. Sainxon,
in Consuet. Turonens. articulo 15. in glossa *Pour
vendition*, columna secunda, versic. Deinceps est
succinctè. Hieronym. de Laurentijs, in decis. A-
uenionensi 143. sub num. 3. & 4. Nicol. Boer. in
Consuetud. Biturigum, tit. *Des coustumes des Fiefz,
& cens*, §. 18. glos. 1. col. 1. de consuetudine tamen
81 Delphinali dicunt, pro † donatione solui medie-
tatem laudemij, Guido Papæ, Francisc. Marc. &
Nicol. Boer. in locis allegatis. Hęc Conclusio est,
82 ne † cogatur dominus alienum hominem habe-
re inuitus, c. 1. §. donare, qual. feud. olim alien. po-
83 terat. Nisi adiecta † Clausula, Saluo Iure domi-
ni, & non aliter, nec alio modo. Felin. in cap. quæ
in Ecclesiarum, num. 77. vbi Augustin. Berous,
num. 198 de Constit. Hieronym. de Laurentijs,
in d. decis. 143. sub num. 23. nouissimè Ludouic.
Sacca, in cons. 65. num. 40. vol. 1.
84 Decimooctauo, † inde dicitur deberi Laude-
mium, etiã ex donatione facta reseruato vsufru-
ctu, non tamen debetur antequam vsusfructus fi-
niatur, sed illo finito, fit laudemij solutio, argu-
mento eorum quæ de gabella dicit Barthol. So-
cin. in cons. 130. vol. 3. Roland. à Valle, in consil.
29. num. 21. vol. 4. cum alijs allegatis voluit Ant.
Sola in Decretis Sabaudiæ, in Decreto, in Casi-
bus, parte 1. glossa 1. nu. 15. Nicolaus Intrigliolus
de feudis, Centuria 1. q. 9. num. 208.

Decimonono insuper ex eodem fonte manat;
85 quod † laudemium debeatur etiam ex donatio-
ne remuneratoria. Ioan. Pyrrhus in dicta Con-
suetud. Aurelianen. cap. 11.
86 Vigesimo debetur † laudemium etiam ex do-
natione causa mortis, si sequatur traditio. Ga-
spar Caballin. Milleloq. 114. Ioannes Pyrrhus
in Consuetud. Aurelianen. titulo de Laudemijs,
cap. 11.
87 Vigesimoprimo cum † datur dos æstimata,
laudemium debetur domino rei feudalis, vel em
phyteuticæ. Specul. in tit. de emphyteusi, nu. 134.
& seq. Petr. Iac. in d. tit. de act. in rem, pro re em-
phyteuticaria, sub nu. 7. ver. item & in datione in
dotem, Ioan. Rainaud. in d. cap. Imperialem, §. ha
bito, num. 10. vers. quid autem sit in re emphyteu
ticaria, Guido Papæ in decisione 48. Masuer. in
tit. de empt. & vendit. sub num. 7. vers. item si res
detur, & Steph. Aufrer. ad Capel. Tolos. in decis.
278. & hos referens Andr. Tiraquel. de retractu
consanguin. §. 1. glossa 14. num. 108. Paris de Pu-
teo, de reintegrat. feudor. cap. 92. num. 21. & 22.
& cap. 141. num. 8. Ioseph. Ludou. in decis. Perusi-
na 60. num. 12. Ioan. Papon. Arrestor. Galliæ, lib.
13. titulo 2. Arresto 24. Gaspar Caballin. Mille-
loq. 216. qui tamen dicit, omnes Doctores er-
rasse, nisi declarent, vt ipse dicit: verum ob
suam opinionem, ego nolo à supradictorum sen
tentia discedere.
88 Vigesimosecundo † ex permutatione, in qua
interuenit res immobilis, & interuenit pecunia
in refutura maioris valoris rei, quia debebitur
laudemium. Guido Papæ, in decis. 92. sub num.
2. Ioan. Pyrrhus in Consuetud. Aurelian. tit. de
laudemijs, cap. 11. & ante eos Bald. in Prælud. feu-
89 dor. numero 11. vbi dicit, † permutationem dici
emptionem, non solum, si pars pecuniæ sit ma-
ior, sed etiam si sit æqualis. Idem dixerunt Pau-
lus de Castro, Angel. Ioan. de Imola, & alij, in l.
Aristo, ff. de donat. Corne. in consilio 45. colum.
secunda, litera E, versiculo. His tamen non ob-
stantibus, volum. 4. Sequitur Ioan. Sainxon. in
Consuetud. Turonens. titulo 12. *Comment hommai-
ge se doit offrir à son seigneur*. articulo quinto, colum
na secunda, & titulo decimoquarto, *de Rechaptz,
& ventes*, articulo decimoquinto. Iulius Cla-
rus in dicta quæstione vigesimatertia, post prin-
cipium, Bartholom. de Cassanço, in Consuetud.
Burgund. titulo, *des Cens*. Rubrica vndecima, §.
7. glossa 1. numero 1. optimè Nicol. Boer. in Con
suetud. Biturig. titulo, *Des Coustumes des Fiefz, &
cens*. §. decimooctauo, columna prima, vbi opti-
mè alios allegat. Capell. Tolos. in decisione 27.
90 Sed † in Gallia de permutatione soluitur medie-
tas laudemij, vt dicunt dicti Doctores Galli, Cas-
sanæus, Boerius, Ioan. Pyrrhus, Ioan. Sainxon,
& nouissimè Francisc. Marc. in decis. 573. parte
prima. Eamdem supra notatam opinionem fir-
mat Gulielmus Redoan. de rebus Eccles. non a-
lienand. quæst. 11. §. Ista autem, num. 1.
91 Vigesimotertio † debetur laudemium domi-
no, quamuis feudum vel concessio facta esset
vasallo, vel emphyteutæ puta Titio, & cui ipse
dederit, Curt. in tract. feudor. par. 3. quæst. vltima,

& parte 4.num.141.& poſt Iacob. de Beluiſio te-
nuit Iacobinus de Sancto Georgio, in Inueſtitu-
ra feudali, in verbo. Ita etiam quod ipſi vaſalli,
num.1.& 2.quem ſequitur Anton.Capic.in inue
ſtit. feudali,in verbo, feudorum Clauſulæ, §. pro
ſe, & quibus dederit,col.2.verſic. Aduertendum
quarto, Franciſc. Burſat.in conſilio 181. volum.
2.Petr.Gregor.Siculus, de conceſſ.feud. parte 6.
quæſt.8.numero 7.& 8.Nicol.Intrigliol. de feud.
Centur.2.artic.6.num. 32.

92 Vigeſimoquarto noui † homines, ac vaſalli in
conceſſione feudali, vel emphyteuſi, non com-
prehenſi, tenentur ſoluere laudemium domino,
quia dominus reciperet nouum debitorem in in-
ueſtitura minimè comprehenſum, pro quo cum
poſſet damnum ſentire, cõtra l. ſi mandato meo,
in prin.vbi Bart.ff.mandat.ita voluit Iaſ.in d.l.fin.
nu.44.ver.addo,quod iſtã quæſtionem,C.de iure
emphyt.quos ſequitur Ioan. Cephal. in conſ. 27.
93 num.20.& 21.vol.1. Ex † mutatione enim vaſalli
debetur domino laudemium.Ioan.Pyrrh.in Cõ-
ſuetud. Aurelianenſ. titulo de laudemijs, cap. 2.
& dici poteſt renouatio inueſtituræ, pro qua lau-
demium debetur.Hieronym.Gabriel.in conſilio
78.num.7.volum.2.quod declarandum eſt, vt di-
cam infra,num.103.

94 Vigeſimoquinto, faciens † hæredem extra-
neum, vel legatum, rei feudalis, vel emphyteu-
ticæ,ex hac hæredis extranei inſtitutione,ex lega
to ſolui debet laudemium, vt dicit Specul. in tit.
de emphyteuſi,num.140.Iulius Clarus, in §.em-
phyteuſis,quæſt. 15. Paris de Puteo, de reintegr.
feudor. cap 92.num.21.Intrigliol.de feudis, Cen
turia 1.quæſt.9.numero 208. Hieronym. de Lau-
rentijs, in deciſ. Auenionenſ. 134. numero 208.
Ioannes Pyrrhus in dicto titulo de laudemijs,
capitulo vndecimo. Ioannes Sainxon, in Con-
ſuetud. Turonenſ.in titulo 14.*de Rechaptz, & ven
tes*. articulo 15. colum.prima,nouiſſimè D.Præ-
ſidens de Franchis,in deciſ.201.

95 Vigeſimoſexto,† debetur laudemium ex loca
tione facta ad longum tempus, quia dicitur alie-
natio, Iul.Clar.in §. emphyteuſis,q. 19. Vincent.
Catroc.de locato, & conducto,tit.de iure emphy
teutico,nu.1. & ideo quemadmodũ in alienatio-
96 ne debetur laudemium,eodem modo † dum da
tur emphyteuſis ad longum tempus,vt voluit A-
lex.in conſ.165. vol.2. vbi dicit deberi laudemiũ,
ſiue caſpoldum de locatione ad longum tem-
pus. Et iterum idem Alexand. in conſilio 104.
& in conſilio 119. volumine tertio, quem ſequi-
tur Decius in conſilio 204.numero 1.Aimo Cra-
netta, in conſilio 332.& in conſilio 337. numero
10.volum.3.Borgnin. Caualcan. in deciſ. 45.ſub
num.65.volum.1.

Vigeſimoſeptimo facta æſtimatione iudiciali
97 rei feudalis, vel emphyteuticæ, ſi demum † fiat
licitatio ſub haſta, & augetur pretium,de eadem
auctione, vel augmento debetur laudemium, vt
concludit Ioan. Papon. Arreſtorum Galliæ, li-
98 bro decimotertio, titulo 2. Arreſto 35. † Simili
modo, ſi augeretur pretium ex concordia, vel
tranſactione,vt dicit idem Papon. in loco allega-
to Arreſto vltimo.

99 Vigeſimooctauo † debetur laudemium ex do
natione ob cauſam,puta alimentorum,vel remu
neratoria, aliquorum iurium quæ remittuntur,
nec tunc fit ſolutio laudemij pro pretio, & æſti-
matione non rerum donatarum, ſed iurium re-
miſſorum,vel alimẽtorum præſtitorum,vel pro-
miſſorum, vt optimè conſiderauit Stephan.
Bertrand.in conſilio 123.& 124. volum. primo
quem refert, & ſequitur Anton. Sola in Decre-
tis Sabaudiæ, tit. de iure emphyt. in Decreto, In
Caſibus, primæ partis, gloſſa prima, numero 16.
100 Sed † apud Turonenſes non fit pro huiuſmo-
di donatione ſolutio laudemij, vt per Ioan.Sain-
xonem in illis Conſuetudinibus, titulo *de Recha-
ptz, & ventes*. artic.15.col.3.

Conſentaneum videtur, vt etiam tangamus
Caſus, in quibus data conſuetudine alicuius lo-
ci,in quo ſolui debet laudemium,de iure ad illius
ſolutionem non teneatur.

101 Primò,non debetur † laudemium, ſi vendita
fuerit res feudalis, aut emphyteutica ad pretium
declarandum: nam donec declaratio pretij non
ſubſequatur,laudemium non exigitur, vt ex Bal.
in conſ.444.vol.4.voluit Anton.Sola in Decretis
Sabaudiæ in Decreto. In Caſibus, Primæ partis,
102 gl.1.nu.13.Quod ego intelligerem,† niſi fraudu
lenter omitteretur pretij declaratio, vt euitetur
laudemij ſolutio,ne fiat tunc fraus domino, qui-
bus præcludenda eſt anſa,l.in fraudem, ff.de iure
fiſci. Clemen.1.§.finali,vbi Cardin.notab.20.de
conceſſ.præbend.quæ ſolutio euitari non poſſet,
ſi facta eſſet emptori rei traditio, argum. eorum
quæ diximus ſupra hoc eodem capite, verſiculo
Nono hinc ſequitur, numero ſexageſimo, & ſu-
pra verſiculo primo debetur, numero trigeſimo
quinto, & ſeqq.

103 Secundo laudemium † non debetur ex reno-
uatione feudi antiqui, vt voluit Bald. in c. quæ in
Eccleſiarum, de Conſtit. puta, ob mortem do-
mini, ſiue vaſalli. ſequitur Io. Rainaud.in d.c.Im
perialem, §. præterea ſi quis infeudatus, q.20.nu.
16. quos ſequitur Iacob. de S. Georg. in inueſtit.
feud.in verbo,qui quidem inueſtiti,nu.58.& dixi
ſupra,nu.30.verſ.quo ad emphyteutas, & ita intel
ligendum eſt,quod ex Hieron. Gabr. in conſ. 78.
nu.7.vol.2.dixi ſupra,hoc eodem capite num.93.

104 Tertio,ex † alienatione neceſſaria,non fit lau
demij ſolutio, Bart.in l.& ideo,ff.de condict.furt.
Sal.in l.2.C.de iure emph. Paul.de Caſtro,in cõſ.
144.Guido Papę, in deciſ.48. & in deciſ. 411. Io.
Sainxon,in Conſuetud. Turonenſ.tit.13.artic. 3.
verbo,*de Pied. de fief.* & tit.14. artic.2. & art. 15. &
iterum art.18.Io.Cephal.in conſ.59.num.33. vol.
1.Ioan.Petr.Surdus,in deciſ.Mantuana 305. nu.
31.Crauet.In Reſponſo 1.pro Genero,num.290.
Io.Papon. Arreſtor.Cur.lib.13.tit.2. Arreſto 23.
Caſſan.in Conſuetud.Burgun.rubr.10.§.9.glo.1.
nu.4.Capic.in deciſ.99.nu.3.quod intelligitur, vt
non habeat locum in alienatione neceſſaria, ori-
ginẽ habente ex alienatione voluntaria ex cõtra-
ctu emphyteutę, vt poſt Amod.de Põte, in tract.
laud.q.27.voluit Vincent.de Franc.in deciſ.277.
quem ſequitur D. Ioan. Baptiſta Coſta, de facti
ſcient.& ignor.Inſpect.24.num.3.

Quar-

105 Quartò † non debetur laudemium ex venditione nulla, vt voluit Bald. in l. finali, §. sed quia nostra, & ibi Alberic. Ioan. Faber, & Corn. C. Cõmunia de leg. Idem Faber, in l. 1. C. quando liceat ab empt. disced. quos refert, & sequitur Tiraquell. de Retractu Consang. §. 1. glossa 2. num. 2. & de Retractu Conueni. §. 6. gl. 2. num. 5. & de legib. connubial. l. 16. gl. 8. num. 205. vbi allegat Marsil. in Singul. 28. Fabian. de Monte, in tractatu de empt. & vendit. quæst. 35. tertiæ quæst. principal. Paul. de Castro, in cons. 74. col. 2. volum. 2. Barthol. Veronens. in consil. ciuil. 44. num. 3. & 4. Late Amedeus de Ponte, q. 39. quem sequitur Ioan. Petr. Surd. in Decis. Mantuana 122. num. 10. faciunt notata per Iul. Clar. §. Feudum, q. 31. vers. sed quæro quid si contractus, & Steph. Lamberteng. de Contract. mulier. in Glossa finali, num. 157. Caballin. Milleloquio 108.

106 Quintò, inde emanauit, † quod pro distractu, siue discessione à contractu, ob ipsius nullitatem e t inualiditatem, similiter non fit laudemij præstatio, vt per Alberic. Bald. Ioan. Fabr. Tiraquell. & alios supra proximè allegatos, quam discussionem agit Tiraquell. de Retractu consang. §. 1. gl. 2. num. 7. sed latius ponens omnia contraria de Retractu Conuentionali §. 6. glos. 2. à num. 5. cũ pluirib. seqq. & tandem num. 19. distinguit, vt per eum, ad quem sufficit remissio. Francisc. Marc. in Decis. 570. & in Decis. 571. vol. 1.

107 Sextò, ex † venditione facta cum pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, laudemiũ non debetur, quia non est pura venditio, & facilè potest resolui, & per ista pacta directe apposita ipso iure cum dissoluatur contractus, non fit laudemij solutio Petr. Iacob. de Action. in rem pro re emphyteuticar. num. 8. versic. Item ex pacto, quem sequitur Guido Papæ in Decis. 48. num. 2. Andr. Tiraquel. de Retractu Conuent. §. 1. Glossa 7. nu. 3. & §. 6. glossa 2. nu. 3. & 8. Gaspar Caball.

108 Milleloq. 107. Et † pro iuniorib. quo ad pactum legis commissoriç, & adiectionis in diem, videãt l. commissoriæ, C. de pact. inter empt. & vendit. Guido Papæ, in Decis. 6.

109 Septimò, ex † contractu conditionali, pendente implemento conditionis, nullo pacto laudemium debetur. Guido Papæ, in cons. 126. in 2. dubio, Andr. Tiraquel. de Retractu Cõsanguin. §. 1. gl. 2. num. 22. Amed. de Ponte, q. 39. Surdus in Decis. Mantuana, 305. num. 13.

110 Octauò † non debetur laudemiũ in promissione rei feudalis, vel emphyteuticæ de vendẽdo, cum non requiratur domini consensus, DD. in l. In bonę fidei, ff. de eo, quod certo loco. Ias. in d. l. finali, num. 134. C. de iure emphyt. Amedeus de Ponte, q. 34. Francisc. Bursat. in consil. 254. num. 3. & 4. vol. 3.

111 Nonò, solutio † laudemij fieri non debet ex venditione cum pacto de retrouendendo, si traditio non fit subsequuta. Ioan. Faber in l. finali, C. commun. de leg. Ioan. Sainxon. in Consuetud. Turonens. tit. 13. *de Pied fief, & deparaiges.* Articulo 5. col. 1. vers. Nam, & etiam.

112 Decimò, de † Retractu non deberi laudemiũ post Andr. Tiraquell. de Retractu consang. §. 29. Glossa. 4. num. 2. voluit Hieronym. de Lautentijs in Decis. Auenion. 26. Sed loquuntur in retractu Clerici, vel alterius personæ priuilegiatæ. Sed vide Ioan. Sainxon. in titulo 14. Articulo 18.

113 Vndecimo, ex † datione in solutum necessaria, laudemium non deberi, vt voluit Matth. de Afflict. in Decis. Neapol. 191. in primo dubio, Philipp. Dec. in cons. 160. Ias. in d. l. finali, nu. 47. & 48. C. de iure emphyt. voluerunt ante eos Gul. de Cuneo, Bartol. Bald. Raph. Fulgos. & Castrẽs. in l. & ideo, ff. de condict. furtiua, quos refert Tiraquel. de Retractu Consang. §. 1. gl. 14. num. 10. Amed. de Ponte, q. 77. Albertus Brunus in cons. 44. nu. 11. Ioan. Vinc. de Anna in Singul. 579. vbi

114 Fabius filius in Apostill. Secus vero erit, † si datio in solutum etiam per iudicem fieret pro debito ipsius emphyteutæ, contra quem fuit exequutum, & fuit facta datio in solutum: quia tunc deberi laudemium censuit post alios Cæsar Vrsil. ad Afflict. in dicta Decis. 191. D. Pręses de Frãch. in Decis. 277. quem sequitur Anton. Tessaur. in Decis. Pedemont. 139. in fine. Ioã. Sainxon. in Cõsuet. Turonens. titulo 14. de *Recaptz & ventes.* articulo 18.

115 Duodecimo, ex † diuisione necessaria inter hæredes, non deberi laudemia, & sic etiam si fiat diuisio inter plures emphyteutas. Guliel. de Cuneo, Bart. Bald. Fulgos. & Castrens. in d. l. & ideo, ff. de condict. furtiua. Gul. de Cuneo, & Alberic. in l. fin. nu. 48. Aimo Crauetta, in consil. 215. nu. 3. Alb. Brun. in dicto cons. 44. num. 11. Roland. à Valle, in cons. 21. nu. 16. vol. 1. Amed. in quæst. 26. Ioan. Sainxon. in dicta Consuetud. Turon. tit. 14. *de Recaptz, & ventes.* Articulo 2. Surdus in dicta Decis. Mantuana 305. num. 30. Fabius de Anna, in consil. 83. nu. 1. quem nouissimè sequitur Ioan. Bapt. Costa, de facti scient. & ignorant. Centur. 1. Distinct. 11. num. 23.

116 Decimotertiò, inde † etiam dicunt de dote omni, siue æstimata, siue inæstima, laudemium non deberi, voluit Ias. in dicta l. fin. num.... C. de iure emphyt. quem sequitur Sainxon. in dicta Consuetud. Turon. tit. 14. Artic. 15. col. 2. versic.

117 quid dicetis de re. Sed tãtum † ex datione dotis inęstimatæ non deberi laudemium dicit Petr. Iacob. de Act. in rem pro re emphyt. sub num. 7. Quando vero daretur æstimata, secus forer, iuxta illa, quę hoc eodẽ capite allegauimus, dum enumerauimus casus in quibus fit laudemij solutio, versic. vigesimoprimo, num. 87. ad quę habeatur relatio, & voluit Paris de Puteo de reinteg. feud.

118 cap. 92. num. 21. & 22. Sed vbi † pater daret fundum emphyteuticum inęstimatum filiæ in dotem, cum aliud non habeat, tunc non solui laudemium censuit Crauetta, in consil. 215. num. 7.

119 Decimoquarto, pro † augmento dotis, quod consequitur maritus, vel vxor, nullum debetur laudemium, vt ex Bartolo in l. 1. in fine, C. de im-

120 pon. lucr. describ. lib. 10. Nec † pro augmento dotium datarum marito in bonis emphyteuticis, ex Francis. Purpurato in consil. 3. num. 2. voluit Anton. Sola in Decret. Sabaudiæ, titulo de iure emphyteutico, in Decreto, In casib. Glossa prima, partis primæ, num. 17.

121 Decimoquintò, ex † transactione, qua remanet res apud eumdem possidentem, laudemium

nõ deberi,& ſic detur pecunia ab illo, voluit Ioãnes Sainxon in Conſuetud. Turonenſ.in tit. *Comment homaige, ſe doit offrir á ſon ſeigneur.* Articulos', col.2.& in tit *de Recaptz & ventes*. Articulo 18. Stephan. Bertrand. in conſil. 311. vol. 1. Bart. de Caſſan. in Conſuetud. Burgund. titulo *Des fiefz*. Rubr. 3. §. 8. Gloſſa 1. in verbo, *En alienation, & tranſport*. num. 21. & in tit. *de Cens* Rubr. 11. §. 1. in gloſſa 1. in verbo, *Retenue*. ſub num. 6. arg. l. ſi pro fundo, vbi Bartol. in princ. C. de Tranſact. Sed declaranda eſt ſupradicta Concluſio duobus modis;
122 Primo, † nõ procedere quando tranſactio mediante pecunia fieret, in caſu', in quo vaſalli iura liquida eſſent, & tamen ob pecuniã res feudalis, vel emphyteutica dimitteretur apud poſſeſſorẽ, vt per Gloſſam notabilem in l. eius rei. 47. in verbo, tranſegiſſe, ff. de rei vendic. voluit Bart. in l. 1.
123 num. 2. ff. pro emptore. Secundo, † non procedere, vbi quis tranſigendo diceret, concedo tibi quidquid iuris habeo in tali re, vel fundo; quia tunc ſub nomine tranſactionis contineretur venditio, & emptio, & deberetur laudemium; ſi ve-
124 ro † diceret, ego finio, vel quitto omne ius, ſuper tali re, quia tunc erit tranſactio, & laudemiũ ceſſaret, vt per Bartol. in dicta l. 1. num. 2. ff. pro emptore, & Caſſaneus in dtit. de *Recaptz*, §. 8. Gloſſa 1. num. 21.
125 Decimoſextò, ex † contractu permutationis prædictum laudemium non ſoluitur, vt voluit Petr. Iacob. in dicto titulo de Action. in rem, pro re emphyteutica, propè finem. Guido Papæ in Deciſ. 92. Ioan. Sainxon. in Conſuetud. Turonẽſ. tit. *De Recapte, & ventes*. Articulo 15. col. 8.
126 Decimoſeptimò, † ſi nominatus quis fuit in Inueſtitura, & illi transferatur feudum, vel emphyteuſis, non fit ſolutio laudemij, vt dicit poſt alios Afflict. in c. 1. §. illud primo, num. 14 de prohib. feudi alien. per Federic. Decius, in conſ. 331. Ripa, in l. qui Romę, §. duo fratres, num. 87. ff. de verb. obligat. Ioan. Cephal. in conſil. 27. num. 20. vol. 1. Ioan. Vincent. de Anna, in Allegat. 106. nu.
127 5. non dicitur † enim tunc noua acquiſitio, ſed continuatio, vt dicit Bald. in c. quæ in Eccleſiarũ, col. penult. de Cõſt. quem ſequitur Ioan. Pyrrhus in Conſuetud. Aurelian. titulo de feudis cap. 28. in fine. Aimo Craueàta, in conſil. 215. num. 8.
128 Decimooctauo, non † deberi laudemium de donatione, quæ fit pauperibus, vel in piam cauſam, voluit Ioan Pyrrhus in dicta Cõſuetud. Au-
129 relianenſ. tit. de Laudemijs, cap. 11. Sed † an requiratur tunc pauperum præſentia, vt donatio valeat, videndus eſt Andreas Tiraquellus de Priuileg. Piæ Cauſæ, Priuilegio 115.
130 Decimononò, laudemium non debetur ex donatione, quæ fit filio per patrem, vt per eundẽ Aimonem Crauettam in dicto conſil. 215. num. 8. eadem ratione, de qua ſupra proximè verſ. Decimoſeptimo; Quia gabella, vel quælibet ſolutio, quæ debetur pro hæreditate, non habet locum
131 in filio, qui habet hæreditatem patris, † qui dicitur hæreditatem continuare, non autem de nouo acquirere, Angel. Ioan. de Imola, & Raphael Comenſ. in l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum. & voluit Benedictus Capra, in conſil. 41. num. 1. & per totum; ideo in feudis dicitur, filios viuo patre in
132 ueſtitos intelligi, † & in eos dicitur continuari poſſeſſionem, cum iuxta dictum Accurſij in c. 1.
133 in gloſſa finali, de feudi cognit. filij † ſuccedẽdo patri non acquirant, ſed quæſitum capiant; quã gloſſam notabilem dixerunt ibi Iacob. de Beluiſ. Bald. Martin. Laudenſ. Aluarot. Card. Alexand. Ioan. Baptiſta Caccialup. & alij. Et ſic etiam in Emphyteuſi procedere dixit Bald. in cap. 1. §. filij nati, num. 2. in fine, ſi de feudo fuerit controu. Corn. in conſ. 166. col. 5. verſ. ſed deſcendo ad id vol. 1. Gulielm. Benedict. in Rep. c. Rainutius, in verbo, Mortuo itaque teſtatore, lo 2. nu. 69. & 71. de teſtam. plenè per Andr. Tiraquel. in tract. *le Mort ſaiſit le vif*, in Præfat. Declar. 4. per totam, & par. 4. Declarat. 5. & Declarat. 6. vbi plenè. In
134 † feudalibus cõtrarium tenuit Raph. Comenſ. conſil. 173. Galuanus. Curt. iunior, in conſil. 108. num. 23. in fine, Iacobin de Sancto Georgio, in Inueſtitura feudali, in verbo, Ita quod ipſi inueſti ti habeant, num. 13.
136 Vigeſimò, non † debet ſolui Laudemium, ex ceſſione, vel remiſſione, quæ fit inter ſocios, vt voluit Guido Papę, in Deciſ. 411. num. 2.
137 Vigeſimoprimò, qui † recepit territoria aliqua in Coloniam cum promiſſione dationis partis fructuum Domino Territoriorũ, & aliam partẽ ipſi recipienti, dum iſte, qui recepit coloniã, vult vendere alicui ius ſuum, non debet laudemium ſoluere, vt cõcludit Paris de Púteo, de Reintegr. feud. c. 90. incip. & An ex iniuria. num. 8. vſque ad finem, vbi dicit, pro illis de Turre Græci, qui tenẽt omnia territoria in Coloniam à Neapolitanis, quod abſque dominorum conſenſu, & laudemiorum ſolutione, etiam ipſis inuitis alienant
138 & dant in dotem. Ego † tamen hanc opinionẽ, non ita facile admitterem, quia etſi eſſet Colonia rei emphyteuticæ, vel feudalis perpetua, adhuc ex illius portione deberi laudemium dicendum eſſet, arg. notatorum per Decium, in conſil. 204. ne cogatur habere dominum; vel diuiſum ius ſuum, vel vaſallum, aut emphyteutam ſibi odioſum, vel incognitum, in præiudicium ſui iuris, aut non facta prius debita ſolutione portionis fructuũ domino, iuxta doctrinam Bartoli, in l. ſi ſeruus, §. locaui, in fine, ff. de furt. ex alijs etiã conſiderationib. quæ proferre poſſem, quas omitto.
139 Laudemij † ſolutionem fieri debere ab emptore ipſi domino, Gloſſa, in l. finali, in verbo, Accipere, lo 2. & ibi Iaſ. nu. 41. C. de iure emphyt. vbi dicunt, deberi à nouo accipiente emphyteuta. Nicol. Boer. in Conſuetud. Biturig. tit. *De couſtumes des fiefz, & cens*. §. 3. col. 2. verſic. Et idem eſt in emphyteuta emptore, & §. in princip. & §. 18. Ioan. Sainxon in Conſuet. Turronenſ. tit. de *Recaptz, & ventes*. Articulo 15. col. 1. Renatus Choppin. ad Conſuetud. Andegauenſ. in præceptor. li-
140 bell. par. 2. tract. 2. nu. 2. fol. mihi 44. † Quamquã etiã in hoc ſtandum eſſe conſuetudini dicat Marin. Freccia, de Subfeud. Baron. lib. 2. c. 11. incip. Pluribus autem, num. 84. Sed quo ad primam opinionem dicendum eſt illam Communiter am plecti, quam tenuit Marian. Nepos, in conſil. 70. num. 8. volum. 3. Dionyſ. Pontan. in Conſuetud. Bleſenſ.

Blesens. Articulo 84. alijque multi relati per Franc. Bursat.in consil.56.num.16.vol.1.Amed. quæst.9.Surd.in decis.Mantuan.decis.200.num. 4.Sfortia Oddus,in consil.4.num.36.vol.1.

141 Primo † autem domino, ne, an immediato debeatur controuersum est apud nostros: Nam Andr. de Isern. in cap. Imperialem, §. insuper si filius,num.11.versic.Non obstat,quod ob culpã,

142 de prohibit.feudi alienat. per Federic. † censuit, deberi laudemium primo domino. Idem tenet Spec.ulat.in tit.de iure emphyt.§. Nunc aliqua, num.129.vers.105.& num.152.versic.126.quem sequitur Paris de Puteo de Reintegrat. Feud. c. 91.Pone quod sunt,num.1.& 11.& cap.141.An quando is, num.5.ante eos Placentinus in Summa Codicis, lib.4.titulo 66. versus finem. sequitur Ioan. Sainxon.in Consuetud. Turonens.tit. 13.*de Pied de fief.& de Paraiges*.Articulo 5.colum.

143 2.Contrarium † tenet Ioan.Faber, in §.Adeo, Instit.de locat. Petr. in tit.de condit.ex moribus, colum.2.versic.Imperator. Sed dicẽdum, quod hæc vltima opinio est de iure Consuetudinum, & de obseruantia in Regno Franciæ, vt dicit Sainxon.titulo 14. de *Recaptz, & ventes*. Articulo 18. & idcirco non est recedendum à prima opinione.

144 Vsufructuario † tamen laudemium deberi, non autem proprietario, concludit Oldrad.in consil.24. incip. Quod Dominæ vsufructuariæ, & in consil.240.Super eo.Paris de Puteo,de Reintegrat. feud. cap.83.incip. Et quia; num.17.in cap.84.Filius,num.1.Anton.Capic.in decis.184. num.4.in fine,Iul. Clar.in dicto §. emphyteusis, quæst.23.in fine,Marian.Socin.iun.in dicto consil.70.num.31.volum.3. Surd.in consil.57. num. 25.volum.1.Menoch. in consil. 66. num. 36.volum.1.Nicol. Bellon.in consil. 6.num. 16.Amedeus de Ponte, quęst.20.Anna senior, in Singul. 298.Anna iunior,in consi.3.num.35.Idem Surd. in decis.Mantuan.31.num.12. Ioan. Sainxon.in Consuetud. Turonens.titulo 14. *De Recaptz, & ventes*. Articulo 15. Cassan.in Consuetud. Burgund.rub.3.§.8.in verbo *Commise n'a pount de lieu*.

145 num.4. Eo tamen † casu dominus proprietarius debet inuestire,seu laudare, vt dicit Guido Papæ in decis.477.& alij quos allegat Anna iunior in dicto consil.3.num.36.& 37.

146 Est tamen notandum, † quod qui habet immunitatem ex numero duodecim liberorum, non gaudet immunitate, quin soluere teneatur laudemium, vt optime consuluit Alexand. in consil.123.in secundo dubio,volum.3.quem refert, & sequitur Roland. Cauagnol. in Decreto Montisferrati.72.q.12.num.12.

147 In quęstionem etiam † deducitur, an pro laudemij solutione, sit res ipsa feudalis, vel emphyteutica obligata, ita quod contra possessorem agi possit hypothecaria? quod hypothecaria pro laudemij solutione sit competens, & ea agi posse,post Gallos,quorum nomen deletum est, voluere Amedeus de Ponte, quæst.45. Iacob. Menoch.in consil.297.volum.3.qui multos allegãt; voluit Paponus Arrestor. Curiæ lib. 11. titulo 4. Arresto 4. & D. Præses de Franch. in decis. 430. qui dicit quod ita fuit in Sacro Consilio definitum, possessorem fuisse coactum, ad solutiones

148 prædecessorum. † contrarium vero tenuere Marin.Freccia de Subfeud.Baron. lib. 2.authorit.3.num.4.quem sequitur, ac refert Ioan. Petr. Surd.in decis. Mantuæ, decis.31.in fine, tamen Freccia loquitur in solutione releuij, non laudemij, inter quæ est magna diuersitas; sed hæc controuersia dubia est in iure, tamen à superiori Cõmuni sententia non est recedendum.

149 Ob non solutionem † laudemij, rem emphyteuticam, & feudalem non cadere in commissum, voluit Amedeus de Ponte, quæst.19. Ioan. Petr.Surd.in decis.Mantuana 31.num.14.in decis. 200. num. 8. Sed Contrarium sentit Hieronym.de Laurentijs,in decis.Auenion.143.sed illa Decisio ex alijs causis fuit contraria, & ideo censeo non esse à prima opinione recedendum.

CAP. III.

ARGVMENTVM.

Venationes, & Aucupia, an prohiberi possint? An in locis Domanialibus, an in locis priuatorum; An Princeps, vel alij Barones prohibeant; num Venatio, & Aucupium sint de Regalibus; materia ista distincte enucleatur.

COMPENDIVM.

1 *Venatio ferarum, & auium, an prohiberi possit, & num. 2.3.4.5. & per totam.*
4 *Quæ venatione capiuntur occupantis fiunt.*
5 *Quod nullius est, occupanti conceditur.*
6 *Venandi, & aucupandi causa, an alienum fundum ingredi liceat, & num.7.& 8.*
7 *Dominus territorij, an venatorẽ, et aucupem in suũ ingredi prohibere possit, & num.8.*
8 *Dominus territorij, an contra ingredientem suum fundum agat iniuriarum actione, & num.18.*
9 *Venatio, an prohibeatur, quando est in fructu domini.*
10 *Princeps sui iuris, qui superiorem non recognoscit, an venationem, & aucupium prohibeat, & num.11.*
12 *Princeps, an possit tollere ea quæ sunt iuris gentium, & omnibus communia, & num.19.*
13 *Venatio, num sit de Regalibus.*
14 *In Regno Neapolitano sunt saltus & sylua venationum Regiarum.*
15 *In Saltibus Regijs neminem priuatum venari permittitur.*
16 *Intellectus c. Regni Magistri Forestorum.*
In Siluis, & Saltibus Regiarum venationum, an immitti possint animalia ad depascendum ibid. sub eod. nu.16.
17 *Edicta, & proclamata prohibentia venationes, an fiant in Siluis Regijs, & num.19.*
20 *Princeps, licet sit legibus solutus, tamen viuit secundum leges.*

Lex

A X I O M A.

Venationes ferarum auiumque prohibita eſto.



Tſi plerisque in locis fiant à diuerſis Principibus, Dominis, atque Magiſtratibus prohibitiones, & Edicta, ne venationes ſubditi faciant, imponentes pœnas aliquas: tamen Communis eſt Doctorum, & Scriptorum aſſertio, dicentium venationes, & aucupia prohiberi minime poſſe. Ponam itaque opiniones de hac quæſtione exiſtentes.

1 Prima eſt ſupradicta, quod prohibitio † venationis, & aucupij fieri nequeat, quam tenuerunt Hoſtienſ. in cap. Non eſt, extra, de Decim. & ibidem Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Cardin. Florent. Eamdem opinionẽ tenuit Andr. de Iſern. in cap. 1. §. ſi quis ruſticus, in verſic. Nemo retia, num. 13. de Pace tenenda & eius violat. & ibi Iacob. Aluarot. Ioan. Anton. de Sancto Georg. Martin. Laudenſ. & Matth. de Afflict. tenuit Chriſtoph. Portius in §. ſingulorum, num. 14. cum duobus ſeqq. & in §. Apum quoque, ſub num. 12. & 14. Inſt. de rerum diuis. Ioachim. Mynſinger. in §. feræ, nu. 3. 4. & 5. ibidem Franciſc. Hotoman. Paris de Puteo, in tract. Syndicatus, de Regum, & Principum exceſſ. num. 39. Iacob. Rebuff. in l. vnica, C. de venat. ferar. lib. 10. Matth. de Afflict. in Conſtitut. Regni. Scire volumus, num. 13. Iacobin. de Sancto Georg. in inueſtitura feudali, in verbo Et cum venationibus, num. 1. & 2. Anton. Capic. in Inueſtitura feudali, in verbo feudorum Clauſulæ, §, Et cum venationibus, Anton. de Padill. in l. 1. colum. 6. C. de ſeruit. & aqua. Decius in conſil. 197. num. 2. & in conſil. 271. ſub num. 9. Barthol. de Caſſan. in Cõſuetud. Burgund. rubr. 13. §. 7. num. 3. & 4. Ioan. de Imola poſt Iacob. de Rauen. in l. 3. §. Nerua, in fine, ff. de acquir. poſſeſſ. Florian. de Sancto Petro, in l. Diuus Pius, ff. de ſeruit. ruſticor. præd. Barthol. Veronenſ. de ſeruit. ruſticor. præd. cap. 21. de Aucupation. colum. 1. Lucas de Pen. in l. cum ad feliciſſimam, colum. pen. verſic. Vigeſimotertio, ante eos, quem nullus refert Azo in Summa, Inſtitut. lib. 2. titulo de rer. diuiſ. ſub num. 11. verſic. ſupereſt. Panorm. in cap. 1. ſub num. 1. de cleric. venat. Angel. de Gambilion. in conſil. 23. num. 7. & 8. volum. 1. Iaſon, in conſil. 119. volum. 4. Franciſc. Veggius, in conſil. 20. num. 2. volum. 1. Reſtaurus Caſtald. de Imperatore, quæſt. 110. Caſu 311. & quæſt. 111. Caſu 92. Gulielm. Benedict. in Rep. cap. Rainutius, in verbo, Et vxorem nomine Adelaſiam. deciſ. 5. num. 313. extra de teſtament. Didacus Couar. in cap. Peccatum, de Regul. iur. parte 2. §. 8. num. 1. Auguſtin. Berous in conſil. 81. num. 30. & 31. vol. 1. Steph. Bertrand. in conſil. 255. num. 8. volum. 1. in conſil 64. num. 1. volum. 3. in conſil. 416. num. 7. volum. 5. in conſil. 61. num. 1. volum. 6. Ioan. Faber, in §. feræ, in princip.

princip.ſub num.1.Inſtit.de rerum diuiſ.Thom. Grammat.in deciſ.67.num.9.Marc.Anton.Nat ta in conſil.375.num.8.& per totum,volum.2.& in conſ.522.nu 6.& 27.vol.3.& in conſ.604.eod. volum Marian.Socin.Nepos in conſil.58.num. 2.volum.1.Aegid.Boſſ.in tract.crimin.tit.de Regal.nu.42.Andr.Tiraquel.de Nobilitate cap.37. num.140.Aimo Crauet.in conſ.314.num.3.vol. 2.643.vol.4.in conſil.945.vol.5.Barthol.Bertazol.in concl.cimli 21.num.42.vol.1.Claud.Berrazol.in conſil.crimin.Patris,285.in verbo,venatio,vol.2.Iacob.Menoch.in conſil.298.nu.18. vol.3.Franc.Marcus in deciſ.530.num.14.15.& 16.volum.1.Ant.Scappus de Iure non ſcripto, lib.2.cap.33.num.1.cum pluribus ſeqq.Laurent. Chircou.in Com.opin.cap.99.Centur.4.Franc. Purpur.in conſil.535.Ioan.Petr.Surd.in conſilio 127.num.77.volum.1.& in conſ.161.num.2.vol. 2.Barthol.Medina de reſtitut.q.12.in principio. Hieronym.Scurff.in conſ.1.Centur.1.Franciſc. Duaren.in l.2.§.14.de acquit.poſſeſſ.Petrus Nauar.de reſtitut.ablator.lib.3.cap.1.num.277.cum pluribus ſeqq.Anton.Corduba,de caſibus conſcientiæ,quæſt.119.Iacob.Cuiacius Obſeruationum lib.4.cap.2.Hermannus Vulteius,Iuris Romani lib.1.cap.70.verſic.occupatio in ſpecie,Hieronym.Treutlerus Diſputat.Selectar.libro 2.Diſputat.20.Theſi 2.Franciſc.Connan.Commen. Iuris Ciuilis,lib.3.cap.3.num.2.Didacus Perez, lib.2.titulo 22.l.1.Nicol.Boer.in Conſuetud.Biturig.titu. *Des couſtumes prediales*. §.5.col.1.Ioan. Sainxon.in Conſuetud.Turonenſ.titulo 5. *Des Droictz du ſeigneur Chaſtellain*. Articulo 1.colum. 1.Ioan.Ant.de Nigris,in cap.Regni,Grauamina, num.114.Vincent.de Franch.in deciſ.158.Petr. Cenedo,in Collectan.Iuris Canonici,parte 1.c. 56.num.2.Renatus Choppin.de Doman.Franciæ,lib.3.titulo 21.num.6.& in Conſuetud.Andegauenſ.lib.1.titulo de Iuriſdict.Andegauenſ. cap.33.num.8.cum pluribus ſeqq.communes aſſerens Emanuel Suarez in Theſauro Receptar. ſentent.§.Venatio,num.9.cum alijs ſeqq.Ianus Langlæus Ocij ſemeſtris lib.6.c.1.tangit aliqua nouiſſimè Andr.Facchin.Controuerſ.libro 11. cap.1.

2 Secunda † opinio eſt, quòd à Principibus prohiberi, & ſuperioribus poſſit venatio tenuit Didacus Couarruuias in dicto loco allegato, & poſt Nattam, Hippolytum Riminald. Franciſcum Zoanettum, & Sebaſtianum Medicem, quem refert, voluit nouiſſimè Andr.Fachineus Controuerſ.Iuris,lib.1.cap.1.& Surdus in conſ.390. per totum,volum.3.Andr.Gail.Pract.Obſeruat. libro 2.Obſeruat.68.num.11.in fine,Ioan.Bapt. Laderch.in conſ.71.num.9.volum.1.

Verum quia diuerſitas hæc non admodum mihi videtur pugnare, niſi quod varia in ijs tradiderunt, & vltimo, videntur certo modo concordari; Idcirco attenta prima opinione, quam
3 communi omnium † calculo omnes ſequuntur, illam ponendo pro conſtanti, & forma cum his quas ſubijciam declarationibus, rem quodammodo abſoluam.

Primo declarandum eſt, dictam primam opi-
4 nionem procedere, vt liceat † non ſolum in territorijs, domanialibus, ſed etiam in territorijs priuatorum venari, & quæ capiuntur occupantis, & capientis fiunt, l.3.in princip.ff.de acquirenda
5 rerum domin. vbi quod † nullius eſt, id ratione naturali occupanti conceditur, nec intereſt, quoad feras beſtias, & volucres, vtrum in ſuo fundo quis capiat, an in alieno. Vnde ex Pomponio Vlpianus in l.Pomponius, 44.ff.eodem tit.
6 dicit † feras, & volucres, perſequēdo, in alienum fundum ingredi licere, venandi, vel aucupandi gratia; & dicunt ſupradicti Doctores, præſertim Cępol.in dicto cap.21.de aucupat.Cuiacius,in d. cap.2.Renat.Choppin.in Conſuetud.Andegauenſ.libro 1.titulo de Iuriſd.Andegau.cap.32. num.5.Vulteius in d.cap.70.Treutlerus in dicta Diſput.20.Theſi 2.lib.9.Emanuel Suarez Receptar.ſententr.§.Venatio,num.11.

7 Intellige hanc † declarationem, licere venari in alieno agro, aut venationem perſequi, antequam dominus poſſeſſionis, & territorij, id prohibeat, quia ſi prohiberet dominus, non liceret alicui ingredi, non quidem aucupari, vel venari, ſed ingredi abſque ipſius domini placito, & tunc, ſi cōtradicente domino ingreſſus fuerit, ferarum
8 dominus qui ingreſſus fuerit, fiet, † licet loci dominus contra illum, qui ingrederetur actione iniuriarum agere poſſet, l.iniuriarum, 13.§.fin.ff. de iniur.Ioan.Faber,& Angel.ac alij in d.§.feræ. Inſt.de rer.diuiſ.Ioan.de Anan.in cap.omnibus, num.4.de cleric.venat.quod dixerat antea gloſſa in dicta l.3.in princip.& in l.Diuus,ff.de ſeruit.ruſt.prædior.quam gloſſam poſt Dinum probat Bart.in d.l.3.num.2.vbi Alberic.Idem voluerunt Alber.Paul.de Caſtro,Florian.& Angel.in d.l.Diuus,Franc.de Aret.in l.3.§.Nerua filius,in 5.notabili,& poſt Dec.in dicto conſ.197.& conſ. 199.voluit Rolan.à Valle in dicto conſ.9.nu.23. vol.2.Vulteius in d.cap.70.Iul.Clar.in §.iniuria, num.3.Franc.Marc.in d.deciſ.530.num.14.Cępol.in dicto cap.De Ancupation.Choppin.in d. Conſuetud.Andegauenſ.lib.1.cap.32.num.5.

Intellige Secundo, quod ſi venator ceperit quidem feram in fundo alieno, prohibente do-
9 mino ingreſſum, † quod tunc demum animal fiet occupantis, quando venatio non eſſet in fructu illius fundi, puta quia eſſet mons ſeu locus ſterilis, in quo dominus ſolam venationem habeat in fructu, tunc enim occupantis non fieri, ſed domini, & ita intelligenda eſt gloſſa in d.§.feræ, Inſtit.de rerum diuiſ.voluit Florian.in d.l.Diuus, argum.l.venationum,ff.de vſufr.l.item ſi fundi, 10.§.Aucupiorum,& l.vſufructuarium, 69.ff.de vſufruct.Franc.Marc.in d.deciſ.530.num.14.& 16.vol.1.Choppin.in dicto cap.32.num.5.in fi.& de Doman.Franciæ,libro 3.titulo 22.numero 6. in fine.

10 Secundo principaliter † declara non procedere in Principe ſui iuris, qui alteri non ſubiacet, qui poteſt ſimiles venationes prohibere, cum ſuperiorem non recognoſcat, vt congerit poſt multos Natta in conſil.522.num.23.& eum ſequitur Ioan.Petr.Surd.in dicto conſ.390.num.26.& per totum, vol.3.& alij nonnulli ex allegatis hoc voluerunt,

11 luerunt, & ſic etiam in † habentibus venationes
ex priuilegio, & conceſſione Principum, ſuper
quo conſuluit Natta in dicto conſil. 522. & in
conſil. 523. quæ fecit contra Vniuerſitatem Tō-
gi pro ſuis Nattis; de quo ego valde dubito, quia
12 pendet ab illa quæſtione, † an Princeps poſſit
tollere ea, quæ ſunt iuris gentium, & communia
omnibus, & in bonis nullius, de quo per Couar.
in dicto §. 8. quod ego tractare nequeo, nec lo-
cus iſte hoc requirit. Sed tamen meo iudicio
iſtud fieri nequit in ſubditorum præiudicium,
13 vt dicam infra. Nec ego † arbitror venationem
de Regalibus eſſe, & ad ſolum Principem ſpe-
ctare, prout cenſuit Decius in dicto conſil. 197.
& latius corroborabo infra. Hæ autem prohibi-
tiones ſolent fieri in Nemorib. Siluis, ac Fore-
14 ſtis Regijs, præſertim in hoc † Regno Neapoli-
tano, in quo ſunt Saltus Regij, vt in Apulia in
Nemore prope Sanctam Mariam Coronatam,
& alibi; & habemus præfectum Saltuum Regio
15 rum, nemorū, & venationis, † in quibus Regijs
locis ad nullam animalium ſpeciem venari priua
tis permittitur, vt dicit Andr. de Iſern. in dicto §.
ſi quis ruſticus, in verbo, Nemo tetia, num. 13. de
quibus Regijs nemoribus, & foreſtis in Regno
16 habemus c. Regni. Magiſtri foreſtarū. Et † exta-
re formam litterarum in Regia Cancellaria, qui
bus ad inſtantiam Comitis, vel Baronis ordina-
tur Iuſtitiario Regionum, vt nullus immittat ani
malia ad depaſcendum in nemoribus, & foreſtis
eorum, ex quod fugari poſſint animalia ſilueſtria
& venatio impediri, & ne incidant arbores, teſta-
tur Lucas de Pen. in l. inſignis, C. de paſcuis publ.
lib. 10. Sed hoc hodie non eſt in vſu. Et proinde
17 † Rex in foreſtis, Nemoribus, ac Saltibus & de-
fenſis ſuis, poteſt Edicta, & proclamata facere, ne
quis accedat ad venandum, arg. dictæ l. Diuus.
Idem Iſern. in Conſtit. Regni. Cum per partes
18 Apuliç, in fine, dum dicit † prohiberi poſſe, vt nō
ingrediatur ſuam poſſeſſionem, aliàs teneretur
actione iniuriarum, voluit Frācisc. de Aretio, in
l. 3. §. Nerua, col. 3. in quinto notabili, ff. de acqu.
poſſeſſ. quod extendit etiam ad priuatos, & Baro-
nes. Guido Papç in Deciſ. 18. & Niger in d. cap.
Regni, Magiſtri Foreſtarum, num. 16. Sed ego
19 dico libere quod ſentio, quia ſi † Princeps nō po
teſt prohibere ea, quæ ſunt iuris gentium, de quo
per Felin. & alios, in cap. quæ in Eccleſiarum, de
Conſt. ſequeretur, nec in ſuis nemoribus, ac fore
ſtis hoc venandi, & aucupandi genus prohibere
poſſe; & dum ingrederentur, ad aliud venatores
non teneri niſi actione iniuriarum, vt ſupra di-
ctum eſt, quia ſi ſubditi, & priuati homines hoc
prohibere nequeunt, nec ipſi facere debebunt,
20 cum debeant † pati diſpoſitionem earumdem
legum, ac viuere ſub legibus, licet his ſint ſoluti, l.
21 digna vox, C. de legibus, cum Lex ſit † Commu-
nis, & Vniuerſalis, ac omnes comprehendat, nec
debet particulares tātum reſpicere, c. erit autem
lex, 4. diſtinct. & dixi ſupra, lib. a. cap. 7. verum di-
cant, & concludant alij peritiores, vt lubet, mihi
ſufficit, ſummis labris hoc aduertiſſe. Non nega-
22 uerim † locos recluſos, & pro principum oblecta
mento cuſtodiēdos eſſe. Late Ioannes Sainxon
in Conſuet. Turonenſ. titulo 5. *des Droictz de Chastelenie*, Articulo primo, col. 1. vt de Regijs nemo
rib. Gallicis aſſerit Renatus Choppinus, in Con-
ſuetud. Andegauenſ. lib. 1. de Iuriſd. Andegauēſ.
cap. 36. num. 1. & de Domanio Franciæ, lib. 3. tit.
22. num. 6. Iacob. Rebuff. in dicta l. vnica, C. de ve
nat. ferar. lib. 10. Caſſançus in Conſuetud. Burg.
Rubr. 3. §. 7. num. 2. Steph. Bertrand. in dicto con
ſil. 255. vol. 1.

23 Tertiò declara, prohiberi † poſſe quem tende-
re retia, & laqueos pro venatione, ac inſtrumen-
tis ſimilibus, quia his prohibita eſt venatio, vt in
dicto c. 1. §. nemo retio, de pace tenenda, & eius
24 violatorib. Intellige, niſi † pro capiendis Vrſis,
Apris, & Lupis, vt ibi: & voluit Iacobin. de San-
cto Georg. in Inueſtitura Feudali in verbo, Et
cum venationibus, num. 1. poſt And. de Iſern. in
dicto §. nemo tetia, vbi etiam Paris de Puteo,
25 col. pen. verſ. nota in hac lege. Et licet † ille textus
loquatur de quibuſdam feris, tamen intelligitur
etiam de alijs ſimilibus, & nociuis, vt de Leoni-
bus, & de Pantheris, vt dicit Caſſan. in dicto §. 8.
ſequitur Thom. Grammat. in dicta Deciſ. 67. nu.
10. Niger in c. Regni, Grauamina, num. 14. &
Iacobin. in dicto §. Et cum venationibus, num.
primo.

Et quamquam aliqui velint fundare opinionē
ſecundam, quod venatio poſſit prohiberi, præter-
quam ad Vrſos, Apros, & Lupos, arg. dicti §. Ne-
mo retia, Reſpondetur, plures ad illum textum à
26 Doctoribus datos † intellectus, quos enumerat
Iacobus Aluarotus per ordinem, ibi: ſed ante eū
dixerat Andr. de Iſern. vt eſt videre apud ipſum,
& hos refert etiam Iacobin. de Sancto Georg. in
dicto §. & cum venationibus, in princip. alijq.
Doctores nōnulli ex ſupra relatis, qui maiori ex
parte aſſeruerunt eos intellectus diuinatorios eſ-
ſe. Ego verò, etſi non auſim dicere, ac tot pro-
ceres, & in iure dicundo Iuriſconſultos Princi-
pes iudicio antecellere; Ne autem in omnibus
me ſimplicem opinionum ſectatorem, vel ſub-
ſcriptorem faciam, cum omni bonorum venia,
& meum intellectum afferam, nec illum vanum
omnibus futurum eſſe arbitrabor. Imperator
27 Federicus in toto † contextu illius tituli ſnil a-
liud tractauit, niſi ſubmouere cauſas, quæ pacem
quoquo modo violare poſſent; cū aūt cōſpiceret
pacē violari poſſe ēt inſtrumētis venatorijs, non
prohibuit vnquam in illo textu venationem, ſed
quod in venatione, nemo tēdere rete, & laqueū,
28 quia iam ſciebat Imperator † in venatione arma
portari poſſe, ac deferri, vt eſt text. incauillabilis,
in l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publica. Iacobus de Ardi-
zon. in Summa, tit. de pace tenenda, cap. 152. in-
cip. ſupra. Sed quia ſub ſpecie venationis, po-
terant tendi retia, & laquei, & cum his etiam
quodammodo proditoriè occidi, vetuit retia
& laqueos, quibus cum in ſimilibus poterat pax
turbari, cum antea prohibuiſſet gladios, & enſes,
vt nullam turbandæ pacis materiam intactam
relinqueret, & illos tendi prohibuit. Salomon,
vt tolleret tendiculas abſconditas, quæ fieri poſ-
ſent ad effundendum humanum ſanguinem, cū
dixiſſet Prouerb. cap. 1. Abſcondamus tendicu-
las

las contra insontem frustra, subiungit: Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum, pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem, frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorū. Quem locum exponens Rabbi Leui Bengersoni, vt ibi Rodulphus Baynus refert, dicit: Auiculæ nihil tale meruerunt, nemmem lęserunt, & proinde, vt sine causa extendere solent aucupes rete ad capiendas aues, sic peccatores insidiantur sanguini alieno, & occulte agunt, vt interficiant innocentes, qui nihil tale meruerūt. Adeo
29 quod Rete † deceptionis loco ad capiendos homines aptum est, & ad illos decipiendos. Et similiter idem Salomon Prouerb. cap. 29. Homo, qui blandis, fictisq. sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. & Hieremias Thren. cap. 1. Expandit rete pedibus meis. Vnde Oseas cap. 7. in Hebræos recedentes à præceptis Domini inquit: Aegyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt, & cum profecti fuerint expandam super eos rete meum, quasi volucrem cæli detraham eos, cędam eos secundum auditionē cętus eorum. Hinc illa Poetarum fabula, Vulcanum ob Adulterium Martis, & Veneris illos in Rete conclusisse omnibus deridendos, vt post alios meminit Natalis Comes Mytholog. lib. 2. cap. 7. & lib. 4. cap. 13. Sic etiam & laquei mortis arma sunt. De laqueo isto loquitur Dauid Psal. 9. Infixæ sunt gentes in interitu, quem fecerunt, in laqueo isto, quem absconderunt comprehensus est pes eorum. Et post pauca Dauid ibidem inquit: Oculi eius in pauperem respiciunt, insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua, insidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum in laqueos suos, & clamus.
30 Psalmo 30. † Educes me de laqueo venantium, & Psalmo 34. Absconderunt mihi interitum laquei sui & Psalmo 141. Absconderunt laqueum mihi in via hac, qua ambulabam. Et Ecclesiastici, cap. 9. Communione mortis scito, quoniā
31 in medio † laqueorum ingrederis. Et ideo la-
32 queo † vitam finire, est inter pœnas in iure expressas, vt late probaui supra, lib. 2. cap. 8. quo in loco multa retuli exempla historiarum. Et ridicula mihi videntur, quæ comminiscuntur nostri, dum dicunt, prohibuisse venationem ibidē,
33 quia ex ea pax turbari solet, quia etsi † hoc verū esse posset, quo iure magis ex retibus, & laqueis, quam aliis modis, in venatione scandala oriri possent? Et quo modo, si ad pacem seruandam, & tumultus, ac rixas effugiendas hoc statuebat, quo pacto, cum ad venationem vrsorum, luporum, & aprorum similia, & maiora accidere possent, in illis capiendis, non eadem oriri possent?
34 Arbitror in super Imperatorem † eo solum respexisse, vt solum hæc ferociora animalia retibus, & laqueis capiantur, alia vero, vt Capreoli, Lepores, Cuniculi, & similia, quæ mitiora, & mitiora sunt, noluit istis deceptoriis instrumen-
35 tis venari posse. Quamquā & laqueorum † & retium antiquissimum morem fuisse, & in venando, & aucupando dicat Virgilius, Georg. lib. 1. dum ait:

Tunc laqueis captare feras, & fallere visco Inuentum, & magnos canibus circumdare saltus.

Et post pauca ibidem Virgilius inquit

Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis. Auritosq; sequi lepores.

Quarto declara, prohibitionem venationis fieri non posse, secus autem esset, si cursu tempo
36 rum, aliqui domini, per edicta † id prohibuerūt, quibus subditi non contradixissent: nam si quis prohibuisset, & subditi contra similia proclamata protestationes, & actus contradictionis fecissent, quia tunc si prohibiti essent, & illi minime contradixissent, edictum prohibitorium prosequi posset, sin antem esset contradictum, secus, vt ex dicto Hostiens. in dicto cap. Non est, de decim. quia tunc ex præscriptione iuris prohibendi venationem quærunt, vt supra. Iacobin. de Sancto Georgio. in dicta inuestit. in §. & cum venationibus, num. 2. Menoch. de Arbitr. Ind. quæstion. casu 160. num. 10. & 11. Ioan. Francisc. Balbus, in tract. Prescript. 4. parte, quintæ partis, principalis, quæst. 5. num. 4. Cranetta in consil. 658. num. 1. Grammat. in d. decis. 67. num. 11. Anton. Capic. in inuestitura Feudali, in verbo Feudorū Clausulæ, §. Et cum venationibus. Niger in dicto cap. Regni, Grauamina, num. 114. & in dicto cap. Magistri Forestarum, num. 18. M. Anton. Natta in dicto consil. 522. num. 1. volum. 3. Francisc. Marc. in dicta decis. 530. num. 15. Anton. Scappus de iure non scripto, lib. 2. cap. 33. num. 7. Roland. à Valle, in dicto consil. 9. num. 13. volum. 2. Ioan. Sainxon in consuetud. Turonensi. tit. 5. *Des droictz de Castelenie.* Articulo 1. in verbō, *Droict de Forestz*, colum. 1. Cassan. in Cōsuetud. Burgund. rubrica 13. §. 7. num. 4. Nicol. Boer. in Consuetud. Biturig. Tit. *Des coustumes predialès.* §. 5. Hartmā. Hartman. lib. 2. tit. de seruitutibus, cap. finali, Petr. Cenedo, in dicto Collectan. iuris Canonici, c. 56. num. 4. Vincent. de Franch. in dicta decis. 158. num. 2. & 3. Et ex ista declaratione dico confundi opinionem illorum, qui di
37 cunt de iure † prohiberi posse, & prohibitam esse venationem, quia si de iure id procederet, in vanum hanc Cautelam adinuenissent.

Quo vero ad pœnas, cum mea ferat opinio, illam non nisi in casibus præmissis venationem
38 prohiberi, & idcirco † pœnam pecuniariam stabiliri iuxta dictum Dominici de Soto, de Iustitia, & iure, lib. 4. quæst. 6. Articulo 4. & Martin. Nauar. in Summa, cap. 17. num. 120. & per plu-
39 res seqq. † Grauari autem aduersus reiterantes contra Principis, vel superioris Edictum, dum iustis ex causis illud factum fuerit, quas nouissimus omnium enumerauit Fachineus in dicto cap. 1. lib. 1. quo loci ample ponit pœnas, à quibus in his causis, in quibus modicum vertitur Principum, aut Rerumpublicarum præiudiciū, semper Dominos, & Magistratus abstinere debere, monerem.
40 Animalium † itaque Siluestrium, ac ferarum venatio, non adeo parui facienda est, cum illa, Iure quidem Diuino permissa sit, ex Genesi, c. 1. & cap. 9. in quibus, hominem creasse Deum optimum, maximum, vt præesset animalibus vniuersæ

uerſæ terræ, piſcibus Maris, & volatilibus cæli, deducit Andr. Fachineus in dicto cap. 1. in princip. His adde Dauid Pſal. 8. Omnia ſubiecit ſub pedibus eius, oues & boues, vniuerſas, inſuper, & pecora campi, volucres cæli, & piſces maris. Hinc Geneſ. cap. 25. factus eſt Eſau vir gnarus venādi, & homo Agricola; & paulo poſt inquit: Iſaac amabat Eſau, eo quod de venationibus illius veſceretur. Vnde Geneſis cap. 27. Iſaac eidē Eſau dixit: Sume arma tua, pharetram, & arcū, & egredere foras, cumq. de uenatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmētum, ſicut velle me noſti, & affer, vt comedam, & benedicat tibi anima mea antequam moriar. Et poſt pauca ait: Affer mihi cibos de venatione tua. Quo-
41 modo autem ſi prohiberi † poſſet venatio fieret præceptum de quo Deuteronon. capit. 12. Capream, & Ceruum comedas. Et iterum Deuteron. cap. 14. Ceruum, Capream, aliaſq. feras habentes vngulam diuiſam comedere permiſit. Hinc Hieronymus aduerſus Iouinianum lib. 2. ait: Quis vſus porcorum abſque eſu carnium? Quid Capreæ, Ceruuli, Damulæ, & huiuſmodi venatio? Si non comeduntur, hec omnia fruſtra à Deo creata ſunt? Vnde non ille-
42 pidè Xenophon dixit, † venationem eſſe Deorum inuentum. Prima enim naſcentis mundi ætas, nondum aſſueta ad præparanda ciborum delectamenta, vt par eſt, venationi prompta eſſe
43 debuit; nec mirum, ſi etiamnum, multæ † Mundi Nationes, Venatione, Aucupio, & Piſcatu viuunt, quorum multas commemorat in libris Antiquitatum Diodorus Siculus. Tyſſagetas, aliaſq. nationes venatione viuentes, commemorat Herodotus lib. 4. Hinc de Tartaris Ioannes Aubanus de Moribus Gentium, libro ſecundo, capitulo decimo, inquit, Sagittationibus lu-
44 ctationibusq. viri gaudent, † venatores mirabiles ſunt, Cataphracti ad venandum pergunt, feram conſpicientes corona circumſtant, & tunc ſagittis, quas quiſq. in illam miſit præpeditam capiunt. Sed hodie Heroum, Principum, ac Nobilium id exercitium proprium eſt, non tamen adeo illis ſpernendum, vt quorum filij ad exercendos Bellicos actus ſtudijs adiuuent; Ferarum enim venatu, ac occiſione quodam modo ad effundendum ſanguinem fiunt ſecuriores; nam, vt Philo Iudæus de Vita Moſys lib. 1.
45 teſtatur, † Bellicola ingenia præexercent ſe in venationibus, in feris enim experiuntur futuri præfecti militiæ, brutis præbentibus mareriam exercitij, tam belli, quam pacis tempore. Torperent enim Principum, Heroum, & Nobilium vitæ, ni exercitatione venationis ocia tranſigerēt, ſic Hippolytum venationi accommodum inſimulat Seneca in Tragedia Hippolyti cap. 1. Pro-
46 pterea † proprium eſt Nobilium apud Germanos illam exercere; ſolis enim ipſis venationem licere, longo vſu, eis conceſſa libertate contendunt, priuatis hominibus, leporum præſertim, caprearum, hinnulorum ceruorumq. venatio, oculorum effoſione, & aliquibus truncatione capitis interdicta, noxias tantum feras captare cuique licet, vt Ioannes Boemus lib. 3. cap. 12. te-
47 ſtatur. Eodem modo, & apud † Gallos per Principes & Nobilitatem ſummo ſtudio venationē agitari, ſcribit Aimoin. de Geſt. Francorum, lib.
48 1. cap. 21. lib. 2. cap. 37. lib. 4. cap. 91. Sic † apud Septētionales populos, Gothos, Suecos, Helſingios, Medelpadios, Angermannios, Iempthios, Bothnius, Danos, aliosq. peculiare, & propriū eſt illorum venationis exercitium præſertim Nobi-
49 lium, ac Principum, ob diuerſitatem † animaliū quæ alibi non reperiuntur, ac pellium nobilitatem, & illarum valorem, quibus non ſolum ipſi vtuntur, ſed etiam apud diuerſas nationes magno pretio vendunt, habent enim non modo Ceruos, Damulas, Capreolos, Lepores, & animalia ſimilia, quæ apud nos in Italia reperiūtur, ſed Rangiferos, Alces, Onagros, Caſtores, Gulones, (quos illi Ierff. dicunt, Germani Vielefraſſ, Sclauones Roſſomaka appellant) Lepores Candidos, Lynces, Lupos, Lutres, Sciuros, Marduros, Zebellos, Hermelinos, Taxos, Vros, Vulpes diuerſorum colorum, aliaq. animalia, de quibus agit Olaus Magnus Archiep. Vpſalenſis de Rebus Septentrionali lib. lib. 18. per totum.
50 Hinc militibus † venatio peculiaris eſt, vt belli exercitationib. indurati aſſueſcant laboribus his vt ad res bellicas, ad vitanda, ac inferēda pericula cautiores fiant, vt inquit Xenophon in Cyripædia, lib. 1. Athenæus Diphnoſophiſtor lib. 1. cap. 20. de quo Horatius Carminum lib. primo, Ode prima.

Manet Venator
Sub Ioue frigido, coniugis immemor.

51 Si aper, aliaue † fera in laqueum, quem ego poſueram, incidit, alius autem illum capit, num poſſim illum repetere? quod non, inquit Iacobin. de Sancto Georgio, in dicto §. & cum venationibus, non enim dicitur meus aper, niſi illum manu ceperim, l. In laqueū, 55. ff. de acquir. ter. domin. & occupantis fieri idcirco voluit Barth. Veronenſ. in dicto cap. 21. de Aucupat. col. 2. verſic. ſed quid ſi fera beſtia. At, qui non permiſſu domini in alieno laqueum poſuerit, nihil ſibi quærere, quia aper, qui eo in loco in plagas incidit, necdum apprehenſus eſt, non aliter illius fit, quā ſi in ſuo, vel alieno loco domini permiſſu laqueū poſuerit, cui ita hęſerit aper, vt diu colluctando expeditus ſe non fuerit, & ita loquitur illa l. in laqueū, & ſic etiam in hac re ſentit Iacob. Cuiac. Obſeruat. lib. 4. cap. 2. in fine.
52 Quando verò † fera beſtia vulnerata eſt, capi poſſit, & qui vulnerarunt, illam perſequendo alij capiunt, capientium fit, vt Caius inquit in l. naturaliter, 5. §. illud, ff. de acquir. rer. domin. §. illud, Inſt. de rer. diuiſ. & ita voluit Cepoll. in d. c.
53 21. Sed tamen communi conſetudine, † obſeruari Trebatij opinionem, quod debeatur perſequentibus, voluit Accurſ. in d. l. naturaliter, §. Illud. Eamdem opinionem probauit Bartol. in l. quo minus, num. 10. ff. de Fluminib. quem ſequitur Thomas Grammat. in deciſ. 71. num. 9. & de conſuetudine ſic ſeruari inquit Myſingerus, in l. illud, Inſt. de rer. diuiſ. ac ita iudicatum fuiſſe ſcribit Renatus Choppin. in Conſuetud. Andegau. lib. 1. cap. 32. in fine, conſiderare enim oportet

tet labores sumptos, à persequutoribus cũ equis fortè, & canibus feram in sequentibus, vt tutum non sit, alium feram anteuertendo, illis eripere & consuetudinem hanc seruari censuit Azo in Summa, Inst. lib. 2. tit. de rerum diuis. num. duodecimo.

Materia admonet, vt nihil alterius hac de re scribere ausim, sed tantummodo illud afferre nō grauabor, quod opt. mè ea de re animaduertit
54 Plato de Legibus Dialogo 7. dum inquit; † Pedestrium venatio vobis sola relinquitur, sed nec dormientium, quæ vicibus quibusdam interpositis fit, nocturnaq. vocatur, & ociosorum hominum est, laude digna habetur, neque etiam quæ in labor s remissione fit, & retibus, laqueisq. non constantis animi viribus ferarum domat atrocitatem. Sola ergo quadrupedum venatio illa restat, omnibus optima, qua equis, canibus, corporis viribus agitur. Nam quibuscumque Diuina curæ est, fortitudo, hi quadrupedes omnes cursu, vulneribus, telisq. manu propria venando, vincere debent. Sed laus, vituperatioq. venandi, ita distincta sir, lex autem ista, Sacrosquidem hos venatores vbicumque venari velint, nemo prohibeat. Venatorem nocturnum retibus, & canibus suis fidentem, nemo vspiam sinat venari. Auceps per incultos agros, montesq. vagari permittatur, à cultis locis, sacrisq. incultis à quocumque pellatur. Hæc Plato, Non adeo tamen
55 prosequendam venationem arbitror, † quando plura miseriarum exempla afferre possem, quæ ijs acciderunt, qui nimium venationi incumbuerunt, nam etsi bonorum, ac rerum substantias quandoque multi ea ex causa ita effuderunt, in extremam vt paupertatem, & miseriam inciderint, quod in Principibus Viris, ac diuitibus locū
56 sibi minimè vendicaret. † Multi tamen peruersi casus, multaq. infortunia, & accerbissimi rerum exitus, & mortes extitere, quos narrare ex professo, relinquo, consideranda sunt in venatione, quę animaduertit Ioan. Papouus ad præceptum Nō Mœchaberis, in Præfatione vers. Præterea licet ludendi.

57 Qui plura † de venatione, aucupio, & de colūbarijs videre desiderat, adeat Sebastianum Medicees, quem scripsisse de Venatione, & Aucupio Commentarios audio, sicuti, & illos de venatione ferarum Ioānis Petri Molignati, qui ad meas manus hucusque non peruenerunt, sed ad vetustiores, quos habemus illos transmittimus, Oppianum, qui versibus de Venatu, & Aucupio plures libros conscripsit. Xenophontem de venatione, ex nouissimis, Petr. Gregorius Syntagmat, Iuris Vniuersi, lib. 39. cap. decimo, & Syntaxis Artis Mirabilis, lib. 29. cap. primo, & secundo. Renat. Choppin. in Cōsuetud. Andegauens. lib. primo, 32. 33. 34. 35. & 36. capitibus, & de Domanio Franciæ, lib. 3. titulo 22. num. 6. & pluribus sequentibus. Bellisarius Aquinius Dux Neritoni in libris de Venatione & Aucupio, quem habeo typis excussum in anno Domini 1519. Hieronym. Mercurialis de Arte Gymnastica, lib. 3. cap. 15. Stephanus Forcatulus de Gallorum Imperio, libro primo, nouissimè ac remissiuè Poly. dorus Ripa de nocturno tempore, cap. decimoquarto, qui retulit aliquos pulchros versus Petri Angeli Bargæi Poetę tēporis nostri celeberrimi.
58 Quando † autem Clericis, ac Religiosis liceat, & quomodo venatione vti possint, ac debeant, sufficit remittere lectores, ad Hostiens. Ioan. de Anania, & alios Canonistas, in c. 1. de Cleric. Venat. Paul. de Leazar. & Card. in Clementina, Ne in agro, §. porro, de statu Monachor. Præposit. in c. 1. 34. distinct. Luc. de Penna, & Ioan. de Platea, in l. Senatoribus, C. de excus. muner. lib. 10. Bernard. Diaz in Practica Criminali Canon. cap. 61. Iacob. Menoch. de Arbitr. Iudic. quæst. Casu 413. num. 16. & 17. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuersi, lib. 39. cap. 10. num. 14. Et infinitos propemodum allegans Petr. Cened. Collectan. Iuris Canonici, parte prima, cap. 56. num. 8. cum pluribus sequentibus. Ioan. Paulus Lancelottus Institution. Canonicar. lib. 1. tit. de vita, & honestate Cleric. §. sed nec, in verbo, Venatores.

CAP. IV.

ARGVMENTVM.

Piscationes, an possint prohiberi per Dominos, & Barones; An illæ de Regalibus sint; & omnia ad piscationum segetem occurrentia, declarantur.

COMPENDIVM.

1 *Piscatio, an per Dominos, & Barones prohiberi possit, & num. 10. 11. 12. 15. 16. 17. & 18.*
2 *Piscatio, num sit de Regalibus, & num. 3.*
3 *Piscationum redditus, an sit de Regalibus.*
4 *Redditus Piscationum Maris, Lacus ac Fluminum, cuius sint, & num. 12. & 13.*
Intellectus c. 1. in verbo, Piscationum, quæ sint Regal. sub eod. num. 4. & num. 6.
Sexagesima piscium, vel pretij illorum debetur Fisco Regio in Ciuitate Neapolis, ibid. sub eod. num. 4.
5 *Intellectus Ritus 72. Regiæ Cameræ sub tit. de iure piscariæ, & portus.*
7 *Intellectus l. inter publica, 17. ff. de verbor. signific.*
8 *Pix fossilis, quo in loco reperiatur.*
9 *Lacus miræ magnitudinis, arte effossus per Myridem Aegypti Regem propè Memphim, illius ambitus, profunditas, Statua quæ in illo posita; piscium species viginti duas ibidem ad vxoriæ personæ cultum collatus, illius prouentus. Quantus inde redditus quotidianus.*
13 *Lacus Lesiniensis, & Lacus Varanus, magni redditus, & cuius sint, & num. 14.*
15 *In Mari à priuatis seruitus aliqua imponi nequit.*
17 *Maria, flumina, & lacus sunt sub Principum, ac Superiorum protectione, ob scelera & maleficia quæ committi possunt in eis.*
18 *Piscari solus, quis in loco solitus alios prohibet, & quantum tempus requiratur & ratu sit ista prohibitio, & num. 19. & 20.*

21 *Piscatio cum herbis venenosis in aquis, an sit prohibita.*
Intellectus Constit. Regni Quicumque Federici Imperatoris.
22 *Succorum mixtura piscatio ex Platone probibita.*
23 *In mari nocturno tempore cum lumine piscari prohibitum.*
24 *Conductor fluminis, vel lacus, tempore suæ conductionis multos pisces reclusit in vinarys, demū aly lacum, & flumen conduxerunt, & prætendunt primis conductoribus non licere pisces extrahere, quæritur quid iuris. remissiuè.*

A X I O M A.

Piscationibus abstinento.



Vasi similia sunt his, quę in præcedenti capite diximus, ea, quæ nunc de piscatione, scribenda erunt, licet aliquali differentia notentur.
1 Pro his, qui † tenent, posse superiores Dominos, & Barones prohibere subditis piscationem
videtur ex cap. 1. in verbo, Piscationum, quæ sint
2 Regal. argui posse, quia † cum piscatio sit de Regalibus, videtur, eum qui à Principe ius, & potestatem non habet, posse piscari prohibere, & habetur in l. Intèr publica. 17. in fine, ff. de verb. signif. esse de Regalibus. Postquam hæc scripseram ponit Aldoum. in consil. 20. num. 176.
3 Sed aduertendum forte manifestum est, † piscationes ipsas nullos pacto de Regalibus esse, sed tantummodo redditus earumdem piscationum, vt dicit text. in dicto c. 1. quos forte Princeps ha-
4 beret in aliquo † loco maris, lacus, vel fluminis, vt dixerunt ibi Andr. de Isern. Iacob. Aluarot. Præposit. Matth. de Afflict. Francisc. Hotoman. & alij, quia intelligitur de vectigali, quod fortè quis haberet super piscationibus. Prout in Regno tenet Regia Curia in Ciuitate Neapolis, in qua fit solutio sexagesimæ, piscium, vel pretij illius, vt meminit Afflic. in dicto verbo, Piscationū
5 redditus, allegando ita caueri † per Ritum Regię Cameræ Summariæ, incipit. Hæc iura sunt vetera. Ego habeo hos Ritus manuscriptos, & iste Ritus est sub Rubr. de iure piscariæ, & portus, num. 72. In quo dicitur, quod hæc iura portus, & piscariarum sunt vetera, quoniam introitus portus, & piscariarū in terris in quib. sunt portus, & piscariæ, enumerantur inter publica; allegatur ibidem text. in dicta l. inter publica. Sed quæ addita sunt à Federico Imperatore, loquuntur in piscibus, qui portantur de loco ad locum per mare, aut per terras, & tunc fit solutio ob passagium piscium, vel pro salma qualibet illorum, & sic iuris passus, aut pro mercibus, quæ in aliquo portuū ad vendendum adportantur, & cum prætendisset Regia Curia exigere Decimam, porrecta supplicatione Imperatori, censuit solui sexagesimam. Hæc omnia babentur in dicto Ritu. Et
6 ita † intelligi debet de vectigali, quod forte exigere à piscatoribus, vel ex piscationibus, solebat Princeps; vt dicit ex Aluaroto, Iacobin. de Sancto Georgio, in Inuestitura feudali, §. Et cum piscationibus, num. secundo, sed ante eos idem dixerat Andr. de Isern. ibidem, numero quinto, duobus verbis breuissimè se expediens, dum ait, intelligendum est, vbi consueuit habere ius piscatorum. Idem Iacobin. in verbo, Fluminibus, num. 11. & 12. Idem censuit Anton. Capic. in Inuestitura feud. in verbo, Feudorum Clausulæ, §. pischerijs.
7 Quo verò ad notata † in dicta l. inter publica
cendū est frustra maiores nostros scripsisse in dicl. l. piscariarum & dicere debere (piscariarum)
8 de † pice fossili profondinis, & reperiri picem fossilem ex Theopompo in Apolloniatarum agro, scripsit Plin. lib. decimosexto, cap. duodecimo, quod nouissimè aduertunt etiam Gulielmus Forner., in dicta l. inter publica, dicens sic loqui Pandectas Florentinas, & idem dicit etiam Iacob. Cuiacius in dicto tit. quæ sint Regalia Feudor. lib. quinto. Quinimmo, & picem fossilem in Tuscia fieri ex Strabone libro quinto, docet idē Fornerius. Idq. etiam ex præcedentibus verbis d. legis constat: nam Iurisconsul. dicit, de Salinis, & alijs metallis effossititijs, idcirco videbatur ineptè loqui, si ab his ad piscationes transijsset.
Vndę ad materiam redditum piscationis, apud alios Principes vsū fuisse, proferri potest me
9 morabile exemplum † Myris Aegypti Rex supra Ciuitatem Memphim stadijs decem, effodit lacum, vtilitate miranda magnitudine operis incredibili, cum esset ambitu stadiorum trium millium, & sexcentorum, ita, vt facto calculo ad milliaria Italica, octo stadiorum pro quolibet milliari, erat illius ambitus ducentorum triginta quattuor milliariorum; profundum eius alicubi vlnis quinquaginta; Cumq. sciret Nili incrementa incerta esse, vnde magna, mediocris, vel modica sit abundantia. Lacum hunc effodit, aquæ inundantis receptaculum, ne supra modum excrescens, ac limo terram implens, infertilem redderet, aut aquæ defectu siccitate premerentur. Fossam à fluuio ad lacum, iugeris latitudine, stadiorum octoginta quinque longitudine duxit. Secundum aquæ incrementum, aut defectum, os fossæ nunc aperiebatur, nunc claudebatur. In illius medio, Myris Statuas duas lapideas, vnam sibi, vxori alteram in throno sedentes statuit, existimans his operibus sui memoriam immortalem reddere. In eo piscium duo, & viginti genera fuisse perhibēt, quorum vectigal vxori concessit, ad vnguentorum vsum, aliumq. corporis cultum, tanta, piscium copia, vt vix illis saliendis plurimi sufficerent. Id vectigal vxori diebus singulis argenti talentum præbuit, vt testatur Diodorus Siculus Antiquitatum lib. 2.
Planum itaque fit, hunc piscationum redditū ijs Principibus, ac Dominis Regalium iure deberi, qui antea longo temporum cursu illud ha-
10 buerunt; Communis † namque Romani iuris dispositione, piscatio, & iure gentium, omnibus permissa, prohiberi edicto, regulariter minimè potest, cum omnibus licita sit in flumine publico, & in portu, §. flumina,

§. Ripa-

§. Riparum. Inſtit. de rerum diuiſione, l. nemo, l. Riparum, ff. eodem titulo, l. prima, in principio, ff. de aquirend. rerum domin. l. Iniuriarum, decimatertia, §. ſi quis me prohibeat, ff. de iniur. vbi dicit teneri actione iniuriarum, ſi quis prohibeat aliquem piſcari. Dum hæc prælo dantur Aldouin. in conſil. vigeſimo, numero 175. volum. 1.

Vndè non immeritò noſtri Scriptores conclu
11 dunt, † Dominos terrarum Principes, ac Magiſtratus, Piſcationem prohibere non poſſe, ſicuti, nec Præſides hanc prohibitionem faciunt, arg. l. 3. §. planè, ff. Quod vi, aut clàm. & in ſpecie cenſuit Ioan. Faber, in dicto §. Flumina, num. 4. quē ſequitur Guido Pap. in Deciſ. 514. Frāciſc. Marc. in Deciſ. 530. num. 15. cum pluribus ſeqq. vol. 1. Barthol. de Caſſanço, in Conſuetud. Burg. Rubr. 13. §. 2. Gloſſa 1. nu. 13. & 22. Barthol. Veronenſ. de ſeruit. ruſticor. præd. cap. 42. de Piſcatione, Iacobin. de S. Georgio in verbo, & cum piſcationibus, nu. 2. Renat. Choppin. de Doman. Frāc. lib. 1. titu. 15. num. 6. Anton. Scapp. de Iure non ſcripto, lib. 2. cap. 33. Ioan. Sainxon in Conſuet. Turon. titulo 25. artic. 4. in verbo, *Estange peſcherie*. Et hoc ſit pro firma Regula, cum ſubditi ſint facti hominum à Deo omnes piſces maris, & fluminum, vt dictum eſt in capite præcedenti.

12 Declara tamen Primò, non procedere † vbicūque in Maris aliqua parte, aut in Flumine, vel Lacu, quis haberet redditus annuos, vt dictum eſt ſupra, per text. in dicto cap. 1. in verbo, Piſcationum redditus.

Secundò declara non procedere, vbicumque
13 ius piſcādi competeret alicui priuato, † prout videmus in Regno in Lacu Leſinenſi, qui eſt Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Annunciatæ Vrbis Neapo-
14 lis, & Lacus Varani, † qui omnes ſunt in Apulia in Mōte Gargano, cuius Lacus ius ſpectat ad Monaſterium Sanctæ Mariæ de Tremito in inſula Diomedea, in quo morantur Canonici Regulares Ordinis Sancti Auguſtini, quod Monaſteriū, aliosq. complures Dominos, & Barones, audio vendere ius piſcandi in eis, & ex locatione dictorum Lacum, retrahunt redditus annuos aſcēdentes ad viginti circiter millia aureorum, vt in Lacu Gardæ facere Veronenſes Dominos ſcribit Cępol. in dicto capit. 42. de Piſcat. & l. 2. verſic. Secundo fallit, & in cap. 30. de Lacu. Idem in Lacu Traſimeno Peruſino, vt ibidem dicit Veron. & hoc videtur de mente Ioan. Fab. in dicto §. Flumina, dum dicit, niſi conſuetudo eis ius pingnius concedat. Guido Papæ in dicta Deciſ. 514. in fine, & huc pertinet etiam text. in dicta l. iniuriarum, §. ſi quis me prohibeat, vt dicit Cępolla, in dicto cap. 42. verſ. Primò, vbi loquitur de Flumine priuato. Renatus Choppin. in conſuetud. Audegau. lib. 1. cap. 29. num. 6.

15 Tertiò declara, ſecus eſſe, † quando quis conueniret, cum aliquo ne in mari, vel alio loco piſcaretur, quamuis enim mari, cum ſui natura omnibus pateat, ſeruitus aliqua imponi per priuatos nequeat, tamen ſeruanda eſt conuentionis fides, & in caſu contrauentionis prohibitio locum ſibi vendicabit, l. venditor, in princip. ff. com. prędior. Cępolla, in dicto cap. 42. de Piſcat. colum. 1. verſ. Tertiò Fallit. Iacob. de Sancto Georgio, in verbo, Fluminibus, ſub num. 11. verſ. Quartò fallit, Anton. Capic. in dicto §. Piſcherijs, verſ. Quinto limitatur.

16 Quartò declara, quando † eſſet conſuetudo nō piſcari in aliquo loco, niſi pro vſu publico, quę cōſuetudo tamquam valida operaretur, vt prohibitio fieri poſſit, argum. dictæ l. venditor, §. ſi cōſtat, & voluerunt Cępolla, Iacobinus, & Capicius, in locis ſupra allegatis.

Quintò declara, ſecus eſſe quo ad Iuriſdictio-
17 nem, & protectionem, † quia Maria, Flumina, & Lacus, ſunt ſub Principum, & Superiorum, ac Magiſtratuum protectione, cum in eis committi poſſint ſcelera, & maleficia, ac facinora. Bartol. in l. 1. C. de Claſſ. lib. 11. poſt gloſſam in l. 2. vbi Bald. ff. de rer. diuiſ. Doct. in c. vbi periculum, de elect. in ſexto, Angel. in l. Inſulæ Italię, ff. de Iudic. Iacobin. in verbo, & cum Piſcationibus, num. 1. in fine, & in verbo, Fluminibus, num. 10. poſt Cępol. de ſeruit. ruſt. prædior. & de Flumine Anton. Capic. in verbo, Feudor. Clauſulæ, §. Fluminibus, col. 3. verſ. Flumen exiſtens.

18 Sextò declara, ſecus eſſe, ſi quis † diu ſolus piſcatus fuerit in loco, aliosq. piſcare ibidem volentes prohibuerit, ex quo de cetero ſemper poterit prohibere, l. ſi quiſquam, ff. de diuerſ. & temporalibus præſcript. Andr. de Iſern. in dicto capit. 1. numero 5. in verbo, Piſcationum redditus, ibiq; Aluarot. & Præpoſit. & voluit Iacobin. in dicto §. Et cum piſcationibus, numero 1. Decius in conſil. 197. Ioan. Petr. Surd. in conſilio 127. nume. 14. volumine 1. Franciſcus Veggeus, in conſilio 20.
19 nume. 2. & 5. Tempus † autem eſſe quo in parte Fluminis quis piſcatus fuerit, eſſe annorum viginti, vel quadraginta, vult Accurſ. in dicta l. ſi quiſquā, in verbo, prohibet, & ſupra allegati Doctores. Ad hanc declarationem adde Petr. Gregor. Syntagm. Iuris vniuerſi, lib. 39. capit. 10. numero 12. Ioan. Saīnxon. in dicto articulo 4. vbi ſupra M. Anton. Natta, in conſil. 431. num. 15. vol. 2. Huc alludit, quod ſcribit Olaus Magnus Archiepiſcopus Vpſalēſis Suecus, de Gētibus Septentr. lib. 20. cap. 21. Patroni enim (inquit) Lacuum aliquos ſibi reſeruant angulos, quaſi priuilegiatos, vt ex eis, velut ex pecorū ſtabulis infallibiliter pro voluptate eximant deſiderabiles piſces.

20 Septimò declara, quòd † vbi quis in totum prohibuerit piſcationem, vel ſolus per immemorabile tempus iure piſcandi vſus fuerit, alijsq. interdixit, tunc tamquam priuilegio tutus, poterit alios prohibere. Decius, in dicto conſilio 197. & in conſilio 271. Iacobin. in dicto §. & cum piſcationibus, numero 3. & in verbo, Fluminibus, num. 11. & 12. Franciſcus Veggius in dicto conſilio 20. remiſſiuè Alfonſus Montaluus Fori Noui libro ſecundo, titulo vndecimo, l. 3. in verbo, O ſendio, dicique eo caſu non præſcriptionem, ſed conſuetudinem, voluit Marc. Anton. Natta, in conſilio 522. numero trigeſimotertio, & trigeſimoquarto, volumine tertio, Polyd. Ripa, de Nocturno tempore, capitulo decimotertio, numero primo.

21 Octauò, prohiberi † possunt indirectè aliquæ piscationum species, puta, ne fiant, aut proijciantur in flumina. Taxi arboris frondes aliæq. similes herbæ, quibus cum moriuntur pisces, & ipsi comesti nociui sunt, & aquæ ijs infectæ, & hominib. & alijs animalibus nocumentum adferunt; quod in Regno Neapolitano prohibitum est à Federico Imperatore, in Constit. Quicumque de quo loquuntur Isern.ibi: & Afflict.ibi, & ego dico in Obseruationibus ad iura Regni Neapolitani, Obseruat.9. Nec mirum: quia † Plato de Legibus, Dialog.7.in fine, inquit, Piscator nec in portibus, nec sacris fluuijs, paludibus, stagnisue venetur, in alijs liceat, dummodo succorum non vtatur permixtione.

23 Nonò, prohiberi poterit † piscatoribus in mari piscantibus nocturno tempore, ne lumen portent, ne illo nauigantes portum credentes nauigia in periculum ducant, textu in l. Nepiscatores, ff. de incend. ruina, naufragio, vt post Bonifac. Vitalin. Benuenur. Stracc. Cępoll. Sebastian. Medic. dicit Polydorus Ripa, de Nocturno tempore, cap. 13. num.6. declara vt per eum.

24 Conduxit Titius † lacum, vel flumen, locari solitum ad pisces capiendos, ante quam finiretur conductio, magnam piscium quantitatem capi fecit, ac eos in viuarijs lacus, vel fluminis tenuit, nec illos extraxit, conductores alij locum conduxerunt, dicuntq. antiquis conductoribus non licere pisces finito conductionis tempore amplius extrahere, pulchras vtrinq. rationes, & iura attulit, & pro antiquis conductoribus tandem tenuit Angel. de Gambilionibus in consil. 23. per totum, volum.1.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Aquæ, flumina, illorum cursus, & aluei cuius sint? quando Principes, & Domini in illis prohibitiones faciant, remissiuè.

COMPENDIVM.

1 *Flumina, illorum cursus, & aluei, cuius sint; & an sint Baronum, ac Dominorum.*
2 *Flumina, quo ad proprietatem sunt Principum.*
3 *Fluminum, & alueorum materiam amplissimè tractauit author, & vbi.*

AXIOMA.

Aquarum cursus, & alueos ne tangito.

1 Flumina, † aquas omnes, & aquarum cursus, siue fluminum alueos ex Regum concessione in Regno, esse Baronum, dixit Lucas de Penna, in l. vsum, C.de Aqueduct.lib.10.argum.l. prime, C. de Mancipijs, & colon.patrimon.lib.11. Matth. de Afflict.in Decis.388. num. decimotertio. Sigismundus Loffred.in consil.13.latè Anton.Capic.in Inuestitura feudali, in verbo, Feudorum clausulæ, §.fluminibus, versic. in Regno constat. Nouissimè Vincen.de Franch.in Decis.Neapol. 183.num.4. Ex hoc Barones, quia ex aquis magnos capiunt redditus, velquo ad Molendina, Tappetos, exercitium pannorum, & piscationis, solent facere proclamata, ne quis in eis se intro-

2 mittat. Tamen † quo ad proprietatem illa dicuntur Principum; secus quo ad vsum, vt concludit Francisc. Marcus in Decis.385.num. 1. & 2. in Decis.416.num.quarto, volum. primo, in Decis.

3 38.in princip.volum. secundo. Sed si † super hac materia scriberem, superstitiosus mihi ipsi viderer, ac alijs nauseam forsitan mouerem, cum omnia, quæ fluminum ac alueorum materiam concernunt, satis, superq. aliàs scripserim, in Commentarijs de Regis Catholici Præstantia, cap.octauo, eo lectores remitto. Nouissimè dum hæc prælo dantur, Carol. Bardellon.in consil. nonagesimoprimo, per totum volum. primo.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Pascua sumere cum animalibus in nemoribus, ac forestis Domini, quando liceat; Quæ pœnæ stabiliri ea ex causa possint? An solui debeat fida, & diffida; Quando his locus erit, & quę concurrere debeant.


COMPENDIVM.

1 *Principes patrimonium duplex habent, publicum, siue fiscale, ac priuatum.*
2 *Rubrica Comitum Sacrarum largitionum, & Rerum priuatarum.*
3 *Renati Choppini Iurisconsulti Andegauensis Galli laudes.*

Doma-

AXIOMA.

Ad bona campestria, nemora, forestas, ac saltus, Domini ad sumenda pascua cum animalibus ne accedunto, alioquin pœnas danto.



1 Abuere semper † Imperatores, Reges, Respublicæ, Principesq. supremi duplicis speciei patrimonium, nempè publicum, siue Fiscale, &
2 priuatum; Hinc † leges Imperiales habẽt Rubricas Comitiuæ sacrarum largitionũ & rerum priuatarum (de quib. alibi dicemus, si tantum vitæ nobis DEVS concesserit) quod tẽ
3 pore nostro optimè aduertit † Renatus Chopin.

verſatiſſimus litterarum omnium ſtudio ac morum modeſtia inſignis l. C. de Domanio Fraciæ, lib. 1. titulo primo. Vnde ad Bona Principum
4 Domanialia (quæ † corruptè à pleriſque noſtrorum Demanialia dicuntur, cum à Domino Do-
5 manialia appellari potius debeant) nemini † permiſſum eſt, cum neque in priuatis id liceat, inuitis ipſis accedere, l. Diuus Pius, 17. ff. de ſeruit.
6 ruſticor. prædior. Domanialia † autem Principū ſunt, Dohanæ, Gabellæ, Vectigalia, Bainlationes, Starciæ, Vineæ, Curiæ feudi, quæ in Domanio coluntur, vel ad partem, & ſunt annotata pro victu Dominorum, & annotata in libris Curiæ, vt dicit Paris de Puteo, de Reintegr. feudor. cap. 5. incipit: Quæ Bona, num. 1. prout in Regno poni poteſt exemplum in territorijs, quæ tenet Regia Curia, & dat ad culturam, prout ſunt Noualia, quæ dicuntur terræ ſaldæ in Apulia, ſunt territoria paſcua conſtituta pro Ouiarijs Regni, de quibus libros locationum facit Regia Dohana, Mena pecudum Apuliæ, exiſtens apud Foggiam, de quo loco, & illius antiquitate, ſcripſit Marinus Freccia de Subfeud. Baron. lib. 2. Authoritate 46. in fine, vbi refert antiquitatem illam incipientem, VIAM FECEI. & alia quæ ſequuntur, quam antiquitatem in Hoſpitij muro oppoſitam, cum acceſſiſſem in Valle Diani apud Lucanos, cum Viro numquam ſatis, perfecteq. lau-
7 dato, Franciſco Aluarez † de Ribera, tunc in Regia Camera Summariæ Præſidente, poſtmodum Locumtenente, ac demum Regēte in Conſilio ſupremo Italico apud Maieſtatem Regis noſtri Catholici, dum ad Opidum Montem Sanum ad explorandas ciuium voces, quo tempore ſe ipſos in Regis Domanium tradiderunt, vidi, ac me legēte, exemplari curaui, quam diligenter. Præſertim in fine ibi: EIDEM PRAETOR A.V. DCXXII. SICILIA FVGITIVOS ITALICORVM CONQVAESIVEI, REDDIDEIQ. & alia quæ ſequuntur, vt poſtmodum videremquis iſte fuiſſet, qui viam fecerat; Agroſq. paſtoribus eripuiſſet, & aratoribus eonceſſiſſet, aliaq. feciſſet. Reperi autem ſcri-
8 pturam hanc † factam fuiſſe Anno Vrbis 622. à P. Rupilio, qui fuit Prætor in Sicilia, ac Procon-
9 ſul, qui † illo anno in Siciliā profectus ſeruos debellauit, ac de fugitiuis ſtragem fecit, & Siculis leges ſcripſit; ob quod Ouationem Romæ obtinuit, vt poſt Ciceronem, Florum, Oroſium, & Valerium Maximum ſcripſit Carolus Sigonius in Commentarijs, & Faſtis Romanorum. Cuius rei meminit Thomas Facellus Hiſtoriar. Sicularum Decadis 2. lib. 5. cap. 3. licet erret in nomine, dicens illum appellari Rutilium, & dum dicit fuiſſe anno Vrbis 720. Ad rem igitur redeundo, ex dictis herbagijs, & paſcuis, magnos redditus quotannis habet Curia Regia, de quibus plenè Carolus Tapia, Regius Conſiliarius, de Conſtitutionibus Princip. in Rubr. capit. quarto, num. 97. cum pluribus ſequentibus, in his enim, & ſimilibus Princeps poteſt ad ſui libitum prohibitiones facere. Sic etiam in Regijs paſcuis & defenſis deputatis pro paſcuo Regij Equitij, & Equilij, de quibus euulgaui Opus particulare manu ſcriptum ad Philippum Tertium Regem nunc regnantem, ſuper quibus locis ſtatuit Rex Ferdinandus nemini licere ibi ingredi per ſuam Pragmaticam, & quamuis immittens animalia in paſcua Principis, illa amittere debeat, l. prima, C. de feud. & ſaltib. lib. vndecimo. Sed in defenſis, & paſcuis Regijs pro datijs non fit niſi ſolutio vnius Tareni, & Barones exigunt ſex aureos pro animali, & quandoque plus, ipſi videant.

Quantum autem attinet ad Dominos inferiores à Rege, & Barones, dicendum eſt habere ſimilia bona, vt ſupra dictum eſt, ſed quo ad Feu-
10 dalia de Tabula, ſiue Ruſtica, vt † ſunt prædia, Oliueta, prata, paludes, montes, ac nemora, & foreſtæ quas ipſi habent, ex quibus conſtat feudum, & de his poſt Andr. de Iſern in cap. primo, de Capitan. qui Cur. vendid. & in Conſtit. Regni, Si aliquis, & in Conſtitut. Si vaſallus, dicit Paris de Puteo de Reintegrat. Feudorum, cap. ſexto, incip. Aliqua verò, numero primo. Idem Andr. in Conſtit. Cum per partes Apuliæ, poſſe
11 Barones † Edictum, ac prohibitionem facere, ne ſubditi accedant cum eorum animalibus ad ſua bona campeſtria, vt cenſuit Decius in conſil. 199. & ipſum refert, & ſequitur Albertus Brunus, in conſil. centeſimoprimo, & voluit Roland. à Valle, in conſil. tertio, num. decimonono, volum. ſecundo. Marin. Freccia, de Subfeud. Baron. libro ſecundo, Authoritate 42. & Authoritate, 46. vbi poſt Lucam de Penna in l. inſignis, columna prima, C. de paſcuis publ. libro decimo, inquit, Barones poſſe facere Edictum ſub pœna,
12 ne ſubditi † cum animalibus paſcua ſumant in ſuo territorio. Et Iacob. Rebuff. in dicta l. inſignis, dicit facere pro Statutis, quæ poſſunt fieri à dominis terrarum habētib. iuriſdictionem, quo niam ſtatuere poſſunt in eorum locis circa animalia, ne damnum dent aut in paſcuis, aut lignis; quem refert, & ſequitur Bartholomeus de Caſſanæo, in Conſuetud. Burgund. Rubrica decimatertia, §. quinto, in gloſſa *Au ſeigneur*, ſub numero quinto, in fine, vbi dicit, quod ſemper ſibi viſum fuit, quod Domini terrarum, & eorum Officiarij debent multum aduertere ad huiuſmodi damna, & incommoda, & incuria, & mala cuſtodia animalium, quę deuaſtant, & deſtruunt, & ligna, & paſcua, & ſepes, & clauſuras.

Sed tamen quia hæc materia quotidie in Sacro Conſilio ventilatur inter multos Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones, procedi debet in ea maturè, nec, ita curſim, admittere Banna, & Edicta, ac prohibitiones, quia hi Domini plerumque infeſti ſunt ſubdi-
13 tis, & ex quadam conſuetudine † habente ortum à præconizationibus, vt nullus immittat animalia, & homines timidi, ob Dominorum potentiam, & pœnarum timorem, contradicere non audent; eſt corruptela, & conſuetudo irrationabilis, procedens à radice auaritiæ, vt dicit Petr. Antiboli, in Tract. de Muneribus, parte quarta, columna quadrageſimatertia, verſic. ex quibus omnibus iuribus. Stephan. Bertrand.

in conſil.

in consil.9a. vol.2.quem refert,& sequitur Freccia in dicta authoritate 46.sub num.10.& hæ pro hibitiones non procedūt satis apertis,nec semina tis territorijs, in quibus impunè pascua sumere possunt, vt deducit Marin. Freccia,de Subseud. Baron.lib.2. Authoritate 42.& vidi decisum per Sacrum Consilium pro Ciuitate Bisacij, referente Illustriss.Domino Cæsare Vitello,Regio Cōsiliario; & etiam pro Ciuitate Laquedoniæ,dum essem illarum Aduocatus,quia aliàs esset edictū cōtra Ius Diuinum, quo DEVS subiecit terram hominibus, oues, & boues, insuper & pecora cāpi,quia si indistinctè Dominis pascui prohibitio permissa esset,animalia morerētur,& hominum vsus cessaret, quod esset absurdum. Et dum hæc imprimuntur facit dictum Caroli Bardelloni in cons.38.num.10.vol.1. vbi dicit ius pascendi esse de Iure Naturali.

Declaranda est itaque præfata Conclusio, vt
14 procedat † in territorijs,nemoribus, & forestis, quæ sunt propria eorumdem Dominorum, vt in illis per legitimum tēporis cursum,solus pascua, vel ligna sumpserit,locauerit alijs cum eodem iure, & subditi illis,vsi non fuerint,sed prohibiti accedere, exigendo pœnas,saltem fidæ, & diffidæ, pro quantitate, qua solebat animalia aliorum in eis introducere ad pasculandum, cum annua solutione, pnta ad vnum tarenum pro quolibet animali, & tunc diffida erit medietas dictæ fidæ, & eo modo Edicta, & prohibitiones à Baronibus
15 fieri poterunt,† & pœna non erit,nisi fida, & diffida, quia in Edicto maior imponi non poterit. And. de Isern.& Afflict. in Constit.Cum per partes Apuliæ, Anton. Capic. in Inuestit. in verbo, Fendorum clausulæ, §.planis pascuis, & in §. Fidis,Freccia,in dicta Authoritate 46.Niger, in c. Regni,Grauamina,nu.71.& 72.

Secundo declaranda est prædicta Conclusio secus esse,si essent defensæ,nemora, vel saltus, ac pascua Vniuersitatum,quia essent illorum, & ab ipsis possessa, & solita locari: quia tunc Barones in illis non possunt aliquo modo se intromittere, aut pascua alijs prohibere, eadem ratione;
16 quia † Vniuersitates habent suum Dominium, & suas Defensas,vt per Capic.in d.§.Fidis,in fine,
17 & volunt supradicti Doctores, maximè, † quia Domania, siue pascua præsumuntur Vniuersitatis,& non Baronum, vt dicit Aimo Crau.in cōs. 154.nu.1.Cęsar Vrsil.ad Afflict.in decis.290.in fi. Ioan.Bessian. in Consuet. Aluern.tit.*Des Pasturaiges,& dommaige,de Bestial.* artic.1.licet Contrarium probet D. Vinc. de Franc.in decis.30.nn.1.

Tertio declaranda sunt,supradicta,vt fieri pos
18 sit† prohibitio respiciens immittentes animalia, non autem ipsa animalia, scilicet quod amittantur. vt dicit Lucas de Penna,in d.l.insignis,& voluit eum referens Capic.in d.§. Fidis. Quinim-
19 mo † non teneri ad pęnam,si animal ex seipso ingrediatur in locum prohibitum, & in decis.301. num.1.ibi depascatur,vt dicit Lucas de Penna in d.l. Insignis.

20. Quarto,exinde declarandum videtur,† vt debeatur pęna fidæ,vel diffidę,ab eo,qui ex professo introiuit, & induxit animalia, & ibi ea custodiat
21 ad depascendum id dedita opera,vt Galli † dicūt (*à Garde faict*) vt est apud Barthol. de Cassanæo in Consuetud.Burgund.rubr.1.§.6.in verbo, *en*
22 *Mesusaige*, in fi. quia tunc videtur velle † per vim inuito Domino ingredi in pratum, vel pascua aliena,quod vt dictum est,fieri non potest,argum. d.l.Diuus,ff.commun. prædior. Masuer.in pract. tit.de expens.num.2.in fine.Panorm.in c. si læserit,num.2.de iniur.

23 Quinto ex hoc declaratur, liberari† à pęna, vel diffida dominum animalis, si illud dederit pro noxa,vt voluit glossa,in cap. si læserit, de iniur.& damno dat. argumento l.1.ff. si quadrupes pauper. fecisse dicatur, & l.2.ff. ad legem Aquiliam.

24 Dum† tamen dominus non custodiat ex professo, vt proximè diximus,quia tunc in solidum teneretur, quia videtur ipsum dedisse damnum, per eadem iura dicit Bartholom.de Cassanæo,in loco allegato,num.17.post Panorm.in d.cap. læserit, num.2. nam vt dicit Florian. de Sancto Petro,in dicta l.1.§.ait prætor, ff.si quadrup. pauper. fecisse dicat. tunc culpa in homine deprehenditur. Masuer.in dicto titulo, de expens. num.2.in fine.Ioan.Bessian.in Consuetud.Aluetn.cap.28. artic.9.in fine,& art.21.post Nicol.Boer. de Consuetud.præd.§.7.Sed vide Ioan. Baptist. Costam, de facti scientia,& ignorantia,Centur.2.distinct. 34.nnm.1.

25 Sexto,declaranda sunt supradicta, in † Regno Neapolitano non procedere, quia si per vnum diem,vel vnam noctem, in territorio alicuius pascua sumpserint animalia transeuntia, nec pœnam,nec fidam, nec diffidam aliquam soluere tenentur,vt satis iustè,& sanctè fuit dispositum per Imperatorem Federicum secundum,in Constit.
26 Regni,† cum per partes Apuliæ. Et vtinam in omnibus ibi contentis obseruaretur. De quo etiam conqueritur Lucas de Penna,in dicta l.insignis, col.2. dicens dictam Constitutionem continere maximam æquitatem, sed maxima Baronum iniquitate non seruari vt decet. De qua etiā Capic.in dicto §.Fidis,de quo etiam miratur Afflict.in dicta Constit.cum per partes Apuliæ, nu. 3.in fine. Alia capita contenta in dicta Constitutione omittam,quia non scribimus solum ad gratiam hominum Regni,sed etiam aliorum; ibi tamen sunt plura capita, quando debeatur emendatio damni,quando pęna,quando Fida,& quando Diffida,quæ omnia,ac alia capita à desiderante ibi conspici poterunt. Non omitto tamen, in hoc Regno, nostros Reges aduersus hæc litium semina, optimè passim disposuisse: nam sub die 14. Decembris 1483. Rex Ferdinandus disposuit
27 per eius Pragmat. incip. Ad † perpetuam rei memoriam,sub tit.de salario eorum, qui mittuntur pro seruitio Regio, §.Item statuimus, quod hominibus, vbi dicit: Statuimus quod hominibus Ciuitatum, Terrarum, & Locorum huius Regni huius,cum eorum animalibus, vel sine, liberè,vti liceat pascuis, vel nemoribus,atque pascendis spicis,aquis,& alijs,prout hactenus antiquitus consueuerunt,& quæcumque in eorum pręiudicium innouata post obitum felicis memorię Alfonsi Regis,patris,& Domini nostri colēdissimi,

tam

tam pro parte noſtræ Curiæ, & per quoſuis no-
ſtros Officiales, quam alios quoſcunque reuo-
cari volumus, & mandamus, vt liber in illis ſit
vſus his cuilibet, vt ante obitum prædicti Regis
competebat; illis dumtaxat exceptis, quæ noſtris
ſolatijs, ac pro vſu noſtrarum Aratiarum, reſer-
uamus, prout eſt per nos iam hactenus ordina-
tum. Quam etiam ad hoc refert Ioan. Antonius
Niger, in dicto c. Grauamina, num. 71.

Septimò declaranda ſunt (& hoc concinit
etiam ad ſecuudam declarationem ſupra poſi-
28 tam) † quod Barones, alijq. ſuperiores non poſ-
ſunt facere nouas Deſenſas in territorijs, & ne-
moribus, ſpicis, paſcuis, aut glandibus Vniuerſi-
tatum, aut Communibus, abſque conſenſu vaſal
lorum, aut forte vicinorum prætendentium cō-
munionem, aut aliorum intereſſe prætenden-
tium, & abſque licentia Regia, vel ſui Viceregis,
29 vt late cauit Carolus V. Cæſar. per † Pragm. in-
cipit. Audiuimus: inſuper, factam in anno 1536.
ſub tit. de Baronibus, & eorum Officialibus.

Octauo declaranda ſunt, vt ſi quando Vniuer
ſitates habeut territoria Domanialia ipſorum,
vel Communia, Baro in ipſis non poteſt ſe intro-
30 mittere, niſi, vti vnus, ac primus ciuis, & † mode-
ratè vtatur, vt ſuis commoditatibus ſatisfiat, &
vaſalli à paſcuis, nemorib. & cultura non arcean-
tur. Idem Carolus Imper. in dicta Pragm. incip.
31 † Audiuimus inſuper, & alia Pragm. incip. Volu-
mus etiam, ſub eodem titulo. Niger in dicto cap.
Grauamina, num. 72. Franciſc. Marc. in Deciſ.
Delph. 223. num. 5. vol. 1. & poſt Ioan. de Platea,
in l. 2. in fine, C. de paſcuis publ. lib. 11. dixit Nicol.
Boer. in Conſuetud. Biturig. tit. *Des couſtumes præ-*
32 *diales*. §. 9. quod per Comites, & Barones Regni
ſunt ſtatuenda loca in eorum territorijs in quib.
animalia ipſorum paſcantur, ſine ſubditorū iniu-
ria. M. Ant. Peregrin. in conſil. 13. nu. 16. vol. 1.

Nono declaranda ſunt, vt in his locis, ac Opi-
dis, in quibus Barones habent ius affidandi, ac
dandi paſcua, & herbaggia, tunc eamdem fidam
33 debere eſſe moderatam, ita † vt in loco non affi-
det, ac ponat tot animalia, quę abſorbeant paſcua
ita quod non remaneat vſus ciuibus. Couar. Pra-
ctic. quæſt. cap. 37. num. 1. Peregrin. in conſil. 14.
num. 16. vol. 1. quando enim paſcua non ſuffice-
rent exteris, & ciuibus, tunc ciuium commodi-
34 tas inſpicienda eſt, † cum omnis perfecta cari-
tas incipiat à ſeipſo, l. prę ſes, C. de ſeru. & aqua.
Ne ſorte non ſufficiat nobis, & vobis, ite potius
ad vendētes, & emite vobis; vt dixerunt virgines
prudentes apud Matth. cap. 22. Et hoc argumen-
ti genere vtitur Andr. de Iſern. in dicta Conſtit.
Cum per partes Apuliæ, quem refert, & ſequi-
tur Matth. de Afflict. ibidem, num. 8. & in Deciſ.
290. num. 8. Niger vbi ſupra, num. 72. licet ad aliū
35 finem, vt poſtea dicam. Et ita † Sacrum Neapo-
litanum Conſilium in dominis, qui habere ſole-
bāt ius fidandi animalia in territorio, ſemper pro
ferunt decreta, quod liceat fidare, relicto tamen
vſu ciuibus, & videntur facere ad propoſitum di-
ſpoſita in allegatis Pragmaticis Caroli V. Cæſa-
36 ris. Et ideo † Sacrum Conſilium referente tūc
Illuſtri Domino Camillo Sanfelicio Regio Con
ſiliario, & cauſæ Commiſſario, me exiſtente pa-
trono pro Vniuerſitate Andrectæ contra Comi-
tem tunc Sancti Angeli Lombardorum, Domi-
num dictæ terrę, protulit decretum, quod liceat
fidare relicto vſu Ciuium; & ideo commiſſa ta-
xatione animalium Regiæ Dohanæ Menæ, pe-
cudum Apuliæ, & per eam tranſmiſſis quinde-
cim hominibus expertis, ac illis examinatis, ac vi-
ſis Animalibus Ciuium, facta relatione per Au-
dientiam Dohanæ, decreuit, non licere Domino
Comiti affidare in paſcuo, & herbaggio dictæ
terræ, niſi mille, & centum ſeptuaginta animalia,
cum ipſe Dominus prætendiſſet, licere affidare
quattuordecim mille animalia. Et poteſt ſumi
37 iſta practica à datione † alimentorum, quæ debē
tur patrono, cui taxantur ab arbitro, qui poteſt ali
menta moderari, & taxare iuxta text. in l. ſi quis à
liberis, §. de Alimentis, ff. de liber. agnoſcend. vt
in ſpecie argum. dicti §. de Alimentis, dicit benè
Niger, in dicto c. Grauamina, ſub nu. 72. Et ideo
(inquit) concludendo in caſu iſto, dico, quod ex-
perti ſunt eligendi, qui habeant arbitrari, quot a-
nimalia poſſint commodè paſcua ſumere in ter
ritorio, ſeu Domanio, de quo litigatur, & poſtea
numeratis animalibus ciuiū, in eo, quod ſupereſt
vſque ad ſufficientiam herbagij, poterunt anima
38 lia exterorū affidari, prout in ſimili, quo † ad diui
denda inter ciues paſcua, arbitrio Iudicis facien-
da eſſe, poſt Stephan. Bertrand. Afflict. Auenda-
nium, & Couar. dicit Iacob. Menoch. de Arbitr.
iud. quæſt. Caſu 245. num. 14. & 15. de quo pul-
chrè Anton. Teſſaur. in deciſ. 71. & in Deciſ. 72.
39 & alias Deciſiones ſimiles ibi refert † D. Gaſpar
Antonius Teſſaurus, bonorum, virtutum, &
Magiſtratus paterni, optimus hæres, & dixi aliàs
in conſil. 9. nu. 15. & 16. Centur. 1. vbi plenè, quod
conſilium nouiſſimè refert eruditiſſimus I. C.
Ioan. Bapt. Coſta, de rata portione, c. 159. num. 1.
40 Decimò, declarandum, quod † ſi qui Barones
aut Domini habent ius fidæ, non poſſunt immi-
tere animalia in terras liberas, & franchas particu
larium ſubditorum, (quæ appatronata vocant, eo
quod ſi libera ſunt ciuiū, nec alicui, vel Domino
ſunt redditia) nec in ſpicas, ac ſtipulas, quæ na-
ſcuntur in eorū territorijs, vt voluit Alex. in cōſ.
35. col. 2. verſ. Item ius, & facultas, vol. 4. Niger in
d. c. Grauamina, ſub nu. 72. verſ. quæro iuxta præ-
dicta; Marin. Freccia in dicta Authorit. 46. nu. 5.
faciunt notata per Anton. Capic. in Deciſ. 45. in
fine quamquam contrarium voluerit Couarru.
Pract. quæſt. cap. 37. per totum.
41 In ſimilibus autem † iurib. paſcuis, atque ne-
morum, quæritur Dominis, & Vniuerſitatib. ac
particularib. ius conceſſione aliqua, titulo, priui-
legio, aut præſcriptione legitimè præſcripta, cum
42 ſuis requiſitis, † in quo iure præſcriptione quærē-
do, nōnulli voluere ſufficere triginta, vel quadra-
ginta annos, quod quis paſcua ſumere ſolitus fue
rit, vel affidare aliquos, recipiēdo aliquid pro quo
libet animali; ſiue qualibet beſtia, vt voluerunt
Paul. de Caſtr. in conſ. 112. & in cōſ. 113. vol. 2. Frā
ciſ. Aretin. in conſ. 154. quē ſequitur Io. Franciſc.
Balb. de præſcript. ſecūda par. 5. partis principalis
q. 4. nu. 6. Aimo Crauetta, in conſ. 4. num. 4. & 5.

Alij

43 Alij † voluere, esse necessarium tempus immemorabile, quia ius pascui est seruitus discontinua, quæ non acquiritur nisi præscriptione, cuius nou exstet memoria hominum in contrariū; quam opinionem tenuit Perr. de Ancharano, in cons. 255. & Dec. in cons. 483. num. 26. Quarum opinionum vtraque sustentabilis est, Nicol. Boer, in Consuetud. Biturig. tit. *Des coustumes prediales*. §. 7. colum. 2. vers. sed an ius reale, vbi dicit, hanc opinionem veram esse de Iure Ciuili, primam autem esse de Iure Canonico. Tamen, vt video,
44 Sacrum Cōsilium Neapolitanum † præscriptio-
45 ni immemorabili inhæret. Sic etiam † in Camera Imperiali Spirensi seruatur teste Ioachimo Mynsing. Obseruat. 53. Centur. 4. & in Delphinatu, vt per Guidon. Papæ, in decis. 573. Cassan. in Consuetud. Burgund. rubr. 13. §. 5. glos. 3. num. 1.
46 Si reperirentur † animalia damna dantia in territorijs, vineis, & possessionibus in fructibus, vtique tene.untur eorum domini ad damni illati emendationem, l. 1. ff. si quadrupes pauper. fecisse dicatur. Et in hoc Regno cauetur pluribus Im-
47 peratoris Federici Cōstitutionibus. per † Const. Peruenit ad aures nostri culminis, & Const. cum
48 per partes Apuliæ, & Constit. † Animalia in vi-
49 neis; quomodo igitur † facienda erit damni æstimatio, puta, damnum est datum tempore, quo sata, & frumenta erant in herba, an æstimatio fieri debeat, habito respectu ad illud tempus, an verò ad tempus recollectionis. Speculator, in titulo de iniurijs, §. sequitur, versic. sed quomodo æstimabit damnum, tenet quod debet exspectari tēpus messium, siue recollectionis, vt sciatur quantum ex simili fructu nascitur, vel considerabitur annus preteritus & ita estimabitur, l. in lege Aquilia si delem, ff. ad leg. Aquil. l. locum, §. condemnatio, ff. de tabul. exhiben. cap. Nolite, 11. q. 3. cap. propter, de locat. Insuper, videtur habendam rationem æstimationis temporis futuri, vt consideratur in operibus & expēsis, l. ex hac, ff. si quadrup. paup. l. fin. ff. de his, qui deiecer. vel effuder. l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid, vt pulchrè Ludo. Roman. in cons. 278. & Nicol. Boer. in decis. Burde-
50 gal. 324. sub numero 5. Contrarium † verò, quod damnum emendari oporteat, habito respectu ad tempus, quo fuit illatum in herba, vt arg. l. certe, ibi voluit Iacob, de Arena, ff. Arbor. furt. Cæsar. quem sequitur Ioan. And, ad Speculat. vbi supra, Cin. in l. finali, C, ad leg. Falcid. quia de eo iudicādum est vti de herba, argum. d. l. certè; Idem tenuit Florian. de Sancto Petro, in d. l. ex hac, arg. l. ait lex, in principio, & l. inde Neratius, §. si infans, & vtrobique idem Florian. ff. ad legē Aquiliam.
51 Nec † debet haberi frumenti ratio, ob dubium spei euentum, l. propter spem, ff. famil. herciscundæ. Alberic. de Rosate, in 2. parte Statutor. quæst. 78. Angel. de Aret. in princip. Instit. si quadrupes pauper. fecisse dicatur, num. 6. Matth, de Afflict. in dicta Constit. Peruenit, num. 9. Nicol. Boer. in Consuet. Biturig. tit. consuetud. prædial. §. 1. col. 2. versic. sed quæritur cuius temporis. Barthol. de Cassanæo, in Consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 6. in verbo, *En Mesusage*, num. 5. versic. redeundo ad propositum. Aimo Crauet. in cons. 40. num. 10, in fine, quem refert Plor. in l. si quando, nu. 873. C. Vnde vi.

Cumque supra dixerimus, Pascua, Siluas, Nemora, & Campestria, præsumi potius esse Vniuersitatum, quam Dominorum, hinc dicendum est,
52 quando † sunt inculta, aperta, non clausa, licere, ibidem animalia impunè depascere, Hostiens. Io. Andr. Panormit. & alij, in cap. dilecti, de Arbitr. Boer. in dicta Consuetud. Biturig. tit. de Consuetud. prędial. §. 7. in verbo, *Es lieux incultiuez*, in prin. Franc. Marc. in decis. Delphinali 223. nu. 6. vol. 1.
53 vbi dicit, idem † procedere in terris seminatis post recollectionem, vide Ioan. Bessian. in Consuetud. Aluerniæ, cap. 28. artic. 4. in fine.
54 Dictum fuit supra, † Dominos, & Barones, tāquam Ciues, posse vti pascuis, quibus vtūtur subditi, & vasalli, modo vasalli ponunt vnam animalium speciem, Baro non habens ex illis animalibus, vult immittere animalia alterius speciei; quid dicendum. Accidit hoc anno quæstio inter Illustrissimum D. Franciscum Pignatellum Ducem Bisatij, & Vniuersitatem dictę Ciuitatis, ex superuenientia enim Niuium, subditi asportarūt Vaccas, & Boues in defensam ipsius Ciuitatis, Famuli Ducis asportarunt Equas, videbatur dicendum Ducem ius fouere, per ea, quæ dixeram in consil. 9. per totum, Cent. 1. vbi consului in eadem Ciuitate non potuisse facere quoddam herbagium, in quo exclusis ouibus, pascerēt solummodo boues, & multa dicta fuere ab vtraque parte, quæ omitto: nam Sacrum Consilium decreuit licere Duci vsi Defensa, eadem specie animalium, qua vtitur Vniuersitas, & eius Ciues, & non alio modo, hoc anno 1605.
55 Qui verò intercipit † animalia quæ damnum dederunt in loco, in quo debetur damnum, aut pęna, si est persona priuata, melius est vt non vtatur retentione vltra viginti horas, iuxta l. capite quinto, vbi Bartol. ff. de adult. sed assignet anima-
56 lia Iustitiæ, cum † possit agere lege Aquilia, & de pastu pecoris, vt dicit idem Bar. in l. hoc amplius, §. de his in fine, ff. de damno infecto. Panormit. in cap. si læserit, de iniur. Matth. de Afflict. in Const. Pacis cultum, versic. vigesimo licet, num. 45. & dixi plenius ad Iura Regni Neapolitani Obseruat. 10. Ioan. Baptist. Plor. in l. si quando, nu 874. C, vnde vi,
57 Gallinæ, † & anseres, pauones, ac similes aues, si damna dederint, an & pro ipsis ad damni emēdationem teneantur domini, & rectè ne titulus Digestorum, Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, in illis locum habeat. Guiliel. de Cuneo, in l. hæc actio, penult. ff. si quadrupes pauper. fecisse dicat. disputauit hanc quæstionem; An, si Statutum diceret, quod de quolibet Animali soluatur Gabella, debeatur de anseribus, & Gallinis? & tādem concludit, quod non includuntur, argum. l. cum de lanionis, §. Asinam, & l. quisquis, ff. de legat. 3. & eum sequitur Florian. de Sancto Petro, in d. l. hęc actio, argum. Authen. Vt omnes obed. iud. prouinc. §. hæc cōsiderantes, vers. quid enim erit durius. Sed tamen contrarium tenuit Ac-
58 curs. in d. l. hæc actio, dicens † actionem de pauperie, locum habere etiam in animali bipede; &

nouis

nouiſſimè pro gallinis damnificantibus eius viri-
darium, hanc opinionem Accurſij tuetur Feder.
Scotus in conſil. 26. lib. 5. tomo 1. Faciunt notata
à Petro Iacobo, in pract. tit. de action. de paupe-
rie, ſub num. 2. verſic. probatur. Pulchra ex Colu-
mella, & alijs ad hanc rem attulit Ren. Choppin.
in Conſuetud. Andegauenſ. lib. 1. cap. 11. num. 3.
eleganter Gul. Fornerius, in l. nominis, 6. §. ver-
bum. ff. de verbor. ſignif. Nicol. Boer. in Conſue-
tud. Biturig. tit. de cōſuetud. prædial. §. 5. in Gloſ-
ſa, *Item, ſi oyes sont trouuees*, col. 1. Quo in loco aſſe-
59 rit, Romanos † non debere permittere occiſio-
nem anſerum, cum per eas fuerit ſaluatum quan
doque Capitolium ab incurſu Gallorum, ſequi-
tur Ioan. Beſſian. in Conſuetud. Aluern. cap. 28,
articulo vltimo. Sed ille furor fuit ſolitus in mo-
dum tranſeuntis natus, ſtatim depreſſus, nec me-
moria dignus, cum illis Gallia tamdiu fuerit coa-
cta ſubeſſe.

60 Damnum fuiſſe † paſſum, ſtatur dicto caplen-
tis, & denunciantis. Bald. & Præpoſ. in c. 1. in prin.
ſi de inueſtitura feud. inter dom. & vaſall. lis oria-
tur. Bald. in l. id quod pauperibus, C. de epiſcop.
& cleric. cum multis allegatis per Renat. Chopp.
in Conſuetud. Andeg. lib. 1. cap. 24. nu. 3. Nicol.
Boer. in Conſuetud. Biturig. *Des couſtumes predia-
les*, §. 1. gloſſa 1. in princ. Ioan. Beſſian. in Conſue-
tud. Aluern. cap. 28. artic. 21. Maſuer. in pract. tit.
61 de expenſ. nu. 1. † admittitur tamen probatio in
contrarium, vt dicunt Maſuer. & Beſſian. in locis
iam allegatis.

62 Ipſius † autem damni taxatio, fit per Iudicem,
deputatis æſtimatoribus, & expertis, qui æſtima-
bunt damnum. Speculat. in tit. de actor. §. 1. verſ.
ſed pone inuenio Maſuer. in loco ſupra allegato,
& dixi ſupra.

Debet inſuper annotari, quod in pleriſque lo-
63 cis, † grauiori pęna puniũtur domini porcorum
dantium damna in pratis, ac paſcuis, quam alia
animalia, cum effodiant terram, & in luto ſibi gra
tiſſimo voluentur, vt dicit Plin. lib. 8. c. 51. quod
& antea dixerat Ariſtoteles de Hiſtoria Anima-
lium, libro 8. capitulo ſexto. Hinc voluit Cicero
Scomma illud in Verrem Action. 6. afferre: Nã
nos (inquit) quid facimus in Verre, quem in luto
voluptatum totius corporis veſtigijs inuenimus?
De quo Petrus Apoſtolus Epiſtola 2. cap. 2. dicit;
Sus Lota in volutabro Luti. & Chriſtus Matth.
cap. 7. idcirco inquit, Neque mittatis Margaritas
veſtras ante porcos ne fortè conculcent eas pedi-
bus ſuis. Quapropter, Salomon Prouerbiorum
cap. 11. dicit, Circulus aureus in naribus ſuis, mu
64 lier pulchra, & fatua. Fertur † Arabiam odora-
mentorum altricem, haud longo tempore ſues
ferre, & nec ibi viuere poſſe, quippe qui cũ ament
ſordida, fugiant odores, de quo Lucretius

Denique Amaracinum fugiat ſus, & timet omne
Vnguentum, nam ſetigeris ſuibus acre venenum eſt,
Quod nos interdum tamquam recreare videtur.
At contra nobis cęnum teterrima cum ſit
Spurcities, eadem ſuibus hæc tam munda videtur,
Inſatiabiliter toti, vt voluantur ibidem.

65 Hinc † Salaminij, lege ſtatuerũt, vt porcorum
dentes attererentur, qui ſegetibus cladem aliquã
intuliſſent. Meritò itaque Regia Camera cauit,
vt Biſatienſes Ciues omnia animalia immittant
in Defenſa Thori dum paſcua ſumit Regium E-
quitium, ſuibus exceptis, ne pro Ciuitate Patro-
no, referente Franciſco Aluarez de Ribera, Præ-
ſidente, nunc apud Regem Catholicum meritiſ-
ſimo Regente, quia quas herbas Porci tangunt,
66 Equæ effugiunt, In † Gallia apud Aurelianenſ.
in vinetis, & paſcuis, porcos perpetuo excludunt,
patria Conſuetudine, ſub tit. de paſcuis, & grami
natione, cap. 5. Sic etiam apud Aluernos, ſub tit.
Des Paſturrages, & Dommaige de Beſtial. artic. 24.

67 Notandum eſt inſuper, quòd in Regno † adeſt
Pragmatica incip. Statuimus, ſub rubr. de offic.
Baiuli, in qua diſponitur de damnis datis cum a-
nimalibus, vt perſonaliter non procedatur ad exa
ctionem, ſiue condemnationem, niſi conſtet de
damno per vnum teſtem, cum iuramento inuen
toris, ſeu partis damnum paſſę. & ſi fortè damnũ
paſſus animalia ipſa in manu ſua habeat, eo caſu
ſtatur aſſertioni partis cum iuramento, ſeu Inuen
toris, ſic etiam ſoli Officialis dicto ſtabitur, ſi ille
ipſe inuenerit. & exactio pœnę à Baiulo fieri ne-
quit, niſi parte damnum paſſa prius ſatisfacta, &
pœnæ exactio, non excedat ſortem petitam vſ-
que ad quantitatẽ Auguſtalis, etiam ſi quantitas
petita excederet Auguſtalem. Imminet pœna
contrafacienti vnciarum auri quinque. Huius
Pragmaticę meminit Regens Lauarius, in conſ.
98. num. 6. vol. 1.

C A P. VII.

A R G V M E N T V M.

Quando ſubditi coguntur ad molendi-
na, & Tappetos Domini accedere, ad
Fornos, Quando liceat ſuos facere,
vel alio diuertere, & ad plenum mate-
ria enucleatur.

C O M P E N D I V M.

1 *Clauſula in inueſtitura, cum molendinis, & Tappetis, quid operetur, & nu. 2. 3. 51. & 52.*
4 *Flumina ſunt de Regalibus.*
5 *Molendina exiſtentia in fluminibus ſunt de Regalibus, & ad quem pertineant.*
6 *Domini, & Barones, an prohibeant ſubditos facere Molendina, Tappetos, & Furnos, & in ſuis molent, & panes coquant, & nu. 7. 8. 10. 11. 24. 25. 26. 27. & 32.*
9 *Flumina, & curſus aquarum, an ſint Dominorum, & Baronum in Regno Neapolitano, & num. 10.*
11 *Prohibitiones Molendinorum, Tappetorum, & Furnorum, quando noceant, & num. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 20.*
16 *Prohibitio violenta, non cauſat legitimam præſcriptionem.*
17 *Prohibitio Molendinorum, & Tappetorum, ſi præſupponatur facta à Domino, per Dominum probanda eſt.*

Præſcri-

18 *Præſcriptio, quæ ſit neceſſaria à die, quo dominus prohibuerit, & num. 19. & 20.*

21 *Molendina noua, quæ fierent ad æmulationem, an prohibeantur, & num. 22. & 23.*

22 *Molendina, Tappeti, & Furni, non dicantur, nec præſumuntur fieri ad æmulationem, & nu. 23.*

23 *Aliquem facere aliquid animo nocendi non præſumitur.*

24 *Authoris opinio, an Domini prohibeant ædificationem molendinorum, tappetorum, & ſimilium. & numero 25. 26. & 27.*

25 *Emendatio literæ in Conſilio Calderini apud Petrum de Ancharano.*

26 *Spoletum ſitum propè Vmbriam, & vbi.*

27 *Spalatum eſt Ciuitas Archiepiſcopalis in Sclauonia, vel Dalmatia.*

28 *Subditi ſi per mille annos iuerint ad molendum in Molendinis, & Tappetis, & coquendum panem in Furnis Domini: non ob id illi quæritur ius aliquod, & nu. 31.*

29 *Actus meræ facultatis ſeu voluntatis ſunt inpræſcriptibiles, & num. 30.*

32 *Intellectus Prag. Caroli V. Cæſaris, incip. Audiuimus, 14. ſub tit. de Baronibus, & eorum officijs.*

33 *Molendina, Tappetos, & Furnos ædificare cuilibet permiſſum eſt, & quando, num. 34.*

35 *Flumen publicum dicitur, quod eſt nauigabile.*

36 *Molendinum in flumine priuato conſtruere, an liceat? ſcilicet in flumine non nauigabili.*
Flumina, & illorum iura authoritate iuris gentium ſunt publica.

37 *Molendinum facere in locis proprijs an licitum ſit, numero 38.*

39 *Præſcriptio fauore prohibentis incipit à prohibitione.*

40 *Molendina piſtrina appellata an ſint prohibita.*

41 *Intellectus c. Regni, Item Iuſtitiarij. & Subofficiales eorum.*

42 *Furni priuati haberi poſſunt in Regno Neapolitano.*

43 *Auia Vitellij Imperatoris furnariam artem exercuit. Suetonij Tranquilli atteſtatione.*

44 *Clibani, qui ſunt furni portatiles an haberi poſſint.*
Clibani vſui ſunt Dulciarijs Pharmacopolis, & Monialibus, ſub eod. num. 44.

45 *Moliri frumenta, & panem coquere licet diebus feriatis ad honorem DEI.*

46 *Cauſa alimentorum agitari poteſt diebus feriatis in honorem DEI.*

47 *Habens molendinum in loco, an poſſit alterum in eodem loco conficientem prohibere.*

48 *Molæ frumentaria quæ oleariæ, an dicantur Trappeti, vel Trappiti.*

46 *Superior pars Rotæ molendini dicitur Carillus, inferior vero meta.*

50 *Euntes ad molendina, ſi non expediantur, quot horis ibi ſtabunt.*

51 *Clauſula, cum montibus, planis, &c. quid ſignificet.*

52 *Intellectus Pragmaticæ, Noſtras etiam aures, tit. de Baronibus, Officialibus.*

53 *Materiam Molendinorum, Tappetorum, & Furnorum, quinam tractarint remiſſiuè.*

54 *Gaſparis Antonij Teſſauri I. C. laudes.*

A X I O M A.

Ad Molendina, & Tappetos Domini, pro molitione frugum, & olearum accedito, ad eius Furnos panem coquito, alibi ne eunto, propria facere abſtinento.

SVpremi Principes, qui Barones inue-
ſtiunt feudo, inter cetera concedere
1 ſolent † cum Molendinis, Tappetis, &
Furnis, qua conceſſione ſtante, viden-
tur non ſolum per cõceſſionem caſtrorum cum
ſuis pertinentijs conceſſa molendina, & ſimilia,
niſi eſſent priuatorum, videntur eis conceſſa, &
2 venire, etſi non exprimerentur, † tanto magis dũ
exprimuntur, vt dicit Bald. in cap. 1. num. 2. quem
ſequitur Iacob. Aluarot. ibi, num. 2. Afflict. num.
52. de Capitan. qui Curiam vend. quem ſequitur
Iacob. de Sancto Georgio, in Inueſtitura feudali,
in §. de Caſtro Rubei montis, num. 7. refert, &
ſequitur Anton. Capic. in Inueſtit. feudali, in ver-
bo feudorum Clauſulæ, §. molendinis, in princ.
Paris de Puteo, de Reintegrat. feudor. cap. 196.
verſ. an ſi dominus, nu. 2. & 3. Iaſ. in l. quo minus,
nu. 120. vbi Ripa, num. 130. ff. de flumin. Corn. in
conſ. 321. litera M, & nu... vol. 4. Fabian. de Mon
te Sancti Sabini, de empt. & vendit. q. 6. membro
3. num. 10. Franc. Aret. in conſ. 15. col. 2. Auguſt.
Berous, in conſ. 51. num. 7. vol. 2. Decius in conſ.
516. num. 29. Ioan. Petr. Surd. in conſil. 127. num.
27. vol. 1. Lancellot. Gallia, in conſ. 27. num. 120.
vol. 1. Barthol. Bertazol. in conſil. Ciuili 89. num.
46. volum. 1.

3 Declaranda ſunt ſupradicta, quando † conce-
dens, Molendina, Tappetos, & Furnos, ibidem
haberet tempore conceſſionis, nam ſi in loco eſ-
ſent Molendina, Tappeta, & Furni, & eſſent Vni
uerſitatis, aut particularium priuatorum, tunc
conceſſio de illis non intelligeretur: quia non po
teſt concedi, niſi quod concedens habebat, &
non plus, l. qui tabernas, ff. de contrahen. empt. l.
ſi domus, §. fin. ff. de leg. 1. l. vxor patrui, C. com-
munia de legat. l. Publius, §. 1. ff. de condit. & de-
monſtr. l. traditio, ff. de acquiren. rer. domin. & ita
voluerunt Bald. in d. cap. 1. & Aluarot. Aretin. in
dicto conſil. 15. Iacobin. in dicto §. de Caſtro, ſub
num. 6. Latè Ioan. Petrus Surdus in conſilio 311.
num. 48 volum. 3.

4 Et iſtud maximè procederet, † ſi concederen-
tur molendina, quæ fortè eſſent in fluminibus,
cum flumina ſint de Regalib. c. 1. in verbo flumi-
na, quę ſint Regal. & amplè dixi de Regis Catho-
lici præſtantia, capitulo octauo, per totum. Ideo-
5 que † molendina in eis conſtructa cenſerentur
etiam de Regalibus, & ad conceſſionarium, &
inueſtitum ſpectarent. Auguſtin. Berous in conſ.
145. num. 2. volum. 1. Bertazol. in dicto conſil. 89.
num. 47.

6 Quibus ſtantibus, dicendum † videtur, poſſe
in caſu præfato Dominos prohibere ciues, &
ſubditos, ne Molendina, Tappetos, ac Furnos
ædifi-

ædificẽt, neve ad alia Molẽdina aliosq. Tapetos,
& Furnos accedant, præterquam ad ſua & ſuos,
ad coquendum, & molendum. Idq. inter Con-
ſilia Petri de Ancharano cenſuit Bald. in conſil.
11. vbi conſuluit pro Ciuitate Spalatenſi in Dal-
matia, & cõcludit, poſſe fieri ſimiles prohibitio-
nes etiam contra Archiepiſcopum. Quem ſequi-
tur Alexand. in conſil. 211. in fine, volum. 2. Iaſ. in
conſilio 161. volum. 2. Guido Papæ in Deciſ. 299.
& ſatis lcuibus argumentis tenuit Gerard. Maz-
zoll. in conſilio 46. vol. 1. Maximè in hoc Regno
7 Neapolitano, in quo † de cõſuetudine, nullus po-
teſt coquere panem, niſi in Furno Feudi, vel Do-
mini, vt teſtatur Paris de Puteo, in tract. de Rein-
tegratione Feudor. cap. 15. num. 23. incipit Miles
habens. Et nouiſſimè Ioan. Baptiſta Laderch. in
conſil. 71. num. 5. vol. 1. vbi alios complures alle-
gat, dicens eſſe huius opinionis aſſertores, maxi-
mè ſi Molendina, Tappeta, & Furni, eſſent Ciui-
tatis, & reſpicerent vtile Commune, & publicũ,
8 quia etſi adeſſent, alia † priuatorum, prohibitio va
leret pro publica vtilitate, Iacob. in d. §. cũ Mo-
lendinis, nu. 3. poſt Bald. in conſil. 410. volum. 5.
Natta in conſil. 106. in princ. in conſil. 127. nu. 4.
vol. 1. Capic. in Inueſtit. Feud. in §. Molendinis,
col. 4. verſ. Limita octauo.
9 Procedit præſertim in iſto † Regno Neapoli-
tano in quo Flumina, & aquarum curſus ſunt ex
forma priuilegiorum ipſorum Dominorum, &
Baronum, vt dicit Lucas de Penna, in l. vſum,
C. de Aquæduct. lib. 11. quem ſequitur Anton.
Capic. in Inueſtitura Feudali, in verbo, Feudorũ
clauſulæ, §. Fontibus, colum. 1. verſic. Aquæ ta-
men, de cuius dicti veritate ego longius dixi de
10 Regis Catholici Præſtantia, capit. 8. † Vnde ſi ha
berent à Principe, qui hoc notaret, prohibitio lo-
cum ſibi vendicaret. Iaſ. in d. l. quo minus, nu. 10.
verſic. Quarto principaliter, Antonius Capic. in
Inueſtitura Feudali, in verbo, Feudorum clau-
ſulæ, §. Molendinis, columna ſecunda limitatio-
ne prima.
Tertiò, faciliter procedunt † edicta prefata, quan
do aliàs Domini, & Barones prohibuiſſent, ne
oleum in alienis tappetis, frumenta in alienis mo
lendinis molerent, & in alienis furnis panes non
coquerent, præterquam in ipſorum Dominorũ;
neve alia cõſtruerẽt Molendina, & ſubdita, ac Va
ſalli talibus ꝓhibitionibus lõgo tẽpore obſequu-
ti fuiſſent, quia amodò ita ẽt facere poſſent, & te-
nerentur. Innocent. & alij, in capit. ſignificante,
de Appellat. argumento, l. ſi quis diuturno, ff. ſi
ſeruit. vendic. & l. ſi quiſquam, ff. de diuerſ. & tem
por. præſcript. Panormitanum, in c. fin. not. 2. de
reſtitut. ſpoliat. & in cap. Abbate Sancti Siluani,
numero 10. & 11. de verb. ſignific. & ante ipſum
Bald. in l. Item Lapilli, ff. de rer. diuiſ. Bartholom.
Cepolla, de ſeruit. vrban. præd. cap. 50. de Furno,
col. 1. quæſt. 2. Iaſ. in dicta l. Quominus, nu. 31.
& 32. Guido Papæ in Deciſ. 298. in fine, & in De-
ciſ. 633. numero 13. Albert. Brun. in conſilio 56.
numero 1. Petr. Iacob. in libello pro Furno, nu. 2.
verſic. Item proponit, quòd crim. Aimo Crauet-
ta de Antiquitate tempor. parte 4. Sectione, Ma-
teria iſta, num. 99. Iacobin. de Sancto Georgio,
in dicto §. & cum Molendinis, ſub numero 5. ver
ſic. & hanc concluſionem limitabis, Anton. Ca-
pic. in dicta Inueſtit. in §. Molendinis, columna 4.
verſic. limita quinto. Nicol. Boer. in Deciſ. 125.
num. 5. Ioan. Franciſc. Balb. in tractatu præſcript.
4. parte, Quintæ partis princip. q. 5. num. 3. verſic.
Hanc concluſionem limita. Roland. à Valle, in
conſil. 22. numero 23. volumine ſecundo, in con-
ſilio 52. numero 32. in conſil. 80. numero 39. vo-
lumine 3.
12 Et à tali prohibitionis tempore, curreret præ-
ſcriptio contra prohibitos, & contra Vniuerſita-
tes, & abſtinuiſſent, ac paruiſsẽt, vt dicit Iacobin.
in dicto verbo, Et cum Molendinis, numero 5.
Albertus Brunus in dicto conſil. 56. nu. 1. Boer. in
dicta Deciſ. 125. nu. 5. Guido Papæ in dicta Deciſ.
298. poſt Ioan. Fabr. in §. æquè ſi agat, num. ... vbi
Iaſ. num. ... Inſt. de Act. Petr. Iacob. in locũ alle-
gato, & num. 5. & 6.
13 Quæ prohibitio † ſufficit ſi non ſit facta omni-
bus, ſed maiori parti, & dum tamen omnes ceſ-
ſaſſent, vt dicit Petr. Iacob. in dicto libello, pro
Furno, ſub numero 2. vbi ſupra, Barth. veronenſ.
in dicto cap. de Furno, quæſt. 2. Boer. in dicta De-
ciſ. 125. num. 5.
14 Sufficere † dicunt, etiam ſi prohibitio extraiu-
dicialis fuerit, vt dicit Panorm. in dicto cap. Ab-
bate Sancti Siluani, num. 11. Iaſ. in dicta l. Quo
minus, num. 31. in fine. Hoc tamen de extraiudi-
15 ciali prohibitione, non admiterem: quia † ponen
do illam in vſu, non poſſet eſſe, niſi aliqua vis, &
violentia Dominorum; & ſic eſſet ob illorum po
tentiam, & ſubditorũ timorem, violenter extor-
ta; & videtur Panorm. hoc dicentem nullo iure
16 fundari. & † prohibitio violenta, non cauſat le-
gitimam præſcriptionẽ, l. 1. C. de ſeruit. & Aqua,
Natta in conſil. 100. num. 12. vol. 1.
17 Hæc autem † prohibitio à Domino, qui in ea
ſe fundat, probãda eſt, Afflict. in dicta Deciſ. 388.
ſub num. 10. cum ſit fundamentum ſui iuris, ar-
gumento notatorum per Franciſc. Hercul. in
tractatu de negatiua, num. 2. & 3.
18 Quo verò † ad curſum temporis, à die prohibi
tionis Cõmunis opinio eſt, ſufficere curſum vi-
ginti, triginta, vel quadraginta annorum, vt dicit
Afflict. in dicta Deciſ. 388. Balb. vbi ſupra, num. 3.
Rolãd. in dicto conſil. 22. num. 23. volum. 2. quia
maiori ex parte dicunt de tempore longiſſimo,
19 dicitur autem † tempus longiſſimum in præſcri-
ptionibus, quãdo eſt triginta, vel quadraginta an-
20 norum; licet videatur aſſerere † tempus cuius
initij non ſit memoria in contrarium, Barth. de
Caſſan. in Conſuetud. Burgund. Rubr. 13. §. 2.
Gloſſa prima, ſub num. 17.
21 Quartò, quando † Vniuerſitates, vel ſubditi fa-
cerent Furnos, Molendina, & Tappeta noua ad
æmulationem Domini, tunc enim noua ædifica-
tio à Domino impediri poterit, quod id fieri non
licet ad alterius æmulationem, inquit Marcellus,
in l. opus nouũ, ff. de oper. pub. ita dixerunt Petr.
Cin. Bald. & Salic. in l. Altius, C. de ſeruit. & aqua.
Optimè Barthol. Veronenſ. de ſeruitutibus Vr-
ban. prædior. capit. 39. de Solo, & Area, colum. 2.
& in cap. 62. de Feneſtra, columna prima, verſic.

Secundò

Secundò fallit. Ias. in l. ex hoc iure, numero 8. & 9. ff. de Instit. & Iacob. Philipp. Port. in consil. 17. num. 19. Francisc. Bursat. in consilio 57. num. 14. vol. 1. voluit Iul. Clar. in §. feudum, q. 30. in fine, vbi tamen nihil allegat.

22 Sed in casu † præmisso in dubio, non dicitur fieri ad æmulationem, argum. l. merito, ff. pro so-
23 cio, quia † non creditur, nec præsumitur quem animo nocendi aliquid facere, vt voluit glos. penult. in l. Fluminum, §. fin. ff. de damno infecto, ita voluit Cępol. in d. cap. 39. de solo, & area, col. 2. & dicam infra.

24 Aduertendum † tamen existimo, quia supradicta colorata sunt, pro illis, qui nimium studēt Dominis, ac Baronibus placere, ego vero, nec illis negari debere eorum iura, quæ cōpetunt neque detrahi debere libertati vasallorum, & subditorum arbiter ideo veritatem ipsam statuo, nullo modo Superiori, ac Domino competere ius, vt prohibere valeat subditos, quin Molendina, Tappeta, ac Furnos ædificent, nec quòd ad molendum, vel coquendum panem alio pro libertate accedant; & ita prohibitoria fieri edicta, quia sunt ambitiosa, ad eorum vtilitatem priuatam procurata, & ideo fieri nequeunt, l. ambitiosa, ff. de decret. ab ordin. faciend. ita Bald. in consil. 410. vol. 5. Ioan. Faber, in §. æquè, num. 21. Institut. de action. Alexand. in consil. 194. volum. 2. Bartholom. Socin. in consil. 272. columna tertia, versic. Quintò principaliter, volum. secundo. Didacus Couarr. in repe tit. cap. possessor, de regulis iuris, in 6. 2. parte relection. §. 4. num. 7. Iason, in dicta l. quo minus, num. 156. Petr. de Anchar. in consil. 155. col. vlt. vers. super eo, Gaspar Calder. inter cons. Anchar. in cons. 12. & Collegium Bonouiense ibidem, in cons. 13. Idem Ancharan. in cons. 298. qui omnes consuluerunt contra Ciuitatem Spalati pro Ar-
25 chiepiscopo Spalatensi, non autem Spoleti, † vt in hoc errarunt Alex. Boer. & alij post eum, qui dixerunt cōsuluisse illos pro Archiepiscopo Spoleti, tum quia Spoletum non habet Archiepi-
26 scopum sed Episcopum, tum etiam † quia Spoletum est Ciuitas florentissima Italiæ sub ditione Summi Pontificis, seu Ecclesiæ Romanæ, propè Vmbriam, inter populos, quos viulmbros appellauit, & inter eos apponit Spoletū, Ptolom. Geograph. lib. 3. cap. 1. in Tabula 6. Europæ. Et nouissimè Thomas Bozius de statu Italiæ libro tertio,
27 cap. 1. Spalatum † verò est in Sclauonia, & Ciuitas Archiepiscopatus dignitate ornata, sub quo, subsunt octo Episcopi suffraganei, Traguriensis, Scardoniensis, Nonensis, Sibinicensis, Teniensis, Tennensis, Almisiensis, & Pharensis, de quibus loquitur Prouinciale Ecclesiarum Romanæ Curiæ; & nouissimè Franciscus Gratianus in Compendio Iuris Canonici, distinctione prima, parte 3. (& hoc dictum sit perfunctorie, ac per transennam.) Et hanc opinionem sequitur Nicol. Boer. in dicta decis. 125. num. 4. post Guidon. Papæ, in dicta decis. 298. in principio. Iacobin. de Sancto Georgio, in dicto §. & cum molendinis, num. 3. cum pluribus seqq. & eius discipulus Albert. Brun. in dicto consilio 56. num. 2. M. Anton. Natta, in dicto consil. 106. num. 1. & 2. & in consil. 227. num. 1. volum. 1. Roland. à Valle, in dicto consilio 22. num. 19. volum. 2. Aimo Crauetta de antiquit. tempor. parte 4. Sectione, Circa præmissa, nu. 1. & 2. Ioan. Baptista Villalob. Opin. Commun. §. Dominus, num. 114. Ioan. Cephal. in consil. 451. num. 349. cum pluribus sequen. vol. 4. Barthol. Veronens. in dicto cap. 50. de Furno, col. 1. quæst. 2. Iul. Clarus, in dicto §. feudum, quæst. 30. & est de mente Petri Iacobi, in libello de Furno, sub num. 5. nouissimè plenè etiam Ioan. Vincen. de Anna, in allegat. 116.

28 Quia, etsi † subditi, ac vasalli per mille annos iuerint ad molendas eorum fruges, ac ad premēdas eorum oliuas, in Molēdinis, ac Tappetis Domini vel alterius, aut tāto tempore steterint, quin contrarium fecerint, non idcirco Baroni, aut Domino ius aliquod, quo in futurum cogi valeant,
29 quæsitum dicetur, sunt enim actus † isti meræ voluntatis, & facultatis, nullo temporum curriculo præscriptibiles, nec inde Dominis aliqua seruitus dicitur causata, argum. cap. possessiones, 16. q. 1. glossa finali, in fine, in l. solent, ff. de offic. proconsul. & legat. vt voluit Innoc. in cap. Bonæ, de postul. præl. in c. cum in ecclesia, de causa possess. & propriet. Cinus, in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, quem refert, & sequitur Abb. Panorm. in c. Abbate Sancti Siluani, num. 10. de verb. signific. in cap. ad nostram, num. 11. de confirm. vtil. vel inutili, in c quoad translationem, nu. 4. de offic.
30 Leg. † Quæ enim facultatis sunt, imprælcriptibilia existunt, l. viam, vbi Bart. ff. de via public. Bart. in l. in filijs, num. 1. C. de decur. lib. 10. Quæ enim sunt in mera voluntate, continent infinitatem, & ideo sunt imprescriptibilia, vt dicit Ioan. Andr. in cap. Non est, de Consuetud. in 6. Felin. in cap. cum accessissent, num. 44. de Const. Hippolyt. de
31 Marsil. de fideiuss. sub nu. 101. Vnde si per † mille annos, quis iuit ad Molendina, vel Furnos alicuius, non ideo cogi poterit ire in futurum. Panor. in d. c. Abbate Sancti Siluani, nu. 11. & in c. inter cetera, de rescript. in cap. cum Ioannes, ante finē, de cler. coniugat. Petrus Iacob. in c. de Furno, sub nu. 5. Barthol. Cepolla, in dicto cap. 50. de Furno. Ias. in d. l. quo minus, num. 28. cum pluribus seqq. Boer. in dicta decis. 125. num. 5. Barthol. Socin. in dicto cons. 272. Natta in dicto consil. 106. num. 9. Iacobin. in dicto §. & cum molendinis, numero 4. Rolan. à Valle, in cons. 52. num. 29. vol. 3. Balb. de præscript. 4. parte, 5. partis princip. q. 5. nu. 1. & 2. Villalob. in Commun. Opin. §. præscriptio, nu. 254. Iacob. Philip. Portius, in tract. Conclus. lib. 3. concl. 33. ver. Primo amplia, Ant. Capic. in inuestituru feudali, in verbo, feudorum clausulæ, §. molendinis, col. 2. Afflict. in dicta decisione 388. num. 4. Renat. Choppin. in Consuetud. Andegauens. lib. 1. cap. 27. num. 3. cap. 28. nu. 1. Menoch. de arbitr. iudic. quæst. lib. 2. Cent. 2. Casu 160. nu. 8 Felin. in cons. 27. num. 20. & 21.

In hoc Neapolitano Regno, hę Dominorum pretensiones sopitę sunt, ex Pragmatica Inuictissimi Caroli V. dū ipsum visitauit, & grauamina audiuit illa sustulit, ac per suam prouisionem eius conscientiam exonerauit; reliquum est, vt omnia hæc Regij Magistratus animaduertant;

32 is enim in anno 1536. † Pragm. 14. sub tit. de Ba-
ronibus, & eorum officio, ita optimè legem con-
didit. Audiuimus (inquit) etiam quamplures Ba-
rones, & vtiles Dominos, Vasallos suos cogere,
ne panes coquant in alijs furnis, quã in furnis ipso
rum Dominorum, certũ quid pro iure Furni ac-
cipientes. Item etiam mandant, ne triticũ ad mo-
lendum ad aliorũ molendina conducant, preter-
quam ad molendina ipsorum Dominorum. Mul
ti etiam mandant, vt oliuas ad eorum Tappeta te
rendas, & non aliorum conducant. Complures
etiam prohibent vasallos, & alios in eorum terris
habitantes, ne possint aduenas, aut alios in eorum
domibus hospitio excipere nevè vasalli ipsi taber
nas, vel hostarias in eorum domibus, vel aliorum
teneant, & si qui tenent, prohibẽt, ne hospites re-
cipiãt, donec hostariæ, seu tabernæ Dominorum
sunt plenæ, quę omnia cõtra subditorum nostro-
rum libertatem, in qua illos Diuina, & humana
iura conseruari mandant; Et nos, qui iustitię cul-
tores semper extitimus, & (DEO dante) erimus,
ea non patiemur. Volumus igitur, atque manda
mus omnibus Baronibus, & alijs vtilibus Domi-
nis, vt libere permittant vasallos suos in ipsorum
vasallorum, aut aliorũlibet furnis panem coque-
re, & similiter vt possit granũ ad moliendum, &
oliuas terendas ad quorumlibet Molendina, vel
Tappetos conducere, & possint in domibus pro-
prijs, vel aliorum, hostarias, aut tabernas facere,
& tenere, hospites recipere, etiam quòd Domi-
norum hostarię non essent plenę, nec possent prę
fati aliqualiter impediri, seu prohiberi, exceptis
illis, qui Furnos, Molẽdina, Tappetos, tabernas,
& hostarias, seu hospitia, cũ huiusmodi iure pro-
hibendi vasallos, particulari priuilegio, aut legiti-
ma præscriptione, vel consuetudine legitime prę
scripta habent. Hos enim sicut vasallos in liberta-
te, retineri quærimus, ita Iura, quæ Barones, & a-
lij vtiles Domini habent, conseruare intẽdimus.
Hactenus Carolus V. Imperator.
Qua Caroli Cæsaris lege, & Pragmatica stãte,
illud ex ea resultat, confirmari Iuris Communis
dispositionem, qua cautũ est, cuilibet permissum
esse in suo loco posse facere, ac ædificare Furnos,
Molendina, Tappetos, & hostarias, quomodo e-
nim libertas hæc Ciuium, ac vasallorum in esse
deduceretur, vt alij aliorum Furnos, Molendina,
Tappetos, & hostarias adire possint, si illa in eo lo
co non essent, fierive, ac ædificari non possent?
33 Compertum † est enim cuilibet licere Furnos,
Molendina, Tappetos, & similia ædificare, l. Flu-
minum, 24. in prin. & §. præterea, ff. de damno in-
fecto, l. altius, C. de seruitut. post Din. Oldrad. &
Rainer. de Forli, voluit Bartol. in dicta l. quo mi-
nus, num. 2. Signorol. de Homod. in consilio 34.
& in cons. 56. inter consil. Bald. vol. 3. Alexan. in d.
consil. 194. vol 2. Barthol. Socin. in dicto consilio
272. volum. 2. Ias. in dicta l. quo minus; numer. 21.
Iacobin. de Sancto Georgio, in inuestit. feudali,
§. & cum molendinis, num. 5. Anton. Capic. in
Inuestitura feudali, In verbo, Feudorum clausu-
læ, §. Molendinis, colum. 1. versic. quilibet. Petr.
Iacobus, in libello de Furno, numero 5. & 6. Bar-
thol. Veronens. in dicto cap. 50. de Furno, col. 1.
Ioan. Francisc. Balbus, in dicta quæst. 5. Afflict. in
dicta decis. 388. num. 1. & 2. Nicol. Boer. in dicta
decis. 125. numero 4. & 5. Francisc. Marc. in decis.
Delphin. 106. numero 4. volum. 2. Octauian. Ca-
cheran. in decis. 17. num. 3. & 4. Albert. Brun. in d.
consil. 6. sub num. 2. Natta in consil. 106. num. 1.
34 & 2. Qui † dicunt hoc licere in Flumine publico
35 construere molendinum, & † quo ad hoc dicitur
publicum, quando est nauigabile, vt concludit
Alexan. in dicto consil. 194. vol. 2. quod & voluit
Corn. in cons. 268. litera O, la seconda, vol. 4. Ca-
rolus Ruin. in cons. ... col. 2. vol. 4. Curt. senior, in
cons. 33. Aegid. Boss. tit. de Aqu. & flum. num. 35.
& alios referens Rolan. à Valle, in cons. 97. num.
7. vol. 3. & hoc facilius procedit, si aqua iterum in
grediatur idem flumen, vt dicit idem Corn. in d.
cons. 268. Quamquam in flumine nauigabili non
licere absque Principis licentia velit post alios
Franciscus Marcus in decisione 386. numero 2.
& 3. in decisione 416. volum. primo, argum. l. 2. in
principio, ff. ne quid in flum. publico, l. quod Prin
cipis, l. si in publico, ff. de aqua pluuia arcenda, l. 1.
§. permittitur, ff. de aqua quond. & æstiua. Idem
Francisc. in Decis. 348. numero 1. & 2. & in decis.
500. numero 2. & 3. volum. secundo. Manfredus
de Forliuio, in consilio 28. num. 13. inter consilia
36 Felini. In flumine † verò non nauigabili, prout
sunt in Regno, quilibet potest molendinum con
struere, authoritate iuris gentium, quo iure flu-
mina illorum, & iura sunt publica, l. Riparum, ff.
de rerum diuisione, §. Flumina, §. Riparum, In-
stitut. eodem titulo. Alexand. in dicto consil. 194.
Anton. Capic. in dicta Inuestit. §. Molendinis, co
lumna prima, versic. quilibet. Marcus Ant. Pere-
grin. in consilio decimotertio, numero 1. volum.
primo. Non vetante Principe, vt ipse dicit Ca-
pic. argum. dictæ l. quo minus, in proprijs enim
37 locis † nouum facere molendinum licitum est,
dicta l. fluminum, ff. de damno infecto, Angel.
in l. finali, ff. de vsucapione, nisi aqua retineatur,
38 vel † fiat præiudicium alteri habenti vetus mo-
lendinum, vt dicit Bald. in consilio 109. volum.
primo, & in consil. 57. volum. 3. Renatus Chop-
pin. in Consuetud. Andegauens. lib. 1. cap. 14. sub
num. 1. Regulare tamen est, cuilibet licere Mo-
lendinum, vel Furnum cõstruere, nisi prohibitio
39 (vt supra dictum est) facta fuerit, quo † die incipit
præscriptio à prohibitione ad fauorem prohiben
tis, vt dictũ fuit supra, & habetur per glo. & Doct.
in l. qui luminibus, ff. de seruit. vrban. prædiorum.
40 Quo verò ad † pistrina quæ domi tenentur, ac
mulis, alijsve animalibus vehuntur, & exercen-
tur, de quibus per eumdem Renat. Choppin. in d.
cap. 14. arbitror nullo iure prohibita esse, vt quæ
non respiciant flumina, nauigationem, aliaq. pu-
blica impedimenta, quibus sunt plenæ Regni
Neapolitani Prouinciæ, præsertim Apuliæ, Ma-
gnæ Gręcię, Barensis, aliaq; loca. Vnde Rex
Carolus Primus, de Pistrinis cauens, statuit, vt
animalia pistrino deputata, nullo pacto etiam
pro seruitio Regio capiantur, aliàs contrafa-
ciens soluit Domino damna, & vnam auri vn-
41 ciam Curiæ Regiæ, pro pęna, vt in cap. † Regni.
Item Iustitiarij, & Subofficiales eorum; & Niger
in

In c.Regni, Pridem, nu.25. & 26.qua prouiſione
demonſtratur,piſtrina eſſe permiſſa.
42 Furnos † etiam priuatos domi habere,præſer-
tim in Regno per illam narratam Caroli Cęſaris
legem,notorium eſt,& nõ eſt nouum, l.ſi ſeruus
ſeruum,§.ſi furnum,ff.ad leg.Aquil. l.Fluminũ,
43 §.prætcrea ſi ſurni, ff.de damno infecto ; † Hanc
furnariam artem exercuiſſe auiam Vitellij Impe
ratoris,poſt Suetonium Tranquillum in illius vi-
ta, cap.2. ſcribit Renatus Choppinus in Conſue-
44 tud.Andegau. lib.1. c.23.nu.1. Sic etiam † habe-
re Clibanos, qui ſunt Furni portatiles, ex fictilib.
primum , poſtmodum ex ferro, & ære fierri ſoli-
tos, non eſt ambiguum , vt dicit ibidem Choppi-
nus,numero 3.talibus vtuntur omnes Dulciarij,
Pharmacopolæ, Moniales, in quibus conficiunt
panes dulces, ſaccaro, cinnamomo, alijſq; com-
poſitionibus conditos.
45 Coquere † vero panem, & molere frumenta,
etiam diebus feriatis in honorem Dei, licet,vt ex
Archidiacono,in c.ieiunia,de conſecrat. diſtinc.
3.voluit Ioan.Anton.Niger in c.Regni, Pridem,
ſub num.21.voluit Ioan. Sainxon in Conſuetud.
Turon.tit.1.artic.10.in verbo, *Non feriable*. quia
omni tempore pane egemus, inquit Accurſ. in l.
publicas, C.de ferijs, voluit Choppinus, in dicta
Conſuetud.Andegauen.cap.26.numero primo.
46 Hinc † alimentorum cauſam agitari poſſe die-
bus feriatis in honorem DEI multis comproba-
uit Ioan.Petrus Surdus, de Alimentis, titulo 8.
priuilegio 2.
47 An, & † quando vnus habens molendinum in
flumine, poſſit ab alio aliud fieri, annotauerunt
Doctores ſupra allegati, & ego conſului pro Do-
mina Diana Brancatia contra Illuſtriſſimum
Dominum Don Marcellum Cabanilium Mar-
chionem Sancti Marci,vt in conſil.3.per totum,
Centuria 2.
48 Iuniores autem, annotare † debent, quæ ſint
Molæ frumentariæ , quæ oleariæ, an dicantur
Trappeti, vel Tappeti, de quibus dixi in conſil. 3.
49 nu.1.& 2.Cent.1.In† Moles autem ſuperior pars
rotans dicitur Catillus,inferior verò Meta, vt di-
cit Paulus, in l.cum de lanionis, §.idem conſul-
tus,ff.de fundo inſtructo, & inſtrumento legato.
de quo Ioan. Pyrrhus in Conſuetud. Aurelianen.
tit. *Des ſucceſsions*.cap.30.in fine,& aduertit etiam
Renatus Choppin.in Conſuetud. Andium,libro
1.cap.16.ſub num.2. Franciſc. Marius Grappald.
de partibus Aedium , de verborum explicat. in
verbo,Mola,in fine.
Antequam finiam , pulchrum eſt illud, quòd
Barones habentes ius validum quo teneantur
50 ſubditi ad ſua molendina accedere,† ſi accedant,
per vigintiquattuor horas, nec à molitore expe-
diantur, ibunt ſua libertate quo placuerit . ita de-
ciſum in Gallia,vt teſtatur Ioan. Papon. Arreſtor.
lib.13.tit.8. Arreſto 1.& 2.
51 Clauſulæ † autem inueſtiturarum,& conceſſio
num,in quibus, conceduntur Montes loca plana,
Molẽdina, Tappeta, Furni , & ſimilia,in hoc Re-
gno Neapolitano inueſtitum non adiuuant, niſi
feudo, quod conceditur , antea , & conceſſiones
Priuilegiorum tempore illi eſſent annexa, & no-
ui nihil inducunt, vt latè per Carolum V. Cæſa-
52 rem prouiſum fuit in anno 1536.in † Prag. incip.
Ad noſtras etiam aures,ſub titulo de Baronib. &
eorum Officialibus.
53 Quo ad † materiam Molẽdinorum, Tappeto-
rum, & Furnorum, plura dicerem , ni vidiſſem
ampliſſimè agitatam per ſupradictos Doctores,
quos retuli, & præſertim per Franciſcum Mar-
cum in Deciſionibus ſupra allegatis, & latius per
Anton. Capic. in Inueſtitura Feudali, in verbo,
Feudorum Clauſulæ, §.& cum Molendinis, vbi
formauit plures Ampliationes,& Limitationes.
latiſſimè etiam repperi , luculenter , ac exactiſſi-
mè ſcriptam ab Antonino Teſſauro in Deciſio.
54 Pedemontana 16.cui ſupplementum dedit † eru
ditiſſimus eius filius Gaſpar Antonius Teſſau-
rus,in Apoſtillis ad eaſdem Deciſiones,hęres Bo
norum, Virtutis, ac Senatorij Magiſtratus pater-
ni apud Sereniſſimum Ducem Sabaudiæ. Inte-
rim Lectores,hæc pauca quæ ſcripſi,boni conſu-
lant. Videatur tamen dum hæc typis traduntur
Carol.Bardel.in conſ.91.per totum,vol.1.

CAP. VIII.

ARGVMENTVM.

Quando collata Iuriſdictione, & inue-
ſtito ea, intelligatur data Iuriſdictio
appellationum, ſiue ſecundarum cau-
ſarum ; Quando fiat prohibitio quòd
ſubditi non litigent in alijs tribuna-
libus, quam ipſorum Dominorum ;
quando cauſæ poſſunt à Superiore ad
ſua tribunalia auocare ; latè hæc ma-
teria diſcutitur.

COMPENDIVM.

1 *Iuriſdictiones à Populo Romano in vnum Principẽ trans-
lata fuere.*
2 *Ab vno Principe Iuriſdictiones manarunt in Reges, Du-
ces, & Dynaſtas.*
3 *Iuriſdictione, meroq; ac mixto Imperio conceſſis, an ve-
niat Iuriſdictio primarum, & ſecundarum cauſarum.
num. 4. & 5.*
5 *Conceſſa iuriſdictione, mero, ac mixto Imperio, an conceſ
ſa intelligatur iuriſdictio ſecundarum cauſarum.*
6 *Iuriſdictio ſecundarum cauſarum, an intelligatur conceſ-
ſa, ſi non eſt expreſſum.*
7 *Principi concedenti iuriſdictionem primarum cauſarum,
remanent cauſæ appellationum.*
8 *Imperator, aliuſue Princeps concedens iuriſdictionem,
merum, ac mixtum Imperium, non ob id cenſentur à ſe
abdicare maioritatem, ac ſuperioritatem.*

AXIOMA.

Pro primis causis, ac secundis, appellationum proprios Magistratus adeunto; ad alios ne diuertunto.



Materia hæc pulchra est, & versatilis, in dies enim inter Dominos, ac Vasallos, & Magistratus, non solum Baronales, sed Regios; Ideoq; pro dilucidatione est bene aduertendum, super qua eam, quam pro viribus potero breuem diligentiam adhibebo.

1 Iurisdictiones † à Populo Romano fuere trāslatæ in vnum Principem, † a quo postmodū pro-
2 gressæ in Reges, Principes, Dynastas, aliosq; Dominos, vt diffusè hoc eodem lib. 1. c. 1. scripsimus. Vt distinguantur itaque illæ, & minimè inuicem se contorqueant, qui cognitionem habet primarum causarum, ob concessionem sibi à Principe, aliove potestatem habente, qua inuestitus est mero, mixtoq. Imperio, & oīmoda Iurisdictione, ambigi non debet, quòd eo casu cognitionē primarum causarum concessam habeāt, & sub hac cō-
3 cessione Iurisdictionis, meri † mixtiq; Imperij, oīa illa venire, quæ Doctores amplissimè tractarunt in l. Imperium, ff. de iurisd. om. iud. quas causas amplè tradidit Iacob. de S. Georg. in Inuestitura feudali, §. cum mero, mixtoq; Imperio. Ant. Capic. in inuestit. feud. in verbo, feudorū Accessoria, col. 3. verf. concesso Castro, & in verbo, feudorū clausulæ, §. Mero, ac mixto Imperio, & §. cognitione primarum infeudata enim Iurisdictio,
4 operabitur, vt primas tantum causas † cognoscere valeat, vt dicit Bal. in l. 1. in 1. lect. q. 43. num. 35. ff. de rer. diuis. Concessa enim Castri iurisdictione,
5 cum merò, ac mixto Imperio, nō † intelliguntur concessæ cognitiones secūdarum causarum, seu appellationū, etsi eum omnimoda Iurisdictione concessio facta esset, quia remanēt apud superiorem, vt voluit Spec. & ibi Ioan. Andr. in tit. de iurisdict. om. iud. nu. 16. Ang. in l. 1. §. si quis mandatū, ff. de off. eius cui mand. est iurisd. quem refert, & sequitur Mart. Laudens. in tract. de Castellan. §. 22. Iacob. de S. Georg. in Inuestit. §. cum mero, nu. 9. Ant. Capic. in Inuestit. in verbo, Feudorum accessoria, col. 5. versic. Appellationum. Renatus Choppin. in Consuet. Andegau. lib. 1. cap 46. nu.
6 1. Ad hoc † enim, vt dicatur concessa cognitio secundarum causarum, siue appellationum, debet in concessione expressa mentio fieri, Card. Alexandr. in cap. 1. §. præterea, colum. 1. de prohibit. feudi alien. per Federic. Albertus Brunus, in consilio 102. numero primo. Capic. in dicto verbo, feudorum accessoria, & dixi amplè in consil.....
7 volumine secundo. Si enim † Princeps concedit Iurisdictionem, & cognitionem primarum causarum, remanent apud Principem concedentem causæ, & Iura appellationum. Bartol. in l. penultima, in fine, ff. de aqua pluuia arcenda, & in l. omnes populi, num. 27. ff. de iustitia, & iure. Iacobin. de Sancto Georg. in dicto §. cum mero, num. 9. M. An-

M. Anton. Natta, in consil. 580. num. 22. volum. 3. Hinc post Bald. Ioan. Baptista Caccialup. in dicta l. Imperium, num. 15. & in l. cunctos populos, num. 12. C. de Summa Trinitate, & fide Cathol.
8 inquit, quod Imperator † communicans alteri merum, & mixtum imperium, etiam maximum non per hoc censetur à se abdicare superioritatē & maioritatem, quam ratione Imperij habet. Latè post Thom. Gramm. in Decis. 30. Roland. à Valle, in consil. 80. num. 20. volum. 2. quem sequitur Foller. in Pract. Crimin. §. audiantur excusatores, num. 82. licet non loquatur de iurisdictione appellationum. Sed vide quæ diximus supra lib. 1. cap. 1. num. 130.

Ex his ad rem, de qua agitur, redeundo, omitto, quæ Doctores dicunt in coacervando authoritates pro Conclusione, quod † Princeps conce-
9 dens Iurisdictionem, & cognitionem causarum, quod censeatur concedere iurisdictionē cumulatiuè, quin idem superior possit de eadē cognoscere, argum. c. dudum, §. nos igitur, de præbend. in 6. Panor. & alij, in c. Pastoralis, extra, de offic. Ordin. Ludouic. Roman. in consil. 393. in princ. vsque ad num. 10. inclusiuè. Francisc. Aretin. in consil. 101. col. 1. cum alijs allegatis per Roland. in d. consil. 80. nu. 6. volum. 2. Iacob. Menoch. de Arbitr. iudic. quæst. lib. 1. q. 40. num. 2. Quia hæc
10 † procedunt quando Iurisdictio concessa est in Magistratum, sine officium, secus autem si in feudum, quia eo casu per viam iuris ordinariam, spoliatus est concedens Iurisdictione earumdem primarum causarum, & in dictis primis causis in præiudicium feudatarij se intromittere non potest, cum infeudatus sit vtilis illarum Dominus, vt per Felin. in c. pastoralis, num. 9. de offic. Iudic.
11 Ordin. vbi inquit, † non posse superiorem Ordinarium concurrere cum Domino feudi cognitione causæ: quia habet Iurisdictionem priuatiuè ad illum. Sequitur Albert. Brun. in consil. 23. nu.
12 6. in consil. 27. num. 18. dicens, quod † vasallus habens vtile dominium, non potest impediri per Principem in primis cognitionibus. Idem voluit Iacobin. de Sancto Georgio, in dicta Inuestitura, in §. Vicarius perpetuus, num. 7. Martin. Landēs. de Principibus, Notab. 145. quem corruptè sequitur Francisc. Curt. iun. in consil. 2. num. 1. dicens, dominum directum non posse cognoscere de primis causis vasalloru inuestit. August. Berous, in cons. 74. num. 10. vol. 1. Franc. Marc. in Decis. Delphin. 91. num. 4. volum. 2. plene alios allegās. Roland. a Valle in consil. 21. num. 10. & in consil. 73. num. 6. volum. 4. Cardin. Paris. in consil. 8. nu. 30. volum. primo. Marian. Socin. nepos in consil. 126. num. 4. vol. 3. Marin. Freccia, de Subfeud. Baron. lib. 2. Authorit. 9.
13 Superior tamen † in his primis causis potest præcipere feudatario, & inferiori, vt causam intra certum & præfinitum tempus expediat, arg. dicti c. pastoralis, de Offic. Ordin. & c. nullus, de Iure patron. Signorol. de Homod. in consil. 8. col. penult. Iacob. de Sancto Georg. in dicto §. Vicarius, sub num. 7. Roland. à Valle, in consil. 48. num. 22. volum. 2. Marinus Freccia de Subfeud. Baron. lib. 2. Anthor. 11. in principio.

14 In Regno hoc † Neapolitano, superiores Regij, mandant inferioribus Officialibus Regijs & diuersorum Dominorum, quod intra duos menses causas expediant, aliàs elapso ipso termino, & causis non determinatis, illas auocant ad Regia
15 Tribunalia suprema; vt † per Constit. Regni, Statuimus, & Const. Iustitiarij nomen, & normam. & voluit post Andr. de Isern. & Matth. de Afflict. in dictis locis, Paris de Puteo, in tract. Syndicat. in verbo, Negligentia. Thom. Gram. in Voto 28. num. 1.
16 Posse † autem Principem ex authoritate sua, quotiescumque videbitur, causas ad sua tribunalia reuocare, cēsuit Alex. in l. Iudicium soluitur, ff. de iudic. & ad materiam bene Guido Papę in decis. 440. Barthol. de Cassanæo, in consuetud. Burgund. in Proœm. in verbo, *de noz parlements*, num. 6. Auocatio tamen causarum, & pręcepta, quod intra tot dies, vel menses causas expediant, non fit ita passim, & indistincte, sed tātummodo cū causa est in expeditionis limine, & in ea cōclusum est, tunc enim ea per superiores Regios fieri solet prouisio, ac pręceptum, vt dicit Marin. Freccia, de Subfeud. Baronum, lib. 2. Authorit. 11. sub num. 2. Et sic instructa causa, & cum de ea liquet,
17 † & liquere dicitur post conclusionē, vt per glos. in c. significauerunt, vbi Felin. num. 3. de Testib. Innoc. in c. auditis, versic. Item de procurat. cum his quæ allegantur per Sigismund. Loffred. in cōsil. 32. sub nu. 18. & alijs multis per Robert. Lancelot. de Attentat. appel. pend. c. 10. nu. 19. & 20. par. 2. Vbi inducit in curia Romana auocationes causarū fieri per Summū Pontificem, cum clausula, quatenus causa non sit instructa. Principes
18 insuper † supremi, ac ipsorum Magistratus, magna circumspectione vti debēt, ne de facto, & absque vlla ratione, statim Dominorum inferiorū causas, ad suum tribunal auocent, ne iurisdictioni illorum pręiudicium fiat, sed maturè in eo negotio procedāt, vt ex multis perpendit Ianus Lāgleus Ocij Semestris lib. 7. c. 17. Sicuti è cōuerso, superiores Magistratus, ac Principes super alijs Dominis superioritatē habentes, recte inspiciant
19 Dominorum, † Baronum, atque illorum Magistratuū Iuridicos, vt subditorū causas cęleri curriculo expediant; Bonorū. n. complurium pace dictū sit, Communiter aliqui reperiūtur Domini, qui mille fraudes, & imposturas faciunt, quibus subditos inquisitos de excessib. ēt læuib. tanto tēpore carcerib. mancipatos detinent, donec tedio affecti, se componant, & transigant, simili quodā modo facientes, quo viarum latrones solent, qui diuites aliquos capiunt, vt pecunijs se redimāt, & isti cum eorum vitæ discrimine hæc facinora patrant. Illi vero securi, ac sine aliquo periculo ea operantur; Et vtinam aliqui, ad quos spectat his prouidere malis, non conniueāt; Sed Deus Opt. Maxim. in die iudicij hæc omnia examinabit, & ibi, & Principū, & subditorū æquè ante supremū tribunal facta discutientur, & vnusquisque siue malum, siue bonum perpetuo reportabit. Sed
20 in his casibus † qui habent primas causas, & appellationum secundas, ad proximum superiorem accedere debent, vt his comminationibus

vtatur, non ad ſupremum, vt dicit Marin. Freccia, in loco allegato, qui fatetur hunc vſum eſſe in Sacro Conſilio.

Quantum attinet ad Edicta, & Axiomata præ-
21 poſita, an† Dominus & Baro inferior poſſit facere proclamata, quòd nullus appellet ad alios ſuperiores, nec ad eos accedat pro iuſtitia, niſi ad eius officiales? vel officialis ipſe Edictum de hoc facere poſſit Conſtituendæ ſunt plutes Declarationes, vt dubitatio ſit extricatior.

22 Prima ſit Declaratio,† non poſſe dominum inferiorem facere Edictum, quòd ſubditi non accedant ad Imperatorem, Regem, Principem, vel ſupremum ſuperiorem, cum id fiat ex contẽptu illorum Poteſtatis, ac Supremæ Iuriſdictionis, eos impediendo, vt eorum grauamina non detegant. Ad quod facit text. in l. cuiuſq; ff. ad leg. Iul. Maieſt. vbi tenetur crimine læſæ Maieſtatis, is qui operatur, vt quis Principi non obediat. quo ex textu, Luc. de Penna, in l. 1. col. pen. verſ. Comites, C. vt nemo ad ſuum patrocin. lib. 11. dicit, non poſſe Comites, & Barones pro quæ realis delictorum, prohibere vaſallos venire ad Regem. Quem ſequitur Paris de Puteo, in tract. Syndic. tit. de exceſſib. Baron. cap. An Baro teneatur, num. 1. Sequitur Bartholom. de Caſſanæo, in Conſuetud. Burgund. rubr. 9. §. 9. in verbo, *Et ſoi aduoer*, num. 3. Gaſpar Caballin. Milleloq. 734.

Secunda Declaratio eſt, quòd et ſi fiant banna, Et Edicta, quòd nõ appelletur ad alios ſuperiores niſi ad ſuperiores Domini, tamen ſi adierint ſubditi Tribunal Senatorium Principis ſupremi per viam appellationis, dictæ appellationes à ſuperio-
23 ribus Regijs, & Principum recipiuntur, † cum non liceat impedire appellatores euntes ad Tribunal Principis, contra quem fieri non poteſt Edictum, vt non appelletur ad ſuperiores Regios, quia eſſet contra ſuperioris dignitatem, & præminentiam, vt dicunt Doctores, & ibi Panorm. in c. venientes, num. 1. de Iureiurando. Ioachim. Mynſinger. Obſeruat. 14. Centur. 1.

Tertia Declaratio, Dominus, & Baro præcipere poteſt, ne coram alio Iudice litiget, in præiudicium ſuæ Iuriſdictionis, cui præcepto, & banno, obedire debent, ne prorogent ſubditi ſuam Iuriſdictionem, & coram alio litigent eo non conſen-
24 tiẽte, quia † eſt Iudex ordinarius ſuorum vaſallorum, vt poſt Andr. de Iſern. in Conſt. Poſt mortẽ, & in c. 1. § hæreditatem, de Pace tenenda, tenet Marin. Frecc. de Subfeud. Baron. lib. 2. Auth. 10. nu. 2. Præpoſ. Alex. in c. 1. §. præterea ſi inter, col. 4. ver. Quæro cum dicta gloſſa, de prohib. feudi alienat. per Fed. & hoc ego intelligo reſpectu aliorũ magiſtratuum, nõ autem ſuperiorum Regiorũ.

25 Quarta Declaratio erit,† poſſe quidem fieri Edictum per Magiſtratus Dominorum, & Baronum habẽtium Caſtra, & vaſallos cũ mero, mixtoq; imperio, & omnimoda iuriſdictione, ne ſubditi coram alio litigent, & in caſu appellationis ad ſuæ Iuriſdictionis Magiſtratus pro primis, & ſecũdis cauſis accedant; Ita voluit poſt Præpoſ. in d. §. præterea ſi inter, Marin. Freccia, in d. Author. 10. & ante eum Paris de Puteo, in d. tract. Syndic. in tit. de exceſſib. Baron. cap. incip. An Baro teneatur, nu. 2. & 3. Petr. Foller. in Pract. Cenſuali, §. & ſubmiſſiones cuicumque foro, nu. 4. & 30. faciũt notata per Petr. Rebuff. in Cõcord. Galliæ, in tit. de cauſis, §. ſtatuimus, in verbo, Statuimus, col. 2.
26 vet. adeo vt, quod fieri poſſe ne† appellent ad tribunalia Regia, dixit Paris in loco allegato. Huius prohibitionis plures aſſignantur rationes.

Prima, quia cum ſit ordinarius iudex ſuorum
27 ſubditorum, vt dictum eſt† debet ſeruari vnicuique ſua iuriſdictio, c. peruenit, 11. q. 1. vnde quili-
28 bet† ſuas lites ciuiles, criminales, vel mixtas in eo foro debet agitare in loco ſuæ originis, vbi cõtraxit, vel vbi deliquit, §. volumus, in Auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. & in Auth. Vt omnes obed. iud. prouinc. & in Auth. Qua in prouincia, C. Vbi de crim. agi oport. ne aliàs, quis ſine hac prohibitione, agat indirectè, & appellationẽ omiſſo medio faciat per ſaltum, quod de iure permiſſum nõ
29 eſt, ſed† appellatio introducenda ſit ad proximũ, atque immediatum ſuperiorem, gradatim procedendo, l. 1. §. ſi quis in appellatione, l. ad Imperatorem, 26. l. ad Principẽ, 22. ff. de appel. l. nemo, C. de iuriſdict. om. iud. Imperatores enim Seuerus, &
30 Antoninus, reſcripſerunt,† appellationes, quæ recta ad Principẽ factæ ſunt, omiſſis ijs, ad quos debuerunt fieri, ex vno ordine ad Præſides remitti, l. Imperatores, 21. ff. de appel. e. Romana, de appel. in 6. Guido Papæ, in deciſ. 436. nu. 3. Paris de Puteo, & Rebuff. in loco allegato, Renat. Choppin. in Conſuet. Andegau. lib. 1. c. 65. num. 11. Rober. Maran. in Speculo Aureo, par. 6. in verbo, appellatio, nu. 285. Ioachin. Mynſinger. Obſer. 67. Cent. 1. Hermannus Vulteius Iurisprud. Romanæ, lib. 2. c. 33. verſ. propria appellationis ſunt, & Hieron. Treutlerus Diſputat. Selectat. lib. 2. Diſputat. 33.
31 Theſi 1. apud quos† annotantur multi caſus, in quibus appellatur omiſſo medio; adde Nattam in conſ. 271. num. 1. vol. 2.

32 Secunda redditur ratio, † ne accidat extra proprios Lares, ac extra Prouinciam litigantes vexari, & ſumptu maximo affligi, vt dicit idẽ Paris de Puteo, in d. c. an Baro teneatur, nu. 5. Pet. Rebuff. in d. §. ſtatuimus, col. 2. verſ. ſecundo inhumanũ eſt. Sed ego arbitrarer procedere inter partes, quando vna vellet aliam trahere ad exterum tribunal, ſecus verò quando eſſet cum Domino, vel eius Magiſtratibus, vt ſtatim dicam.

Quid enim ſi Dominus, vel Baro, odio, ac malo animo proſequatur ſubditũ, quo caſu, omnes eius Officiales dependentes à radice infecta, (niſi intrepidi illi ſint) ſimili odio proſequentur illum, non debet igitur huic obſtare Edictum, illum vetans ad ſuperiorem accedere, exſpectat enim ab
33 illo releuati, † appellando à nimia illorum rigoroſitate, vt poſt Panormit. in c. de priore, num. 1. & 3. de appellat. dixi in conſ. 30. num. 10. Cent. 1. cum præſertim (vt ſupra dictum eſt) ſemper intelligatur reſeruata Principi Iuriſdictionent concedente, ſuprema cognitio.

34 In hoc† Regno Neapolitano obſeruari dẽt, vt omiſſo medio poſſit appellari ad Magnam Curiã Vicariæ, & alios ſupremos Iudices Regios, ga in
35 hoc correcta eſt d. l. Imper. per Cõſt. Regni,† Cũ
36 noua, † Cõſt. Officiorũ, & Cõſt.† Appellationum tem-

37 tẽpora, vt in dictis Conſtitutionib. dixere Mari-
nus de Caramanico, Gloſſator, & Andr. de Iſern.
Vnde Matth. de Afflict. in d. Conſt. Officiorum,
ſub num. 10. cum dixiſſet, regulariter appellan-
dum eſſe gradatim, ſubiunxit: Fallit in hoc Re-
gno, in quo poteſt appellari ad Magnam Curiam
38 omiſſis medijs, ſicut † quilibet omiſſis medijs po
teſt appellare ad Papam, vt in dicto cap. Romana,
& 11. quæſt. 6. cap. ſi quis noſtrum. Hæc Afflictus,
& late idem Afflict. in dicta Conſtitut. Cum No-
ua, num. 5. Hoc idem tenuit Robert. Marantha,
in Speculo Aureo, in dicta parte 6. in verbo, Ap-
pellatio, num. 294. verſic. Octauo limita, dixi ad
iura Regni Neapolitani Obſeru. 11. Ex quibus
arb. tror ab huiuſmodi Edictis canere debere Of-
ficiales, & Magiſtratus Inferiores Regni, vt tan-
tum edicant, quod pro iuſtitia adeantur ſui Offi-
ciales, non aliter prohibendo, vel nominando,
quod non appellent ad Magiſtratus Regios, ne
videantur contemnere ſupremos Officiales, &
illorum Iuriſdictionem, (vt diximus) parui face-
re, ne accidat, vt Officiales Regij contra eos de
contemptu ipſorum procedant, vel illos carce-
39 rent, prout factum aliquando † tempore ſuo ſeri
bit Foller. in dicta Pract. Cenſuali, §. & ſubmiſſio-
40 nes, n. 4. 29. & 30. Ideo † cõſulo Domini habẽtib.
ſubditos, & vaſallos, cum omnimoda Iuriſdictio
ne, mero, mixtoq. imperio, & cognitione prima-
rum, & ſecundarum cauſarum, ciuilium, crimi-
nalium, & mixtarum, expedire; Edicta à ſupremo
Collaterali Conſilio quod ſubditi ſuos Officia-
les adeant pro primis, & ſecundis cauſis, & ſic eis
cautum erit.

Benè autem verum eſt, quod dum appellatio,
& aditus habitus eſſet ad Superiores Officiales
Principis, vel Regis tã in prima cauſa, & inſtantia
quam etiam in ſecunda inſtantia, & cauſa, pote-
41 rit † Dominus, & ſui Magiſtratus, à quorum gra
uamine cauſa deducta eſt ad ſuprema ſubſellia,
petere cauſæ remiſſionem ad ſuos Magiſtratus,
vt poſt Anton. de Butr. & Ioan. de Imola & alios,
in c. dilecti, de Appellat. voluit Afflict. in dicta
42 Conſtit. Cum noua, num. 5. quia † appellatio
omiſſo medio, tunc procedit, quando non oppo-
nitur per aliquem, quia ſuper oppoſitione proce-
ditur, vt poſt Panorm. dicto c. dilecti, voluit Ioan.
Paul. Lancelott. Inſt. Canonicar. lib. 3. tit. de Ap-
pell. §. non omnis. Martinus Meſnartius in Epi-
tome leg. Pontifical. lib. 2. titulo 28. in fine.

43 Quãdo vero † medius Iuridicus, qui debuiſſet
adiri per viam appellationis, vel grauaminis, fuit
aditus, & tamen apertè, palam, & euidenter iuſti-
tiam facere denegauit, tunc pro aditu ad ſuperio
res ſupremos non proceditur, & appellatio per-
mittitur, ex deductis per Mynſing. Obſer. 67. Cẽ-
tur. 1. poſt Felin. in c. ſuper quæſtionum, §. porro,
num. 14. de offic. delegati. Similiter ſi medius iu-
dex ſit ſuſpectus, vel excommunicatus, & alijs de
fectibus ſit inhabilis, vel remitteret medius cau-
ſam ad ſuperiorem, vel conſuetudine obſeruatũ
ſit, omiſſo medio ad ſuperiores conuolare; vt cõ-
cludit Mynſinger. in dicta Obſeruat. 67. & Andr.
Gail. in Pract. Obſeruat. lib. 1. Obſeruat. 119. nu.
2. Petr. de Benintend. in Deciſ. Bononienſi 96.
num. 1. Herman. Vulteius Iuris prudentiæ Ro-
manæ lib. 2. tit. 33. Vnde non ſolum licita eſt ap-
pellatio omiſſo medio, ſed dum Officiales, requi
ſiti denegant iuſtitiã, retardant, clauſis, vel aper-
tis, aut conniuentib. oculis, Domini, vel Officia-
les diſſimulant, ſciunt, nec prouident, negligunt,
44 ea ex cauſa † ſe faciunt cognitione indignos; &
ex his, priuilegio quolibet non obſtante, Rex, &
Princeps cauſam cognoſcit, vt cõcludit optimè
Marinus Freccia, de Subfeud. Baron. lib. 2. Au-
thorit. 11. num. 4. & ego dico in conſil.... per to-
tum, Centur. 2.

45 Quas autem † nos ſecũdas cauſas appellamus,
dum à primo Iudice ad ſecundum cauſas appella
tionis deducimus, in Gallia, cauſæ *Reſsorties* ap-
pellantur, vt per Guid. Papę in deciſ. 518. nu. 1. vbi
inquit, Reſſortum appellari eſſe ius primarũ ap-
pellationum; Quem ſequitur Ioan. Sainxon. in
Cõſuetud. Turonenſ. tit. 6. *Des Droictz de Baronnie.*
Artic. 4. Gloſſa fin. in fine, & Caſſanæus, in Con-
ſuetud. Burgund. Rub. 1. in verbo, *Iuſtices*, n. 108.
tetigit aliquid Petr. Gregor. Syntag. iuris vniuer-
46 ſi lib. 47. c. 23. ſub num. 6. in fine. Et † Prępoſitum
vocant Primarum cauſarum Iudicem, Secũda-
rum verò, ſiue Appellationum Bailliuum, vt re-
perio in quibuſdam meis reportatis dixiſſe illũ
cuius nomen apud Chriſtianus & merito dele-
tum eſt in Conſuet. Pariſ. §. 1. gloſſa 5. ſub nu. 50.

47 Quo verò † ad antiquitatem, & alia multa con
cernentia appellationes, plenè ſcripſi de Regis
Catholici præſtantia, c. 39. per totum; Et quo ad
euocationẽ cauſarum, nouiſſimè vidi, (nõ enim
poſſunt ſtatim videri omnia) plene tractantem
illius materiam Petr. Rebuff. ad Conſtit. Galliæ,
Tomo 1. tit. de Euocationib. vbi videndum eſt.

CAP. VIIII.

ARGVMENTVM.

Domini ſubditos, an cogant, è patria ne diſcedant; An migrantes reuocent; an ſeruitia ab his exigant.

COMPENDIVM.

1 *Regis dignitas in populi, multitudine, & in paucitate plebis ignominia Principis.*
2 *Populus Romanus, etſi belli calamitatib. fuerit aliquando attritus, numquam tamen animi vires amiſit.*
3 *Lacedęmonij, quare ſuum Imperium perdiderint.*
4 *Othomanorum Imperium magnum eſt effectum, ob eorũ militum multitudinem magnam.*
5 *Catholicorum Regum ad ſupremam rerum ſummam euectio, ob ſuorum multitudinem.*
6 *Regis Chinarum Edicto, regni fines exire nequeunt ſubditi, & num. 7.*
8 *Domicilium tranſferre vnicuique quocũque libuerit, licet.*
9 *Vaſalli, an cogantur, ne Opido, vel Ciuitate excedant.*

Domini,

10 Domini, & Barones in Regno Neapolitano, reuocant vaſallum, vt redeat ad habitãdum in locum ſuum vbi teneretur ad ſeruitium perſonale, & nu. 11. 12. & 18.
11 Intellectus Conſt. Regni, Quisquis de Burgenſibus, & num. 34.
12 Dominus probare tenetur, vaſallum debere ſibi ſeruitiũ perſonale.
13 Quilibet præſumitur liber à ſua natiuitate.
14 Seruitia debentur à vaſallo, qui tenet feudum à Domino.
15 Vaſallus, qui feudum à Domino non tenet, nec ei debet perſonale ſeruitium, poterit, quo ſibi placuerit ad habitandum ſe conferre abſque reuocationis timore.
16 Poteſtas reuocat Ciuem ſuum, qui alibi acceſſit ad habitandum. Limita non procedere in Italia, niſi aſtrictus ſit muneribus, vel perpetuis ſeruitijs, & numero 17.
19 Vaſallus qui tenetur ad ſeruitia domino, nec rediens, amittit bona, quando, & quæ, nume. 21. 31. 32. 35. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. & 50.
20 Feudum conditionale, quod, & nu. 21. 22. & 26.
23 Text. in c. ſummopere, § inter, de capitul. extraord. non eſt in libro Feudor, & dicitur vbi ſit, num. 25.
24 Baldi laudes, & defenſio.
26 Feudum quod datur ad certum ſeruitium, dicitur conditionatum.
27 Seruitium perſonale, quod eſt, num. 28. 29. & 30.
32 Manſatæ natura quænam ſit.
33 Manſata quid ſit ex Speculatore, & quid in eo obſeruetur in Regno, & nu. 34.
36 Manſum quid ſit ex Aluaroto.
37 Manſum quid ſit ex Iacobo Cuiacio.
38 Manſum vnde dicatur, & nu. 42.
39 Manſatici ſubditi qui ſint, & num. 42.
40 Darius Longimanus Perſarum Rex ab Helleſponto ad Suſam Regiam, & Mare Aegeũ tenuit viginti mãſiones æquè diſpoſitas.
41 Feudum Curſoris quid.
44 Seruitium a vaſallo præſtandum conueniens eſſe debebit, non inſolitum.
45 Seruitia continere non debent quid turpe, vel inhoneſtum.
46 Cõditiones turpes & inhoneſtæ reijciuntur, & probroſæ, & omnem vitiant ſtipulationem.
47 Honeſtatis ius ab omni ſuperioritate videtur exceptum,
48 Seruitia tripudiationum, & ſaltationum, non paſſim admittenda, maximè, quando eſſent turpiũ, probroſũ, vel eum dedecore, ac contra bonos mores.
49 Seruitium ſonandi, aut pulſandi Inſtrumentum Muſicũ pro domini ſolatio, præſtandum eſt, ſi promiſſum extitit.
50 Aetas, quænam excuſet à præſtatione ſeruitij.
51 Vaſallus diſcedens, ac non præſtans ſeruitium, quando bona non amittat, & num. 52. 53. 54. 55. & 56.
52 Sæuitia, & crudelitas domini excuſat vaſallum à præſtatione ſeruitij.
53 Domino Hæretico, vel excommunicato, non præſtantur ſeruitia à vaſallo.
54 Vaſallus ſeruitium præſtare non tenetur domino quem præparare videt rebellionem contra dominum ſupremum.
55 Vaſallus diſcedens à loco originis ob id non amittit bona patrimonialia.
56 Excuſationum capita plura ſunt vaſallis à ſeruitijs domino præſtandis; & num. ſeqq.
57 Vaſallus à loco diſcedere volens, an poſſit Domino feudum renunciare, & num. 58. 59. 60. 61. 62. & 63.
61 Feudum dicitur beneficium.
63 Feudũ à vaſallo an inuito Domino refutari poſſit; exemplum negatiuæ partis adſertur.

A X I O M A.

A Patria ne diſcedito, & alibi ad habitandum ne ito, euntes reuocato.

1 SAlomon Prouerbior. c. 14. inquit † In
multitudine populi dignitas Regis, &
in paucitate plebis ignominia Princi-
pis. Hinc dat documentum Principi-
bus, Regibusq. illorum gloriam non eſſe in ma-
gnis opibus, non in Caſtellis, aut Propugnaculis,
ſed in ſubditorum multitudine, qui illorũ liben-
ter pareant imperio, in illis opes, in illis vires con-
ſtituendæ ſunt Regibus. Habeat Princeps quid-
quid in hac vita ſplendidum, atque magnificum
videtur, quidquid etiam ad tutelam, ac defenſio-
nem Imperij haberi poſſit ſi ſubditorũ fidis ani-
mis deſtitutus erit, nulla habet ſolida tuendi Re-
2 gni munimenta. Hæc † fuere Populi Romani
præſidia, ſubditorum populorũ abundantia, qua,
licet pluries attritus, varijsq. bellorum fluctibus
attenuatus, numquam tamen illi animi vires de-
fecerũt, quin nouis ſemper ſubrogatis militibus,
tot victorias reportaret, in quibus aliquando ter-
ræ, mariq. quinque, aut plura bella gerẽtes, ſpem
non inanem poſuerunt, ac totũ ferè orbem ſubiu
3 garunt. Lacedæmonij † pauca ſuorum manu cũ
bellũ gererent cũ Thebanis, ab ijs occiſo Cleom
broto eorum Duce, & mille militibus, Imperiũ
ſuum perdiderũt, vt teſtatur Plutarchus in Age-
4 ſilao. Ob ſubditorum † multitudinem ad tãtam
Imperij magnitudinem Othomanorum Princi-
5 pum, res peruenere. Sic † noſtrorum Catholico-
rum Regum Imperium ad ſupremum culmen,
inter cetera euectum eſt. Omitto plura Hiſtoria-
rum exempla, de quibus egi de Catholici Regis
6 præſtantia cum ſcriberem. Hinc † Chinarum
Reges patrio Edicto ſtatuerunt, ne ſuorũ Regno
rum ſubditi fines exeant, ad conſeruandam pro-
prijs hominibus eorumdem Regnorum tutelã.
Vnde de his Ioannes Petrus Maffęus Hiſtoriar.
Indicarum lib. 6. Et infinita (inquit) eſt multitu-
do, quippe ſuboleſcẽte in dies prole, & in alienas
regiones migrationibus interdictis. De his etiam
Ioannes Gonzalez Hiſtoriar. Sinar. lib. 1. & lib. 3.
7 dicit, † hoc patria ipſorum lege caueri, ne ſubditi
ad alienas regiones commigrent.

Reges, Principesq. noſtri ab hoc Edicti genere
abhorrent, ne videantur ſubditorũ libertati con-
traire. Sed ſi bellorum cauſa ſubeſſet, aut ſubdi-
torum ſeruitijs egeret, quid eſſet impedimento,
quin illos Regnis ſuis nõ excedere prohiberent.
Quam quam enim vnicuique quocũque libuerit
8 domicilium † transferre liceat, l. Placet, l. nõ vti-
que, l. nihil impedimento, ff. Ad municipal. tamẽ

iſta domicilij mutatio non debet eſſe damnoſa
Dominis, quando ſubditi tenerentur ei ad ſerui-
9 tia; nam de iure † Communi poſſe aſtringi vaſal-
lum ne extra territorium habitet, ſed in Caſtrũ,
& locum originis redeat, vt dicit nouiſſimè An-
ton. Borrinius de ſeruitijs vaſallorũ, parte 2. c. 2.
in §. fidelitas, in fine; pro hoc allegat Albert. Bru-
num, in conſil. 132. volum. 2. quem huc vſque nõ
10 vidi. Hoc idem in hoc Regno † vſitatum eſſe ni-
mirum poſſe Barones reuocare vaſallum ſuũ ac-
cedentem ad habitandum in terram alterius Ba-
ronis, vel Domaniale, quãdo eſt obligatus ad ſer-
uitia pſonalia, dicit Marin. Freccia, de Subfeud.
Baron. lib. 2. Author. 15. & nouiſſimè Ioan. Vin-
centius Annius, in Allegat. 64. ſub nu. 4. & eſt hoc
cautum per Federicum Imperatorem, in Conſt.
11 Regni. † Quiſquis de Burgẽſibus. Andr. de Iſern.
& poſt ipſum Afflict. in dicta Cõſt. Quiſquis, n. 7.
& 12. † dicit, ꝙ ad hoc vt reuocatio ad locũ vnde
diſceſſit, locũ habeat, requiritur, quòd vaſallus,
ſiue ſubditus ſit obligatus ad aliquod ſeruitium
perſonale. Ex quo infero ad duo, quorum vnum
12 eſt, quòd † Dominus tenetur probare, teneri ſub-
13 ditum ſibi ad perſonale ſeruitium, cũ † quiliber
præſumatur liber à ſua natiuitate, §. ius autẽ gen-
tium, Inſtit. de iure natur. gẽt. & ciuili, §. 1. Inſtit.
de Libertin. Alterum exinde ortum ducẽs, quod
14 iſta † ſeruitia debeantur vti annexa feudo, quod
fortè ſubditus teneret à Domino, ex relatis per
Borrinium in dicto Tract. de Seruitijs vaſallorũ
15 parte prima c. 1. & 2. Vnde † cum non habet Feu-
dum aliquod a Domino, nec illi tenetur ad perſo
nale ſeruitium, poterit ire ſubditus ad habitan-
dum, quo velit abſque reuocationis timore.

Ad prefatorũ intellectum affero dictum Mar-
tini Laudenſi, de Officialib. Dominorum, §. 46.
16 dum in ſpecie dicit, quod Poteſtas † poteſt reuo-
care Ciuem ſuum, qui iuit aliũde ad habitandũ,
vt in Auth. de Mandat. Princip. §. ſi ſuſcipientes,
17 & Gloſſa ibi dicit, quod † non habet locũ in Ita-
lia, niſi fuerint aſtricti muneribus, vel perpetuis
ſeruitijs, l. Incola, & l. de iure, ff. ad Municip. Bald.
in Rubr. extra, de maior. & obedientia. Hactenus
Laudenſis.

Sed, vt reuertamur ad illud, qđ concluſimus
18 ſupra, teneri vaſallum redire, & poſſe reuocari à
Domino, vt redeat ad habitandum, ſine dubio
iſtud procedit, quando eſt perſonaliter obligatus
ad ſeruitia domino præſtanda, vt concludit Paris
de Puteo in tract. Syndicat. titulo de Exceſſibus
Baron. num. 32. 34. & 35.

19 Et dum † nollent redire ad habitãdum, Com-
munis opinio Doctorũ Regni eſt, quòd amittãt
bona ſibi à Domino in feudũ conceſſa, ex diſpo-
ſitione capituli Papæ Honorij, de quo idem Pa-
ris, in dicto loco, num. 39. poſſet enim eſſe, quòd
dominus ad habitãdam terram, & vt hominibus
repleretur, dederit domos ad habitandũ, terri-
20 toria ad colendum, quo caſu † diceretur conceſ
ſio feudi conditionalis, & feudum conditionatũ,
ſiue qualificatum, de quibus Bald. in prælud. feu-
21 dorum, num. 38. & 39. inquit, quòd ſi † aliquis te-
net rem aliquam ex inueſtitura, vel ex aliquo ho
nore, & recedit de eo loco, in quo erãt terræ, quas
ipſe tenebat, quòd illæ terræ remanent penes Do
minum, arg. l. certa forma, C. de iure Fiſci, lib. 10.
l. pen. C. de Veteran. l. pen. C. de Protect. & dome
ſtic. lib. 12. l. pen. C. de Princip. agen. in reb. l. fi-
nali, C. de Metat. lib. 11. & allegat Bald. c. ſummo-
pere, §. Inter, de capitul. extraordin. vbi dicitur
22 Vt † inter conditionalia, & non cõditionalia ali-
qua ſit differẽtia, dicimus, quòd ſi quis alicui de-
derit beneficium conditionale, (vtpotè dantur
propter habitationem) deſerta habitatione, be-
23 neficium amittetur. Sed aduertendum, † quod
iſte textus non repetitur in libris Feudorum, & vt
24 veritas pateat Baldus rectè † illum allegauit, nec
etiam illum induxiſſet, niſi vidiſſet, abſit enim, vt
viro natali, gentilitiaq. familia Clariſſimo, & de
iure noſtro, quàm optimè merito, quẽ apud me
ſemper Virum Principem in iurium profeſſione
habui, dixerit, vel ſcripſerit, quod non viderit. Cũ
25 † textus allegatus cum alijs multis Extrauagan-
tibus capitibus reperiatur inſertus in Sũma Feu-
dorum Iacobi Ardizoni, cap. 148. ſecundum im-
preſſionem Coloniæ, in anno 1569. quæ capita
ſunt etiam typis tradita apud Franciſcum Hoto-
manum poſt libros, & Commẽtarios Feudales.
Et Baldi dictum in loco ſupra allegato ſequitur
Paris de Puteo, in dicto tractatu Syndicat, titulo
de Exceſſib. Baron. vbi ſupra, & idẽ Paris de Re-
integrat. Feudor. cap. 88. incip. Quæro Dominus,
num. 1. & 2. & iterum, c. 102. Pone, quòd aliqui,
26 nume. 1. 2. & 6. vbi dicit, † hoc feudum appellari
conditionatum, & habere annexum cõditionẽ,
pro qua datur; quaſi ad certum ſeruitiũ, arg. c. 1. §.
finali, vbi gloſſa, de capit. qui Cur. vendid. Vnde
cum non durat in habitatione, habitare nõ dici-
tur, l. 1. §. habitare, ff. de vſu, & habitat. & idcirco
illa deficiente conditione, feudum ipſum amitta
tur. De quo Feudo conditionato, ponit exempla
Petr. Iacobin. in Pract. titulo, de cauſ. quibus do-
min. debit. amitt. propriet. ſub nu. 2. verſ. Septi-
27 ma diſtinctio, puta † ducere in vxorem filiam do
28 mini, cum contigerit nubere. † Aſſociare vxorẽ
domini quolibet die Dominico ad Eccleſiam, aſ
ſociare dominum retro, vel ante eum virga. Idẽ
Feudum ponit Ioan. Rainaud. in c. Imperialem,
in princip. num. 10. verſ. Quarta diuiſio, de prohi-
bita Feudi alienat. per Feder. ſed ante eos Andr.
de Iſern. in c. 1. §. fin. num. 1. Quid ſit Inueſtitura,
29 dicit, † quando vaſallus promiſit ire ad Eccleſiã
in diebus Feſtiuis cum vxore Domini, vel curti-
zare ipſum in Feſtis, promiſit ſaltare coram ipſo,
vel ſonare Violam, vbi idẽ repetit Aluarot. nu. 8.
de promittente ſonare Cytharam, vel Harpã, &
de aſſociatione Dominæ. Idem Aluarotus in di-
cto cap. 1. §. finali, num. 5. & 6. de Capit. qui curiã
vendidit, Iacobin. de Sancto Georgio, in Inueſti-
tura feud. in §. In feudum, ſub num. 14. & 15. An-
ton. Capic. in Inueſtit. in verbo, Feudorum gene
30 ra, § cõditionatum, vbi de ſeruiendo † Domino
in menſa; vbi dicit, nõ eſt quòd fiat ſub cõditio-
ne, ſed qualificatur eius conditio. Petr. Rebuff. in
Declarat. Feudalib. num. 29. verſ. Non rectum,
& poſtea, quod dicit Capicius, idẽ dicit Iacobat.
de Franch. in prælud. feud. nu. 147. Vincent. de
Franch. in Deciſ. 154. nu. 4. Petr. Nicolaus Moz-

zius

zius in tract. Feud. titulo de Diuis. feud. num. 8. nouissime Nicol. Intrigliol. de feudis, q. 25. num. 4. cum plurib. seqq. Francisc. Sonsbecius in Vsus feudor. parte 4. num. 40. Gulielm. Hannetonius Iuris feudor. lib. 5. cap. 3. num. 1. in fine, Francisc. Duarenus Iuris Feudor. cap. 4. num. 1. de similibus Feudis Marian. iun. in consil. 76. num. 15. volum. 4. Menoch. de Recuper. possess. Remed. 10. num. 79.

31 Et licet † de Iure Communi controuersum sit an ea ex causa, quia recedit à loco vasallus feudum amittat; in qua quæstione contrarium tenet Specular. in tit. de feudis, §. quoniam, versic. Octauo quæritur, quod non amittat feudum, & ita ibidem tenere Baldum vt eos retulit Paris de Puteo, de Syndicatu, in dicto titulo, de excess. Baron. sub num. 38. Sed in libro meo hoc non dicit, neque Speculator, neque Baldus, qui inibi nullā facit additionem, verum Specul. in dicto §. quoniam, num. 18. in fine, sub quæstione 8. dicit hæc verba; sic in plerisque locis Narbonensis Prouinciæ obseruatur, vbi rem deferendo, & se alibi trāferendo, Domini iugum euadit. Et ibi Ioan. Andr. dicit, dictam quæstionem esse Quintam Martini de Fano, & Tertiam Ioan. de Blanosco; & iterum idem Specul. ibidem, num. 37. versic. Sed numquid homo meus, dicit hæc verba; In plerisque autem locis Prouinciæ, & Diœcesis Narbonensis, homo de Masata quidquid acquirit post acquisitā mansatam, ipsi mansatæ acquirit, & quod acquirit est eiusdem naturæ, cuius est ipsa mansata, & de ipsa mansata efficitur, C. de
32 rei vxor. act. l. vnica, Est † autem natura, seu conditio mansatæ, vt alienari non possit; Et quod de homine se transferente alibi, mansatam amittit, ipse tamen liberabitur, vt supra, versic. octauo; Et quod mansata redeat ad Dominum homine sine liberis decedente. Hæc ad litteram dicit Speculator. & ex littera Paridis apparet impressorū incuria esse corruptam, & ex eo loco esse expungendam dictionem negatiuam. Declarat autem
33 Specul. ibidem, num. 38. Mansatam; Est † autem (inquit) mansata quando dominus dat alicui māsum, cum diuersis possessionibus, & propter hoc ille se facit hominem Domini, & ad certum seruitium tenetur, & talis dicitur homo de Mansata, qui est homo ratione possessionum, persona tamen eius libera erit. Ex quibus habemus, esse in arbitrio vasalli, ac subditi huiusmodi, vel redire ad locum, vnde discessit, vel amittere bona feu-
34 dalia, & sic † seruandum erit præsertim in hoc Regno Neapolitano, vigore dictæ Const. Quisquis. Vnde Andr. de Barulo in l. certa forma, nu. 8. C. de iure fisci lib. 10. dicit, quod si teneas terrā aliquam à me per inuestituram, vel alias ob ho-
35 norem aliquod feudum, & † recedas ab eo loco, in quo est feudum, seu terra, quod illa terra redit ad dominum, arg. l. Generaliter, C. de Episcop. & Cleric. Idem Paris, de excess. Baron. num. 40. & 41. Ant. Cappicius in Inuestitura, in verbo, Feuda amittunt, col. 51. versic. quinquagesimosecundo. Idem Paris, de Reintegr. feudor. cap. 88. versic. quæro dominus, num. 2. & cap. 102. num. 6. Ioan. Ant. de Nigris, in c. Regni, Grauamina, nu. 108.

Non videtur mihi, quod omitti debeat, ad propositum illius, quod dicit Specul. in loco allega-
36 to, quo ad homines de Mansata, idem † dicit Aluarot. in prælud. feudor. col. 8. vers. sunt præterea, quos sequitur Barth. Camerar. in Rep. c. Imperialem, col. 37. littera T. vbi dicit, appellari mansum tantum territorij spacium paruum, quantū vnum par boum vno die laborare potest, arg. c. 1. §. si quis de manso, si de inuestitura feud. controuers. fuer. qui text. non facit aliquam mentionē nisi ipsius Mansi, non autem, quanta territorij quantitas sit mansus. Sed tamē, in dicto §. si quis
37 de Manso, † Iacobus Cuiacius, Gallus, Interpres legum eruditissimus, Mansum dicit esse fundū, quo se Villicus, & familia tueri potest, & soluere ex eo vectigal, siue censum Domino. Vnde si esset mensura tantum, quātum duo boues vno die ararent, non sufficeret neque pro vna hebdomada ad sustentationem vnius personæ. Ob quod pro dicto Cuacij, dici potest Mansum, quasi territorium pro victu, & manducatione deputatum
38 à † Manso, quasi masticato, iuxta illud Quinti Sereni Medici, purgatur (inquit) cerebrum, mansa radice pyrethri; Hinc Cicero de Oratore, lib. 2. Tenuissima mansa nutrices infantibus in os inserunt. Estq. ille cibus, quem prius nutrices dentibus suis comminuūt, & postmodum illum in os infantium, ad lambendum ponunt. Et ideo dici posset fundus, siue territorium à domino alicui datum sufficiens pro victu. Ad id facit, quod post Varronem, ex Lucilio lib. 30. adfertur dicente; sperans ætatem eamdem hęc proferre posset, māsum ex ore datum. sic Nonius Marcellus.
39 Vel fortè † Mansatici dicuntur subditi, qui essent obligati pro officio cursoris, & stationum, cursores enim, stationes aliquando in deputatis locis habebant, quas mansiones vocauit Strabo, lib. 15.
40 vbi meminit, quod † Darius Longimanus Persarum Rex habuit viginti Mansiones ab Hellesponto ad Aegeum mare, certo modo passim iustis spatijs distinctas, & ad Susam Regiā optimè, ac miro ordine dispositas; De quibus Herodotus dixit, fuisse centum & vndecim māsiones, & tot fuisse mansionum diuersoria à Sardibus Susam
41 tendēte; De † quo Cursoris feudo loquitur Andr. de Isern. in c. 1. n. 17. & 22. Ex quib. causis feud. amittatur. Bald. in prælud. feud. n. 48. Ant. Capic. in Inuestit. feudali, in verbo, Feudorum genera, §. feudum cursoris. Sed obiter dico hęc fuisse nomina feudalia à Doctoribus inuenta, qui acceperunt denominationem à seruitio annexo, de quibus (si Deus permiserit) fortè alibi dicam. Posset etiam, & fortè verius dici hos subditos, quibus data sint bona pro habitatione, dici de mansata
42 † à manendo, scilicet donec manserint in loco, vt rectius meo iudicio, ante omnes dixit Roffredus Beneuentanus, de libell. par. 5. in Rubr. Villanis, & in Rubr. de Manētibus, vbi dicit manentes esse eos, qui solo alieno manent in villis. De his feudis, quæ conceduntur pro certo seruitio, & aliquando modico, aliqua dixi in consil. 1. num.... Centur. 1. quo autem ad mansum, & quot modis intelligi possit, plus quam alius explicuit Frācisc. Hotoman. de verbis Feudalibus, in §. Mansus.

Redeun-

Redeundo igitur ad Conclusionem, dicendū
43 est, quòd † quotiescumque agitur de feudo, dato pro habitatione, & mansione in loco, ipso à loco decedente, ac seruitium certum, & determinatū pro feudo destinatum non præstāte, Feudū amittitur, vt dictum est, & Dño quæritur, ad ipsumq. reuertitur; & vidi obseruatum in Regno in quibusdam Baronibus, & præsertim cum Domino Frāciſco Portio Barone Senerchiæ, ac illius Opidi domino, quia oēs vasalli sunt Angarij, & Perāgarij, & qui discedunt à terra, cum debeant pro bonis, quę tenent, quædam rustica annua seruitia gratis ipsi Domino, cui à tempore immemorabili, discedēte vasallo ipsum moneri facit, vt reuertatur, quòd si non reuertitur, omnia bona eidem Baroni quærun tur post annum.

Itaque constituta Regula præfata, quòd eo casu Feudum amittatur, illa tamen recipit aliquas Declarationes, quas subiiciam, quibus traditis disputatio ista sopita remanebit. Prima itaq; De-
44 claratio erit, Quòd tunc † amittatur feudū à recedente à loco, & non præstante seruitium, quando seruitium fuerit conueniens, & non insolitū, aut non consuetum, quia si numquam fuit tale seruitium consuetum, vel contineat quid impossibile, eo casu feudum nō amittitur, arg. l. locum, 21. §. ex eo, ibi: insitatus, ff. de vsufruct. §. impossibilis, Instit. de inutilib. stipulat. & voluit Iacob. de Ardizzon. in Summa Feudali, cap. 70. incipit: Itē nec. Andreas de Isern. in c. 1. §. præterea, num. 3. cum pluribus seqq. quid sit Inuestit. vbi Aluarot. in fine.

45 Secunda Declaratio, † qđ non contineat quid turpe, aut inhonestum aliquot seruitiū, quia non, erit causa legitima perdendi feudum, si illud ser-
46 uitium non fiat, turpes † enim, ac probrosa promissio stipulationem vitiat, & cōditiones turpes de iure impossibiles sunt, ac præsumuntur, l. si filius, ff. de condit. instit. §. Quod turpi, Inst. de inutilib. stip. tenent Isern. & Aluarot. in loco allegato, post Ardizzon. in dicto cap. 70. vbi dicit, excusari vasallum, nec amittere feudum, si seruitium cōtineret turpitudinē, vel quid inhonestum, aūt contra bonos mores. Vnde Bald. in l. quod ex li-
47 bert. in fi. C. de oper. lib. dicit † ab omni superioritate ius honestatis videtur exceptum, dicens facere cōtra Dominos suas subditas ad tripudian-
48 dum inuitantes. † Idcirco seruitia saltationum promissa, non ita passim admittenda, quando essent turpia, probrosa, vel cum dedecore, ac cōtra bonos mores, vt dicit Ioann. Blanch. in Summa, lib. 2. cap. 4. num. 17. Ioan. Rainaud. in d. c. imperialem, §. firmiter, sub num. 36. vers. Quartadecima causa, & Iacobin. de Sācto Georgio, in tract. de Homag. in fine, & in Inuestitura feudali, §. & promiserūt, nu. 30. vers. Quinto. Nouissimè Petr. de Gregor. Siculus, de conceſs. feud. parte 7. q. 6. num. 14. & 15. Petr. de Bellapertica, in Tractatu Feudor. tit.... numero 2. & per totum. Qui enim
49 † promisit pulsare, aut sonare Instrumentū Musicum, vt recrearet solatij causa dominum, arg. l. si libertus artem, ff. de oper. libert. tenebitur seruitium præstare, quia in hoc nō esset turpitudo, nisi esset in publico, in quo non præstatur nisi à Pantomimis, vt dicit Andr. de Isern. in dicto §. præterea, in fine.

50 Tertia Declaratio est, non † amittere feudum vasallum à loco discedentem, ac non valentem præstare seruitium, ob ętatem puta minorem, vel extremæ senectutis; vt de vtroque pluribus iuribus comprobat Ardizzon. in Summa, capit. 69. Andr. de Isern. & Aluarot. in d. §. præterea, in fine, Quid sit inuestit. Guido Papæ in Decis. 415. nu. 4. & nouissimè pluribus firmat Borrinius de seruit. vasall. par. 5. cap. 3. §. 2. Infans.

51 Quarta Declaratio est, † si vasallus ascenderit ad aliquam dignitatem, qua acquisita, eius personæ fortè inconueniat similia seruitia præstare, vt associare Dominā, quæsita fortè Doctoris dignitate, vel alia. Ioan. Blāc. in Summa Feudali, lib. 2. cap. 4. numero 10. Ardizzon. in Summa, cap. 69. col. 6. vers. Item vasallus excusatur. Ioan. Blanch. in Summa, lib. 2. cap. 4. num. 10. Ioan. Rainaud. in dicto §. firmiter, sub num. 36. vers. Septima causa. Petr. de Rauenna, de Capit. qui Cur. vendid. §. finali, in fine, Iacobin. de Sancto Georgio in dicto §. & promiserunt, num. 31.

Quinta Declaratio est, concernens personam
52 domini, † si fortè esset crudelis, & nimis austerus, ob cuius timorem, & crudelitatem à locò discesserit, quia non posset reuocari, vt redeat ad locum, nec ob id amittit feudum. Lucas de Penna, in l. si Coloni, C. de Agricol. & censit. lib. 11. Anton. Capic. in Inuestitura Feudali, in verbo, Feuda amittuntur, vers. Quinquagesimo secundo, & ego dixi plus quam alius, in cons. 30. & 31. per totum. Centur. 2. & nouissimè Petr. de Gregor. Siculus, de Conceſs. Feudor. parte 8. titulo, de Intebonitractamenti, numero 4. & parte 7. quæst. 4. num. 5.

53 Sexta Declaratio, quia † si dominus esset hæreticus, vel excōmunicatus, & ex ista causa subditus à Terra discederet, nō idcirco feudum amitteret, vel seruire teneretur, vt latissimè scribit Iacob. Ardizzon. in dicta Summa, capit. 70. vbi loquitur de vtroque, & de Hæretico in specie, Ioan. Blanc. in Summa, lib. 2. capit. 4. num. 2. Vdalrich. Zaz. in Epitomę feud. par. 7. num. 40. Iacobin. de Sācto Georgio, in dicto §. & promiserunt, sub nu. 30. vers. Secundo si dominus, Ioann. Rainaud. in dicto §. firmiter, sub num. 33. versic. Prima causa. Borrin. in dicta parte 5. cap. 2. §. Hæresis. Franciſc. Sonsbec. de Feud. parte 12. num. 141. vbi loquitur de Apostata, Excommunicato, & Hæretico. Et de Excommunicato, idem Iacobin. vbi supra, versic. Primo si Dominus, Borrin. in dicto cap. 2. §. Excōmunicatus, Iacob. Aluarot. inter consil. Alberti Bruni, consil. 59. nu. 6. & 7. Ibidem Ioan. Iacob. de Leonard. in consil. 114. nu. 98. cum pluribus seqq. Anton. Capic. in dicto verbo, Feuda amittuntur, §. Quinquagesimo secundo, in fine, Petr. de Gregor. Siculus, de Conceſs. Feud. par. 7. q. 4. num. 7.

54 Septima Declaratio erit, † quòd licitè etiam recedit subditus absque seruitij præstatione vel feudi amissione, si fortè videat dominum præparare rebellionem contra Principem supremum, vt post Lucam de Pēna in dicta l. si Coloni, C. de

Agricol.& cenſ. lib. 11. voluit Capic.in dicto §. quinquageſimoſecundo, Petr.de Gregor.Sicul. in dicta q.4.num.7.

55 Octaua Declaratio eſt, † quod ſi fortè ob cauſam diſceſſus vaſalli,& ſubditi à loco amitterentur bona feudalia, nõ tamen amitterentur bona patrimonialia, quia illa non retinet à domino, nec ſunt annexa ſeruitia,vt ex ſupradictis Doctoribus patet; & etiam in Regno ex notatis per Parid.de Puteo,in dicto tractatu de Reintegrat.dicto cap.88.& cap.102.& voluit Ioan.Vincent.de Anna,in Allegat.64.ſub num.4.licet videatur tenere contrarium idem Paris de Puteo,de exceſs. Baron.num.38.& malè.

56 Plura ſunt † Capita excuſationum quo minus vaſallus,& ſubditus teneatur ad ſeruitium, quæ non concernunt materiam noſtram,dum vaſallus inueſtitus eſt de feudo, vt maneat in loco, de quibus latè apud ſupra allegatos Doctores, qui vnus poſt alium cauſas enumerant, & inter alios Ioan. Rainand. in dicto §. Firmiter, ſub nu.30. & ſequentibus, Iacobin. de Sancto Georg. in dicto §. Et promiſerunt, ſub num. 30. & Auton. Borrinius de Seruitijs Vaſallorum, parte 5. per totum.

57 An autem † vaſallus, vel ſubditus diſcedere à loco volens,poſſit Domino feudum renunciare ac refutare,& ita ſe à Domini nexu, & ſeruitio liberare, preſertim, in hoc feudo, de quo loqui-
58 mur,quod conditionatum † appellant, vt diximus. Accurſius ante omnes in c.1.§.finali,de Caritaneo, qui Curiã vendidit, dicit, quod ſi ſeruitium eſt indeterminatum, poteſt fieri refutatio, ſin autem ſeruitium determinatum, certum, ac ſtabilitum fuerit, refutatio fieri nequit, ita Din. in conſil.48.num.19.Specul.in titulo,de emphyteuſi,num.154.verſ.128.& ibi Ioan. Andr. idem Specul.in tit.de feudis,§.quoniam,num.50.verſ. vigeſimooctauo quæritur,& poſt Iacob. de Arena tenuit Bartol.in l.is cum quo, in princip. ff. de aqua pluuia arcẽda, Alberic. de Roſate, in l.cum fructuarius,num.ſecundo, ff.de vſufructu,vbi dicit eſſe Communem Opinionem. Alexand.in l. ſi quis vi,§. Differentia, ſub num.14.verſic.Item in feudali, ff.de acquit.poſſeſſ. Bald.in c.1.num.6. de vaſall.qui contr. Contr. Lothar. & ibi Mart. Laud.num.3. Andr.de Iſern.in cap.primo,§.ſimiliter,num.6. verſic. Sed quando datur feudũ. de Capit.qui Cur.vendidit. Iacobin. de Sancto Georg.in Inueſtit.Feudal.in verbo, Qui quidem num.29.Iul.Clar.in §.feudum, queſt.34. Abb. Panorm.in c.1.num.4.de feud. Felin.in c.quæ in Eccleſiarum, num.78.de Conſtit. Iaſon, in l.2. num.25.C.de iure emphyt.Matth. de Afflict. in cap.primo, §.ſimiliter,nu.35.de Capit.qui Cur. vendidit. Arius Pinellus, in Repet.l.2. parte 1. cap.quarto,num.ſecundo in fine, C.de reſcind. vendit. Emanuel Suarez in Theſauro Recept. Sentent.§.feudum,num.64. Laurentius Siluan. de feud.recognit.quæſt.26.num.1.cum pluribus ſequentibus. Ludouic.Roman. in conſil. 27. numero ſecundo. Ioan.Ferrar.Montan.in vſus feudor.lib.1.cap.6.colum.finali, verſic. Et licet Cõmunis,Ioan.Thom.de Marin.de Generibus, & qualitat.feud.lib.1.titulo 20.num. 10. nouiſſimè Nicol.Intrigliol.de feudis,q.25.num.16.Centur. prima. Anna Senior in Rubr. de vaſall. decrep. ætat.num.147.& in Singul.196.

59 Contrariam vero ſententiam, † tenuere nonnulli,& præſertim Vincent.in dicto c.quę in Eccleſiarum,& ibidem Hoſtienſ.& Ioan.de Imola, etiam inuito domino vaſallum renunciare poſſe feudum ipſi Domino. Idem tenuit Curtius iunior de feud.part.4.num. 135. Vdaltich. Zaſ. in Epitome feudor.par.12.num.13.& 14. Franciſc. Hotoman.in Comment. feudor. lib.2. tit. 38.in verbo,feudum refutare, vbi dicit: Vt ergo totũ feudum inuito domino refutare licet,ita partem licebit, & in Diſputation. feudiſticis, c.38. Franciſc.Sonsbecius in vſu feudor.par. 12.num. 113. & 114. Petrus de Bellapertica de feud. titulo 9. ſub Rubricell.qual.perditur feud.refut.

60 Quorum vltimo loco relatorum † ſententia mihi probabilior videtur, habet enim text.in dicto c.1.§.finali, de vaſallo qui contra Conſt. Lothar.dum dicit: Quia vaſallus etiam ſine Domini voluntate rectè feudum refutare poteſt, poſt refutationem tamen ad ſeruiendum non tenetur, ſed eum quidem tunc offendere non debet. Qui tex. meo iudicio cauillari non poteſt. Nam vt rectè Petr.de Bellapertica,in loco allegato in-
61 quit,† cum feudum ſit Beneficium, nemo inuitus cogitur habere beneficium,l.inuito, ff.de re-
62 gul.iuris. Dominum etiam vaſallus † quando liberit refutare poterit,remiſſo, vt dicitur,homagio. Domino,inſuper nihil damni facit, cum in re ſua plenam poteſtatem recipiat, & non ſit ei difficile alium acquirere vaſallum,vt optimè inquit Iacobus Cuiacius feudor. lib. 2. titulo 14. in prin. aliaq. inducere poſſem ad iſtam opinionem fundandam,& reſpondere fundamentis alterius opinionis, niſi dum hæc ſcriberem vidiſſem huius opinionis eruditiſſimũ defenſorem Andr.Facchineum, Controuerſiar. iuris,lib.7. cap.60.qui reſpondet rationibus,aliarum opinionum, cum illas diuiſerit ſeparatim in quinque claſſes. Quam opinionem libenter probarem, dum tamen non intempeſtiuè fiat, idq. Domini interſit,iuxta opinionem Vincent.relatam à Spe-
63 cul.in loco allegato, vt † fuiſſe ſeruatum, & iudicatum in hoc Regno Neapolitano in perſona Camilli Pardi Vrſini, qui refutauerat feudum Regi, vt pugnare poſſet contra eum in bello,quæ non fuit admiſſa, ſed declaratus rebellis idq. in anno Domini 1528. de quo loquitur Ioan. Vincen. Annius,in dicta Rubr.de vaſallo decrepitæ ætat.num.147. & in dicto Singulari 196.

C A P. X.

A R G V M E N T V M.

Mœnia quo ordine fierent; Quando liceat illa transgredi, & transcendenti quæ pœna statuta fuerit; quando pęnæ locus sit, & quando cesset.

C O M P E N D I V M.

1 *Violantis muros Ciuitatis, admotis scalis, quæ pęna, & nu.6.7.8.9.10.11.12. & 23.*

2 *Remi mors, quod Vrbis noniter constructa muros trāscendisset.*

3 *Ascendens domum aliquam scalis admotis, violanda castitatis gratia, vltimo supplicio afficitur.*

Intellectus Prag. Incip. Perche intendemo, *sub tit. de scalar. prohibit.*

4 *Muri Ciuitatis, & porta Sancti, & Sancta dicuntur, & Diuini Iuris.*

5 *Muri municipij sancti etiam dicuntur.*

7 *Pœna violantis muros alterius Ciuitatis, aut loci, quam Vrbis Romana, an sit eadem. nu.8. & 9.*

Constantinopolitanu Vrbis non solum iuris Italici, sed etiam ipsius Roma veteris prærogatiua lætatur, sub eod. num.9. & 10.

11 *Viennam Austriacorum Imperatorum Occidentis Ciuitatem celeberrimam paci priuilegio frui nemo negat.*

12 *Legis finalis, ff. de rerum diuis. intellectus.*

13 *Polydorus Ripa I.C. Mediolanensis optimè scripsit super materia violationis Murorum Ciuitatis.*

14 *Cur tam grauis pœna transcendenti muros Vrbes statuta. Vide Platonis dictum, & num.15. & 23.*

16 *Homo animal politicum, sociabile, multitudine viuens.*

17 *Ciuitates cur inuicem congregata.*

18 *Ciuitates cur mœnijs cingantur ex Aristotele, & nu.19. & 20. ex Virg. Cicer. Ouidio, & Sabellico sub nu.21.*

Muri Chartaginis à Virgilio laudati, sub eod. num. 21.

Muri Babylonia remissiuè, ibid.

22 *Muros Ciuitatum facturi Aratro prius locum circuibant, & num.24.*

24 *Vrbem condituri, quid faciebant, & qua sollemnia adhibebant, & num.28.*

25 *Pales Dea à Romulo inuocata, dum Vrbis Roma mœnia inchoaret.*

26 *Quo die Vrbis Roma mœnia ducta fuerint, & sub num. 27. ex Propertio.*

27 *Palilia siue Parilia festa dicta à Pale.*

Vrbis Roma ædificationem, & sollemnia optimè describit Ouidius, & alij, sub eod. num. 27. & 28.

29 *Palatinus Mons à Pale.*

30 *Pęna transcendentis muros, an locum haberet in transcendente Pomœrium.*

31 *Romuli lex, ne quis nisi per Portas Vrbis ingrederetur, & egrederetur.*

32 *Pardulphi Pratai I.C. Galli laudes.*

33 *Aymaro Riuallio I.C. Allobrogo in Historia Iuris Ciuilis multum debemus.*

34 *Pomœrium quod esset in Vrbe Roma, & nu. 35.36.37. 38. & 39.*

36 *Prosimurium quid sit.*

39 *Pomœrium quo modo declaret author, & nu.40. & 41.*

40 *Horti pensiles Babylonis.*

41 *Hortos Pensiles Babylonia declarauit author remissiue.*

42 *Primus quis Ciuitatem muro circumdederit, & nu.43.*

43 *Prima Ciuitas Enochia à Caino Adami filio condita, à primogenito eius filio Enoch sic appellata.*

Agrorum terminos, quis primus posuerit, sub eod. nu.43.

44 *Mœnia, & muros Vrbium, an reparare liceat inconsulto Principe, & num. 45.*

45 *In Gallia reficere castra possunt Barones, & Domini de illis inuestiti.*

46 *In Regno Neapolitano Castra erigere, & munitiones facere absque Principis permissu non licet, & nu.47.*

47 *Intellectus Const. Castra, munitiones.*

Intellectus Const. Regni. In locis domanij.

Reficere Arces, & Turres, an liceat, sub eod. num.47.

In muris construendis omnes contribuebant, sub eodem num. ibid.

48 *Cæsar Caietanus Eques Illustris capite truncatus, quòd scalis è Castro Sancti Angeli transcendere cepisset.*

A X I O M A.

Vrbis mœnia ne transcendunto.

1 Pomponius Iurisconsultus in l.fin.ff.de
rer.diuis.inquit: † violantes Ciuitatis
muros, ac illos scalis admotis, conscen
dere attentantes aliaq; qualibet rōne,
capitis pęnam sustinere debere; nam Ciues Ro-
manos, alia, quàm per portas egredi non licet, cū
2 id hostile sit, & abominādum, eaq; ex causa † Re-
mum Romuli fratrē occisum, quia Vrbis muros
trāscendisset, cuius Remi historiā scribit Plinius
Nepos de viris Illustrib.c.1. Eutropius Rer. Rom.
lib.1.c.4. alijq; Historici, quos omittimus. Ad hu-
ius legis dictum concinit, quòd ad litterā dixit, Ie
sus Christus Dominus noster. Ioānis, c.10. Amen
amen dico vobis, qui non intrat per ostiū in ouile
ouium, sed ascendit aliūde, ille fur est, & latro. Nō
3 mirum igitur, † si admouens scalas, atque ascen-
dens ad domū alienam, pręsertim de nocte violā-
dæ castitatis gratia, vltimo supplicio afficiatur, l.si
quis non dicam rapere, C.de Episc.& Cler.& vo-
luit Bal.in d.l.fin. circa fin. Nic. Boer. in decis.317.
sub nu.9. Thom. Gram. in decis.36.nu.13. Nouis-
simè Polydor. Ripa, de Nocturno tempore, c.18.
nu.1.& 2.& postmodum dicemus. In Regno im-
minet pęna mortis portanti scalas noctis tempo-
re; vt per Pragmatic. Incip. *Perche intendemo*, sub
titulo de scalar. prohibit. quam ego intellige-
rem, vbi quis portaret pro delicto faciendo, &
considerarem rem qualitatem, portantis, si malæ
vitæ ille sit.

Quanto plus igitur dicendum est, quo ad mœ-
4 nia Vrbium, murosq; Ciuitatum; † Sanctos e-
nim muros, ac portas Ciuitatis ac Diuini Iuris es-
se, appellauit Imperator in §. sanctæ, Institut. de
5 Rer. diuis. Similiter, † & muri in Municipijs San-
cti appellantur, l. Sanctum, in fine, l. Sacra loca, §.
muros, ff. de rer. diuis. l. In muris, ff. Ne quid in lo-

co Sacto, quod probant ibidem in d. §. Sanctæ
Ioan. Faber. Aretin. Hotom. Mynsinger. & alij,
Capic. in Decis. 1027. num. 43. & Francisc. Con-
nan. Commentar. Iuris Ciuilis, lib. 3. cap. 1. nu. 5.
& nos diximus in consil. 1. num. 27. & 28. Centu-
6 ria prima. † Ideoq. transcendens omneq. deli-
ctum in eis committẽs capitali pęna dignus erit,
vt dicit Angel. in dicto §. Sanctæ, nu. 1. Corn. in
consilio 32. numero primo, in fine, volumine 4.
Iul. Clar. in Pract. Crimin. quęst. 68. numero 36.
Bartholom. Cępolla, in tract. de seruit. vrbanor.
prædior. capit. 54. de Scalis, columna 2. versic.
Quæritur etiam, M. Anton. Natta, in consil. 576.
nu. 15. vol. 3. Ioan. Ferrar. Montan. in dicto §. San
ctæ, in fine. Francisc. Connan. in loco supra alle-
gato; Hermannus Vulteius Iurisprud. Roman.
lib. 1. cap. 65. vers. Res Sãctæ. Hieronym. de Mon-
te, Finium Regund. cap. 5. nu. 11. & 14. Alexand.
de Neuo, in consil. 94. nu. 1. Nicol. Boer. in Decis.
232. numero 1. Hieronym. Magon. in Decis. 90.
num. 14.
7 Alterius † verò Vrbis, ac loci, quàm Romanæ
muros transcendens, an debeat eadem pęna pu-
niri, de qua in dicta l. finali, ff. de rer. diuis. Albe-
ric. de Rosate, in d. l. finali, nu. 1. dicit, apud Bergo
mum suã patriam, Gulielmum de Castro Baco,
fecisse decapitari trãscendentem illius Ciuitatis
muros, ipse tamen ibi alio modo concludit, tran-
scendentem muros alterius Ciuitatis extraordi-
8 naria † altera pœna puniri debere, non autẽ mor-
tis, sed arbitrariam esse debere; quod concludit
Bart. in dicta l. finali, nu. 2. & post multos Nicol.
Boer. in Decis. 232. num. 1. quem sequitur Iacob.
Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæstion. lib. 2. Cen-
turia quinta, Casu 483. num. 6. quod & dixit An-
tiquus Doctor Barth. de Capua, in Singul. 5. Hie-
ronym. Magon. in Decis. Lucę. 90. num. 14. Ema-
nuel Suarez in Thesaur. Recept. Sent. §. Murus,
nu. 268. vbi dicit, hanc esse Communem senten-
tiã. Sequitur Hyppolyt. Bonacoss. in Com. opin.
crim. in §. murus, parte prima.
Sed nouissimè Polydorus Ripa, de Tempore,
nocturno. cap. 16. num. 7. dicit hoc tempore hanc
distinctionem sibi minimè placere, cum non soli
9 Romæ † nunc id cõtingat, ac in actu conueniat;
cuius sentẽtiam ego etiam probo: tum quia sunt
in mundo aliæ Ciuitates, quæ suos habent Prin-
cipes sui iuris, quæ potiuntur iure, & authoritate,
qua potiebatur Roma, dum Orbis teneret Impe
rium, in suis Dominijs, & Rebus publicis, quis au
deret negare, quòd illorum Imperatorum tẽpo-
re quo Ciuitas Cõstantinopolitana fuit noua Ro
ma appellata, in muris, ac mœnijs illius eadẽ præ-
rogatiua gauderet, & ijsdem immunitatibus, &
10 prærogatiuis condecorata, † Vrbs enim Con-
stantinopolitana non solum iuris Italici, sed etiã
ipsius Romæ veteris prærogatiua lætatur, vt sta-
tuit Honorius in l. Vnica, C. de Priuileg. Vrbis
Constantinopol. & multis eiusdem Vrbis priui-
legijs fuerat ornata; de quibus optimè Ioachim.
Hopperus de vera Iurisprudentia, lib. 7. titulo 12.
Quis non diceret, eodem Priuilegio vti debere
11 † Viennam aliàsq. Vrbes Imperiales, Cæsarum
Occidẽtalium sedes! quis Vrbes, ac sedes nostro-
rum Catholicorum Regum, Galliæ, Angliæ, Po
loniæ, Daciæ, Noruegię, aliorumq. Regum Chri
stianorum? Quis nõ tribueret hoc idem ius Am-
plissimæ Vrbi Venetę, Ciuitatibusq. Mediolani,
Taurini, Florentiæ, alijsq. simillibus?
Belli autem tempore, ac imminentis periculi
occasione transcendentem muros capitali pęna
12 affici posse non autem tempore pacis; & ita † in-
telligi debere dictam l. finalem, voluit originali-
ter Carolus de Tocco in Longobar. de Furt. l. 1.
quem refert, & sequitur Andr. de Isern. in Const.
Regni, Cum satis, & Barthol. de Capua in dicto
Singul. quinto, Matth. de Afflict. in dicta Const.
Cum satis, nu. 16. vbi etiam Thom. Gram. nu. 6.
Boer. in dicta Decis. 232. nu. 3. Magon. in Decis.
allegata 90. num. 14.
Multa dicere, ac scribere præparaueram, sed
13 cum vidissem Polydorum † Ripam in dicto tra-
ctatu de Tempore nocturno, capit. 18. & cap. 19.
abstinui à scribendi officio, quia apud eum re-
periũtur multæ Ampliationes, & Limitationes,
ex quibus habetur, quidquid quoad hanc mate-
riam dici posset, ad illum itaque cupidos lectores
remitto.
Sed alia scribere non grauabor, quæ hanc prę-
sentem segetem maximè exornant: quia consi-
14 deranda † ratio est, cur tam grauis pœna huic de-
licto imposita fuerit, quidve illi potuit pœnę cau
sam præbere? Plato de legibus, Dialogo 6. arbi-
tratus est, sine muris Ciuitatem esse debere, solo
tantum contentam, dum ait: De muris autem ò
Megille, Spartiatis ego consentio, murosq. in so
lo iacere facilè patior; Probè enim Poeticum il-
15 lud laudatur, quo † æneos, & ferreos magis mu-
ros, quàm terreos condere admonemur. Et post
pauca inquit: & muros quidem circũducimus,
quod primum ad sanitatem ciuibus nihil cõfert,
deinde animos Ciuiũ emollire, & eneruare con-
sueuit. Efficiunt enim, vt facile intra eos se reci-
pientes, hostes minimè fugent, putentq. se non
diurna, nocturnaq. custodia, vigilantes, sed mu-
rorũ septo, & vallo dormientes saluos fore, quasi
ad desidiam nati sint, ignorantes certè, quietẽ à
laboribus originẽ trahere, atque è turpi ocio, &
negligentia, nasci labores solere. Hæc Plato. Ex
cuius verbis in fortitudine virorum cõsistere de-
bere mœnia Vrbium dicere voluit. Quibus con-
cinunt, quæ dixere pueri Nabal ad Abigail eius
vxorem, de socijs Dauid, lib. 1. Regum, c. 25. Ho-
mines isti boni satis fuerunt nobis, & non mole-
sti, nec quidquam aliquando perijt omni tempo-
re, quo fuimus conuersati cum eis in deserto, pro
muro erant nobis tam in nocte, quàm in die.
16 Homo autem, † cum animal sit politicum, ac
sociabile, multitudine idcirco viuens, magis quã
cetera Animalia, vt dicit Aristoteles lib. 1. Politi-
cor. cap. 1. necesse fuit, vt cum alijs inuicem con-
17 ueniret, † & Ciuitates in vnum congregare per
Ciuium vnitates, vt inquit idem Aristoteles Po-
18 liticor. libro septimo, capitulo septimo, † cumq.
animalia cuncta Deus ad seipsa tuenda, squamis,
pilis, pellibus, cornibus, dentibus, vnguibus,
alijsq. adminiculis armauerit, solum hominem
his destitutum creauit, alijsq. non parum multis

ex

ex causis Ciuitates erectæ fuere; Et vt se munirent aduersus omnes hostiles incursus, illas muris, vallo, fossisq. cingere studuerunt. Vnde fortè contra suum Præceptorem, quę supra retulimus refellens, tacito authore Aristoteles in Policis
19 lib. 7. cap. 2. inquit, De † muris autem, qui Vrbis laudi, & virtutis opinioni studentes, cinctas eis oportere esse, negant, hi nimis ruditer, & prisca simplicitate præcipiunt; & post pauca inquit. Idcirco si saluti consulendum est, & iniuriæ, contumeliæq. vitandæ, murorum præsidium tutissimum, & bellicis rationibus conuenientissimum, esse putari debet; præsertim hoc tẽpore, tormentis, & machinis, solerti ratione ad absoluendas, oppugnandasq. Vrbes inuentis. Hæc Aristoteles. Si autem suo tẽpore, quo machinæ bellicæ parui erant momenti, respectu machinarum bellicarũ postmodum inueniarum, præsertim Bomborũ, siue Bombardarum, quibus nec Mœnia, nec turres resistere valent hoc dixerat, tanto congruen-
20 tius hodie Aristoteles concluderet. † Muris Ciuitates & Opida muniri debere, quibus ciues in securitate seruentur, vt facinndum esse concludit Francisc. Patritius de Institutione Reipublicæ, lib. 8. titulo 6. & titulo 7. Hoc autem institutũ
21 † in toto terrarum orbe obseruatum fuisse, † vt Ciuitates, & Opida Muris, Vallis, Fossis, ac Pomœrijs munierentur, non est quod ostendere laborem. Vnde rectè Aeneę socij de Muris Carthaginis apud Virgilium lib. 1. Aeneidos dicebant:

O Fortunati quorum iam mœnia surgunt.

De Muris factis Babyloniæ per Semiramidem latè scripsi in Apologia Catholica aduersus sententiam Pilati, Aquilæ repertam; Qua de Re Cicero de Oratore, lib. 2. Nemo est, inquit, qui nesciat, initio genus humanum in montibus, ac siluis dissipatum, prudentum consilijs cõpulsum, & disertorum Oratione delinitũ, se Opidis, mœnibusq. sepsisse. Vnde Ouidius Elegiarum lib. 3.

Quid tibi turritis incingere mœnibus Vrbes,

Et Marcus Antonius Sabellicus de perantiquo Antenotis Patauio,

Condidit Antenor spaciosis mœnibus Vrbem.

22 Hinc † qui Ciuitates condebant, aratrum ante omnia circumducebant, vt mœniorum, ac murorum spatia definirentur, l. pupillus, 239. ff. de verb. signif. Vrbs idcirco ab Vrbo, siue ab Vruo id est aratro, vt alibi diximus, appellatur, & sicut Aratro inchoatur, sic quando deletur, aratrum Vrbi inducitur, vt dixi supra lib. 2. cap. 8. nu. 413. cum pluribus seqq.

Pœnam verò traditam non absque misterio ita grauem transcendentibus, atque violantibus
23 muros † arbitror, nec aliundè esse, nisi, quòd in eorum violatione, Dij cõtemnebantur, sub quorum nomine, atque augurio Ciuitates, illarumq. muri, ac mœnia deducebantur, & sub ipsorum Genij tutela; de quo ritu Alexander Sardus, de Moribus Gentium lib. 2. cap. 1. post antiquiores
24 ità loquitur: Qui † condunt Vrbes, deducuntve Colonias, erecto vexillo, æneo vomere, Thusco, vt ait Carminius, more, sulco, qui dicitur primigenius, Mœniorũ loca designant, Tauro dextra, Vacca sinistra iunctis, stiua incurua, vt intra caderent gleba, in cinctu ipsi Sabino, Togæ scilicet parte, caput velati, parte succincta, vbi portæ futuræ suspendunt aratrum, & in tus aris constructis, sacrificia faciunt Dijs immortalibus, quare aratro etiam euertũtur Vrbes, execratis, quandoque qui restituissent, quod in Ilij excidio fecisse credi tur Agamemnon. Hæc Sardus. Sed melius repetenda hæc sunt ab antiquioribus Rerum Romanarum Scriptoribus, nam, & Romam condi-
25 tam volunt, ac † mœnia ducta Pale inuocata, cũ enim Romulus inter pastores esset enutritus, iustum duxit, vt illam Deam inuocaret, quam ad Pastorum tutelam probauit antiqua Gentilitas, de qua Ouidius lib. 4. Fastorum inquit:

Alma Pales faueas pastorum sacra caventi.

26 Et paulo inferius dũ loqueretur de die, † quo iacta sunt murorum Romanæ Vrbis fundamenta, quod factum fuit vndecimo Calendas Maij,
27 quo Festa eidem Pali fiebant, † Palilia idcirco, & postmodum Parilia dicta in honorem eiusdem Deæ, de qua ædificatione idem Ouidius ibidem subiunxit dicens:

Sex Remus hic volueres, bis sex videt ordine frater
Statur, & arbitrium Romulus Vrbis habet.
Apta dies legitur, qua mœnia signat aratro,
Sacra Pales aderat, inde mouetur opus.
Fossa fit ad solidum, fruges iaciuntur in ima,
Et de vicino terra petita solo.
Fossa repletur humo, Terraq. imponitur ara,
Et nouus accenso fungitur igne rogus.
Inde premens stiuam, designat mœnia sulco,
Alba iugum niueo, cum Boue, Vacca tulit.
Vox fuit hæc Regis condentis: Iuppiter Vrbem,
Et genitor Mauors, Vestaq. mater ades.
Quosq. pium est adhibere Deos, aduertite cuncti,
Auspicibus vobis, hoc mihi surgat opus.
Longa sit huic ætas, Dominæq. potentia terræ,
Sitq. sub hac Oriens, Occiduusq. dies.
Ille precabatur, tonitru dedit omnia Læuo,
Iuppiter, & Læuo fulmina missa polo.
Augurio lęti iaciunt fundamina ciues,
Et nouus exiguo tempore murus erat.

Et de eodem Propertius Elegiarum lib. 4. inquit:

Vrbi Festus erat, dixere Palilia patres,
Hic primus cœpit, mœnibus esse dies.

De his plenè Alexander ab Alexandro, dierũ Genialium lib. 6. cap. 14. & post antiquiores Leo Baptista Albertus, Architecturæ lib. 7. capitulo
28 primo, inquit: † Antiqui Ciuitatis muros fabricabant summa religione, ac illos consecrabant ei Deo, sub cuius tutela esse debebat Ciuitas. De eadẽ Roma Velleius Paterculus Historiar. lib. 1. Romulus (inquit) Martis filius, vltus iniurias Aui, Romam Vrbem Parilibus in Palatio con-
29 didit. Et Solinus in Polyhistore, c. 2. dicit, † Palatinum idcirco montẽ à Pales pastorali Dea dictũ; & post pauca inquit Romulus auspicatu murorũ fundamenta iecit, duode viginti natus annos, Calend. Maias, hora post secũdã ante tertiã sicut l. Tarũtius pdidit, mathematicus Nobilissimus, Ioue in Piscibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, Sole in Tauro, Luna Libra cõstitutis, & obseruatũ deinceps, ne qua hostia Pa-

tilibus cæderetur. Non mirum igitur si trascendenti vrbis muros tam grauis pęna statuta fuerit, quia ex illorum violatione illis eorũ Dijs sub cuius nomine facti erant, quodammodo vis, & iniuria facta dicebatur.

30 Pœna vero illa non tantum † trascendenti muros, sed etiam pomœrium transeundi imminebat, vt dicit Alexand. ab Alexandro, in loco allegato. Sed hoc nõ dicit Pomponius in dicta l. fin. intelligitur tamen tacite, & pomœrium, & val-
31 † lum, ac fossas non licuisse trangredi, † sed solum per Portas ingredi, & egredi, vt post alios enume
32 ratis Romuli legib. Pardulphus † Prateius in Iurisprudẽtia veteri, l. 12. inquit ne quis, nisi per portas, vrbem ingreditor, neue egreditor, vnde portæ tantum permissæ, cetera prohibita. Huic authori multum esse tribuendum arbitror, quod antiquas Draconis, Solonis, Regum, ac duodecim Tabularum leges ab iniuria temporum du-
33 xit vindicandas, quo † ad leges autem Romuli, & aliorum Regum, duodecim Tabularum, Imperatorum, ac Principum, Senatusconsultorum, Edictorum a Prætoribus factorũ, Respõsorum, Prudentum, ac Summorum Pontificum, ac Iuris Ciuilis Historiarum indubitãter Aymaro Riuallio I.C. Allebrogo gratias referre debemus, qui ab omni temporum iniuria vindicauit, & ex antiquitatum arcanis hoc opus deduxit, ceteri, (vel etiã ipso authore tacito) inuentum iter pulchrioribus lapillis adornare procurarunt.

Pro iunioribus autem, dicendum est, Pomœ-
34 rium † fuisse locum tam intra, quam extra murum, quem antiqui in condendis vrbibus inaugurato consecrabant. Dictum teste Varrone, de lingua Latina lib. 4. quasi Postmœriũ, antiqui enim dicebant, Mærum, quem nos Murũ appellamus & ita intelligendum esse illud Vergilij Aeneidos lib. 10.

Atque ipsis prælia miscent
Aggeribus mœrorum.

Et de eadem Vrbe Romana Liuius lib. 1. aggere, & fossis, & muro circũdat Vrbem, pome-
35 rium profert, vbi Liuius subiunxit, † Pomerium est circa murum locus, quem in condendis vrbibus quondam Hetrusci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant, vt neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc vulgo etiam coniungunt, & extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. Hoc spacium, quod neq; habitari, neque arari fas erat, non magis, quod post murum esset, quam quod murus post id, pomœriũ Romani appellarunt, & in vrbis incrementum semper, quantum mœnia processura erant, tan-
36 tum termini hi proferebãtur. Festus † Pompeius Protimurium esse ait Antistius in Commenta-
37 rijs Iuris Pontificalis, Pomœrium † idest Pomurum, vt ait Cato. Olim quidem omne post murum intimum, nunc etiam intra ędificia pomœrium, quasi promœrium solet dici. De eo ex Messala in lib. de Auspicijs, ita inquit Aulus Gellius Noctium Atticar. lib. 13. cap. 14. Pomœrium
38 † quid esset Augures populi Romani, qui libros de Auspicijs scripserunt, istiusmodi sentẽtia definierunt. Pomœrium est locus intra agrum effatum per totius Vrbis circuitum, pone muros, regionibus certis determinatus, qui facit finem Vrbani Auspicij. Plura de eo dicerem, sed latè scribit nouissimè Honofrius Panuinius in Ro-
39 manæ Vrbis Commentarijs, cap. 6. Ego † hodie aliud proferre non possem, nisi Pomœrium illũ locum esse, qui situs est inter prima mœnia, seu primum murum Vrbem circumdantem, & alterum murum exteriorem, vt est videre in Ciuitate Neapolis in Castro nouo, in quo inter vtrumq. murum, spacium terræ situm est, in quo Hortos videmus, qui sunt in profundo, velut in fosso, &
40 sic in muris eiusdem Vrbis. Sunt † autem ad similitudinem Hortorum pensilium Babylonis, & quos illi Hortos dixerunt, Romani Pomœrium appellarunt, illi pleno inter vtrumq. murũ terra iniecta, loco, Hortos eleuatos faciebãt, pulchritudinem Vrbis ostendentes; isti vero concauos, & demissos, vt Vrbis aspectus, nõ Horti, vel
41 Pomœrium, conspiceretur. † Scripsi plenè de his hortis in consil. 26. num. 8 r. cum pluribus sequentibus, Centur. 1. & forsitan opinionem meã comprobant scripta Francisci Marij Grappaldi de partibus ædium, lib. 1. cap. 5.

Reticeo tractare de vallis, fossatis, & aggeribus, tum quia alibi scripsi, tum quia hæc huic capiti necessaria minimè videntur.

42 Primum † autem, qui ciuitates muro circumdederit, Thrasonem quendam aliqui re-
43 ferunt fuisse: Verum † primam Ciuitatem à Cain filio Adami conditam fuisse, Enochiam dictam ab Enoch suo filio primogenito, vt habetur Genes. cap. quarto, quam muris communitam fuisse nemo negabit, dum Iosephus Antiquitat. Iudaic. libro primo, cap. secundo, inquit de Caino: Primus agrorum terminos fixit, Vrbemq. exstructam, & communitam coactis in vnum domesticis, & clientibus ad habitandum tradidit, Enosæ nomine imposito, ab Enoso liberorum natu maximo. Quem sequitur Polidorus Vergilius de Inuentoribus rerum, lib. 3. cap. 9.

44 Reparare tamen † ædificia, ac muros, & mœnia vrbium, an permittatur Ciuitatibus, vel illarum Dominis à Principe inuestitis? Non permitti absque Principis consensu refectionem habetur in l. sacra, §. muros, ff. de rerum diuis. Sed passim videmus, In Regno fieri per Ciuitates, & etiam per Barones, ac Dominos, qui
45 reparant Castra in eorum terris, & in hoc † videtur etiam esse eãdem obseruationem, in Gallia, vt Barones de Castris inuestiti, reficere possint, vt post Cosmam Guimier in Pragmat. Sanctione, titulo, de Collat. §. in Ecclesijs, in verbo, Villis muratis, voluit Renatus Choppin. in Consuetud. Andegauens. lib. primo, cap. quadragesimoseptimo, num. sexto, de quo alibi scripsi. In
46 † Regno isto, facere Castra, & munitiones erigere absque Regis permissu non licet, vt in
47 Constit. Castra, munitiones, & Constit. seq. Sed videndus est post Andr. de Isern. Matth. de Afflict. in dicta Constit. Castra, In omnem tamen euentum, quo ad refectionẽ Arciũ, & Turrium,

semper dicerem exigi licentiam Regis, sicetiam si fieret refectio in confinibus Regni, vt per Afflict. vbi supra. Idem dicēdum est in Ciuitatibus, & Vrbibus maritimis, nā noua ædificari Castra, aut Muros, nec reparare collapsos absque Principis permissu id permitterē, vt iure cauetur; Quo verò ad murorum constructionem, omnes tenebantur, l. fin. C. Theodos. de equor. collat.

43 Sed nouissimè, † cum repertus fuisset vir familia Illustrissima, & insigni Cæsar Caietanus Romanus, cum scalis transcēdens Arcem Adriani, quam Castrum Sancti Angeli dicunt, quo in loco ob aliqua maleficia detinebatur, quamuis trāscendere nixus fuisset & nec dum esset delictum consumatum, fuit capitis truncatione punitus, vt refert Prosper Farinacius quęstion. crim. lib. 1. titulo de delict. & pęnis, q. 20. nu. 150.

CAP. XI.

ARGVMENTVM.

Quando subditi, ad Ciuitatum, Castrorum, vel Arcium custodiam teneantur; Qui ab Excubijs sint immunes.

COMPENDIVM

1 *Quomodo Vigiliæ, & custodia fierent apud Hebræos.*
2 *Vigiliæ Noctis diuidebantur apud Hebræos.*
3 *Subditi, & vasalli, an cogantur ad custodiam, & num. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*
5 *Belli tempore an subditi teneantur ad custodiam; & an sumptibus eorum, an verò domini.*
6 *In Gallia Barones, an subditos ad custodias, & excubias cogant, & quid ex Constitutionibus Ludouici XI. & Ludouici XII. Regum Galliæ, & num. 7. & 8.*
9 *Vigilia, excubiæ, & custodiæ, an sint facienda, cum sint solita à tempore immemorabili.*
10 *Aduocati, tam Regij, quam alij, an ad excubias, & custodias teneantur, & num. 11.*
12 *Scholares an teneantur ad custodias, vel excubias.*
13 *Clerici an teneantur ad excubias tempore belli.*
14 *Forenses, non habentes domos in Opido, vel Ciuitate, an ad custodias teneantur.*
15 *Augustus Romæ Cohortes, vt vigilarent per Regiones Vrbis disposuit.*
16 *Præfectus Vigilum, quam cognitionem habebat olim apud Romanos in Vrbe.*
17 *Intellectus l. 1. & l. 3. ff. de offic. præf. Vigil. & num. 18. & 19.*
20 *Pomponij Lęti locus corrigitur.*
21 *Excubiarum, & Vigiliarum vsus antiquus.*
22 *In Militia excubiarum, ac custodiarum interualla constituta, & num. 23.*
24 *Lacedæmoniorum Reges, trecentos generosos iuuenes custodes habebant.*
25 *Macedonum Reges Nobilium iuuenum custodiam ante foras excubantium dispositis horis habuere.*
26 *Reges Sinarum quot milites ad custodiam Palatij teneant.*
27 *Reges Catholici, eorumq. locum tenentes in Regnis quibus excubijs pro foribus vtantur.*
28 *Custodia Arcium, & Castrorum materiam, quinā tractarint, remissiuè.*
29 *Custodia Vrbica, ac bellica, nocturna, & diurna, vsum, & materiam, plures scriptores declararunt, remissiuè.*

AXIOMA.

Ciuitatem ipsam, Castraq. custodito, excubiasq. facito.



AInquit Dauid Psalmo 126. Nisi Dominus custodierit Ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. In lege veteri, † Vigiliæ, custodiæ, & excubiæ fie-
1 bant in Domo Domini, custodiebatur Tabernaculum, Sanctuarium, & similia, vt habetur Numeri, c. 1. Excubabunt in custodijs Tabernaculi testimonij, & cap. 3. Princeps autem Principum Leuitarum Eleazar filius Aaron Sacerdotis erit super excubitores custodiæ Sanctuarij. Et ibidē: Custodiant Arcam, & Mensam, & cap. 18. Tu autem, & filij tui custodite Sacerdotium vestrū, & omnia, quæ ad cultum altaris pertinent. Erant
2 † & diuisæ noctis Vigiliæ, vnde Lucæ c. 2. Custo-
3 dientes vigilias noctis. Vnde † cogi posse subditos ad custodiam voluit Guido Papæ, in Decis. 631. num. 10.

4 Subditi † autem ex contrario ad Ciuitatis, aut Castri custodiam minimè cogi poterunt, cum hæc Dominorum sumptu fieri debeant, l. turres, C. de oper. publ. vbi hoc voluerunt Salicet. & Angel. nec alibi legisse scribit Ias. in l. Diuortio, §. impendia, num. 3. ff. soluto matrimon. vbi dicit ità consuluisse in facto in quæstione transmissa ex Pedemontijs. & eumdem sequitur Petrus Gerard. in Singul. 37. Nota quòd signanter, in fine. Ioan. Anton. de Nigris, in cap. Regni, Grauamina, numero 113. Barth. de Cassanæo in Consuetud. Burgund. Rubr. 3. in Glossa *Le Vasal est tenu*, num. 25. Gulielm. Benedict. in Rep. c. Rainutius, in verbo, Vxorem nomine Adelasiam, Decis. 5. numero 465. cum duobus sequentibus, de testament. & post Bertrand. tenuit Ioan. Petr. Surd. in consil. 83. num. 7. vol. 1.

5 Quando † autē immineret necessitas, ac belli, & pugnæ causa, tunc Vasalli, & subditi tenebuntur ad custodiam, sumptibus tamen domini id præcipientis, ad excludendos fortè hostes, nisi in eodem Castro fortè subditi saluarent se, & bona sua, & non sit à longe, quia tenerentur excubias facere in loco viciniori, & commodiori, vt dicit Masuer. in Pract. titulo de Tallijs, num. 15. vers. Item dominus habēs; quē sequitur Marin. Freccia, de Subfeud. Baron. lib. 2. Authoritate 44. di-
6 cens, † Barones posse mandare subditis suis tempore guerrę quòd veniant ad faciēdas excubias. Idem dicit Gulielm. Benedict. in loco allegato, nu. 466. dicens, ad dictas excubias faciendas posse cogi tempore emergētis necessitatis, scilicet, vbi imminet periculū guerræ aut Latronū patriā va-

 stantium,

stantium,& per territoriū discurrentium, & gras
santium,alias non. Sed dicit, Heu me, quia sub
7 isto † colore, omnes ferè nobiles subditos suos
diurno labore fessos, ac pro victu quotidiano se-
mimortuos,de nocte,dum quiescendum est,cru
deliter torquent,& pernoctare faciūt,aut pro ex-
cubijs,si defecerint, eos in pecunia, & bonis, vs-
que ad ossa excoriant,& incarcerant, cessante,si-
cut instante necessitate, vt peiores Pharaone vi-
deantur. Quàmquā postmodū referat, duas Pul-
8 chras ordinationes factas in Gallia, per † Ludo-
uicum XI. & per Ludouicum XII. admodū ra-
tionabiles, & quo ad Regni gubernationem vti-
les, de quibus ipse loquitur, ibi videri poterunt.
Quia in hoc Regno Neapolitano, non fiunt cu-
stodiæ, & excubiæ, nisi in Arcibus, & Castris de-
putatis ad manutenēdam Regni securitatem, &
in Turribus maritimis, ac portubus, ad excluden
dos pyratas, & latrones.
9 Secundo vasalli † tenerentur ad similes custo-
dias,& excubias, vbi essent aliqui Domini,qui ab
immemorabili tempore,subditos ad illas facien-
das coëgerint,illiq. facere consueuerint, & mini
mè cōtradixerint,vt post Iacobin.de SāctoGeor
gio,in Tract.de Roydis,siue operis; idem voluit
Cassanæus in Consuetud. Burgund. Rubr. 9.§.18.
in verbo. *Tullables baut, & bass.* num. 15. in fine.
10 Ad tales † autem excubias non tenentur Ad-
uocati Regij, nec alij, nulla enim togatis inspe-
ctio, nulla perequatio ingeritur, nulla operis in-
structio,l.sācimus,C.de Aduoc. diuers.iudicior.
11 vbi in princ. Bald.inquit, Vnde non possunt † co-
gi Aduocati ad faciendam guardiam, siue custo-
diam,vel ad aliquod munus personale, quod be-
ne nota,quia est maximum Priuilegiū;& in Mar
chia seruatur hæc lex. Ita Bald. quem sequitur
Matth. de Afflict. in Cōstit. Iustitiarios regionū,
num.1.in fine,Francisc.Marc.in Decis.Delphin.
658.num.5.volum.1.Iacob.Benius de Priuilegijs
Iurisconsult.parte 3. Priuilegio 96. num.1. Petr.
Rebuff. in Concord. Franc. titulo de Electionis
derogatione.§.& cum ex electionibus, in verbo,
Regium Aduocatum,vers. vigesimumtertium;
quo in loco,& hunc etiam casum limitat nō pro
cedere in subsidium casus necessitatis. Et idem
12 † procedere in Scholaribus fauore studiorum,vt
nec ipsi ad custodias similes teneantur,voluit Ri
pa,de Peste, parte 3. num.211. Aegyd. Thomat.
de Collect.fol.305. Ioan. Lecerier,de Primoge-
nit.lib.2.quæst.7.num.10.quos refert, & sequitur
Horatius Lucius,de Priuileg. Scholar. Priuileg.
57.pulchre Bernardin.Scodobius,in Rep. Auth.
Habita,capit.8.num.9.C. ne fil.pro patre Clerici
13 † vero,an teneantur ad Excubias tempore belli?
optimè scribit Gulielm. Benedictus,in dicto ver-
bo,Et Vxorem nomine Adelasiam, Decis.5.nu.
470.& pluribus seqq.licet videatur text.quòd nō
teneantur,in cap.non minus,de immunit.eccles.
tamen Hostiens.ibi,Petr.de Anchar.& Abb. Pa-
norm.num.18. tenuerunt contrarium, quòd te-
neantur etiam Clerici, cum tractetur de tutela,
& detensione non solum Laicorum, sed etiam
Ecclesiarum,& Clericorum,arg.l. Ad instructio
nem, C.de sacros. Eccles. voluit etiam Ioann. de
Amic.in consilio 146.num.1. quos refert Nicol.
Festas.de Aestimo,parte 4.cap.1.nu.15.cum plu-
ribus seqq. Sed quam plures allegans vidēdus est
Petrus Cenedo Collectaneor. Iuris Canonici,
parte 1.cap.57.nu.4.& parte 2.cap.153.nu.2.& 3.
Petr. de Gregor. Syntagm.Iuris Vniuersi, lib. 3.
cap.8. num.4. & lib.18.capit.20. numero 13. Fo-
14 renses † autem,non habentes domos,vel habita-
tiones in loco, sed tantum possidentes aliquid in
Ciuitate,vel Opido, nō teneri ad onus custodiæ,
dicit Bartol. in l. cum neque, C. de incol. lib. 10.
quē sequitur Ioan. de Firmo, de Gabell.parte 7.
quæst.5. Calderin.in consil.6.sub tit.de Censibus
quos sequitur M.Ant.Natta,in consil.447. nu.1.
& 17.volum.2.
Apud Romanos,asserunt,quòd cū Vrbis ædi-
ficia sæpenumero incēdio flagrarent, Diuus Au-
15 gustus † quinque Cohortes,vt inuigilarent Vrbi
disposuit,& singulæ duas regiones custodiebant,
tunc enim erant Regiones quattuordecim; His
16 quinque Cohortibus † præerat Præfectus Vigi-
lum,apud quem cognitio erat omnium scelerū,
quæ nocturno tempore fieri solent,præsertim de
incendio, & latrocinio; Author est Pomponius
Lętus, de Magistratibus, cap.10. de quo sic Sue-
tonius Tranquillus in Augusto cap.30. Spacium
Vrbis in Regiones, vicosq. diuisit,instituitq. vt il
las annui Magistratus sortito tuerētur. Hos magi
stratus è Plebe cuiusque viciniæ electos aduersus
incendia,excubias nocturnas,vigilesq. commen
17 tus est. Et † Paulus Iurisconsultus,tum in l.1.tū
etiam in l.3. ff. de offic. Præfectij Vigil.dicere vo-
luit,non Augusti primum hoc inuentum fuisse,
18 sed meliori fortassis forma cōstituisse. † Nam in
dicta l.1.dicit,apud vetustiores pro arcēdis Incen
dijs,fuisse cōstitutos Triumviros Nocturnos,in-
teruenientibus, quādoque Aedilibus,& Tribunis
Plebis. Et sic voluit dicere,hoc actum fuisse ante
Augusti tempora. Et in hoc etiam concordant
scripta Pomponij, in l.2.§.eisdem temporibus cū
plebs, ff.de Origine iur.vbi inquit: Itemq. vt es-
sent,qui ędibus præessent,in quibus omnia Scita
sua Plebs deferebat, duos ex Plebe constituerūt,
qui etiam Aediles appellati sunt. Et paulò infe-
rius idem Pomponius, §. Eodem tempore cōsti-
tuti sunt,inquit: Et quia Magistratibus,vesperti-
nis temporibus in publicum esse, inconueniens
erat, quinquè viri constituti sunt, cis Tiberim, &
vltra Tiberim,qui possent pro Magistratibus fun
gi. Hos ego arbitror cognitionem, atque punien-
di potestatem non habuisse à principio, & ideo
Pomponius dicit, datā eis authoritatem, vt pro
Magistratibus fungerentur. Nunc subiunge Au
gustū vberiorem illis authoritatem, ac potestatē
19 tribuisse; Accipiantur itaque vltima † verba Pau
li in dicta l.1.ibi: Deinde Diuus Augustus maluit
per se huic rei consuli. (omittatur postmodum,
l.2.in dicto titulo) sequitur dicta l.3. Nam salutē
Reipublicæ tueri nulli magis credidit cōuenire,
nec alium sufficere ei rei, quàm Cæsarem,itaque
septem Cohortes oportunis locis constituit, vt
binas regiones Vrbis,vnaquæque Cohors tuere-
tur, præpositis eis Tribunis, & super omnes spe-
ctabili Viro, qui Præfectus Vigilū appellaretur.
Cogno-

Cognoscit Præfectus Vigilum de incendiarijs, effractoribus, furibus, raptoribus, & receptatoribus. Aduersus Capsarios quoque mercede q seruanda in balneis vestimenta suscipiunt, iudex est constitutus. Præfectus Vigilium debet totam noctem oberrare, vigilare, calceatus hamis, & dolabris, vt curam habeat, & omnes inquilinos moneat, ne ex negligentia incendium aliquod oriatur, ob illud extinguendum vnusquisque aquam habeat in suo cęnaculo. Ex dicto hoc Pauli, ap-
20 paret † esse mendum in libro Pomponij Lęti dũ dicit quinque cohortes ab Augusto deputatas, quia debebat dicere septẽ, cum essent quattuordecim Regiones, & binis deputatam vnam cohortem. Sed & hanc rem confirmat Dio lib. Histor. 55. cum per id tempus multa in Vrbe incendio perijssent, libertini generis homines septem in locis, incendijs procurandis delegit, eisq. Equitem vnum præfecit, eo consilio, vt perexiguo tẽpore illorum opera vteretur. Verum cum experiundo cognouisset, præsidium, & illud vtilissimum, & maximè necessarium esse, retinuit. suntq. vsque adhuc nocturnæ quodammodo excubiæ militares, non ex libertinis tantum, verum etiam ex alijs constitutæ, quæ muris in vrbe præsint, mercedemq. de publico accipiunt. Hæc
21 Dio. Excubiorum † tamen, & vigiliarum vsum obseruatum fuisse non solum ijs temporibus, sed etiã multo antea ex Scriptura Sacra docuimus.
22 Hinc in † militari disciplina obseruatum semper extitit, vt vigiliarum interualla statuerentur, vt est author Alexander ab Alexandro Dierum Genialium lib. 1. cap. 12. Qua de re scripsit Vegetius de re militari, lib. 3. cap. 8. quia autem impos-
23 sibile videbatur † in Speculis per totam noctem vigilantes singulos permanere, ideo in quattuor partes ad Clepsydram sunt diuisæ vigiliæ, vt non amplius, quam tribus horis nocturnis necesse sit vigilare. Quod Vegetius à Diodoro Siculo Bi-
24 bliotheces lib. 19. habuit. Reges † Lacedæmoniorum iuuenes trecentos generosissimos habuere custodes, vt dicit Dionysius Halicarnass. lib. 2. quos centum tantum fuisse scribit Herodotus
25 lib. 6. † Macedonum Reges obseruarunt nobilium liberos habere, qui noctu seruatis vicibus, pro foribus, vbi Rex quiescebat, excubarent, vt dicit Quintus Curt. de Histor. Alexand. lib. 8. Aelianus de Varia Historia, lib. 14. in fine. Reges
26 † Sinarum ad custodiam, & excubias palatij habere decem millia militum scribit Ioannes Gon
27 zales in Histor. Chinar. lib. 3. c. 11. Reges † nostri Catholici eiusq. locum tenentes in suis Regnis Custodes habent diurnos, ac nocturnos, nõ tamen ad id officium coactos, sed salario, ac stipendio honoratos & accersitos.
28 Qui circa † custodias Castrorum, & Arcium aliqua desiderat, adeat Martinum Laudens. in Tract. de Castellanis, & Castris, à quo plura habuit post alios Ioan. Anton. de Nigris, in c. Re-
29 gni, Castellanos. Sic etiam † quo ad vigilias, tum bellicas, & vrbicas, diurnas, & nocturnas excubias, videat Iacob. Cuiac. in Nouell. 13. in princ. & in l. 8. cum quattuor seqq. ff. de excus. Petrum de Gregor. Syntagmat. iuris vniuersi, lib. 6. cap. 3. num. 16. & pluribus seqq. lib. 19. cap. 11. num. 3. & 4. lib. 47. cap. 35. num. 10. cum pluribus seqq. Guid. Pancirol. ad Notitiam Imperij Occident. cap. 24. & qui nouissimè hos sequitur Polydor. Ripa, de Tempore Nocturno, cap. 48. 49. & 50. per totum. Hieronym. de Monte, fin. regundor. cap. 52. num. 6. in fine, quem refert Bonacoss. in Quæst. Crimin. §. saltuarius, col. finali, versic. Domini terrarum. Renat. Chopp. in Consuetud. Andegau. lib. 1. cap. 43. nu. 2. & 3. Franc. Patrit. de Instit. Reipub. lib. 3. titulo 10. Plato de Republ. Dialogo 5. Marsil. Ficin. in Platon. de Repl. Dialogo sexto.

C A P. XII.

A R G V M E N T V M.

Bona, quorum Dominus nescitur, vel Domino carentia, animalia oberrantia, an à Dominis, & Baronibus occupentur, & quando.

C O M P E N D I V M.

1 *Bona soli seu stabilia, vacantia, sunt de Regalibus, & ideo Edictum fieri potest, ne alius illa occupet, & num. 4.*
2 *Gemma, lapilli, feræ, & animalia, quæ nullum dominum prius habuerunt, occupantis fiunt, cum declarationibus ibidem adductis, & num. 3.*
5 *Inuenta, quibus applicentur, & num. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*
11 *Intellectus c. cum tu, extra, de vsuris.*
12 *Animalia oberrantia, vt equi, boues, vaccæ, & similia, cui debeantur, & applicentur, & num. 13. 15. & 17.*
14 *Bona in Hispania dicta (de Mostrenza) quæ sint, & cui debeantur.*
15 *In Regno Neapolitano, quid seruetur quo ad animalia oberrantia, & num. 17.*
16 *Intellectus Constit. Regni. Peruenit ad aures.*
Intellectus Const. Regni. Cum per partes Apuliæ.
17 *Edicta quomodo fiant, quo ad animalia oberrantia, & num. 18.*
18 *Animalia oberrantia, quando Fisco, vel Domino applicentur.*
19 *Lex Mosy data quo ad oberrantia animalia.*
20 *Animalium oberrantiũ dominus si reperiatur, quid facere debeat, & an expensas erogatas soluere teneatur.*
21 *Animalia victu egent, nec vento nutriuntur.*
22 *Expensa facta pro animalibus oberrantibus, an sint probanda, & num. 23. & 24.*
25 *Animalium oberrantium repertor, an ab inuento domino, præmium aliquod petat. & num. 26. & 27.*
26 *Intellectus l. 4. §. si tibi, ff. de condict. ob turp. caus.*
28 *Præmium promitti potest pro re inuenienda, & de eo inter partes conuenıri, & ex conuentionis pacto debetur.*
29 *Præmium dandum inuentori rerum perditarum, vt inuitentur alij ne alienas res occultent.*
30 *Prolata sententia à iudice damnorum datorum cum animalibus, cum Dominus nõ habeat secundas causas, sed tantum primas, ad quem appellabitur ad Iudicem Domini, an vero ad officiales Regios, & Superiores.*

A X I O M A.

Bona domino carentia, animaliaq. aberrantia, ne occupato, ſed Iuridico domino aſſignato.


I loquimur de bonis † ſoli, vel ſtabilib.
vacantibus, tunc edictum validum e-
rit, cum bona vacantia ſint de Rega-
libus, & ad Principem, vel ad eum,
qui de his inueſtitus erit, eo in loco ſpectant, c. 1.
in verbo, Bona vacantia, quæ ſint Rega. & antea
ſtatutum fuerat in l. 1. ff. de iure fiſci, & in l. 1. &
per totum titulum, C. de Bon. vac. lib. 10. de quo
fortè plus quam alius quiſpiam ſcripſi de Regis
Catholici Preſtantia, cap. 14. per totum, ad quem
locum lectores remitto, ne idem repetam.

2 Quando loqueremur † de bonis, quæ nullius
antea fuerunt, & dominio vacarunt cuiuſmodi
ſunt Lapilli, Gemmæ, aliaq; ſimilia, quæ in litore
maris, alibivè inueniũtur; Feræ etiam Silueſtres,
Apri, aliaq; animalia ſimilia, hæc Baronibus, vel
Dominis Iuriſdictionum, aut ſuperioribus non
debentur, ſed inuentoris erunt, ſiue ille Baro ſit,
ſiue priuatus, l. item lapilli, ff. de rerũ diuiſ. §. item
lapilli, Inſtit. eod. tit. Renat. Choppin. in Conſue-
tud. Andegauen. lib. 1. cap. 40. num. 10. Marc. An-
ton. Peregrin. de Iure fiſci, lib. 4. tit. 3. num. 29. Su-
per hoc tamen videndus eſt Petr. de Aragon. de
iuſt. & iure, quæſt. 66. art. 2. verſic. in ſolutione ad
ſecundum, vbi etiam Michael Salon dicit poſt
Sotum procedere in inuentoribus eiuſdem loci,
Prouinciæ vel Regni, ſecus in alienigenis, ex ra-
tionibus, quæ ibi videri poterunt, & hoc prius di-
xit Dominic. de Soto, de iuſtit. & iure, lib. 5. q. 3.
artic. 3. Michael Salon, de iuſtit. & iure, q. 66. art.
5. de rebus inuentis. Sed hoc caſu, ſecus eſſet, ſi
animal eſſet manſuefactum, licet enim eſſet fe-
ra, puta eſſent Damæ, Capreoli, vel Apri, educa-
ti, & effecti manſueti, tunc cum habeant domi-
num, occupantis non erunt, iuxta illa quæ ſupra
tradidimus de Venatione, & Aucupio, hoc eo-
dem lib. 4. cap. 3. per totum. Quid etiam ſi gem-
mæ, aut lapilli, ex varijs circumſtantijs, & proba-
tionibus, apparebunt fuiſſe in bonis, & dominio
alicuius? nonne tunc nec Baro, nec Dominus ali-
quis illud inuentum trahere poterit, nec inuento-
ris alicuius erit; quinimmò eorum id ſibi appro-
prians rapinam, ac furtum committere dicetur,
cap. ſi quid inueniſti, c. multi, 14. q. 5. l. falſus, §. qui
alienum, ff. de furt. Didac. Couar. in Regula, Pec-
catum, parte 3. §. 1. num. 1. & ego dixi in conſ. 80.
num. 5. Centuria 1. poſt D. Thom. de Aquin. Se-
cunda, ſecundę, q. 66. artic. 3. Angel. de Clauaſ. in
Summa, §. furtum, num. 6. Dominic. de Soto, de
iuſtit. & iure, lib. 5. quæſt. 3. art. 3. Martin. Nauar.
in Summa Confeſſ. cap. 17. num. 170. Peregrin.
in loco ſupra allegato. Quo caſu apparente prio-
ri domino, illi proculdubio reſtitutio facienda
erit.

3 Et præmiſſo caſu, etſi probetur † aliquem fuiſ-
ſe priorem dominum, nihilominus proieciſſe,
vel à ſe penitus abdicaſſe, ac habuiſſe pro dereli-
ctis, tunc enim vnuſquiſque occupare poſſet, &
inuentori, atque occupatori quæruntur, l. 1. cum
toto titulo, ff. pro derelicto. Bartol. in l. rem, quæ
nobis, in fine, ff. de acquir. poſſeſſ. nec eo caſu fur-
ti tenebitur, d. l. Falſus, 44. §. qui alienum quid, vſ-
que ad finem, ff. de furt. Barthol Fumeus in Ar-
milla, §. Inuenta, num. 1. § Furtum, num. 6. & an-
te eos Iacob. de Beluiſ. in Pract. Crimin. titulo de
Furtis, col. 11. num. 47. Renatus Choppin. in loco
allegato, num. 10. Ludou. Roman. in conſil. 390.
num. 1. Ioan. Anton. de Nigris, in cap. Regni. Ad
hoc, num. 94. Sebaſtian. Medices in Summa Pec-
cator. Capital. quæſt. 127. Petr. à Nauarra de Re-
ſtitut. Abbator. lib. 4. cap. 2. num. 72. Peregrin. vbi
ſupra, nu. 29. Et derelicta dicuntur quando domi-
nus tacet, & nec per ſe, nec per alios quærit. Fed.
de Sen. in conſil. 17. & ipſum ſequitur Angel. de
Clauaſ. in Summa, §. inuenta, num. 1. Et hoc lo-
cum ſibi vendicabit etiam in rebus ſtabilibus, ac
4 ſoli: ſi † enim biennij tempus emenſum fuerit,
quo prior dominus expectatus fuerit; ac ſolo va-
canti, nouus cultor inſederit, nihilq. de iure ſuo
vetus poſſeſſor petierit, amplius non audietur, l.
qui agros, 8. l. locorum, 11. C. de omni agro deſer-
to, lib. 11. Bartol. in dicta l. rem quæ nobis, in fine,
Renatus Choppin. in d. num. 10. & Peregrin. in
dicto num. 29.

5 Quoad inuenta, † non deberi Dominis, vel Ba-
ronibus, aut Fiſco, nec inuentores illa ſibi poſſe
retinere, ſed pauperibus eroganda eſſe, quamplu-
rimi tenuerunt, dum non Dominis, ſeu ſuperio-
ribus nec inuentoribus dari concluſerunt; Pro
qua opinione, etſi multi referant D. Thomam, in
dicta ſecunda ſecundæ, q. 66. artic. 5. tamen ſi be-
ne videatur neutrum illorum dicit; vti etiam ad-
uertit Soto in loco allegato. quem refert etiam
Couarru. in dicto §. 1. num. 2. argum. cap. non ſa-
ne, 14. quæſt. 5. & Authen. Omnes peregrini, C.
commun. de ſucceſſ. Martin. Nauarra, in Sum-
ma, cap. 17. num. 171. vbi dicit facta prius debita
diligentia inueniendi verum dominum, cui de-
6 berentur, quo non inuento, † deberi pauperibus,
concludit. Et poſt Panormit. in cap. ex litteris, de
furt. voluit Angel. de Clauaſ. in Summa, §. Fur-
tum, num. 20. & ante eum Petr. de Palude, lib. 4.
Sentent. diſtinct. 15. quæſt. 2. & ibi Richard. artic.
5. quæſt. 7. Gabriel Biel, diſtinct. 16. quæſt. 3. dubit.
7. Ioſeph. Angles in Flor. Theolog. quæſt. parte 2.
de Reſtit. Difficult. 16. Hoc idem dicit Bald. in l.
1. ff. de rer. diuiſ. Alexand. in dicta l. rem quæ no-
bis, quos ſequitur Barthol. de Caſſanæo, in Con-
ſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 1. *in Eſpaues*. num. 3.

7 Sed contrariam ſententiam † optimis rationi-
bus, ac ſolidis argumentis tuetur Dominic. de So-
to, de Iuſtitia, & iure, lib. 5. quæſt. 3. artic. 3. ad ſe-
cundum, vt ſupra allegaui. Franciſc. Sarmien. Se-
lectar. Interpretat. lib. 6. cap. 10. Ledeſma 24. q. 1.
artic. 5. & poſt Mercad. & Medin. quos allegat, vo-
luit Petrus Nauar. de Reſtit. ablator. lib. 4. cap. 2.
ſub num. 74. vbi alijs etiam argumentis hanc opi-
nionem comprobat. Quorum etiam rationes, &
argumenta reaſſumit Petrus de Aragon. de iuſt.
& iure, quæſt. 66. artic. 5. col. 10. verſic. Ceterum

8 mihi. qui concludunt, † deberi inuentorib. quando missio præconio, factaq. omni diligentia, vt dominus rerum repertarum inueniatur, nec mala fides, quin perquireretur intercedat; quod si
9 † inuentor pauper fuerit, ac indigens, liberius pro sua necessitate, vel totum, vel partem capere poterit, cum consilio Prælati, vel Confessarij, vt dicit Siluester de Prierio, in Summa, §. Inuentũ 13. quamuis neque id fore necessarium dixerit Sotus in loco allegato, vbi si diues fuerit, consilium dat, vt res, quarum domini haberi nequeũt in pauperes, vel pios, publicosq. vsus eroget, ex illo Diui Gregorij dicto: Timorati animi est, ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est. Et illud Augustini, & Hieronymi in dictis c. si quid inuenisti, & c. multi, 14. q. 5. intelligi oportere, quãdo
10 † Dominus sciri, vel haberi potest, & ex mala fide, Dominus non perquiratur. Et similiter dispo
11 sitio c. cum tu, de vsur. † in quo fundatur opinio tenentium, quod debeantur pauperibus, non obstare, quia loquuntur de vsuris, ac de rebus dolose male partis, & acquisitis, & de mutuo, & credito, claris, & indubitabilibus. Inuentio autem non est iniqua acquisitio, ac dolo facta, sed licita: quia illa respiciunt debita ex delicto contracta, quæ merito à domino retineri non posse determinuntur, sed pauperibus eroganda. Et etiam intelligi illud Augustini: Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum; id est malè acceptum. Et ita residentisti. Sed prima opinio iam Communis est, vt testatur Anton. Gomez, Delictor. tomo 3. cap. 5. num. 2. quem refert, & sequitur Emanuel Suarez in Thesauro Receptar. Sentẽt. §. Inuentores, num. 195. Hippolyt. Bonacoss. in Commun. Opin. Criminal. §. Inuentæ, parte prima.

12 Quo vero ad † animalia oberrãtia, puta, equos, boues, vaccas, & similia, Ioan. Faber, in §. Examen, in principio, Instit. de rer. diuis. dicit, quod
13 in † Regno Franciæ Domini terrarũ occupant, & vocant, (*Espaue*) de his Paulus in l. 3. §. Nerua filius, ff. de acquirend. possess. ait: Nam pecus si mulatq. oberrauerit, aut res ita ceciderit, vt nõ inueniatur, protinus detinere à nobis possideri. Idem dicit Barthol. de Cassanæo, in Consuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 1. in verbo, *Espaues*, num. 1. Idem dicit Nicol. Boer. in Consuetud. Biturig. tit. *Des coustumes prediales*, §. 1. Ioannes Sainxon, in Consuetud. Turonens. tit. 1. artic. 14. in verbo, *Aueltes*. Renatus Choppin. in Cõsuetud. Andegauens. lib. 1. cap. 10. num. 4. & cap. 40. num. 10. & cap. 42. num. 18. vbi dicit, Veruecem ignoti domini fuisse applicatum Canonicis Sancti Aniani Aurelianensibus, vti repertum in eorum Iurisdictione, & cap. 47. num. 8. vbi loquitur de falcone,
14 & equo, oberrantibus. Simile † ius habetur in Hispania, & vocantur bona (de Mostrenza) quorum iure cauetur, vt bona inuenta iudicibus tradantur, vt post factam per certum tempus sufficientem Domini inquisitionem, eo non inuento, Cameræ Regiæ adiudicentur. De quo in l. 1. titulo 12. lib. 6. Ordinationum, quam refert Didacus Couarr. in dicta Regula peccatum, parte 2. §. 1. num. 5. & Petr. de Aragon. in loco supra
15 allegato. In hoc † Regno Barones quàmplurimi capiunt animalia oberrantia, & faciunt quædam banna, & edicta pro reperiendo domino; sed faciunt in locis vicinioribus apponentes breuẽ terminum, quo elapso, sui iuris faciunt, quinimmò scio quosdã titulatos, & magni nominis Principes, elapso termino, illa occidi fecisse, & pecuniam, carnem, & coriã ad suos vsus conuertisse, & cum venit dominus nihil reperisse. De ober
16 rantibus tamen Animalibus loquitur † Constit. Peruenit ad aures, Const. Cum per partes Apuliæ, Const. Animalia, vbi Glossa, Andr. de Isern.
17 & Afflict. Sed in † omnibus bonis vacantibus, quomodo fiant proclamata & edicta, & præsertim in his bonis, & animalibus oberrantibus, practicam tradidit Aegid. Bossius in titulo, de Proclamat. numero 9. in tit. de Bonis Vacantibus, numero 12. & Marc. Anton. Peregrin. in dicto titulo 3. numero 30. lib. 4. De hac Practica animalium oberrantium, (quæ *Espaue* dicunt) faciendi proclamata, loquitur Angel. in Rip. l. si vacantia, columna quinta, C. de bonis vacantib. lib. 10.
18 vbi inquit, † quòd bona, quæ ignorantur cuius sint, si fiat proclamatio de eis, ratione proclamationis, dicuntur vacantia, si nõ apparet dominus, & tunc fisco applicanda sunt, vt in specie refert Bartholom. de Cassanæo in Consuetud. Burgũd. Rubr. 1. §. 2. in verbo, *Crit par trois edictz*, num. 1. Anton. Trigona in Sing. 29. Venatio ista mihi nõ satisfacit. Sed Fiscus quandoque dicitur Bursa male acquisitorum. Miror quare in hoc Regno nulla emanauerit prouisio à Superioribus, quę super simili negotio metas poneret. Sed oporteret, vel Principem hoc scire, vel Summos Magistratus, etsi de eorum interesse tractaretur, ac diminutione introituum in eorum Iurisdictionibus, hęc omnia pridẽ, & Christiana prouisione ani-
19 maduertere. Sed interim † consideranda erit Lex apud Moysem Deuteronom. capit. 22. Non videbis (inquit) bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis, sed reduces fratri tuo; etiã si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum, duces in domum tuam, & erunt apud te quamdiu quærat ea frater tuus, & recipiat.

20 Cum tamen † reperierit Dominus Animaliũ oberrantium, illa à Iudice, vel à detinente, sumptus, & expensas refundere cogitur, idq. omni iure æquum esse, nemo dubitabit, vt inquit Renatus Choppin. in Consuetud. Andegauens. lib. 1. capit. 10. numero 4. in fine, ad quæ faciant notata per Masuer. in Pract. tit. de Expensis, Interesse, & damnis, numerò primo, maximè cum sunt expẽ
21 sæ pro victu, & alimentis, cum † animalia nõ conseruentur, nisi per victum, nec vento nutriantur, & aura, l. fin. C. de alim. pupil. præstand. & fiunt, ne res pereant, & repetuntur quasi per actionem negotiorum gestorum, argum. l. si pupilli, §. si Titij,
22 vbi Bart. ff. de neg. gest. Etsi expensæ † sunt maiores, probandæ erunt. Alexand. & Ias. in l. finali, §. In computatione, C. de iure deliber. Si autem fuerint paruæ, sufficiet illas probari per coniecturas, vt dicit Bald. in consil. 356. in fine, volum. 5. ac etiam per iuramentum. Ias. in dicto § in computatione, plenè hæc dicit Bartholom. de Cassanæo

in

in dicta Rubr.1.§.2.in verb. *En payant les diſpens*.
Quibus addenda ſunt, quæ dicit Bartol. in l. cum
ſeruus, numero 4.ff.de verbor.obligat. vbi dicit,
creditorem habere præſumptionem pro ſe,ita,vt
23 non indigeat probatione,dum † repetit expenſas
factas equo,quem retinuit pignoratum. Quem
ſequitur M.Anton. Natta, in conſ.547.num.32.
volum.3. Vnde ad caſum, & materiam, de qua
agimus, qui bouem vagabundum in ſuo ſtabulo
24 retinuit,† poterit à domino bouem ipſum repen
ti, expenſas alimentorum præſtitorum petere ſi-
bi reſarciri, vt poſt Guidon. Pap. in tract. præ-
ſumpt. voluit Andr. Alciat. in tract. Præſumpt.
Regula prima, Præſumpt.50.num.2.
25 An autem is,† qui animalia oberrantia,aliàs ve
res deperditas inuenerit,reperto Domino res re-
petente,poſſit ab eo aliquod premium petere? Su
per quo Hoſtienſ.in c.dudum, il ſecondo, de ele-
ctio. dicit, iniquum non eſſe, aliquod premium
dari, arg. l.4. ff.de condict. ob turp. cauſ. vt indu-
cantur potius ad manifeſtandum ſimilia homi-
nes,quàm ad cælandum, Quod non placuit Ab-
bati Panormit.in dicto cap.dudum, ſub num.18.
26 quia dicit,id iure nō probari, & quòd in dicta † l.
4.§.ſi tibi,erat conuentum, vt daretur præmium
pro indicando ſeruo fugitiuo, & idcirco ex con-
uentione debeatur; concludit tamen in practica
obſeruandum dictum Hoſtienſis, Sed Felin. in
cap.cum dilecti,num.18. de Accuſat.dicit,ſe val-
de mirari,quòd nō viderit Abbas Bartol.in l. Fal-
ſus, §. qui alienum, ſub numero 5. ff. de Furt.vbi
27 dicit,† non poſſe peti pretium pro re inuēta, quia
tenetur facere gratis,& ideo accipiendo pecuniā
turpiter faceret, l.penult.ff.de condictio. ob turp.
28 cauſ.Pro re † tamen inuenienda,poteſt conueni-
ri de præmio,& debetur, argum. dicti §. ſi tibi, &
l.2.ff.ad leg. Rhod. de iactu.faciunt notata per So
cin.ſenior.in conſilio 102.columna finali, vol.1.
Sed dictum Hoſtienſis non eſt coactiuum: quia
dicit nō eſſe iniquum,vt aliquid præmij loco de-
tur,adeo quòd ponit,potius,vt quadam gratitudi
ne id fiat,quàm quod iure fieri deberet.Sicut cre
do,quòd pro rei inuentæ qualitate,ac loci,in quo
fuit inuentio facta opportunitate,arbitrio iudican
29 tis aliquid tribuendum inuentori † vt alij inuen-
toris exemplo inuitati, promptius aliena propa-
lent,quàm vt occultent,vt ſequitur Ant.de Butr.
in dicto cap.Dudum,num.26.quem ſequitur An
ton.Scapp.de iure non ſcripto,lib.5.cap.155.nu-
mero 15. & remiſſiuè alios allegans Petrus Ce-
nedo Collectan.Iuris Canonici, parte prima, ca-
pit.23.num.3.
Poſtquam ſumus in materia damnorum da-
torum cum animalibus,videnda eſt breuiter hęc
30 quæſtio. Fecerunt † damnum animalia, conue-
nitur dominus coram Officialibus damnorum
datorum,qui ſunt Officiales Baronis,qui condē-
nant dominum animalium, an à prouincia ho-
rum Iudicum appelletur ad Capitaneum Baro-
nis, qui non habet iuriſdictionem ſecundarum
cauſarum,ſiue appellationū,an verò ad alios Of-
ficiales Regios? Breuiter iſta quæſtio reſoluitur
per Matth. de Afflict. in Conſtit. Regni. Capita-
neorum, num.9. vbi tenet, quòd appellatio non
ſit facienda ad Baronem, ſed ad Iuſtitiarios Re
gios prouinciales; quem ſequitur Ioan. Anton.
de Nigris,in cap.Regni, Ad quietem, numero 14.
Maximè hoc facilius procedit Oliueti, vbi Curia
Regia mediante decreto Regiæ Cameræ, priua-
uit Baronem ſecundis cauſis, vt dixi in conſil....
Centuria 2.& fuerunt venditæ Vniuerſitati, quæ
nominat Officialem Regium in Prouincia, & il-
li facit Litteras Commiſſionales Regia Came-
ra, prout nunc eam Iuriſdictionem exercet eru-
ditiſſimus, & optimus I. C. Dominus Iulius Va-
lezuola in Prouincijs Fiſci Regij Patronus meri-
tiſſimus.

CAP. XIII.

ARGVMENTVM.

Qui Vniuerſitatum, Ciuitatum, & Communitatum res, ac bona adminiſtrarunt, rationes reddere coguntur. Coram quibus autem id fiet? & an libros edere cogantur.

COMPENDIVM.

1 *Omnes aliena negotia peragentes rationem reddere coguntur.*
2 *Adminiſtratores Vniuerſitatum, Syndici, Electi, aliiq. expleto tempore eorum adminiſtrationis rationem reddere debent.*
3 *Vnuſquiſque rationem reddit illi, cuius negotia egit.*
4 *Adminiſtratores Syndici, ſucceſſoribus Syndicis rationem reddere coguntur.*
Succeſſores adminiſtrationum in Regno Neapolitano creant rationales, coram quibus anteceſſores rationes reddunt, idq. ex Iuris, & Regiarum Legum diſpoſitione, ſub eod. num.4.
5 *Rationum redditio, ſequelam habet, quòd reliqua ſoluantur, & num. 6.*
7 *Libri Adminiſtrationis vna cum ſcripturis ante omnia edendi ſunt.*
8 *Edens libros, quid facere dicatur.*
9 *Rationes reddita minimè dicuntur, ſi coram calculatoribus libri exhibiti non fuere.*
10 *Editionem librorum facere recuſantes, in dolo eſſe dicuntur, & contra eos iuratur in litem.*
11 *Rationes quoties videndæ ſint, & editio quoties facienda ſit.*
12 *Argentarij quoties edere libros rationum cogantur.*
13 *Rationum redditio, diſpunctio, & ſic excuſſio, quo modo facienda.*
14 *Liber data, & accepta continere debet, ac diem acceptionis, & dationis.*
15 *Liber, titulum, ſiue inſcriptionem continere debet, & alia num. 17.*
16 *Data, & accepta in libro contenta an veroſimilia ſint, iudicis arbitrio relinquitur.*

Libros

18 *Libros rationum edere recuſans an præſumatur eſſe in dolo.*

19 *Viſores computorum, Rationales, ſiue Calculatores, quid facere debeant.*

20 *Libri Administrationis, reddita ratione, cui ſint reſtituendi, & num. 21.*

22 *Calculatorum ſiue Rationalium abſolutio, vel condemnatio, an validæ ſint.*

23 *Error calculi, quando allegari ſoleat.*

24 *Ciues particulares pro priuato etiam eorum intereſſe coram rationalibus, & calculatoribus audiendi ſunt, & eos instruere poſſunt, & num. 26.*

25 *Exequutores teſtamenti dum rationem reddunt corã Epiſcopo vel Prætore, Legatarij, præſentia requiritur & audiendi ſunt, & num. 26.*

27 *Edictum faciunt Officiales, vt Adminiſtratores Vniuerſitatum rationes reddant, idq. ob publicum beneficium.*

28 *Intellectus Pragmaticæ Regis Philippi II. incipit:* Perche habbiamo inteſo. §. 20. *ſub tit. de Adminiſtr. Vniuerſitat.*

A X I O M A.

Adminiſtratores rerum ad Ciuitatem pertinentium rationes reddunto, reliqua perſoluito.

1 TVtores, † curatores, procuratores, negotiorum geſtores, exequutores, hoſpitalarios, ſuſceptores, theſaurarios, ſocios, officiales, Locumtenentes, ſeruos domini negotia peragentes, factores, Capitula, Magiſtratus, Iudices, omneſq; aliena negotia peragentes, ad reddendam rationem, & reliquorum reſtitutionem teneri, probat copioſè Ant. Sola, in Conſt. Sabaudiæ, in Decreto quitationis. Gloſſa 1. num. 5. cum pluribus ſeqq. Id etiam ego comprobaui Ratione naturali, Iure Diuino, Humano, Canonico, Ciuili, & Doctorum authoritate, in conſil. 31. num. 1. cum pluribus ſeqq. Centuria prima.

2 Quo verò ad illos, † qui Ciuitatum, Vniuerſitatum, atque Communitatũ negotia, pecunias, & bona adminiſtrant, quòd illorum munere, officio, ſeu exercitio finito, atque Syndicatu, & Electatu explero, rationem, & computorum adminiſtrationis diſtinctas editiones facere debeant, videtur mihi text. in l. 2. §. quod ſi de frumentaria ratione, ff. de adminiſtrat. rer. ad Ciuit. pertinent. voluit etiam implicitè Bartol. in l. comperimus, C. de Nauicular. libro 10. Aimo Crauetta, in conſilio 218. Marian. Socin. Nepos in conſil. 148. nu. 7. volum. 1. Anton. Sola, in loco allegato, num. 5. Hieronym. de Laurent. in deciſ. Auenion. 13. nouiſſimè Nicol. Loſæus de Iure vniuerſ. par. 3. cap. 19. quod eſt vltimum, num. 14.

3 Iſta autem † rationum redditio per Syndicos, Electos, alioſq. Adminiſtratores pecuniarum, ac rerum Vniuerſitatis facienda, quemadmodum
vnuſquiſque reddit rationem domino, cuius bona adminiſtrauit, l. hæc vendi tio, ff. de contrahen.
empt. l. cum ſeruus, ff. de cond. & demon. Eodem
modo per antiquos, & prædeceſſores, ſucceſſoribus illa reddenda, ac præſtanda erit. Paul. de Caſt.
4 in l. 2. C. Vbi de ratiocin. & Syndici † ſucceſſoribus Syndicis, vt per Crauettã, in dicto conſ. 218.
& in conſilio 238. Idem Sola, in dicto Decreto,
Quitationem, parte 1. Gloſſa quinta, numero ſecundo. In hoc Regno Succeſſores in adminiſtratione creant Rationales, coram quibus anteceſſores rationes reddunt, ex diſpoſitione Iuris,
& Legum Regiarum.
5 Duo inſimul † ambulant in hac cauſarum ſpecie redditionis rationum, quòd quis reddat, & reliqua ſoluat, l. quamuis, 32. & dicta l. Cum ſeruus,
81. ff. de cond. & demon. l. Non ſolum, 9. §. is, qui
reddere, ff. de lib. legata, l. ſi ita fuerit, 13. §. quæſtio,
ff. de manumiſſ. teſtam. l. ſtatuliber. §. ſi quis non
dare, verſ. Rationum autem, ff. de ſtatu lib. l. Boues, 89. §. Inter reddere, ff. de verb. ſignif. quorum
6 authoritate Sacrum Conſilium decreuit, † ſententiam, qua quis fuit cõdemnatus ad rationes reddendas, continere in ſe reliquorum reſtitutionẽ,
vt per Matth. de Afflict. in deciſ. 157. Io. Bræche,
in d. §. inter reddere, vbi Gulielmus Forner. alia
iura inducit.
7 Pro reddẽdis † rationibus adminiſtrationum,
debet fieri editio librorum, & ſcripturarum ante
omnia, ſub qua editione, non continebitur reli-
8 quorum ſolutio, ac reſtitutio, qui † enim edit, cognoſcendi, legendi, ac deſcribendi poteſtatem tribuit ei, cuius intereſt, l. quædam, 8. ff. de edendo,
vbi ſi ea nõ faciat, tenebitur ad omne, quod illius
9 intereſt; niſi † enim volumina edãtur coram calculatoribus ad id deputatis, non dicuntur rationes redditæ, vt poſt Bald. Cardinal. Pariſ. & Tobiam Nonium dixi in conſil. 23. num. 2. & in di-
10 cto conſil. 31. num. 24. & 26. Centuria 1. Et † contra non edentes, ac recuſantes, cum dicantur eſſe in dolo, poſſet iurari in litem, vt poſt eumdem
Bald. in conſil. 152. vol. 3. Barthol. Socin. in conſ.
92. vol. 4. Nonium in conſ. 63. num. 15. & 16. Auguſt. Beroum, in conſil. 191. num. 18. vol. 1. dixi in
11 conſ. prædicto 31. nu. 27. † Editionem autem fieri
debere ſemel, non ſæpius, l. 1. C. de dilat. niſi cum
ex integro iterum ratio ſuadeat, & tunc non niſi
12 bis, voluit Forner. vbi ſupra. Niſi † eſſent argentarij, qui ſemper edere cogebantur, quia ad ipſos
quaſi fide publica, veluti ad tabelliones publicos,
& Notarios confugiebant, vt in dicta l. quædam,
§. nummularios, ff. de edendo. Quo verò ad iterandam editionem, & redditionem rationum, dixi in conſ. 18. Centur. 1.
13 In Reddenda † itaque adminiſtrationis ratione, non ſolum pecunia reliqua ſoluenda eſt, qui
vltimus eſt redditionis actus, ſed libri, vt dictum
eſt, atque volumina edenda, percunctandæ, atque
examinandæ rationes, & diſpungendæ, atque excutiendæ; ita ad verbum Vlpianus in dicta l. ſtatuliber. la ſeconda, §. ſi quis non dare, verſ. Rationum autem. Diſpungere autem eſt in calculando conferre accepta, & data, vt in l. cognoſcere,
56. ff. de verbor. ſignif. eſt etiam, (vt ibi Fornerius

annota-

annotauit) diſpungere, ſubducere rationes acce-
ptorum, datorum collatione examinare, explo-
14 rare, & ad calculum reuocare. † Data & accepta
librum continere debere, diem acceptionis, ac
dationis Bart. in l... C. de nauic. ſeu nauc. publ. lib.
15 11. Bald. in l. rationes, C. de probat. titulum † de-
bet continere liber, ſiue inſcriptionem negotia-
tionis, & rei, ac adminiſtrationis, quam continet
vt per Bart. in l. ſi patronus, num. 5. & 6. C. com.
vtriuſque iudic. Marian. Sen. in conſil. 87. colum.
3. verſic. circa ſecundum, & colum. finali, verſic.
confirmantur etiam, volum. primo, & Bertazol.
in conſ. ciuil. 19. num. 30. volum. primo. Declus
in conſil. 21. ſub num. 6. Scriptus debet eſſe clarè
& lucidè, quo ad diem, menſem, annum, dato-
rum, & acceptorum, & expenſorum, vt veritas
ex eo ſpecifica, & diſtincta appareat, vt poſt alios
dicit Ioan. Baptiſta Plotus, in l. ſi quando, num.
237. & 243. C. Vnde vi, quem ſequitur Borgni-
nus de Tutor. & Curat. num. 206. Anton. Sola in
dicto Decreto, Quietationem, Gloſſa 3. ſub
num. 6. parte prima, Decreti. Ludou. Roman. in
conſil. 118. num. 3. Franciſc. Aretin. in conſil. 31.
ſub num. 6. Cardinal. Pariſius in conſil. 84. num.
18. & 19. volum. primo. Marcus Anton. Peregr.
in conſil. quadrageſimoſecundo, num. 36. vol.
16 primo. Ex libri † etiam inſpectione videtur, an
quæ ponũtur data, recepta, & erogata, ſint vero-
ſimilia, quod Iudicis arbitrio remitti debet, & an
fidem faciant, poſt Menoch. de Arbit. Iudic. qq.
lib. 2. Centur. 1. Caſu 91. 92. & 93. Fabius Turret.
in conſil. 100. num. 44. volum. 1. Idem Menoch.
17 Centur. 6. Caſu 503. num. 10. De † his, alijsq. in ra-
tionum redditione, & circa libros, quid contine-
re debeant latè Roland. in conſil. quadrageſimo-
nono, per totum, volum. primo. Borgnin. Caual-
can. in Deciſ. Fiuizanenſ. 37. num. 10. & per totã,
parte prima. Nicol. Loſæus, in dicto cap. decimo-
nono, per totum, parte 3. plenè Anton. Sola, in
18 Decreto Quitationis, in omnibus Gloſſis. Si † re
cuſaret libros producere, & exhibere adminiſtra
tor, vtique præſumeretur contra eum, quod ma-
litiosè id faceret, & poſſet contra eum procedi,
quaſi cõtra furem, etſi diceret ſe libros amiſiſ-
ſe, quia præſumeretur doloſe eos occultare, vt
poſt Petr. de Anchar. in conſil. 317. Barthol. So-
cin. in conſil. 159. per totum, volum. ſecundo. Ro
land. à Valle, in dicto conſil. 49. num. 33. voluit
Sola, in dicta Gloſſa 3. num. 12. Loſæus in dicto
cap. tertio, num. 18. & 19. Lodou. Roman. in di-
cto conſil. 118. ſub num. 3. Ioan. Dilect. Durant.
de Arte teſtandi titulo 7. Cautela 3. num. primo.
19 Viſores † computorum, quos Rationales vel
Calculatores appellamus, debent condemnare,
vel abſoluere, ac ſignificare rationes, & compu-
ta, etiam ipſis abſentibus, dicta l. 2. §. quod de fru
mentaria, vbi Bartol. ff. de Adminiſt. rer. ad Ci-
uit. pertinent. Hieronym. de Monte, de Finib.
Regund. cap. 32. num. 6. Peregrin. de Iure fiſci,
lib. 6. titulo 7. num. 6. Loſæus in loco allegato, nu.
vigeſimoſecundo. Iacob. Philipp. Portius in tra-
ctatu Com. Concluſ. lib. 1. Concluſ. 43. verſic. ſe-
ptuageſimo ſecundo, & Anton. Gabriel. Com.
Opin. lib. 2. titulo de Citat. Concluſ. prima, num.
455. videant inter ſe cuius ſit liber. Ludou. Ro-
man. in Sing. 228. incipit. Valet ſententia. Libros
20 † autem adminiſtratorum debere reſtitui Vni-
uerſitati ſcribit Loſæus in loco allegato. Verum
ex dictis Barth. Socin. in conſil. 190. per totum,
vol. 2. dubia res eſt, nec illam reſoluit. Anton.
Sola, in dicto Decreto Quitationem, Gloſſa 5.
num. 9. & 11. Nam ego non ita faciliter hoc de-
21 terminarem: quia † multa faciunt pro Admini-
ſtratoribus, quod ipſi reſtitui debeãt, cum poſſit
tractari redditio computorum, vt in caſu Socin.
& ſi Adminiſtratores illos non haberent, vtique
ratio reuideri, ac item calculari non poſſet. Poſ-
ſent etiam fraudari, cancellari, & deleri aliquæ
partitæ librorum, committi aliqua falſitas, & alia
multa dici opponiuè poſſent pro illis. Pro Vni-
uerſitate ſimiliter nõnulla facerẽt, quod libri illi
debeantur: ſunt enim libri ſui, confecti ab Offi-
cialibus ſuis, de rebus, & pecunijs Vniuerſitatis.
Inſuper hi libri continent ſolutiones bonorum,
& pecuniarum factas creditoribus Vniuerſita-
tis, cuius intereſt illos teneri, & per ipſam conſer
uari, ne iterum pro factis ſolutionibus, moleſtia
ſibi inferatur; aliaq. dici poſſent, quæ omittũtur.
Vnde dicerẽ, quod ſi ex viſura rationũ, non fuit
facta omniũ reliquorũ ſolutio, eo caſu ad ipſos
Adminiſtratores libri redire debent, donec eis
ſatisfactum ſit; Sin autem rationes redditæ ſunt,
ſoluta reliqua, & Adminiſtratores abſolutionẽ,
ac liberationem conſequuti ſunt, ſatius, & me-
lius erit in Archiuio Vniuerſitatum conſeruari.
Sed id relinquo cogitandum.
22 Vnde cum de iure † eligi ſoleant Calculato-
res, & Rationales ad recipiendos libros, & viden-
das rationes, quietatio, & condemnatio iſtorum
valida erit, nec vltra moleſtandi erunt, vt per De
cium in conſil. 94. num. 4. argum. l. emptor, §. Lu
cius, ff. de pact. Bartol. in l. inſtar, num. 5. & plu-
ribus ſequentibus, C. de Iure fiſci, lib. 10. quem
ſequitur M. Anton. Natta, in conſil. 39. num. 5.
23 volum. primo. Et licet dici ſoleat de † errore
calculi dici poſſe, in caſu tamen ſimili locum ſibi
vendicabit, quando res eſt in puris terminis cal-
culi, ſecus autem ſi ſubſequuta eſſet abſolutio
vel conuentio, vt per Auguſtin. Bero. in quæſt.
105. num. ſecundo, quod declara, & intellige, vt
per Solam, in dicta Gloſſa quinta, numero trige-
ſimoſexto.
24 Et licet particulares † Vniuerſitatis ciues, poſ
ſint petere, quod rationes adminiſtratorũ videã-
tur, quilibet ciuis, quinimmo poſſũt interuenire
ad informandos Rationales, & Calculatores &
inſtruendos ipſos in diſcutiendi rationibus pro
eorum intereſſe, l. ſuſpecta, vbi Gloſſa, & Angel.
ff. de inoffic. teſtam. Bald. in l. Principaliter; la ſe-
cunda, C. de liberal. cauſa. Speculat. in tit. de In-
ſtrum. edit. §. Nunc verò aliqua, ſub num. 45.
25 vbi inquit, quod cum † exequutores teſtamẽtorũ
reddunt rationẽ corã Epiſcopo, vel Præpore, de-
bent eſſe Legatarij pro eorum intereſſe; præ-
ſentes quem ſequitur Natta, in conſil. 259. nu. 3.
26 volum. ſecundo. Non † autem debent interue-
nire in calculatione, & determinatione, vt dicit
idem Natta ibi poſt Bartol. in dicta l. inſtar.
Poſ-

27 Possunt † etiam, & Barones, ac Domini loco-
rum tamquam Primi Ciues per eorum Edicta
hoc præcaucre, ac prouidere, vt rationes reddan
tur pro publico beneficio, idq. in hoc Regno cau
28 tum est † Pragmatica Philippi II. Regis Cathò-
lici incipit: *Perche habbiamo inteso*; quæ est 5. §. 20.
sub titulo de Administrat. Vniuersit. & de Iure
Communi voluit Guido Papæ in Decis. 631. nu.
9. argum. l. finalis, in fine, C. de debitor. Ciuit. lib.
11. Marin. Freccia, de Subfeud. Baron. lib. 2. Au-
thorit. 18. Sed tamen superiores Regij non ad-
mittūt simpliciter ad Dominorum, & Baronum
petitionem, sed Ciuium, & numquam Regia Ca
mera dat Commissarios ad videnda computa
Vniuersitatum, nisi Ciuibus instantibus; præser-
tim quando Domini, vel Barones lites haberent
cum Vniuersitatibus, quia tunc id non agunt Bo
no zelo, sed vt molestentur Administratores pro
sumptibus factis fortè contra ipsos, vt alij terrean
tur.

CAP. XIV.

ARGVMENTVM.

Regi, atque supremo Principi, quando Vasalli ad seruitia teneantur; Quando Domino, & Baroni; & an intra, & extra feudi fines.

COMPENDIVM.

1 *Regi, ac supremo Principi à Baronibus, & Vasallis, an seruitia debeantur.*

2 *Dominis, & Baronibus, an seruitia debeantur, & quando; & an expensis Domini, an verò vasalli, & numero 3. 4. & 5.*

Materia seruitiorum est seminarium litium inter Dominos, & Vasallos, sub eod. num. 2.

3 *Seruitia an præstari debeant extra fines seu districtum feudi domina per vasallos Angarij licet sint vel Perangarij.*

4 *Seruitia præstantur pro feudo ipsi Domino.*

5 *Si Feudum non est sufficiens, seruitia præstantur sumptibus Domini.*

6 *Vasalli extra patriam tenentur iuuare Dominum, Domini sumptibus, & num. 8.*

7 *Vasalli duplici onere grauari non debent.*

9 *Seruitium nullum debetur Domino à Vasallo, si non est expressum, vel determinatum, nu. 11. & 14.*

10 *Seruitium determinatum in feudi concessione vasallo per Dominum facta, debetur omnino, indeterminatum verò secundum morem solum & cōsuetudinem vasallum obligat.*

11 *Seruitium non expressum in feudi concessione, non debetur, cum non sit de natura feudi siue substantia exhibitio seruitij, sed fidelitas.*

12 *Seruitium est quid extrinsecum a feudo.*

13 *Vasallus pro feudo potest se Domino obligare ad aliquod seruitium.*

Camillus de Curte I. C. Regens apud Regem Catholicum laudatur, sub eod. num. 13.

15 *Ioannis Antonij Canneti Siculi opinio non admittitur.*

16 *Seruitia, quæ non præstantur sub aliqua causa præsumuntur extorta; multosq. Dominos & Magistratus Clarissimi authoris opinio ac illa seruitiorum extorsio ducit ad Gehennam.*

17 *Seruitiorum materia remissiuè ad alios allegatos.*

AXIOMA.

Subditi, atque Vasalli, Regi, eorumq; Domino debita seruitia. præstanto.

1 REgi, ac † supremo Principi deberi ser-
uitia à Baronibus, & Vasallis, quan-
do, & ob quam causam, quove modo,
satis superq; scripsi de Regis Catholi-
ci præstantia, cap. 18. sub num. 61. cap. 20. num. 53.
& cap. 32. num. 229. & seqq. eo Lectores remitto,
ne rem actam iterum agam.
2 Quo verò ad † seruitia, quæ petunt Domini, &
Barones à subditis, quæ omnium dissensionum
sunt causa, & illorum occasio multarum litium
sunt semina, an debeantur, quando, vbi, & an à
proprijs seruitijs abstrahātur, an extra fines feudi.
& alia multa hanc materiam respicientia, scripsi
ibidem in dicto c. 18. Iterum tamen repeto, quòd
3 etsi † Barones, & Domini haberent subditos An-
garios, & Perangarios, non tamen tenebuntur ad
seruitia extra districtum feudi, arg. l. finalis. ff. de
iurisdict. omn. iudic. vt voluit Matth. de Afflict. in
Constit. Iustitiarij non per Calendas, num. 3. in
fine, quem sequitur Thom. Grammat. in Voto
duodecimo, numero vigesimoquarto. Quo ad
4 hoc † aduertendum est insuper, ista seruitia præ-
stari pro Feudo, & non alia ex causa, adeo quod si
subditus non habet à Domino feudum aliquod,
habens annexum seruitium, non tenebitur do-
mino præstare seruitia, nisi ea, quæ alijs præsta-
re solet: quia intra patriam præstare debet Do-
mino vasallus etiam suis sumptibus, si tamen
5 ab † eo habeat feudum ad sumptus sufficiens,
aliàs tenetur seruire eidem Domino expensis
Domini, l. suo victu, 18. ff. de operis libert.
adeo, vt si non habet feudum, & vellet serui-
tium, si solet alijs seruire, tunc per prædicta,
erit necessarium à Domino præstari salarium.
6 Extra † verò patriam, tenetur iuuare Domi-
num sumptibus ipsius Domini, l. modios, C.
de suscept. prop. & archar. libro decimo, l.
finali, C. de erogat. milit. annonæ, libro duo-
7 decimo. Ne † duplici onere tunc grauetur,
scilicet

ſcilicet exire prouinciam, & ſuis ſumptibus, Odoffred. in Summa, Quib. modis feud. amittat. §. ſeruiet autem vaſallus, & poſt Bertran. Capreoli, in capit. primo de Noua for. fidelit. voluit Ioan. Raiu. in cap. Imperialem, §. firmiter, num. decimo, verſic. Quæro an vaſallus teneatur Dominum. Et dicit † hæc intelligi oportere, quando vaſallus à Domino vocaretur, vt vaſallus. Quod interpretor, vt ab eo feudum teneat, & non aliter, vt concordet cum dictis Afflicti, & Grammatici. Et ita ſupradicta ſunt de mente Iacobi de Ardizon. in Summa, cap. ſexto, vbi ſemper loquitur de vaſallo habente feudum à Domino. Et ſic etiam multa melius, quam alius ſcribit Iacobin. de Sancto Georgio, in Inueſtitura feudali, §. Et promiſerunt, per totum. Et in tantum hoc verum eſt, quod

8

9 † ſi feudum etiam vaſallo concedatur, & non exprimatur ſeruitium determinatum, vel indeterminatum, nullum debetur ſeruitium, & originale dictum Andr. de Iſern. in capit. primo, §. huius generis, num. decimotertio, cum pluribus ſequentibus. Ex quibus cauſ. feud.

10 amitt. vbi dicit, quod † ſi detur feudum expreſſo & determinato ſeruitio, illud debetur: ſin autem indeterminato, tunc præſtabitur ſeruitium ſecundum morem, & conſuetudinem. Dum

11 verò † nullum exprimitur ſeruitium, nullum debetur, cum non ſit de natura feudi ſeruitium nec de eius ſubſtantia, ſed fidelitas, Andr. Iſern. in cap. primo, in fine, numero vndecimo, per quos fiat inueſtit. Nouiſſimè Carol. Tapia Iuris Regni Neapol. libro primo. Rubrica prima, Ritu primo, num. xv. & non tenebitur eo caſu vaſallus, niſi ad illa ſex, de quibus habetur in capit. primo, de forma fidelit. Quem ſequitur Matth. de Afflict. in Deciſ. trecenteſima-

12 vigeſima, numero quarto. Vnde dicit † ſeruitium eſſe quid extrinſecum à feudo, Simia ipſius Andreæ Franciſc. de Amic. de his qui feuda dare poſſ. §. Natura, num. tertio, fol. 117. Et ideo non ineſſe feudo, ſed ex conuentione. Idem Franciſ. de Amicis, in §. prodeſt, num. ſexto, fol. centeſimouigeſimoſexto. Et dum præſtantur Domino à vaſallo illa ſex, dicitur præſtari ſeruitium, vt dicit Ioan. Vincent. Anna, in Rubrica de vaſallo decrepitæ ætat. num. decimo. Et ideo diſputando concludit, poſſe

13 † pro feudo vaſallum ad ſeruitia aliqua obligari Domino. Franciſc. Hotoman. in Diſputat. Feudiſtica, capit. trigeſimoprimo. Gulielm. Hanneton. Iuris Feudor. libro primo, cap. decimo. Nouiſſimè dum hæc vltima manu deducimus D. Regens Camillus de Curte, in Diuerſ. feudor. parte prima, §. Reliquum eſt, & num. tertio, explicite, & diſertiſſime dicit, ſeruitium non eſſe de ſubſtantia, neque de natura feudi,

14 in tantum, quod ſi † fuerit facta conceſſio feudi, nulla facta mentione ſeruitij, non debebitur ſeruitium, allegat Andr. de Iſern. in dicto §. huius generis. Ergo tanto minus debebitur

15 ſi nullum collatum fuerit feudum. Vnde † cauendum eſſe arbitror ab opinione Ioan. Anton. Cannetij Siculi, In Repetit. cap. ſi aliquem, §. In textu, ibi: num. ſeptimo, cum pluribus ſequentibus vbi reprobat opinionem Andreæ de Iſernia Communiter approbatam.

16 Quia tamen † ſimilia ſeruitia Baronum præſumuntur metu extorta non ſubſiſtente aliqua cauſa, vel feudi conceſſione, Bald. in cap. primo, §. pactiones, de Pace Conſtant. Latè Roland. à Valle, in conſil. 100. num. centeſimovigeſimoſecundo, volum. quarto. Surd. in conſil. trecenteſimouigeſimotertio, num. decimoquinto, volum. tertio. Marc. Anton. Peregrin. in conſil. decimotertio, num. duodecimo. volum. primo. Idcirco credo hanc materiam multos Dominos, multoſq. Magiſtratus ducere ad Gehennam, cum ſubditi nimium ex hac cauſa vexentur.

17 Qui deſiderat † hanc ipſam ſeruitiorum materiam & ſegetem videre vberiorem, ac latius productam intueri, quæ longum certè Commentarium exigeret, videat præcitatum Iacobinum de Sancto Georgio in dicto §. Et promiſerunt, & in tractatu de Operis, ſiue Roidis. Ioan. Rainaud. in dicto §. firmiter, pulchrè Gulielm. Benedict. in Rep. cap. Rainutius, in verbo, condidit, il primo, num. vigeſimoprimo, cum pluribus ſequentibus, de teſtament. Petr. de Gregor. Sicul. de Conceſſion. Feudor. parte prima, quæſt. vndecima, & parte octaua, quæſt. ſecunda, num. quarto, cum pluribus ſequentibus. Barthol. de Caſſanæo, in Conſuetud. Burgund. Rubr. 9. §. decimooctauo, in verbo, *Conuenables à volonté*, numero decimonono, cum pluribus ſequentibus. Nicol. Intrigliolus, de feud. articulo 83. Centuria ſecunda nouiſſimè Anton. Borrinius de ſeruitijs vaſallorum, per totum; & nouiſſime dum hæc imprimuntur, multa ſcribit Ioan. Rudinger. Variar. Coterouerſ. feudalium. cap. quinquageſimooctauo.

Hæc habui, quæ de Magiſtratuum Edictis ſcriberem, in quibus exarandis, quædam interualla ceſſerunt, quæ impedimenta præſtiterunt, quin compoſitionem ad finem deducerem, tamen obſtrictus multorum precibus, quòd in alijs meis Operibus, hos Commentarios non modo promiſeram, ſed ad eos lectores remittebam, vt illos finirem; tandem vltimam manum illis impoſui: in quibus inconcinne dicta beneuolos Lectores rogo, vt multis oppreſſum laboribus, me non ironice corripiant, humani eſt enim ingenij, licet perſpicacis, quandoque labi, vt non innitamur noſtræ Prudentiæ, ea enim dixi, quæ mihi à Deo Optimo Maximo, & Ieſu Chriſto, & Spiritu Sancto, talenti mei parte dictata ſunt; Ad laudem eiuſdem Sanctiſſimæ Trinitatis, Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, Sancti Michaelis Archangeli, omniumq. Ordinum cæleſtium Spirituum, ac Sanctorum, & Sanctarum, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ac Sancti Macarij, cuius corpus Miraculis clarum in monaſterio noſtro ſeruatur, atque hodie venerandum illius Feſtum colimus. Olíueti Die 16. Decem-

Decembris, 1605. Sanctam Eccleſiam Romanam eiuſq. Apoſtolicam Sedem Gubernante PAVLO V. Pontifice Maximo; Imperante Rodulpho II. Romanorum Imperatore ſemper Auguſto; ac Regnante PHILIPPO III. Rege Catholiciſſimo, & Potentiſſimo Domino meo Clementiſſimo, Cuius Maieſtati ob excelſa eius in Rempublicam Chriſtianam merita omnia auguror, & fauſta & felicia.

FINIS.

Corrigebat Doct. Huppertus Faber Vbius, Agrippinas, Lector publicus apud Venetos, & Corrector approbatus.

